R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
B
453
NAPOLI

Digitized by Google

1

Vill. B. 453

A

Digitized by Google

Tomo I

M. T. CICERONIS
OPERVM
TOMVS III.

ORATIONES

PRO P. QVINTIO,

PRO SEX. ROSCIO AMERINO,

PRO Q. ROSCIO COMŒDO.

Digitized by Google

M. T. CICERONIS
ORATIONES

EX RECENSIONE IO. GEORGII GRÆVII

CUM Q. ASCONIO PEDIANO
ANONYMO SCHOLIASTE

ET NOTIS VARIORUM

Editio noviſſima poſt Grævianam locupletior.

TOMUS I.

Interpretum nomina pagina xxiii. dabit.

NEAPOLI MDCCLXXVII.

Typis, ac ſumtibus Ioseph Mariæ Porcelli
Bibliopolæ

AUCTORITATE PUBLICA.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO

EDITIONIS GRÆVIANÆ.

Habes hic ORATIONES TVLLIANAS. *Prima mihi cura fuit, ut emendatiſſime prodirent. Propterea manu ſcriptos codices pervetuſtos & bonæ notæ conſului, & magno ſtudio adhibui. Omnium optimus fuit Erfurtenſis, quem ſæpe videre deſideravit* GRVTERVS. *Ejus uſum mihi præſtiterunt Vir Ampliſſimus* FRIDERICVS BENEDICTVS CARPZOVIVS, *Senator Reip. Lipſienſis & decus ſuæ patriæ unicum, quem, dum hæc ſcribo, acerba fata nobis eripuiſſe intelligo, & Vir Celeberrimus* IOANNES TENZELIVS, *Sereniſſimorum Ducum Saxoniæ Domus Gothanæ Hiſtoricus, multis ſcriptis eruditis, quæ per ora virûm volant, illuſtris. Is liber plurimas orationes* TVLLIANAS *complectebatur, non omnes. Quæ ſit ejus bonitas & præſtantia, docebunt animadverſiones noſtræ, in quibus cognoſces non paucas labes ejus auctoritate me abſterſiſſe, quæ omnes editiones contaminabant: nonnumquam verſus & verba ſunt omiſſa, præter illas maculas, quas ope hujus codicis* PETRVS SVFFRIDVS, *qui quoque illo fuit uſus, &* IANVS GVILIELMIVS *ſchedularum & excerptorum* SVFFRIDI *ſubſidio nixus, deleverant. Vir Clariſſimus* PETRVS FRANCIVS *tres mecum communicavit priſcos codices. Vnus nitide deſcriptus in membranis, in quo* CICERONIS *omnes orationes leguntur, non quidem veterrimus,*

rimus, ſed tamen magni faciendus: is ſane mihi multum etiam profuit. Mihi perſuaſum eſt, illum olim verſaſſe TVRNEBVM. *Nam omnem ſcripturæ varietatem, quam ille Vir magnus inſeruit ſuis animadverſionibus in orationes in Rullum, in eo deprehendi. Alter fuit chartaceus codex recentior, ſed non ſpernendus, in quo habentur orationes pro lege Manilia, pro Milone, ac nonnullæ aliæ; quem ſecundum Francianum appello. Tertius membranaceus, ſed longe prioribus inferior. Vix trecentorum annorum fert ætatem. Præter hos evolvi pervetuſtum codicem Colonienſem, in quo erant orationes Catilinariæ, & Philippicæ, ut & illæ pro M. Marcello, & Q. Ligario. Is liber antiquiſſimus minimum eſt ſeptingentorum annorum, ſed a manu recentiore in plurimis locis flagitioſe interpolatus, eraſa antiqua ſcriptura, cujus veſtigia tamen acrius eum intuenti plerumque poterant deprehendi, ſuppoſitis lectionibus depravatis: quod fatum fuiſſe multarum aliarum pervetuſtarum membranarum dudum viri docti ſunt conqueſti. In Philippicis præter laudatos libros uſui mihi fuit meus codex ſane quam vetuſtus, in quo ſolæ Philippicæ ſunt deſcriptæ: ſicut & in codice membranaceo bibliothecæ Amſtælodamenſis, quem mihi dedit utendum Vir Reverendus & diſertiſſimus,* PETRVS SCHAACKIVS, *verbi divini præco laudatiſſimus, qui in illa Vrbe ampliſſima publicæ bibliothecæ præfecturam gerit. Sed is quoque fuit recentior. Præter membranas has excerpta codicis optimi, in quo Verrinæ fuerunt, a Viro erudito in Gallia ſatis dili-*

diligenter excuſſi, mihi præſtitit bibliotheca Viri ſummi MARQVARDI GVDII, *cujus memoria numquam exoleſcet apud me; necnon alîus codicis vetuſtiſſimi lectiones, qui ſervatur in bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi, in quo legebantur eædem Verrinæ. Illas Lutetia mihi, cum illic ageret, miſit Vir Illuſtris* IOANNES DE WITT, *quibus multum ſum adjutus in illis expoliendis.* EDVARDVS BERNARDVS *Vir doctiſſimus, &, cum ſupereſſet, mihi amiciſſimus,* CICERONIS *opera* LAMBINIANÆ *editionis mihi dono dedit, qui fuerant magni* PETRI PITHŒI. *Is multas orationes, & alios quoque* CICERONIS *libros cum priſcis membranis commiſit. Dreſdenſis codicis, qui eſt in pluteis Sereniſſimi Electoris Saxoniæ, & nonnullas* CICERONIS *orationes complectitur, quamvis non ſit vetuſtiſſimus, varietatem ſcripturæ ad me ante complures annos perferri curavit frater meus optimus,* GOTHOFREDVS GRÆVIVS, *Senator & Syndicus Lipſienſis, qui illum cum editione Argentoratenſi* MDXL. *compoſuit in primo flore adoleſcentiæ. Præter manu exaratos libros editiones antiquas aliquot inſpexi. Vnam anni* MCCCCLXXII. *nullo addito loco, ubi prodiit; ſed in cujus calce hæc diſticha leguntur:*

Hoc ingens Ciceronis opus, cauſaſque forenſes
Quas inter patres dixit, & in populo,
Tu quicumque leges: Ambergau natus ahenis
Impreſſit formis. Ecce magiſter Adam.

 Hanc

Hanc primam ſoleo vocare. Ei erat proxima Mediolanenſis anni MCCCCXCVIII. *quam Vir Clariſſimus* IACOBVS PERIZONIVS, *æque ut Baſileenſem Hervagianæ officinæ* MDXL. *Vir eximius & cultiſſimus poeta* IANVS BROECHVSIVS, *&* ROBERTI STEPHANI *ex emendatione* PETRI VICTORII, *anni* MDXXXIX. *Vir Cl.* THEODORVS IANSONIVS *Ameloveenius mihi utendam dedit. Habui etiam* ANDREÆ CRATANDRI *Baſileenſem* MDXXVIII. *&* CAROLI STEPHANI MDL. *quatuor* LAMBINIANAS, DIONYSII GOTHOFREDI, *& varias recentiores. Interpretes vero harum orationum accipies integros & illibatos primo, qui in omnes aut commentarios ſcripſerunt, ut* FRANCISCVS HOTTOMANNVS, *&* PAVLLVS MANVTIVS; *aut animadverſiones, ut* LAMBINVS, F. VRSINVS, *&* GRVTERVS, *nec non* ASCONIVM *cum MSo. a me collatum, &* SCHOLIASTEN *anonymum, quem olim mecum communicavit ὁ πάνυ* ISAACVS VOSSIVS, *& quem ex eodem libro deſcriptum divulgavit in editione noviſſima Leidenſi Vir Celeberrimus* IACOBVS GRONOVIVS. *Dein accipis, quæ ante hanc diem lucem non adſpexerant,* IACOBI MENARDI *eruditiſſimi I. C. & viri acutiſſimo ingenio, qui* FRANCISCI BALDVINI *diſcipulum ſe fuiſſe profitetur, in priores ſex orationes notas perdoctas, quarum copiam mihi fecit ex inſtructiſſima bibliotheca ſua Vir Illuſtriſſimus* HIERONYMVS BIGNONIVS, *qui ut ipſe doctiſſimus eſt, ſic omnis eruditionis intelligentiſſimus eſt exiſtimator, & eorum, qui illius in omni diſciplinarum genere dignitatem tueri & amplificare ſtudent, patronus ſum-*

Digitized by Google

ſummus. Illas mihi miſit Vir præſtantiſſimus HERVÆVS PETRVS SIMON DE VALHEBERT, *qui ei eſt a bibliotheca. Fuit* MENARDVS *domo Burdigalenſis, ſed apud Andegavos magnam vitæ ſuæ partem tranſegit, & in litterarum humaniorum, & legum Romanarum ſtudiis conſumſit. Quantus in iis vir fuerit, hæ, quas nunc damus, notæ docebunt, quæ facile ceteris omnibus, qui illas orationes illuſtrarunt, palmam præripiunt. Fuiſſe fertur vir optimus, & ab omni ambitione alieniſſimus, qui numquam aut ad rempublicam accedere, aut forum attingere, aut in lyceo quodam publice docendi provinciam ſuſcipere voluerit. Sibi, ſuiſque Muſis apud Andes canebat. Adoleſcentibus tamen ejus diſciplinæ cupidis operam navabat domi ſuæ in tradendis juris, & humanitatis doctrinis. Eam non pauci expetebant, quia juris & antiquitatis Romanæ conſultiſſimus ab omnibus habebatur, & ſi qui difficiles nodi in illis artibus occurrerent, ei expediendi committebantur. Ad* MENARDVM *enim tamquam ad tripodem Apollinis decurrebatur. In fronte notarum, quas nunc publicamus, legitur:* Commentarios ad has Ciceronis orationes Iacobus Menardus dictabat Claudio, & Carolo Menard ſuis ex fratribus nepotibus. *Non exiſtimo unius horum* MENARDORVM *eſſe αυτογραφον, unde hæc typis mandata ſunt, ſed alterius cujuſdam ex αυτογραφῳ deſcriptum exemplum, quia nonnullæ mendæ in illo deprehenduntur, quamvis & juvenilis ætatis avunculum non recte aſſequentis culpæ poſſint ille tribui. Annos* LXX. *natus diem ſuum obiit Iuliomagi* MENAR-

NARDVS. *Vtinam plura poſſent reperiri viri tam eximii ſcripta ; digna ſane ſunt, quæ protrahantur ex tenebris in lucem, ſive jus Romanum, ſive ſcriptores alios idoneos explanent.* *Accipis etiam ex* IOANNIS PASSERATII, *Doctoris Regii Pariſienſis nobiliſſimi & magni nominis, diſputationibus Academicis manu exaratis excerpta in orationes pro Quintio, pro Roſcio Amerino, pro Cæcina, pro Murena, pro Flacco, pro Archia, & in Vatinium. Ex his ea tantum ſelegi, quæ faciebant ad illuſtrandum* CICERONEM, *aut Latini ſermonis ſubtilitatem & elegantiam, cujus erat peritiſſimus, explicandam. Reliqua, quæ quidem utilia ſunt tyronibus, ſed quæ in tanta luce litterarum nunc edi nollet ſane* PASSERATIVS, *omiſi. Videbis quoque notas virorum doctiſſimorum in aliquot* CICERONIS *orationes dudum quidem editas, ſed paucis viſas, & cognitas, ut* BERNARDI LAVREDANI *Patricii Veneti in orationes de Lege Agraria commentarium, qui Venetiis prodierat apud* PAVLLVM MANVTIVM MDLVIII. *Hujus tamen commentarii auctorem non* LAVREDANVM *eſſe, ſed* CAROLVM SIGONIVM MICHAEL BRVTVS *teſtatur in epiſtola ad* LAMBINVM, *in qua de* CICERONIS *editione, quam adornarat Lugduni apud Iuntam. Habetur illa in epiſtolarum libro* V. *Cracoviæ ſuperiore ſeculo, & nuper iterum Berolini ab Ampliſſimo Viro* IOANNE FRIDERICO CRAMERO *cum multis acceſſionibus publicatarum :* Hottomanni commentarium, *inquit*, Sigonii in tres de Lege Agraria, qui falſo alieno nomine circumferuntur, Mureti, Faerni in alias adnotationes,

tuas

tuas in omnes ſic habui in manibus, ut nihil mihi umquam de alieno ſumſerim. *Sed & Thvanvs ex ipſo* Sigonio *ſe hæc accepiſſe in libro* I. *de Vita ſua teſtatum reliquit:* Ab eo (*Sigonio*) tandem expreſſit, (*Thuanus*) & libros de Senatu Romano ſub nomine Ioannis Zarii Zomoscii, qui poſtea non Poloniam ſaltem ſuam, ſed totum orbem terrarum nominis ſui gloriæ teſtem habuit, nomine editos, ut & Poloniam Petri Craſſini, nec non & commentarium in Agrarias Bernardini Lauredani nomen præferentem a ſe ſcriptum eſſe. *Tanto nobis commendatior eſſe debet hic commentarius propter Sigoniani nominis & eruditionis ſplendorem. Quam rari ſunt, qui* Andreæ Patricii *Nidecici notas in orationes pro Rabirio Poſtumo, pro Marcello, pro Ligario, & pro Deiotaro viderunt, quæ Cracoviæ typis eleganter ſunt mandatæ in officina Lazari anno* MDLXXXII. *ut &* Gabrielis Faerni *in orationes pro Fonteio, & Flacco, ac in Piſonem, ſed in primis in Philippicas adnotationes, quæ Romæ ſunt excuſæ apud Vincentium Luchinum* MDLXIII. Faernvs *Philippicas cum Vaticano contulit codice vetuſtiſſimo, & infinitis locis emendatiores, quam in ceteris habebantur editionibus, divulgavit. Eodem fere tempore ex iiſdem veterrimis membranis iſtas Philippicas recenſuit & emaculavit* M. Antonivs Mvretvs, *& correctas publici iuris fecit Pariſiis. Prodierunt ex officina Gabrielis Buon* MDLXXIII. *cum* Mvreti *ſcholiis. Editionem utramque vidit* Grvtervs, *quamvis non uno in loco ſuarum notarum deſiderium illas videndi*

di

di præ ſe ferat. Plurima loca, quæ optime ab his duumviris ſunt conſtituta, receperunt LAMBINVS, MANVTIVS, *&* BRVTVS; *ſed a* GRVTERO *non ſunt auditi. Non fuiſſet mea in his rariſſimis libris videndis melior fortuna, quam* GRVTERI, *niſi noſtram paupertatem ſublevaſſet liberalitas & humanitas Viri perfectiſſimi,* ANTONII MAGLIABECKII, *qui Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ bibliothecæ præeſt, & de omni re litteraria, & me præcipue meritus eſt optime; cui dignas rependere grates non mei eſt ingenii & facultatis: referet grata poſteritas. Quæ multis aliis acceſſerint orationibus virorum doctorum expoſitiones & notæ, alibi docui. Vulgares vero interpretes, quorum plurimi circumferuntur, ſed qui nihil, niſi trivialia & pervulgata tradiderunt, ne nominari quidem debent in iſta doctorum hominum corona. Ex* NICOLAI ABRAHAMI *ſpiſſo commentario in tertium, ut vocant, orationum volumen, quæ videbantur ſervire* TVLLIO *illuſtrando multa, & forte plura, quam vellent politiores homines, excerpſi, nec pauca ex doctorum, qui in tranſcurſu ſuis in monumentis* TVLLIVM *aut emendarunt, aut dilucidarunt, obſervationibus. Videbis etiam orationum, quas nobis invidit injuria temporum, a* CAROLO SIGONIO, *&* ANDREA PATRICIO *collecta & explicata fragmenta. His omnibus & meæ acceſſerunt animadverſiones, & libelli variarum lectionum, quas tam ex MSis. quam editis libris hauſi. Eas calci ſubjeci. Hic etiam paucis monendum duxi de* CICERONIS *Epiſtolis ad Brutum, & Q. Fratrem, quas multi mi-*

Digitized by Google

ii mirantur non conſpici in TVLLIANARVM *Epiſtolarum voluminibus. Eas ſcito non negligentia quadam omiſſas eſſe: ſed quia nimis intumuerant Epiſtolæ ad Atticum, quibus ſolent ſubjici, noſtri bibliopolæ cenſuerunt eas rejiciendas eſſe in locum commodiorem. Collocabuntur vero in tomum ultimum, in quem & conferentur fragmenta librorum* CICERONIS *perditorum, & alia nonnulla. Vale Lector benevole, & his fruere. Trajecti D.* cIↃIↃCIC.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO
HVIVS NOVISSIMÆ EDITIONIS.

QVo primum tempore de TVLLIANIS *Orationibus edendis cogitare cœpimus, dolendum nobis fuit, non adeo magnas, præſtanteſque editioni Grævianæ nos facere acceſſiones poſſe, quales ad Officiorum libros tunc maxime conferebamus. Nam, præter exigua* IAC. GRONOVII, *&* NIC. LALLEMANDI *adjumenta, quaſdamque perpaucorum lucubratiunculas, unus ſupererat* M. ANTONIVS FERRATIVS, *ex cujus epiſtolis non mediocre aliquid in orationes ſingulas excuderemus. Verum cum ille plures præteriit locos, qui aut omni, aut ſatis apta explicatione caruiſſe hactenus videbantur, tum, quod erat ſane præcipuum,* TVLLIANORVM *verborum integritatem argumentis paullulum quidem adjuvit, MSis codicibus, ceteriſque hujuſmodi auxiliis omnino nihil. Nimis igitur ab eorum felicitate librorum, quos* PEARCIVS *bibliothecarum opibus, Britannoque acumine ingenii antiquum in decus propemodum vindicaverat, orationes has dolebamus abeſſe.*

Quæ cum ita eſſent, pro noſtra ſumma benemerendi de litteris voluntate, Romam ad GASPAREM GARATONIVM *Patricium Ravennatem ſcripſimus, rogantes, atque obteſtantes, ut ſi quid ex illa divite librorum veterum civitate, quod his orationibus prodeſſe poſſet, collectum haberet, quamprimum mitteret:*

ret: prælum jam in CICERONIS *Officiis, chartaſque fervere. Reſcripſit is perhumaniter, ſibi a* TVLLIANIS *edendis operibus cogitationes ipſas, nedum vigilias, ſemper fuiſſe alieniſſimas: nunc ad eos codices, quibus abundat urbs, conquirendos, diligenterqne verſandos neque ſpatium dari, neque otium ſupereſſe: domi ſe perexiguas quaſdam habere copiolas, quibus ſi contenti velimus eſſe, paratas eas nobis fore. Tum vero, quantulacumque iſta eſſent, non inutilia prorſus futura duximus: eaque miſit is ad hunc tomum comparata, & ad ceteros porro mittet. Neque enim, dum, quod cupimus, non licet efficere, quod poſſumus, negligendum putamus. Hæc itaque viris doctis verecunde tradimus, quæ, ſi minus meritorum, erunt noſtræ profecto teſtes voluntatis.*

DONATVS IANNOCTIVS, *is, cujus exſtat de Venetorum rep. commentarius, primo harum orationum volumini minore forma Venetiis anno* MDXL. *a* PAVLO MANVTIO *edito veteris cujuſdam codicis varietates adſcripſerat. Iis ex Barberina, cui præeſt, bibliotheca* GARATONIVS *eſt uſus. Diligentiam tamen* IANNOCTII *deſideravit: plura etenim potuiſſe inde bona proficiſci, non obſcura teſtantur indicia. Quibus igitur locis editio illa diſſidebat a ceteris, nihil vero ex codice notabatur, quamvis confirmari a codice, quod ibi erat editum videretur, pro certo id habitum numquam fuit. Vbi autem nota codicis* LAMBINI, *atque* HOTTOMANNI *emendationibus, quæ perpetuo apponuntur, ita permiſcebatur, ut neſcires, ab iis ne, an ab editione ſteterit codex, tum vero u-*

ſum

ſum ea nota præſtitit nullum. Acceſſit ex eadem bibliotheca Gryphiana anni MDXXXIX. *Philippicarum editio, quam cum vetuſto pariter codice* BARTHOLOMÆUS BARBADORIUS *contulit, a quo pæne totus etiam fuit* PLUTARCHI *Antonius appoſitus, & conjecturæ additæ ſane quam elegantes, & probæ, quarum, ubi res poſtulabit, gloria non defraudabitur. Limato enim, acrique inprimis judicio* BARBADORIUS *fuit; talis denique, ut adoleſcens adhuc ab immortali viro* PETRO VICTORIO *Var. Lection. XX.* 19. *laudes tulerit perhonorificas.*

Profuit etiam nonnihil Veneta TULLIANORUM *Orationum editio a* NICOLAO GIRARDENGO *anno* MCCCCLXXX. VI. *idus Martias abſoluta; cui celeberrimum* ANTONII AUGUSTINI *nomen propria ejus manu fuit adſcriptum. Hanc non adſpexit* GRÆVIUS, *antea tamen aliquoties laudaverat* IANUS GRUTERUS; *ſed quam negligenter is adhibuerit, quam eam ſæpe conſulere oblitus ſit, ex hac, quæ nunc editur, ejus collatione patebit. Quod vero magno noſtro incommodo accidit, Oratione pro Q. Roſcio Comœdo, pro Fonteio, Philippicis, & Verrinis omnibus caret, ut jampridem veterum editionum hiſtoriæ monuerunt. Neque Naugerianam editionem* GARATONIUS, *quoniam ejus erat copia, inutilem plane putavit: quamquam ſciret eſſe permultos, qui ſuſpectam* NAUGERII *haberent fidem. Illud enim perſuaderi ſibi numquam eſt paſſus,* ANDREAM NAUGERIUM, *Latini ſermonis peritiſſimum virum, ſi proprio judicio, ſenſuque in corrigendo* CICERONE *uti voluiſſet, tantas in eo maculas, oratio-*

tionemque ſæpe mancam, inconcinnam, incompoſitam relicturum fuiſſe; præterea quod jamdudum edebatur probe, aliquando ſine cauſa deſerturum. Dolendum potius videtur, in tam depravatos illum codices incidiſſe: & ſi qua in ipſum cadere accuſatio poteſt, hæc certe cadit, illi, quam diximus, plane contraria, quod malis codicibus ita ſe commiſerit, ut ſuperiorum editionum bona neglexerit. Eſt tamen aliqua etiam ex Navgerio *iis utilitas, qui has res judicio tractant: ex eoque* Victorivs *haud ſemper pœnitendas lectiones probaſſe hactenus viſus eſt. Neque in bonis, neque in malis notorum codicum omnino deſunt illi ſuffragia.*

Ioh. Avgvstvs Ernestvs, *dum Latinam* Fabricii *bibliothecam ab ſeſe auctam ederet, judicium nobis de hoc homine invidit ſuum: quod plurimi faciendum certe fuiſſet, a tali viro, tamque in his rebus exercitato profectum. Hac de cauſa neque nobis ſilendum putavimus, neque titulum, qui ab omnibus non perlegitur, ex tertia, quæ præſto fuit, Naugeriana editione prætermittendum.* Secundus tomus M. T. Ciceronis orationes habet ab Andrea Navgerio patritio Veneto ſummo labore, ac induſtria in Hiſpanienſi, Gallicaque legatione excuſſis permultis bibliothecis, & emendatiores multo factas, & in ſuam integritatem ad exemplar codicum antiquorum longe copioſius reſtitutas .... Venetiis in officina Lvcæ Antonii Ivntæ poſt Germanam, Gallicamque editionem mdxxxiiii. *Poſtrema hæc Naugerianorum operum collector* Vvlpivs *omiſit (p. 426.):*

putavit itaque poſt ALDVM *ſeniorem* , *cui* TVLLIVM *edenti* NAVGERIVS *adfuerat* , IVNTAM *in his Naugerianis unice*, *præclareque verſatum*. *Idem ſenſiſſe jampridem* MARIVS NIZOLIVS *videri poteſt* , *qui in præfatione ſuarum ad* TVLLIVM *obſervationum* IVNTAM *narrat*, quod ad orationes CICERONIS attinet, uſum fuiſſe exemplari correctiſſimo ANDREÆ NAVGERII, quod olim vir ille eruditiſſimus , & ſcriptorum CICERONIS ſtudioſiſſimus manu propria ex variis, & antiquis codicibus innumeris pæne in locis caſtigaverat, ac multis partibus auxerat, repertis aliquot orationum membris , quæ in bibliothecis antiquis jamdiu a nemine viſa , nec lecta delituerant. *Iam ſatis conſtat*, NAVGERIO *mortuo*, *hoc ad* IVNTAM *exemplum perveniſſe*. *Quid vero is de Gallica*, *Germanicaque editione mentionem facit? Aldina certe neque Gallica eſt*, *neque Germanica*. CRATANDER , *&* HERVAGIVS *cum Baſileenſes ambo fuere Typographi* , *tum nihil ad* NAVGERIVM , *licet hunc per eoſdem codices profeciſſe fingamus*. *Sed hoc ii viderint* , *quibus hujus eſt rei judicandæ facultas*.

Illud etiam monendum putamus , *quod ab eodem ſummo viro* ERNESTO *eſt prætermiſſum* , *ex quatuor partibus*, *quibus Iuntina* TVLLIANORVM *Operum editio conſtat*, *hanc unam* , *qua orationes continentur*, *ex* NAVGERII, *reliquas ex* VICTORII *emendatione fluxiſſe* . *Quo factum eſt* , *ut* NAVGERIO *clariſſimum* VICTORII *nomen offecerit* , *atque in his quoque Orationibus recenſendis operam collocaſſe ſuam* VI-

VICTORIVS *putaretur*. *Addidit profecto huic errori cauſam* ROBERTVS STEPHANVS, *qui anno* MDXXXIX. *Victorianum ſe* TVLLIVM *dare profeſſus eſt*, *nulla ad Orationes* NAVGERII *mentione facta*, *tituloque ſecundi Iuntini tomi ſublato*, *ex quo maxime Naugerianus patebat labor*. *Epiſtolas verò* NAVGERII, *quæ ex tribus* ALDI *tomis in ſecundum* IVNTÆ *migraverant*, *cum Victorianis editioni univerſæ præpoſuit* : *unde aliud nihil conficeres*, *quam* NAVGERIVM *antea editionem* ALDI *curaſſe*. *Sed ipſe* VICTORIVS *ſe ad has orationes emendandas non acceſſiſſe fatetur*, *dum ad eas nihil præfatur*, *dum in tomò primo*, *qui anno* MDXXXVIII. *prodiit omnium poſtremus*, ARDINGHELLO *ſcribit*, tertiam partem *ſe ad eum mittere*, *quæ tamen*, *ſi ordo ſervatus fuiſſet*, *prima eſſe debuerat* ; quartam *ſine ulla dubitatione appellaturus*, *ſi orationes ab* IVNTA *jamdudum editas ad ſe pertinere putaſſet*. *Deinde ſuas ad* TVLLIVM *obſervationes edens orationes ejus plane non attigit* : *quod mirum permultis accidit*, *qui hæc ignorarunt*. *Quod vero cæptum a* NAVGERIO *peregit opus*, *ejuſque induſtriæ vicarium quodammodo ſupponi ſe paſſus eſt*, *Naugeriana eum probaſſe credat*, *ut in re incerta*, *qui volet*. *Compertum hoc eſt*, *quotieſcumque in his orationibus ſuperiores interpretes editionem* VICTORII *commemorant*, *eos eſſe de Naugeriana intelligendos*. *Neque in novis obſervationibus nomen admodum curæ fuit*, *cum jam res teneatur*. *Illud potius proviſum eſt*, *ut non ex* NAVGERIO *lectiones* ; *verum ex ipſis* NAVGERIVS *æſtimaretur*. *Ita enim ſperatum eſt*

 fore,

fore, ut qui male de NAVGERIO *ſentiunt, ſi redire cum illo in gratiam nolint, fidem MSis codicibus, ſincerisque editionibus, cuilibet denique potius, quam* NAVGERIO, *hic adhibitam fateantur. Dubitari tamen minime poteſt, quin his in Orationibus* VICTORIVS *jamdiu, quaſi procuratorio* NAVGERII *nomine, principem quemdam teneat locum: de quo nunc denique dejiciendus non eſt ipſe* NAVGERIVS, *cum non fama* VICTORII *ſolum, ſed etiam, qualis quidem poteſt in his rebus exſpectari, veritas poſſeſſionem illi hanc acquiſiverit.*

Verba CICERONIS, *plane qualia* GRÆVIVS *dedit, ſumma fide reddimus, ac pæne nimia. Vt enim ab eo diſcederemus, ſatis juſtæ aliquando cauſæ fuerunt: diſceſſimus tamen omnino numquam. Errores typographicos ſuſtulimus, eos tantum, qui Grævianæ proprii editionis erant: eos vero, qui ex Gruteriana illuc irrepſerant, bis, terve pernecessario,* GRONOVII *in reliquis, aut* GARATONII *admonitione contenti. Notæ porro, quas* GRÆVIVS *congeſſit, ut multo emendatiores, quam antea, nunc legantur, effecimus. His cum nunc alias non ſane paucas adjiceremus, adhibuimus quemdam in copia modum. Neque enim quidquam ſcientes prætermiſimus, quod aut aliquam* TVLLIO *lucem affundere, aut aliquid ad ſcripturam veterem inveſtigandam adjumenti poſſet afferre: neque rurſus eadem repeti, inutilia coacervari, res pluribus, quam opus eſſet, verbis explanari, exemplis denique, argumentiſque lectorem obtundi permiſimus. Quocirca* IACOBI GRONOVII *notas vere inte-*

grás

gras dedimus , tametſi aliquando , quid ille egerit , verbo monuimus: ex Facciolato *autem nihil detraximus, quod ſcire intereſſet; nimiam tamen ejus in obſervationibus, quas ad calcem orationum* pro Quintio, *&* pro Sex. Roſcio *rejecerat, temperavimus redundantiam ; tum plura perlevia , aut ab hic editis interpretibus ſumta neglesimus .* M. Antonii Ferratii *epiſtolæ veſtem quaſi quamdam notarum induere coactæ ſunt , breviuſque interdum loqui compulſæ ; ſed nihil ingenium viri , nihil diligentia , quod queratur, habebit ; adeo ſenſibus ejus , medulliſque ſervitum eſt ; numeri quoque in auctorum veterum allegationibus additi. Quaſdam etiam a* Grævio *contemtas* Grvteri *notas utiliter revocavimus , &* Lallemandi *quaſdam addidimus: cum vero utriſque integris uſus ſit* Garatonivs, *plura ex iis attexere, nihil attinebat. Demum Voſſianus* Interpres vetvs Anonymvs , *quem* Grævivs *in una Orat.* pro Sex. Roſcio *ad illius calcem rejecit , ſingulis locis in ima paginæ ora ſubjectus eſt.*

Verumtamen denſa jam nimium notarum ſeges eſt: quam non librariorum modo veterum in Tvllii *operibus deſcribendis inſcitia , verum etiam noſtrorum interpretum errores, oſtentatio , præliaque mirifice aluerunt: ut nunc demum, quod* Ferratio , *&* Garatonio *contigit , in his refellendis non parum temporis , chartarumque abſumatur . Illud poſtremo monendum ſupereſt , Indicem nimirum legum a doctiſſima* Ernesti *manu profectum, quem initio* Olivetvm , *&* Lallemandvm *ſecuti hoc loco edere*

ſta-

ſtatueramus , nunc cum reliquis V. C. indicibus , a quibus inepte divelleretur , poſt omnia CICERONIS *opera exſpectare jubemus . Singulares ad unumquemque tomum acceſſiones proprius docebit locus . Tu fave , Lector , noſtramque in ſumma tenuitate induſtriam , animumque dilige litterarum amore flagrantem .*

NICO-

NICOLAI LALLEMANDI

M O N I T V M

Ex Tomo III. ſuæ omnium Tullianorum operum editionis.

IN orationibus recenſendis codices excuſſimus, & præſertim, qui e Colbertina bibliotheca in Regiam olim tranſierunt; in quibus orationes ita deſcriptæ ſunt, ut in ſingulas duo, treſve codices, aliquando etiam plures conſulere liceat. Horum mentio frequens erit in his notulis, quas ad nonnullam, ſi fieri poſſit, Ciceroniani textus emendationem inſtituimus.

Adnotationes, quas ad hoc Orationum volumen dedit Grævius.

Integræ	Selectæ
Francisci Hotomanni	Ioannis Passeratii
Dionysii Lambini	Iani Grvteri
Fvlvii Vrsini	I. Gvilielmii
Iacobi Menardi	Riccoboni, et alior.
Pavlli Manvtii	

Scholiastis Anonymi ad Orat. pro Sex. Roscio.

IN NOVA HAC EDITIONE ADIECTÆ.

M. Antonii Ferratii ex ejus epiſtolis Patavii editis anno MDCCXXXVIII. excerptæ, atque digeſtæ.

Iacobi Gronovii, Isaaci Verbvrgii, Nicolai Lallemandi, & aliorum ſelectæ.

Item ſelectæ Iacobi Facciolati ad Orationes pro Quintio, & Sex. Roſcio Amerino.

Gasparis Garatonii nunc primum editæ.

ORA-

O R A T I O N V M
C H R O N O L O G I A,

Ad Fr. Fabricii, & And. Schotti rationes exacta.

Anno V.C.	Anno Cic.	CONSVLES ROM.	ORATIONES.
672	26	*M. Tullius Decula.* *Cn. Cornelius Dolabella.*	CICERO cauſas agere cœpit publicas, ut in Bruto ait. Privatam pro QVINTIO apud Aquilium Gallum egit, an. agens ſextum & viceſimum.
673	27	*L. Cornelius Sulla Felix, II.* *Q. Cæcilius Metellus Pius.*	SEX. ROSCIVM parricidii reum defendit, anno ætatis XXVII. quo & Demoſthenem Athen. Oratorem dicere cœpiſſe κατὰ Ανδρονίκου, obſervat Gellius XV. 28.
674	28	*App. Claudius Pulcher.* *P. Servilius Vatia Iſauricus.*	
675	29	*M. Æmilius Lepidus.* *Q. Lutatius Catulus.*	
676	30	*Mamercus Æmilius Lepidus.* *D. Iunius Brutus.*	
677	31	*Cn. Octavius.* *C. Scribonius Curio.*	Pro Q. ROSCIO COMŒDO dixit. Quæſtor creatur.
678	32	*L. Octavius.* *C. Aurelius Cotta.*	
679	33	*L. Licinius Lucullus.* *M. Aurelius Cotta.*	
680	34	*M. Terentius Varro Lucullus.* *C. Caſſius Varus.*	
681	35	*L. Gellius Poplicola.* *Cn. Corn. Lentulus Clodianus.*	
682	36	*Cn. Aufidius Oreſtes.* *P. Cornelius Lentulus Sura.*	
683	37	*M. Licinius Craſſus.* *Cn. Pompeius Magnus.*	Ædilis Curulis creatur. In Q. CÆC. & in VERREM.
684	38	*Q. Hortenſius.* *Q. Cæcilius Metellus Creticus.*	Pro M. FONTEIO dixit, & pro A. CÆCINA. Ædilitatem gerit.

Anno V.C.	Anno Cic.	CONSVLES ROM.	ORATIONES.
685	39	*Q. Marcius Rex.* *T. Cæcilius Metellus.*	
686	40	*C. Calpurnius Piſo.* *M. Acilius Glabrio.*	
687	41	*M. Æmilius Lepidus.* *L. Volcatius Tullius.*	Prætor CICERO Legem Maniliam ſuaſit. dixit & pro A. CLVENTIO AVITO.
688	42	*L. Aurelius Cotta.* *L. Manlius Torquatus.*	
689	43	*L. Julius Cæſar.* *C. Marcius Figulus.*	
690	44	M. TVLLIVS CICERO. *C. Antonius Nepos.*	Agrariæ tres. Pro C. RABIRIO perduellionis reo. In CATILINAM, quatuor. Pro L. MVRENA.
691	45	*D. Iunius Silanus.* *L. Licinius Murena.*	Pro P. CORN. Sulla.
692	46	*M. Pupius Piſo.* *M. Valerius Meſſala.*	Pro ARCHIA Poeta.
693	47	*Q. Cæcilius Metellus Celer.* *L. Afranius.*	
694	48	*C. Iulius Cæſar.* *M. Calpurnius Bibulus.*	Pro L. FLACCO.
695	49	*A. Gabinius.* *L. Calpurnius Piſo Cæſoninus.*	His Coſſ. adjuvantibus, M. TVLLIVS a P. Clodio in exilium ejectus.
696	50	*P. Corn. Lentulus Spinther.* *Q. Cæcilius Metellus Nepos.*	De Reditu ſuo, & in Senatu, & ad Quirites. Pro Domo ſua, ad Pontific.
697	51	*Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus.* *L. Marcius Philippus.*	De Haruſpicum Reſponſis. Pro P. SEXTIO. In VATINIVM. Pro L. CORNELIO BALBO. De Provinciis Conſularibus. Pro M. CÆLIO.
698	52	*Cn. Pompeius Magnus, II.* *M. Licinius Craſſus, II.*	In PISONEM.
699	53	*L. Domitius Ahenobarbus.* *App. Claudius Pulcher.*	Pro Cn. PLANCIO, & pro C. RABIRIO POSTVMO.
700	54	*Cn. Domitius Calvinus.* *M. Valerius Meſſala.*	Augur fit CICERO.
701	55	*Cn. Pompeius Magnus. III. ſine Collega.*	Pro MILONE dixit.

702

Anno V.C.	Anno Cic.	CONSULES ROM.	ORATIONES.
702	56	*Serv. Sulpicius Rufus.* *M. Claudius Marcellus.*	Provinciam Ciliciam ſortitus CICERO, eo Proconſul proficiſcitur.
703	57	*L. Æmilius Paulus.* *C. Claudius Marcellus.*	
704	58	*L. Cornelius Lentulus.* *C. Claudius Marcellus.*	
705	59	*C. Iulius Ceſar, II.* *P. Servilius Vatia Iſauricus.*	
706	60	*C. Iulius Ceſar, Dictator, II.* *M. Antonius, Mag. Equit.*	
707	61	*C. Iulius Cæſar, III.* *M. Æmilius Lepidus.*	Habita Oratio pro MARCELLO, & pro Q. LIGARIO.
708	62	*C. Iulius Cæſar, III. Dictator.* *M. Æmilius Lepidus, Mag. Equit.* *Eodem Anno C. Iulius Ceſar, IV. ſine Collega.*	Dixit pro DEIOTARO Rege ad Cæſarem.
709	63	*C. Iulius Ceſar, V.* *M. Antonius.*	Philippicam primam, & tertiam habuit in Senatu; quartam ad Quirites: ſecundam ſcripſit, non habuit.
710	64	*C. Vibius Panſa.* *A. Hirtius.*	Quintam Philippicam dixit in Senatu, ſextam ad Quirites, ſeptimam, & reliquas in Senatu. Interficitur a M. Antonio VII. Id. Decemb.

Digitized by Google

M. T. CICERONIS
PRO
PVBLIO QVINTIO.
ORATIO PRIMA.

Argumentum Hottomanni.

CVm olim annos aliquot inter Sex. Nævium præconem, & C. Quintium de plebe Romana hominem ſocietas rerum, quæ in Gallia comparabantur, fuiſſet, moritur C. Quintius, fratremque Publium teſtamento heredem facit. Diſſoluta hoc modo ſocietate, judicio primum communi dividundo, dein, ſi quid ab alterutro deberetur, Pro ſocio judicio diſceptandum erat. Hoc cum ſumtis intra parietes domeſticos arbitris tranſigi non potuiſſet, reſque aliquamdiu in vadimonium fuiſſet, idque ſæpenumero dilatum eſſet, tandem Sex. Nævius L. Scipione C. Norbano Coſſ. cum P. Quintius in Galliam profectus eſſet, teſtes complures ſumſit, ſe vadimonium ſtitiſſe, P. Quintium deſeruiſſe. Eam teſtationem cum ad P. Burrienum Prætorem edidiſſet, poſtulavit ex edicto, ut ſibi Quintii bona, quaſi latitantis debitoris, poſſidere liceret. Prætor, qui deſerti vadimonii tabulas, teſtimoniumque audiret, neminem porro, qui abſentem Quintium defenderet, adeſſe videret, ei poſſeſſionem decernit. Ita Nævius dies triginta poſſedit: quibus exactis, eadem bona proſcribit, auctionemque in diem certam conſtituit: cum ecce tibi Sext. Alphenus Quintii ſe procuratorem eſſe denunciat, ſtatimque & libellos dejicit, & puerum, quem Nævius abducebat, eripit: ſeque paratum eſſe judicio Quintium defendere profitetur. Hunc Nævius in jus ad P. Burrienum vocat: petit, ut ſi velit Pro ſocio judicio P. Quintium defendere, judicatum ſolvi ſatiſdet, cujus ſatiſdationis tres clauſulæ ſunt: de re judicata ſolvenda, de re defendenda, id eſt judicio ſiſti, & de dolo malo. l. 6. D. judicatum ſol-

ſolvi. Ius autem eſt, ut quamvis bona poſſeſſa ſint, ſi tamen ante auctionem defenſor exſiſtat, & ſatiſdationem offerat, deſinat poſſeſſio, neque auctio conſtituatur. Alfenus ſatiſdare non recuſat, dum idem viciſſim Nævius faciat. Solos enim eos tantum ſatiſdare, quorum bona ex edicto poſſeſſa eſſent. Hæc autem non fuiſſe ex edicto poſſeſſa, paratum ſe defendere. Prætor, qui poſſeſſionem decreverat, & poſſeſſa fuiſſe bona intelligebat, decernit, ut ſolus Alfenus ſatiſdet; qui tum quaſi injuſtum Prætoris decretum eſſet, Tribunos pleb. appellat. L. Brutus e decem unus oſtendit ſe interceſſurum, niſi quid inter eos conveniret. Convenit igitur, ut idibus Septemb. id eſt, ſex ſeptemve poſt menſibus P. Quintius judicio ſe ſiſteret. Venit Quintius, rebus ſæpe dilatis, tandem in jus ad P. Dolabellam Prætorem urbis, M. Tullio, Cn. Dolabella Coſſ. (1) *itur. Ibi Nævius, judicium communi dividundo poſtulat: cum eo, ut Quintius ſatiſdet, quippe cujus bona ex edicto poſſeſſa ſint. Quintius ſatiſdare recuſat, quaſi ſua bona ex edicto poſſeſſa non eſſent* (2). *Dolabella decernit, ut aut ſatiſdet, aut ſponſionem faciat, Si ſua bona ex edicto poſſeſſa ſint.*

(1) M. Tullio Decula, & Cn. Cornelio Dolabella Coſſ. anno V. C. 672. Sylla Dictatore, cum Cicero ageret ætatis annum 26. ut contendit Gellius XV. 28. I. A. Fabricius Bibl. Latina I. 8. actam putat annn V. C. 673. poſt Id. Mart. quæ fuit etiam ſententia And. Schotti Tull. quæſt. IV. 7. FACCIOLATUS. Vide Valeſium ad cap. 8. in fine. Ferratius actam orationem hanc putat anno V. C. 669. in ep. 2. lib. IV. Sed Conſules certi ſunt. Ea igitur quæſtio eſt, quo anno V. C. ii Coſſ. fuerint. Hunc annum propter varias in Romana Chronologia conſtituenda opiniones alii alium dicunt. Liberum itaque ſit unicuique judicium. GARATONI.

(2) Quod Cicero ait cap. 8. *Non recuſabat Quintius, quin ita ſatiſdare juberetur, ſi bona poſſeſſa eſſent ex edicto*, fucum Valeſio fecit ad fin. d. cap. 8. & Manutio ad h. l., contra quem late diſputat Ferratius lib. IV. ep. 4. Quaſi hanc ſatiſdationi conditionem addere Quintius vellet, *ſi bona &c.* Quod aliter omnino eſt intelligendum: Tamen Cicero ſatis perſpicue rem narrat: & ſummi viri hi fuere. Particulam hanc Tullianæ narrationis, quam Hottomannus recte, ſed ſtrictim exponit, ut Valeſii, & Manutii opiniones, quæ totius Quintianæ cauſæ rationes perturbant, ſubmoveantur, fuſius explanare neceſſe eſt. Quintius *de re* judicium fieri volebat, h. e. de ſocietate, deque eo, quod ſibi deberi Quintius exiſtimaſſet, poſſeſſionis lite remota: bona ſibi per calumniam iniquitate Prætoris ablata aut poſt hoc judicium reſtitui, aut legitime retineri debere. Nævius inſtabat, ut ſatiſdare judicatum ſolvi Quintius cogeretur, antequam judicium de ſocietate, pecuniaque fieret; QUONIAM ejus bona ex edicto poſſeſſa eſſent. Si

ſint. Non injuria, meo quidem judicio. Conſtabat enim bona poſſeſſa eſſe. Dubitabatur utrum ne ex edicto, an non. Sponſionem facere Quintius maluit. Iudicium ergo conſtituitur: daturque hoc negotium C. Aquilio Gallo tum Iuris civilis ſcientia inprimis claro: qui tres ſecum in conſilium Iuriſconſultos adhibuit, M. Marcellum, P. Quintilium, & L. Lucullum. Actor eſt quidem hoc judicio P. Quintius: quippe qui ſponſionem faciat. Sed ſi generatim controverſiam omnem ſpectemus, non dubium eſt, quin prior controverſiam Nevius moverit, quippe qui judicium a P. Dolabella Prætore poſtularit; unde illud eſt: Reum priore loco cauſſam dicere. *Item alio loco:* Queritur priore patrono cauſſam defendente, &c. (3). *Cauſſæ igitur conſtitutio hæc erit. Intentio: Bona mea ex edicto non poſſediſti. Depulſio: Imo ex edicto poſſedi. Q. An bona ex edicto poſſederit? Ratio: Quia bona ex edicto poſſidere, eſt ejus bona decreto Prætoris poſſidere, qui judicio defenſus non ſit: hoc eſt, cujus nomine nemo judicium acceperit. Alfenus autem judicium Pro ſocio, quod cum eo petebat, ut ſolus ſatiſdaret, accipere noluit: ſed cum Prætor judicium da-*

Si Quintius *ita* ſatiſdaret, bona ſua poſſeſſa fatebatur, infamiam deſerti vadimonii ſubibat. Reſpondit itaque, ſi bona ſua ex edicto poſſeſſa eſſent, tum demum hanc ſatiſdationem æquam futuram. Sic antea ſatiſdare Alfenus Quintii nomine recuſaverat. Quando igitur, ait Prætor, bona tua ex edicto poſſeſſa negas, Quinti, hac de re fac cum Nævio ſponſionem. Vt faciat, ſtatim decernit. Sed Quintius hoc quoque iniquum eſſe contendit: nunc poſſeſſionem, atque infamiam ante rem, & id, quod eſſet in controverſia præcipuum, ad judicium afferri: de re quæri, non de probro oportere: ſponſionem vero ipſam probandi onus in reum ab actore transferre: Nævium jam ea bona permiſſione Prætoris habere: qui non recte haberi defendat, eum priore loco, atque adeo de vadimonio, de infamia, dicere debere. Tunc Prætor nolens ab injuria deſiſtere, optionem Quintio dedit, ut aut ſatiſdaret, de re cauſam dicturus, aut Nævium ea ſponſione laceſſeret, alterutrum omnino eſſe faciendum. Hac tamen in re Dolabellæ Prætoris injuriam cum Hotomanno nullam mehercule duxerim: Nævius enim Burrieni juſſum habebat: ex eo poſſidebat. De re igitur diſceptari ab eo, qui bona videbatur amiſiſſe, Dolabella ſine ſatiſdatione permitteret? Quod ni faceret, quidnam erat reliquum, niſi ut Quintius probaret, bona ſua poſſeſſa ex edicto non fuiſſe? Burrienus paullo fortaſſe iniquior, qui de vadimonio, ac de Nævianis inſidiis non ſevere, accurateque cognoverat. GARATON.

(3) Perperam his verbis utitur vir ceteroquin ſubtiliſſimi ingenii ad oſtendendam iniquitatem Prætoris, qui juſſerat reum priore loco dicere. Nam procul dubio referuntur ad M. Iunium, qui prior Quintii patronus fuit. FACCIOL. Vide ad cap. 1. & 10.

daret , atque ut ipſe ſolus ſatiſdaret , decreviſſet , Tribunos appellavit . Non eſt ergo iſtud judicium pati , neque judicio defendere, cum auxilium a Tribunis petas . F. Imo Bona ex edicto poſſidere , eſt bona ejus poſſidere , cujus nullus omnino defenſor exſtitit , qui ullum judicium accipere paratus eſſet. At Procurator Alphenus præſto ſemper fuit , denuntiavit ſe procuratorem eſſe , paratum ſe judicium , ſi modo æquum eſſet, recipere oſtendit . Diſceptatio ex ſcripti ambiguitate naſcitur : An bona ex edicto poſſidere , ſit ejus bona poſſidere , cujus non nemo quidem defenſor exſtitit , ſed is exſtitit , qui eo judicio quod dabatur, defendere noluerit , Tribunoſque appellarit . Hoc autem oratorie Cicero ſic expreſſit : Cujus procurator omnia judicia acceperit , quæ quiſque in verba poſtularit, cujus procurator a Prætore Tribunos appellare auſus ſit, eum non defendi , ejus bona recte poſſideri poſſe . *Item alio loco* : Aut doceas, oportet Alphenum negaſſe ſe procuratorem eſſe, non dejeciſſe libellos , judicium accipere noluiſſe , aut cum hæc facta ſint , ex edicto bona P. Quintii non poſſediſſe concedas .

1. Quæ res in civitate duæ plurimum poſſunt , hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore , ſumma gratia , & eloquentia : quarum alteram , C. Aquili , vereor; alteram, metuo . Eloquentia Q. Hortenſii , ne me in dicendo impediat, non-

Quæ res) In exordio adverſarios in invidiam inducit commemoranda eorum gratia , potentia , injuria . Gratia Nævii apud nobilitatem : potentia nobilium Nævii fautorum apud prætorem , & judicem : injuria & iniquitate Burrieni prætoris in hoc judicio perverſe ac præpoſtere conſtituendo . Clienti vero ſuo benevolentiam judicis conciliat exponenda ipſius inopia ac ſolitudine amicorum , ſua vero perexigua dicendi facultate & exercitatione forenſi: Quintii porro incommodis & difficultatibus , qui per adverſariorum injuriam biennium prope affectus eſt . Rem vero modice ac ſtrictim attingit , hujuſce conſtituti judicii perverſam atque iniquam rationem leviter demonſtrans . Locos autem benevolentiæ a ſua, & clientis, & adverſariorum perſona conciliandæ hoc initio conjunxit . Hotтом. *Quæ res in civitate duæ plurimum poſſunt*) Voluit Cicero ab heroo ſpondeo incipere, & eodem finire , cum poſſet ordiri a cretico illo , a quo exorſus eſt Fannius : *Si , Quirites , minas illius* : & illo dichoreo terminare , quem tantopere laudat , ut etiam ultimo pæani Ariſtoteli maxime probato anteponat . Si igi-

igitur exorſus eſſet ſic: *Quæ duæ res plurimum poſſunt in civitate*, ſi non Paulli Manutii, at ſaltem meis, & illorum auribus placuiſſet, qui obſervaverunt, non minus laudari creticum, in principio, quam triplicem heroum, & pæana priorem, ut laudatur in fine pæan poſterior ab Ariſtotele, & dichoreus a Cicerone, qui eum vel pæani poſteriori præfert, & trochæus cum pæane tertio conjunctus, quæ ſtructura Ciceroni eſt familiarior. Riccobonvs.

In civitate) In hac eivitate, ut infra: *Aut C. Aquilius vir juratus hoc jus in civitate conſtituat. Si eſt homini honeſto locus in civitate invito Nævio*. Hottom.

Summa gratia & eloquentia) Gratia, *copia eſt plurimorum* amicorum, ut ſcribit Aſconius: & intelligitur ex his verbis, quæ proxime inſequuntur: *P. Quintius, cui exiguæ amicorum copiæ ſunt, cum adverſario gratioſiſſimo contendat*. Plurimum autem in civitate *gratia* poterat; primum in judiciis: etenim moris erat in judiciis tum privatis, tum publicis, amicos omnes advocare, quorum auctoritate moveri judices poſſe putabantur; iique, ut ſcribit Aſconius, *advocati* dicebantur, qui ſcilicet præſentiam ſuam amico commodabant. *Orator* enim *patronus* dicebatur: *Patronus* autem, inſtituto Romuli, qui ex Patrum numero plebi, quos ei commodum eſſet, deligendi poteſtatem fecit, qui ipſius cauſas ſuſciperent: ex quo illi quidem *patroni*, hi vero *clientes*, ut alibi docuimus, dicebantur. Eo igitur & Prætores, & Conſules, & omnes denique, quicumque poterant, tum magiſtratus, tum alii civitatis principes advocabantur: in quibus potentia quidem dicebatur: quum in eo cui *advocati* aderant, *gratiæ* verbum potius uſurparetur. In hanc ſententiam ipſe in Oratione pro Cæcina: *Denique*, inquit, *nimia iſta, quæ dominatur in civitate potentia, in hoc ſolo genere quieſcit*. Has copias amicorum, qui advocari ad judicium ſolebant, Æſchines in Oratione contra Cteſiphontem της παρασκευης, και της παραταξεως nomine ſignificat: quibus verbis modo quod *manum*, modo quod *aciem inſtructam* Latini appellant, Græci declarant. Την μεν παρασκευην ὁρατε, ω Αθηναιοι, και την παραταξιν, ὡς γεγενηται. Copias enim advocatorum oſtendit Demoſthenis, & Cteſiphontis: quas invidioſe *manum*, atque *aciem inſtructam*, quaſi ad vim faciendam comparatas, appellat. Poterat præterea *gratia* plurimum in honorum petitionibus, poterat in Senatu, qua de re mentio fit in Miloniana, cum dicit Manutium Plancum *ſuam potentiam* invidioſe criminari, ac dicere, Senatum non quod ſentiret, ſed quod Tullius vellet, decernere. Denique omnibus in Reip. partibus amicorum copiæ plurimum (ut ipſe dicit) poterant. De *eloquentia* vero, quid attinet dicere? cum in liberis civitatibus dominam & reginam eam rerum omnium fuiſſe conſtet: ut ipſe docet initio libri de Oratore I. Idem. Quamvis hoc loco *gratia* ſumatur pro πολυφιλια, h. e. multorum amicorum favore, qui facit homines confidentes, ut eſt apud Ariſtotelem II. Rhet. 159. tamen generatim ut benevolentia, & favor modo unius hominis, modo plurium, cujus rei paſſim occurrunt exempla. Sic *gratioſus* dicitur aliquis promiſcue apud unum, & apud plures. Facciol.

Quarum alteram) *Eloquentiam*. Sic enim frequenter ad proximum ſe refert. Duplex autem quaſi certamen impar hoc judicio conſtitutum ſignificat, *oratorum, & reorum*. Differentiam *porro locus hic oſtendit inter metuere, & vereri*: quam obſcuram eſſe, idem in libro de Orat. III. his verbis ſignificat: *Comparationis autem duo ſunt loci: unus cum idem ne ſit, an aliquid interſit, quæritur, ut metuere & vereri, &c.* Hott.

C. Aquili) Leges judiciariæ ad judicia publica reterebantur, non ad jus civile, & ad privatas cauſas. In his enim Prætor ex quocumque ei videretur ordine ſive Senatorio, ſive Equeſtri judicem, aut Recuperatores dabat. Cluvius Eques R. judex inter Fannium, & Fulvium fuit, quo tempore lege Sullæ ſoli Senatores judicia exercebant: Cic. pro Q. Roſcio Com. Eodem modo Fimbria Senator, equitibus judicia tenentibus, & Catonis pater apud V. Maximum VIII. 2. privata judicia, Senatoribus publica exercentibus, Eques obivit. Quintii cauſam

Digitized by Google

nonnihil commoveor : gratia Sex. Nævii , ne P. Quintio no-

ſam ſimiliter judicare poterat C. Aquilius, licet Eques, non Senator eſſet. Manutii vero ſententia , quem hic habeo adverſarium, nulla vel ratione certa nititur , vel conjectura . Quin etiam non videtur eſſe probabile, Aquilium, qui, ut a privatis etiam judiciis homines Equeſtris ordinis excludantur , dicitur in Senatum lectus fuiſſe , Cinna II. & Mario VII. Coſſ., & biennio poſt obtinuiſſe Quæſturam, per tot annos deinde petitione Magiſtratuum abſtinuiſſe ; cum Ciceronis demum collega fuerit in Prætura. Ferratius.

Vereor) *Vereor* minus , quam *timere* , Cic. in Antonium : *Quid veteranos non veremur? Nam timeri ſe ne ipſi quidem volunt*. Et in Catone : *Metuebant eum ſervi , verebantur liberi*. Passerat.

C. Aquili) Hic eſt , puto, *C. Aquilius Gallus* , auditor Q. Mutii Pontificis Maximi , ut ſcribit Pomponius l. 2. §. 42. 43. de origine juris, Servii Sulpitii in jure præceptor , ut Cicero tradit in Bruto : clarus juris civilis ſcientia , a quo de dolo malo formula prolata eſt , quam Cicero *everriculum malitiarum omnium* appellat, in libro de Nat. Deorum III. & de Offic. III. quem ipſe idem & in Topicis , & eodem libro de Offic. *ſuum collegam* appellat, opinor , quod Præturam una cum ipſo geſſerit : cum Tullio quidem de pecuniis repetundis, Aquilio vero ambitus quæſtio obveniſſet : ut in Cluentiana ſignificat, & alibi exponemus. Hottom.

Qu. Hortenſii) Hortenſii nomen , ſcribendum videtur in ſecunda ſyllaba per *e* ſolum , ſine *n* , *Horteſii* . Neque eſt , quod nos moveant aut vetuſti codices , aut antiqui lapides : nam fuit error temporis , natus ex conſuetudine ſcribendi , qua utebantur antiquiſſimi Romani : notabant enim interdum *e* vocalem , ſi longa eſſet, linea tenui , & non ita longa, hoc modo , *quotiēs* , *totiēs* , *deciēs*, *viciēs* , & *Hortēſius* : inde factum eſt , ut indocti ſcriptores librarii , cum exiſtimarent , lineolam illam , vicem litteræ *n* , obtinere , ita deſcripſerint, *totiens* , vel *totiēs* , *quotiens* , *deciens* , &c. quæ ſcriptura jampridem tacito omnium conſenſu ejecta , & exploſa eſt. Ὁρτήσιος autem a Græcis ſemper ſcribitur per η ſolum, non Ὁρτήνσιος : quomodo ſcriberetur, ſi Latine ſcribendum eſſet , *Hortenſius* . Lamb.

Q. Hortenſi) *Horteſius* ſcribi debere , & ita ſcripſiſſe antiquos , pro *Hortenſius*, non recte quidam opinantur : hac in primis adducti ratione, quod Ὁρτήσιος Græci ſcribant, non Ὁρτήνσιος. In ænea apud me tabella eſt *Hortenſius* : & ita habent omnes veteres libri, neque aliter Latina hujuſmodi nomina proferre Græci ſolent , quam exploſo ſemper ν, ante σ : exempla ſunt , Γαλλία Ναρβωνησία, & Λυγδυνησία, pro *Narbonenſis* & *Lugdunenſis* : Ἱσπανία Ταρρακωνησία , pro *Tarraconenſis* : & Οὐάλης , pro *Valens* ; Κλήμης pro *Clemens*. ſexcentaque alia , quæ nullo negotio peti ex utriuſque linguæ ſcriptoribus poſſunt . F. Vrsin.

Ne me dicendo impediat) *Ne permultis in rebus timore prolabar* , ut ipſe inquit infra : & hac verecundia , qua quidem , auctore Fabio , nihil eſt ad conciliandum gravius , benevolentiam ſibi judicis adjungit . Hottom. *Ne me dicendo impediat*) Vide num rectius ſit , *ne me in dicendo impediat* : ut eſt in antiquo libro manuſcripto. F. Vrsin. Cum, quod Fulvius in ſuo reperit codice , Gruterus quoque invenerit in multis Palatinis , & in editione Mediolanenſi 1488. nullus dubitavi, ſententia poſtulante , id recipere. Eloquentia Hortenſii , inquit, commoveor , ne ſua copia meam facultatem dicendi debilitet . Græviys. *In dicendo* etiam Codices Pariſienſes a Lallemando collati , & editio Veneta anni MCCCCLXXX. Garaton.

Gratia Sex. Nævii) Gratiam ſibi nobilitatis paucis hiſce diebus conciliarat , cum a partibus Marianis , inclinata tamen & prope jacente jam fortuna, ad Syllanos deſciviſſet , ut conſtat infra . Itaque ei aderant homines nobiliſſimi ac potentiſſimi civitatis , ut infra dicitur : *Potentes , diſerti , nobiles omnes advocandi ſunt*. Hottoman.

Ne-

noceat, id vero non mediocriter pertimeſco. Neque hoc tantopere querendum videretur, hæc ſumma in illis eſſe, ſi in nobis eſſent ſaltem mediocria. Verum ita ſe res habet, ut ego, qui neque uſu ſatis, & ingenio parum poſſum, cum patrono diſertiſſimo comparer: P. Quintius, cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ ſunt, cum adverſario gratioſiſſimo contendat. Illud quo-

Nævius, an *Nevius* ſcribendum ſit, video a quibuſdam dubitari: dubitandi autem nulla erit occaſio, ſi veteres lapides inſpiciantur, & numiſmata; in quibus eſt C. NÆVIVS BALBVS, & L. NÆVIVS SVRDINVS. F. VRSIN.

Non mediocriter pertimeſco) Dichoreus maxime Ciceroni probatus. Sic infra: *Non legatione impeditus. Rem tantam tot controverſiis implicatam. In ceteris cauſis eſſe adjumento.* Nihil enim Cicero ad rem putat pertinere, extrema illa longa ſit an brevis. *Subſidio mihi diligentiam paravi. Æquitate talium virorum recreetur. Sincerum in civitate. Ornatiſſimus noſtræ civitatis. Cupiditati alterius obtemperare.* Sic aliis in locis ſæpiſſime. Amat enim Cicero hunc numerum, præcipue in fine. RICCOBONVS.

Neque hoc tantopere querendum) Non tam accuſandæ fortunæ noſtræ ſunt adverſarios eſſe gratioſiſſimos & diſertiſſimos. Vnde *conqueſtio* vocatur Rhetoribus, ut eſt in lib. I. de Inventione, unde quæritur vel invidia, vel miſericordia. PASSERATIVS.

Qui neque uſu ſatis, & ingenio parum poſſum) Annum agens ætatis ſextum & viceſimum. HOTTOM. Omiſit artem, quia vitanda eſt in judiciis artificii ſuſpicio. Sic in quadam ad C. Cæſarem epiſtola XIII. ad fam. ep. 16. ubi P. Craſſi libertum commendat: *Poſſe arbitror: valet ingenio, habet uſum, jampridem in eo genere ſtudii litterarumque verſatur.* Hic tria complectitur naturam, artem & exercitationem. De vitanda artificii ſuſpicione III. ad Herenn. & de Inventione: *Artificii ſuſpicio orationi fidem, oratori auctoritatem adimit.* Et II. de Orat. *Ego iſta ſtudia non improbo, moderata modo ſint. Opinionem iſtorum ſtudiorum, & ſuſpicionem omnem artificii, apud eum, qui res judicet, oratori adverſariam eſſe arbitror. Imminuit enim oratoris auctoritatem, & orationis fidem.* PASSERAT.

Cum patrono diſertiſſimo comparer) *Comparari* hoc loco *committi* ſignificat: quomodo duo paria gladiatorum inter ſe committi dicuntur. Nam *comparari* ad certamen intelligitur. Græci παριςασθαι dicunt, ἀντιπαρατίθεσθαι, & ἀντιπαραβάλλεσθαι. HOTTOM. Sic infra in hac oratione: *Literæ P. Quintii, teſtes tot &c. cum adſtipulatore ſuo comparabuntur*, componentur, committentur. Sumtum eſt a committendis paribus gladiatorum. PASSERAT.

Cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ) Non divitias ſignificat, quum infra *fortunas* appellet illius *ampliſſimas*: ſed quam antea *gratiam* appellari diximus: aut, quod vernacula noſtra lingua dicere ſolemus, *creditum*. Ita in Epiſtol. 1. ad Q. Frat. *Nunc quoniam ita accidit, ut neque Prætores ſuis opibus, neque nos noſtro ſtudio quidquam proficere poſſemus, &c.* Similiter infra: *Obteſtatur, ut plus hujus inopia poſſit ad miſericordiam, quam illius opes ad crudelitatem.* Et paulo poſt: *Si apud hoc conſilium ex opibus, non ex veritate cauſa pendetur.* Itaque hoc ipſo loco *opibus ac facultatibus nullis præditum*, cum homine *gratioſiſſimo*, quaſi contraria contrariis reſpondentia, comparat. *Facultates* autem majus eſſe voluit, quam *opes*: ut *facultatis* verbo ἱκανότης intelligatur: nam ἱκανώτατοι a Xenophonte dicuntur in Tyranno, quibus nihil deeſt ad ſummam potentiam. HOTTOM. *Opes & facultates* ex adverſo *potentiæ* Nævii reſpondent, *exiguæ amicorum copiæ*, *gratiæ*. Ambigue tamen accipi poſſunt *copiæ amicorum*, aut quas habent ami-

 ci,

quoque nobis accedit incommodum, quod M. Iunius , qui hanc cauſam , Aquili , aliquoties apud te egit , homo & in aliis cauſis exercitatus, & in hac multum, & ſæpe verſatus , hoc tempore abeſt , nova legatione impeditus : & ad me ventum eſt, qui, ut ſumma haberem cetera , temporis quidem certe vix ſatis habui , ut rem tantam , tot con-

ci, aut amicorum ipſa multitudo. Sed poſterius iſtud ſequamur . Gradatio autem eſt, ut minus opes , quam facultates ; facultates minus ſignificet , quam copiæ . Lib. I. Off. eum ordinem permiſcet : *Tum autem conſultat , conducat id , nec ne ad facultates rerum atque copias , ad opes , ad potentiam* . PASSERATIVS .

Illud quoque nobis accedit) Doćtl quidam legendum putant , *accidit* . Ego nihil muto . LAMBINVS .

M. Iunius) Hunc M. Iunium Cicero III. de Legibus ſodalem ſuum appellat, qui ſcripſerat ad patrem ſuum de poteſtate & jure magiſtratuum. PASSERATIVS .

Qui hanc cauſſam , Aquili , aliquoties apud te egit) Apparet aliquoties ampliatam hanc cauſam fuiſſe, quod etiam infra ſignificat: *Nec illud* , inquit, *mihi arrogabo , me poſſe cauſam commodius demonſtrare , quam antea demonſtrata ſit* . Item: *Et ab illo* , inquit, *qui ante dixit , informata jam cauſa eſt* . Ac de *ampliatione* quidem in Verrinis orationibus idoneo loco diſputabimus . HOTTOMANNVS. Hoc non facile ab eo probabitur , qui legat , ac ſerio perpendat Ciceronis verba cap. 10. *Inſtat Hortenſius &c.* M. Iunius aliquoties cauſſam egerat , & Cicero rurſus agebat , quod nondum *perorari potuiſſet* , quod nondum Aquilius *iſſet in conſilium , quod tempus dicendo eſſet abſumtum* : itaque ſuſpicio erat, Quintium, ejuſque patronos *rem judicari nolle* . Hinc ſatis, opinor, manifeſte conſtat, cauſſam non fuiſſe ampliatam . Non enim poterat ampliari , niſi judices iviſſent in conſilium, & rem judicaſſent. Aſconius ad I. in Ver. 9. de ampliatione : *Ea pars , interpoſita dilatione , dicebat , in cujus peroratione videbatur obſcuritas* . Atqui ex eo Cic. loco hæc cauſſa , *peiore patrono defendente , numquam perorata eſt* . Igitur neque ampliata . FACCIOL. Cauſa non ampliata fuit, ſed quia Iunius non peroraverat, iterum acta Verrina IV. de judicio Sopatri : *res illo die non peroratur, dimittitur conſilium* . FABR.

Nova legatione impeditus) Quam ſignificet legationem, obſcurum eſt : niſi forte novam appellat , quaſi alteram nunc legationem obeat , quum jam ante legatus Proconſuli , aut Proprætori cuipiam fuiſſet . De *legatorum* quidem generibus in Ver. III. breviter explicavimus. IDEM . *Nova* eſt inexſpectata . Cæſar I. de Bello Civili : *Quos ubi Afranius procul viſos adſpexit , nova re perterritus conſtitit* . Idem lib. III. *Acceſſere ſubito prima luce Pompeiani, novuſque eorum adventus exſtitit* . An eſt legatio libera, quæ vel a ſenatu , vel a populo dabatur? II. ad Att. voti cauſſa datur . Dabatur & hereditatis obeundæ cauſſa, ut orat. I. in Rullum & aliorum negotiorum cauſſa . In ep. 21. ad Cornificium, lib. XII. ad fam. An legatus erat Iunius alicui Proprætori aut Proconſuli? PASSERAT.

Ad me ventum eſt) *Deferri* enim cauſæ poſt ampliationem etiam ad alium poterant patronum ; ut in Bruto *delata a C. Lælio* dicitur ad Sergium Galbam quædam publicanorum cauſa. HOTTOMANNVS .

Vt ſumma haberem cetera) Si maxime & ſummam haberem eloquentiam, & ſummam amicorum copiam & facultatem. Græce , *ει τ' αλλα πλεονεκτοιην* , cujus contrarium eſt *ελαττουσθαι* . IDEM . Sic in epiſtolis ad Atticum : *Nam mihi ut omnia contingant quæ volo, levari non poſſum* ; & in lib. XV. *Qui ut nihil aliud , hoc tamen profecit , dedit illi dolorem* . PASSERAT.

To

controverſiis implicatam ; poſſem cognoſcere. Ita, quod mihi conſuevit in ceteris cauſis eſſe adjumento, id quoque in hac cauſa deficit. Nam, quo minus ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparavi : quæ quanta ſit, niſi tempus & ſpatium datum ſit, intelligi non poteſt. Quæ quo plura ſunt, C. Aquili, eo te, & hos, qui tibi in conſilio adſunt, meliori mente noſtra verba audi-

re

Tot controverſiis implicatam) Iam enim biennium in hoc judicio verſabantur, ut ipſe dicit infra. HOTTOMANNUS.

Poſſem cognoſcere) Diſcere. Cognoſcit orator, cum diſcit, quid ſit in cauſa. Anton. lib. II. de Orat. *At vero in foro tabulæ, teſtimonia, pacta conventa, ſtipulationes, cognationes, affinitates, decreta, reſponſa, vita denique eorum, qui in cauſſa verſantur, tota cognoſcenda eſt.* Et paullo poſt : *Nemo poteſt de ea re, quam non novit non turpiſſime dicere.* PASSERAT. Sic *docet cauſſam*, cujus res agitur, cum pro ſe acturum inſtruit, *diſcit*, qui defenſurus eſt. Cic. II. de Orat. *Nihil eſt negotii hujuſmodi cauſam cognoſcere. Recte igitur de cauſa diſcenda nihil præcipitur.* In X. ad famil. ep. 26. *O mi Furni, quam tu cauſam tuam non noſti, qui alienas tam facile diſcas.* Gronov. IV. de Seſtertiis cap. 3. ubi vide plura. GRÆV.

In ceteris cauſis) Ergo Tullius alias antea cauſas egit. Privatas tamen intellige. Publica enim prima fuit pro Sex. Roſcio. Neque Gellius Quintianam hanc omnium primam exiſtimavit, ut recte Camerarius obſervat : ſed quo anno conſtaret eam fuiſſe actam, notavit XV. 28. ut inde ad annum Roſcianæ defenſionis gradum faceret. GARATON.

Id quoque in hac cauſa) Lambinus, *id quoque me*, ſed præter MSos editioneſque priſcas : mirorque cur tantopere laudet Mich. Brutus. GRUT.

Nam quo minus ingenio) Quidam legi volunt, *Nam quod minus ingenio*. *Quod* autem eſt, propterea quod, &c. LAMBINUS.

Subſidio mihi diligentiam comparavi) Qua Demoſthenes impedimenta naturæ ſuperavit. I. de Oratore. *Adjumenta in dicendo tria ſunt*, inquit II. de Orat. *acumen ſive ingenium, ars ſeu ratio, & diligentia. Non poſſum non ingenio primas concedere, ſed tamen ipſum ingenium diligentia etiam ex tarditate incitat. Diligentia, inquam, cum in omnibus rebus, tum in cauſis defendendis valet plurimum. Hæc præcipue colenda eſt nobis, hæc ſemper adhibenda, hæc nihil eſt, quod non aſſequatur.* PASSERAT.

Quæ quo plura ſunt) Nunc locum benevolentiæ a judicis, & aſſeſſorum perſona conciliandæ attingit. HOTTOM.

Qui tibi in conſilio adſunt) Datus Aquilius a Prætore Dolabella judex hujus cauſæ fuerat. Is ſibi juriſconſultos aliquot in conſilium advocarat ; qui cum illo tantummodo conſilium communicarent, ſententiam ipſi, non accepta ſcilicet ejus rei poteſtate, neque (ut opinor) jurati non ferrent : itaque Iudicem C. Aquilium identidem appellat : ejus advocatos, quod ſciam, nuſquam. IDEM. Manutius male Recuperatores hos putat, quos *ſibi advocavit* Aquilius, ut cap. 2. dicitur. Non ergo Prætor eos Aquilio conjunxerat, ut Recuperatores. Sic Verr. IV. Petilius *rei privatæ judex* requirebat *ſuos amicos, quos ſibi in conſilio adeſſe vellet*. FERR. Lallemandus ex ſuis MSis & Gruterianis, de quibus V. L. edidit *in conſilio ſunt*, unum invenit, in quo *adſunt* legebatur : unum ſcilicet incorruptum. *Adſunt* etiam Veneta editio MCCCCLXXX. GAR.

In conſilio adſunt) Libri manuſcripti *aſſunt* : & certe ſic ſe res habet, ut veteres ita locuti fuiſſe videantur, quum apud Plautum in Pœnulo ſcriptum ita ſit: *Heus Milphio, ubi es?* MIL. *Aſſum apud te : eccum*. AG. *At ego elixum volo.* HOTT.

Meliori mente) Æquiore Philipp. III.

Mihi

re oportebit : ut multis incommodis veritas debilitata , tandem æquitate talium virorum recreetur. Quod ſi tu judex nullo præſidio fuiſſe videbere contra vim & gratiam; ſolitudini, atque inopiæ: ſi apud hoc conſilium ex opibus, non ex veritate cauſa pendetur: profecto nihil eſt jam ſanctum, atque ſincerum in civitate: nihil, quod humilitatem cujuſquam gravitas & virtus judicis conſoletur. Certe aut apud te, & eos, qui tibi adſunt, veritas valebit:

Mihi videmini magno conſilio atque optima mente poteſtatem nobis de tota republica feciſſe dicendi. PASSERAT.

Nullo præſidio fuiſſe videbere) Non reſtitiſſe Nævii potentiæ. *Nullo* pro *nulli*, ut in defenſione Murenæ: *Ei quoque carmen compoſitum eſt, cum ceteris rebus abſurdum, tum vero nullo uſui*. Sic enim Vet. lib. non *uſu*. Plaut. Pſeud. *Quem hominem nulli coloris novi*. Terent. in Andria: *Quandoquidem tam iners, tam nulli conſilii ſum*. Vbi Donatus: *Recte veteres nullo nulli, ſolo ſoli declinabant*. *Eſſe præſidio*, ut *eſſe ſaluti, fraudi, honori, voluptati*. IDEM. *Nullo præſidio fuiſſe videbere*) Lambini editio, *nulli*; ſed præter MSos noſtros & olim cuſos: ſicque pro Murena cap. 12. *nullo uſui*. GVLIELMIVS.

Contra vim & gratiam) In advocationem vis ea dicitur, quam velut ad vim compararat Nævius. Συνωμοσιαν vocat Demoſthenes quaſi conjurationem ad opprimendum, vel eripiendum judicio aliquem. Και ενικησα, inquit, αδιμια παρασκευη ν δε συνωμοσια. *Victor*, inquit, *diſceſſi ſine ulla factioſa coitione & conſpiratione amicorum*. IDEM.

Solitudini atque inopiæ) Advocatos enim habebat Quintius, & paucos, (de quibus infra) & non potentes. Nam profuſis ſumtibus potentium amicitiæ parabantur: ipſe ſemper inculte atque horride vixerat. HOTTOM.

Ex opibus, non ex veritate) *Opibus*, gratia, *veritate*, bonitate cauſæ, æquitate. Terentius in Andria: *Id ne eſt verum? immo id genus hominum eſt peſſimum*. Virgilius:

Quæcumque eſt fortuna, mea eſt, me verius unum
Pro vobis fœdus luere & decernere ferro.

Sed in re aperta putidum eſt exempla conquirere. IDEM: Tamen ſi veritatem hic proprio ſenſu intellexeris, recte intellexeris. Sic cap. 27. *In hac cauſa improbitatem, & gratiam cum inopia, & veritate contendere*. Ambigua iſta ſunt. Vbi tamen ex duplici ſignificatione utramvis licet eligere, propriam ego mallem. Sed hoc loco præcedit idem verbum *veritas*, atque ita quidem, ut pro æquitate omnino ſtare non poſſit: quamvis *æquitas* a Manutio explicetur, quem dormitaſſe tunc oportet, cum talia ſcribebat. Quidni poſitum eodem modo utrobique ſit? GARAT.

Nihil jam ſanctum atque ſincerum in civitate) Artificioſa laudatio conſilii, quaſi ſanctius in civitate advocari non poſſit, neque ſincerius; & locus eſt ex comparatione majoris. Si apud quos multo majore ratione valere debet æquitas, apud eos non valeat: ne apud eos quidem valebit, apud quos minus videtur valere poſſe. HOTT. *Iam* eſt amplius. Exclamatio in re perdita. Virg. IV. Æn.

Iam jam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater adſpicit æquis.

Catullus de Nuptiis Pelei & Thetidis:

Nunc jam nulla viro juranti fœmina credat. PASSERAT.

Humilitatem cujuſquam) Infimam ac tenuem conditionem, inopiam ac ſolitudinem ab amicis. HOTTOM. Opponit dignitati pro Sex. Roſc. *Quis enim erat qui non videret humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere, plebejos cum nobilibus*. Tuſc. IV. *Aderat paupertas, ignobilitas, humilitas, ſolitudo*. PASSERAT.

Non

bit: aut ex hoc loco repulſa vi & gratia, locum, ubi conſiſtat, reperire non poterit.

2. Non eo dico, C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides, & conſtantia; aut quo non in iis, quos tibi advocaſti, viris electiſſimis civitatis, ſpem ſummam habere P. Quintius debeat. Quid ergo eſt? Primum magnitudo periculi ſummo timore hominem afficit, quod uno judicio de fortunis omnibus decernit: idque dum cogitat, non minus ſæpe ei venit in mentem poteſtatis, quam æquitatis tuæ: propterea quod omnes, quorum in alterius manu vita poſita eſt, ſæpius illud cogitant, quid poſſit is, cujus

Non eo dico) Purgat quod initio dictum paulo acerbius videtur: *Gratia Sex. Nevii ne Pub. Quintio noceat, id vero non mediocriter pertimeſco*. Oſtendit ex prætoris decreto cauſam, cur id pertimeſcat, fuiſſe. HOTTOM. Mihi rectius videtur, ut eſt in manuſcripto, *nec eo dico C. Aquili F.* VRSIN. MSus Falkenburgii, *Neque*; adnotavitque Guilielmius juxta illud Terentii Heaut. *Neque eo nunc dico, quo quidquam illum ſenſerim*. GRVT.

Quo non in his) Sic edidi revocans veterem, ac veram lectionem, repudiata Gruterianæ, Leidenſis, Londinenſis, Baſileenſis auctoritate, quæ omittunt præpoſitionem hic neceſſariam. GRON.

Quos tibi advocaſti) Ii erant L. Lucullus, P. Quintilius, M. Marcellus. Iudices dati in conſilium advocabant amicos. Lib. IV. in Verrem. Iique iiſdem ſubſelliis conſidebant: Verum in tribunali, qui ex magiſtratibus in conſilium adhibebantur. Cic. I. de Orat. PASSERAT.

Quid ergo eſt?) Locus attentionis: quaſi nova quædam & inuſitata in hoc judicio verſentur. HOTTOM.

Afficit) *Conficit* ed. Ven. ante laudata: quod plus eſt, quam *afficit*: nec dubitarem præferre. Vide var. lect. GARATON.

Uno judicio) Atqui alterum videtur futurum judicium de re, cum hoc ſit de probro, ut infra dicturus eſt. Sed illud ex hoc pendet. PASSERAT.

De fortunis omnibus decernit) Illud enim hoc judicio quæritur, ſint ne ex edicto bona poſſeſſa ejus, qui vadimonium deſeruerit. Horum vero bona omnia auctione vendita, ære primum alieno diſſoluto, ei qui poſſeſſionem poſtularat addicebantur, ut poſtea docebimus. HOTTOM. De bonis univerſis dimicat. Sic in II. de Orat. *In ipſo illo gladiatorio vitæ certamine, quo ferro decernitur*. Dicit autem de fortunis omnibus. Nam poſſeſſa an ſint bona quæritur, & poſſeſſio non in re una aliqua, ſed in univerſis bonis cernitur. Præterea eo judicio damnatorum bona omnia creditori addicebantur, detracto ære alieno. PASSERAT.

Venit in mentem poteſtatis tuæ) Quam a prætore accepiſti. *Poteſtas* eſt populi, *auctoritas* ſenatus. At populus Prætori dedit poteſtatem judicandi, & jubendi; judicandi Prætor Aquilio. Pro Murena: *Hujus rei poteſtas omnis in vobis ſita eſt, Iudices*. Quam vero hic *æquitatem* dixit, ante nominavit *veritatem, fidem, gravitatem*. IDEM. In Veneta eſt *vis poteſtatis*. GARAT.

Quod omnes quorum in alterius manu vita poſita eſt) Nam ex officii conſideratione fiducia, ex poteſtatis metus naſcitur, & cogitatio periculi: quod ipſum ſi ſolius officii ratio ducatur, revera nullum eſt, in iis videlicet, qui quum innocentes ſint, tamen in crimen vocantur. Sed cur potius poteſtatis ratio ducitur? propter inſitam cuique a natura ſui caritatem ac diligentiam. Notum eſt illud Alcibiadis: *ἐξὸν φυγεῖν, μὴ ζητεῖν δίκην*.

Digitized by Google

cujus in ditione, ac poteſtate ſunt, quam, quid debeat facere. Deinde habet adverſarium P. Quintius verbo, Sex. Nævium; revera, hujuſce ætatis homines diſertiſſimos, fortiſſimos, ornatiſſimos noſtræ civitatis, qui communi ſtudio, ſummis opibus Sex. Nævium defendunt: ſi, id eſt

κην. Et illud de eodem apud Plutarchum: *Ειποντος δε τινος, ε πιςευεις ω Αλκιβιαδη τη πατριδι; τα μεν αλλ' εφη παντα, περι δε της εμης ζωης εδε τη μητρι. μηπως αγνοησασα την μελαιναν αντι της λευκης επενεγκη ψηφον·* id eſt: *Quum quidam dixiſſet, Quid? Alcibiades, non fidis patriæ? Sane, inquit ille, aliis omnibus in rebus: verum ubi mea vita agitur, ne matri quidem, ne forte imprudens, nigrum pro candido calculum conſtituat*. HOTTOMANNUS.

Quid poſſit is, cujus in ditione & poteſtate ſunt, quam quid debeat facere) Nam & poteſtate & viribus multi abutuntur ad puniendos etiam innocentes, & robuſtiores ſunt ad injuriam & promtiores; qua de re Plutarchus in Theſeo. Significat igitur poteſtatem in potentiam poſſe converti, quæ II. de Inventione definitur, Idonearum rerum facultas ad ſua ſervanda, & aliena obtinenda. PASSERAT.

Verbo Sex. Nævium revera) Mire Quintii cauſam ſublevat, dum iſtam illi ſtructam a nobilibus calumniam fuiſſe dicit, propter inſitum inveteratumque illorum in ipſum odium, quod ex eo tempore cœptum dicit, quum ipſe Marianas partes ſecutus eſt quaſi hæc una Quintii calamitatis cauſa ſit. Non eſt, inquit, hæc revera Nævii controverſia, ſed ab hominibus malevolis atque invidis malitioſe conflata, ut hoc nomine quæſito Quintium opprimant. Nam appoſitus eſt modo Nævius, per quem illum homines aliquot nobiles opprimerent. HOTTOMANNUS.

Homines diſertiſſimos, fortiſſimos) L. Philippum, Q. Hortenſium: de quibus infra. Sed mirum eſt quod addidit, *fortiſſimos*; quod verbum numquam niſi maximi honoris loco tribuit. Videamus ergo ne *florentiſſimos* potius ſit corrigendum, cum infra *L. Philippum florentiſſimum civitatis* appellet. HOTTOM.

Ornatiſſimos) Libri manuſcr. duo habent, *horrentiſſimos*: unde ſuſpicabatur Ranconnetus legendum, *potentiſſimos*. LAMBIN. Cenſet etiam Paſſeratius legendum eſſe *florentiſſimos*. Sed cave ei obtemperes. Nam *fortiſſimi* dicuntur, quod clientes ſuos magna conſtantia defendunt, & illorum cauſa nulla non pericula ſubeunt, & odia quorumvis ſuſcipiunt. Sic *fortiter judicare* Cic. pro Milone 8. *Multa etiam alia vidit, ſed illud maxime, quamvis atrociter ipſe tuliſſet, vos tamen fortiter judicaturos*, non timide, nec perterritos atrocitate legis, quam tulerant, aut Clodianorum minis, ſed pronunciaturos ut veritas poſtulat. *Fortis actor* in Orat. pro Sext. eſt, qui audet in ſcena dicere, quæ multorum in ſe concitant offenſionem & odium: *Illud ſcripſit diſertiſſimus poeta Romæ, egit fortiſſimus actor*. III. ad fam. 12. *fortis amicus*, eſt qui amicorum cauſſa nullum diſcrimen refugit. *Quo melior civis, quo vir clarior, quo fortior amicus es*. GRÆV.

Ornatiſſimos noſtræ civitatis) Adverſarii advocatos exagitat, & onerat invidia. Nam laudat quidem ita, ut acrior ſit laudatione vituperatio. Sic Ovidius:

Felix & nato, felix & conjuge Peleus,
Et cui, ſi demas jugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant. PASSERAT.

Qui communi ſtudio) *Studium* medium nomen eſt, & definitur lib. I. de Inventione: *Animi aſſidua & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate occupatio*. Sic infra in malam partem: *Sex. Nævii ſtudio & cupiditati morem gerunt*. Pro Sex. Roſc. *Ut omnes intelligant, me non ſtudio accuſare, ſed officio defendere*. IDEM. Hottomannus legit male, *judicio*, qui hæc notavit. *Communi judicio*) Inique conſtituto: hoc enim ad Prætorem Burrienum pertinet, non ad hoc Aquilii judicium. GRÆV.

Cupi-

Digitized by Google

id eſt defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius, quem velit, iniquo judicio opprimere poſſit. Nam quid hoc iniquius, aut indignius, C. Aquili, dici, aut commemorari poteſt, quam me, qui caput alterius, famam, fortunaſque defendam, priore loco cauſam dicere: cum præſertim Q. Hortenſius, qui hoc judicio partes accuſatoris obtinet, contra me ſit dicturus, cui ſummam co-

Cupiditati alterius obtemperare) Verbum eſt ſervituti propinquum, ut iis videatur imperare Nævius, ut inter ſe committantur. Sic alibi Cicero: *Vtrum Siculis utilius, ſuis ne ſervire, an obtemperare populo Romano*. PASSERAT.

Dici aut commemorari poteſt) Alibi perſæpe *fingi aut commemorari*. Sed hoc loco *dici*, ad res novas, *commemorari* ad veteres, referendum videtur, quæ olim etiam auditæ & dictæ ſunt. HOTTOMANNVS.

Qui caput alterius) *Caput*, locum ac numerum civis R. Latine appellamus, unde cenſa dicuntur civium capita, quum a Cenſoribus in luſtris condendis eorum nomina in tabulas publicas relata ſunt. Quocirca quibus judiciis de civitate quis eximitur, ea judicia Latini *capitalia* appellant. Paulus Iuriſc. in l. 2. de pub. jud. *Iudicia*, inquit, *capitalia ſunt, ex quibus pœna, mors aut exilium eſt: hoc eſt, aquæ & ignis interdictio: per has enim pœnas eximitur caput de civitate*. Sed in hoc verbo lapſa conſuetudo ſenſim eo deducta eſt, ut & *caput* exiſtimationem hominis nominemus, & omnem infamiam, pœnam capitalem. Modeſtinus in l. *licet*, D. de Verb. Sig. *Licet*, inquit, *capitalis Latine loquentibus, omnis cauſa exiſtimationis videatur: tamen appellatio capitalis, mortis vel amiſſionis civitatis intelligenda eſt*. Et ab eadem ratione in Orat. pro Q. Roſcio, privata judicia, quæ turpitudinem afferunt, capitalia tamen non appellat: *Si qua*, inquit, *ſunt privata judicia ſummæ exiſtimationis, & prope dicam capitis, tria hæc ſunt fiduciæ, tutelæ, ſocietatis*. Hæc autem conſuetudo manavit, opinor, ex eo, quod qui turpi judicio damnati eſſent, a Cenſoribus tribu movebantur. Quum ergo ex ea tribu capita illa eximerentur, in Cæritum tabulas relata eſſent, prope de civitate ſublata videbantur: quum ſcilicet & jus ſuffragii amitterent, & ad hoc tantum cives eſſent, ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderent. Ex his autem illud intelligi volumus, quod *capitis judicium* hoc Quintianum tam ſæpe appellatur, non tamen publicum fuiſſe, ut quidam imperite ſcripſerunt: ſed quum privatum ſit, propterea tamen *capitis* appellari, quia turpem exiſtimationem afferat. Hoc autem judicio ideo Quintii caput atque exiſtimatio in diſcrimen vertitur, quod eo quæritur, vadimonium deſeruerit Quintius, necne. Deſertoribus autem vadimonii pœnam eſſe conſtitutam infamiam, pro locis intelligetur. HOTTOMANNVS. Dicitur paſſim in oratione cauſſa capitis, quia agitur de fortunis, & fama Quintii: fama autem vitæ æquiparatur l. 8. §. 2. D. quod met. cauſ. FACC.

Priore loco cauſam dicere) Nævius judicio Pro ſocio certare cum Quintio volebat, ſed cum eo, ut Quintius (quaſi qui vadimonium deſeruiſſet) ſolus judicatum ſolvi ſatiſdaret. Soli autem ſatiſdabant, quorum bona, quod ipſi vadimonium deſeruiſſent, ex edicto poſſeſſa eſſent. Negabat ergo poſſeſſa eſſe bona Quintius, cujus rei conſtitutum eſt hoc judicium. Ergo hoc judicio vadimonium deſeruiſſe arguitur, & tamen priore loco falſum id eſſe docere cogitur; fecit enim ipſe ſponſionem; qui vero ſponſionem faciunt, debent ipſi, utpote actores, cauſam priore loco dicere. HOTT.

Partes accuſatoris obtinet) Invidioſe dictum in Hortenſium: nam *accuſatores* in cauſis publicis dicuntur; auctor hic ipſe in Partitionibus. Sed & ſe capitis defen-

copiam, facultatemque dicendi natura largita eſt? Ita fit, ut ego, qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, cum etiam telum adverſarius nullum jecerit: illis autem id tempus impugnandi detur, cum & vitandi illorum impetus poteſtas ademta nobis erit: & ſi qua in re, id quod parati ſunt facere, falſum crimen, quaſi venenatum aliquod telum, jecerint, medicinæ faciendæ locus non erit. Id accidit prætoris iniquitate, & injuria: primum quod contra omnium conſuetudinem, judicium prius de probro, quam de re, maluit fieri:

defenſorem, & Hortenſium gravi verbo accuſatorem appellat, quod hoc judicio de fama fortuniſque omnibus Quintius decernat. IDEM.

Tela depellere) *Evellere* ſententia poſtulabat, ubi de medicina facienda loquitur. Sed hanc ſcripturam id quod ſequitur confirmat, *vitandi illorum impetus*. IOAN.

Telum adverſarius nullum jecerit) Sic Palatinus primus. Reliqui ſeptem ut & plerique alii MSi & editiones vetuſtiores: *Telum legerit*. GRUT. male. Vide Victor. lect. lib. XIII. c. 22. GRÆV.

Vitandi illorum impetus) Neque enim eum, qui poſterius dixerat, licebat, niſi ampliata cauſa, redargui. HOTTOM.

Quaſi venenatum aliquod telum) Similitudinem non ad illud quod antecedit, *falſum crimen*: ſed ad illud potius *medicinæ faciundæ*, referendam puto; ut ſit ſenſus: Non erit locus medicinæ faciendæ, non magis quam ſi tinctum veneno telum jeciſſent: & verbum IECERINT, quaſi bis poſitum intelligatur, primum quidem poſt illa verba: *Falſum crimen jecerint*; deinde ſuo loco, *Quaſi jecerint*, *&c.* HOTTOM. *Qua in re, id quod parati ſunt facere, venenatum aliquod telum &c.*) Verba hæc, quæ fuerant ex adnotatiuncula nata, & in contextum orationis ex ora libri tranſlata, *falſum crimen, quaſi*, ego certiſſima conjectura ductus, funditus delevi: utitur enim hic M Tullius allegoria, quæ eſt continuata tranſlatio: per *venenatum telum* autem, falſum crimen ſignificatur: per *tela depellere*, & *vulneribus mederi*, diluere argumenta adverſariorum, & crimina illata refellere: per id, quod eſt, *tela jacere*, crimina inferre ſive vera, ſive falſa. Quid multa? totus locus allegoria mera conſtat. Quod ſi legatur, ut vulgo, *falſum crimen, quaſi, &c.* jecerint, minus apte ſequetur, *medicinæ faciendæ locus non erit*: debebit enim potius hoc ſequi: *refellendi locus non erit*. Quod qui non videat, cæcum eum in litteris eſſe arbitrer. LAMBIN.

Prætoris iniquitate) Cn. Dolabellæ. *Iniquitatem* autem in jus dicente ponimus, quum varie & non æquabiliter omnibus jus dicit: ſed aut gratia inflectitur, aut potentia infringitur, aut adulteratur pecunia. Iniquitati autem æquabilitas opponitur. Cicero in Ep. I. ad Q. F. *Quare ſit ſumma in jure dicendo ſeveritas, dummodo ea ne varietur gratia, ſed conſervetur æquabilis; ſed tamen parvi refert abs te jus dici æquabiliter & diligenter, niſi idem alii faciant, quibus tu ejus muneris aliquam partem conceſſeris*. HOTTOM.

Iudicium prius de probro, quam de re) Noluit, inquit, agi de re pecuniaria civili actione, arbitrio Pro ſocio: prius quam hoc judicio judicatum eſſet, an ex edicto bona Quintii, quaſi qui vadimonium deſeruiſſet, poſſeſſa eſſent. IDEM. Debuit primum agere Nævius actione Pro ſocio, quæ eſt de re. Sed cœpit Quintius ſponſionem facere, ni bona poſſeſſa non eſſent. Quod ſi non probat, videtur vadimonium deſeruiſſe. *Probrum* autem notam vocat cenſoriam, quæ damnatis turpi judicio a

Cen-

ri: deinde, quod ita conſtituit id ipſum judicium, ut reus, antequam verbum accuſatoris audiſſet, cauſam dicere cogeretur; quod eorum gratia & potentia factum eſt, qui, quaſi ſua res aut honos agatur, ita diligenter Sex. Nævii ſtudio, & cupiditati morem gerunt: & in ejuſmodi rebus opes ſuas experiuntur, in quibus, quo plus propter virtutem, nobilitatemque poſſunt, eo minus, quantum poſſint, debent oſtendere. Cum tot tantiſque difficultatibus affectus atque afflictus, in tuam, C. Aquili, fidem, veritatem, miſericordiam P. Quintius confugerit: cum adhuc ei propter vim adverſariorum non jus par, non agendi poteſtas eadem, non magiſtratus æquus reperiri potuerit: cum ei ſummam per injuriam omnia inimica atque infeſta fuerint: te, C. Aquili, voſque, qui in conſilio adeſtis, orat, atque obſecrat, ut multis injuriis jactatam, atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco conſiſte-

Cenſoribus inurebatur. Sic lib. III. Legum: *Probrum in ſenatu cenſores ne relinquunto*. PASSERAT.

Quod ita conſtituit id ipſum judicium) Conſtituitur judicium privatum, cum prætor dat judicem, qui de controverſia cognoſcat, indeque judex inter reum & actorem convenit, ut & formula. IDEM.

Antequam verbum accuſatoris audiſſet) Hæc dicuntur oratorie, quaſi injuriam Quintio Dolabella feciſſet: quum re vera conſtitui aliter judicium non poſſet. Nam aut ſatisdare Quintius debebat, quum ejus bona poſſeſſa dicerentur, aut non eſſe poſſeſſa docere; hoc vero, niſi ſponſione facta, non poterat. Qui vero ſponſione certaret, eum priore loco cauſam dicere oportebat. *Verbum accuſatoris*. Verbum ab accuſatore: ut infra 12. *Tum denique vocem accuſatoris audiat*. HOTTOM.

Eorum gratia & potentia) Apud prætorem. IDEM.

Ita diligenter) In malam partem, ut *diligentia fœderum acerbiſſima* pro C. Balbo. PASSERAT.

Opes ſuas) Potentiam, vulgus creditum. HOTTOM.

Quo plus propter virtutem nobilitatemque poſſunt) Ipſe in Orat. pro Murena: *Semper in hac civitate nimis magnis accuſatorum opibus ſapientes judices reſtiterunt. Nolo accuſator in judicium potentiam afferat, non vim majorem aliquam*. Et ibi multa in hanc ſententiam. IDEM.

In tuam fidem veritatem) Probitatem, integritatem, innocentiam. IDEM.

Veritatem) H. e. æquitatem. Vide Hottom. & Manut. ad cap. I. Longol. ad Plinii epiſt. VIII. 2. & Erneſt. in Latinit. ind. ubi ceteris ita explicatis hic eſt locus addendus. Sed nulla propemodum eſt res inter eruditos illuſtrior. GAR.

Non jus par, non agendi poteſtas eadem) Cn. Dolabellam Prætorem dicit, hominem nobilem, & Nævii familiarem: qui aut ſatisdare Quintium jubebat, aut ſponſionem facere. Eadem querimonia poſtea repetitur, & in peroratione. Sed omnia ad tempus dicuntur, & ad cauſam ſublevandam; nam, ut paulo ante poſui, revera conſtitui aliter hoc judicium non potuit. HOTTOM. *Ius par* eſt æquabile. II. de Invent. *Par inter omnes æquabile eſt*. PASSER.

Multis injuriis jactatam) Multis vexatam

ſiſtere, & confirmari patiamini. Id quo facilius facere poſſitis, dabo operam, ut a principio, res quemadmodum geſta & contracta ſit, cognoſcatis.

3. C. Quintius fuit P. Quintii hujus frater: ſane ceterarum rerum paterfamilias & prudens, & attentus, una in re paulo minus conſideratus, qui ſocietatem cum Sex. Nævio fecerit, viro bono, verumtamen non ita inſtituto, ut jura ſocietatis, & officia certi patrisfamilias noſſe poſſet:

xatam contumeliis. Infra: *Plurimis jactatus injuriis*. Virg.

Me quoque per multos ſimilis fortuna labores
Jactatum hac demum voluit conſiſtere terra. IDEM.

Ceterarum rerum) Græcorum locutionem imitatur, qui των αλλων πραγματων dicunt, ſubaudientes περι. *Ceterarum rerum* dixit, pro ceteris in rebus. Simile eſt Terentii in Adelph. *Nolim ceterarum rerum te ſocordem eodem modo*. HOTTOM. *Sane ceterarum rerum*) Semper hic locus mihi ſuſpectus fuit; nam quo pertinet illud, *ceterarum rerum?* aut quo referendum eſt? ſi quis dicat, referri ad nomen, *prudens*: Primum durum genus eſt, & prope inſolens, quamvis Horatius dixerit oda 9. lib. IV. eſt *animi tibi Rerumque prudens, & ſecundis Temporibus dubiiſque rectus*. Deinde etiam ſi demus ita dici poſſe, *ceterarum rerum prudens*, tamen non video, quomodo ferri poſſit hæc locutio, *ceterarum rerum paterfamilias & prudens & attentus*. Nam nomen, *attentus*, quod deinceps ſequitur, eumdem caſum regere debere videtur, atque vox, *prudens*, ſi conſuetudo bene Latine loquendi ſervetur: videtur igitur hic legendum eſſe, *ſane cetera paterfam. & prudens & attentus*: *cetera* autem dictum, ut illud a Virg. Georg. III. *Cetera nec ſuturæ habilis, nec fortis aratro*; & Æneid. III. *Conſertum tegmen ſpinis: at cetera Graius*: & ab Horat. epiſt. ad Ariſt. l. I. *Excepto quod non ſimul eſſes, cetera lætus*: & oda 2. lib. IV. *Qua notam duxit niveus videri, Cetera fulvus*: & a Livio lib. IV. annal 22. *Hæc eſt pugna, clade Cannenſi nobilitata, par cetera Allienſi*; & a Salluſtio: *Mauris omnibus Bocchus imperabat, præter nomen, cetera populi R. ignarus*. Sumtum eſt autem hoc loquendi genus a Græcis, τ' αλλα: quod fortaſſe leviter docti non intelligentes, hunc locum corruperunt. LAMBIN. Verum ut hic, ſic etiam legitur in Catone majore: *Sæpenumero admirari ſoleo cum ceterarum rerum tuam excellentem M. Cato ſapientiam, tum vel maxime, &c.* Et multo poſt: *Cum hominis natura morte diſſolvitur, ceterarum rerum perſpicuum eſt, quo quæque diſcedat*. HOTTOM. IV. obſerv. cap. 11. ubi vide pluribus exemplis ex Iuriſconſultorum libris id confirmantem. Eſt autem locutio non integra. Subauditur per ellipſin *ceterarum rerum in negotio*. GRÆV.

Et prudens & attentus) Prudentia in adquirendo, attentio in augendo & conſervando. PASSERAT.

Viro bono, verumtamen non ita inſtituto) Ironia, ut infra: *Vereor, ne ſe derideri putet, quod iterum jam dico Optimus*. Nam hoc eodem modo dicimus, ut illud vulgare apud nos: *Vir optimus, niſi quod Deum eſſe nullum putat*: vel *niſi quod fidem non colit*: ſic, Viro bono, ſed qui non didicit magna fide ſocietatem gerere, id eſt perfidioſo & improbo. HOTTOMANNUS. *Non ita inſtituto*, eſt, non iis moribus inſtructo a pueris. GRÆV.

Certi patris familias) Id eſt, probati & cogniti; ut Ver. V. *certæ res* dicuntur, quæ probatæ ſunt, & juſtæ veræque cognitæ. *Hæc omnia*, inquit, *non rerum certarum, ſed furtorum improbiſſimorum ſunt vocabula*. Sic *nebulo certus*, id eſt, cognitus & ſpectatus, ad Att. lib. XV. *Scribit autem Statius illum*

ſet: non quo ei deeſſet ingenium: nam neque parum facetus ſcurra Sex. Nævius, neque inhumanus præco eſt umquam exiſtimatus. Quid ergo eſt? Cum ei natura nihil melius, quam vocem, dediſſet; pater nihil, præter libertatem, reliquiſſet; vocem in quæſtum contulit: libertate uſus eſt, quo impunius dicax eſſet. Quare quod ſocium

lum cum patre habitare velle: hoc vero mirum: & id gaudes; quem tu illo certiorem nebulonem? HOTTOM. Recte Hottomannus expoſuit, ſed exempla non faciunt ad hunc locum. *Certus pater familias*, ut *homo certus*, II. in Verr. hoc eſt, fide dignus, cui fidere poſſis. II. in Verrem: *Iſte homo certus & diligens ad horam octavam præſto eſt*. Ibid. *Propter virtutem & fidem cum Androne homine honeſtiſſimo & certiſſimo electus eſt*. Sic & *amicus certus*. Plaut. Trinum. I. 2. *Tu ex amicis certis mihi es certiſſimus*. Contra *incertus*. In epiſtola Bruti ad Ciceronem in XI. ad fam. ep. 29. *Genus hominum adverſariorum ſeditioſum & incertiſſimum*. Sic MSi: vide ibi meas notas. GRÆV.

Neque parum facetus ſcurra) *Scurras* a *dicacibus* ea re Cicero diſtinguit in lib. de Orat. II. quod dicaces in jocando modum adhibent, rationem perſonæ, temporis, & loci ducunt: *ſcurræ*, quotieſcumque poſſunt, quaſi neceſſe habeant dicere, dicunt. *Temporis*, inquit, *ipſius dicacitatis moderatio & temperantia, & raritas dictorum diſtinguet Oratorem a ſcurra: & quod nos cum cauſam dicimus, non ut ridiculi videamur, ſed ut proficiamus aliquid, illi totum diem, & ſine cauſa*. HOTTOM. Recte autem dixit, *non quo ei deeſſet ingenium*. Nam, ut II. de Orat. ait, *natura fingit homines & creat imitatores, & narratores facetos, & vultu adjuvante & voce, & ipſo genere ſermonis*. GRÆV.

Neque inhumanus præco) Memmius, & Auratus putant legendum, *neque inurbanus præco*. Quibus propemodum aſſentior. Neque tamen idcirco quidquam mutari juſſi, exiſtimans ſcripturam receptam ferri poſſe, ut, *inhumanus*, hoc loco poſitum ſit pro, inſuavis, injucundus: quemadmodum apud Horat. epiſt. ad Lollium 2. *Surge, & inhumanæ ſenium depone Camenæ*. LAMBINVS.

Vocem in quæſtum contulit) E duabus, inquit, tenuiſſimis rebus, quas ſolas habuit, ex quibus pecuniam facere potuit, alteram vendidit, *vocem* videlicet, quum ex præconio quæſtum faceret: alteram, *libertatem* ſcilicet, non vendidit. Notum eſt, majoribus annis 25. licuiſſe libertatem vendere, pretii parte aliqua, ei a quo venderentur, data. Præconem in comitiis legum, ſubjiciente ſcriba, leges pronuntiabant: in comitiis magiſtratuum, tribus citabant; qui deſignati eſſent, renuntiabant: in judiciis judices, reos, & teſtes citabant, audientiam faciebant, Oratores dixiſſe pronuntiabant: in auctionibus, rei pretium indicabant, addictam a magiſtro rem venditam pollicebantur. HOTTOM. *In quæſtum*) Quaſi omnia ad quæſtum referant præcones. Vnde illud Catulli:

Cum puero bello præconem qui videt eſſe,
Quid credat, niſi ſe vendere diſcipulos? PASSERAT.

Quo impunius dicax eſſet) Nam *ſcurræ nulli, niſi liberi; ſervis enim ridicula facere non liceat*. HOTTOM. De præconum dicacitate multa legere eſt apud Apuleium lib. VIII. Metamorph. *Id auditu non inſuave, quod quærente emtore, cujatis eſſet, Cappadox, inquit, forte & frugi mancipium. Rurſus interrogante, quot annos natus eſſet, Mathematicus, inquit, qui ſtellas ejus diſpoſuit, annum quintum ei tribuit*. Dixit autem *libertate uſus eſt, quo impunius dicax eſſet*. Nam libero homine in civitate libera linguam mentemque liberas eſſe oportere, inquit Tiberius apud Sueton. cap. 28. PASSERAT. Adde Ciceron. pro Planc. cap. 14. tum in Bruto cap. 46. ubi multa de facetiis Granii præconis. FACCIOL.

cium tibi eum velles adjungere, nihil erat, niſi ut in tua pecunia condiſceret, qui pecuniæ fructus eſſet. Tamen inductus conſuetudine, ac familiaritate Quintius fecit, ut dixi, ſocietatem earum rerum, quæ in Gallia comparabantur. Erat ei pecuaria res ampla, & ruſtica ſane bene culta & fructuoſa. Tollitur ab atriis Liciniis, atque a præconum conſeſſu in Galliam Nævius, & trans Alpes uſque transfertur. Fit magna mutatio loci, non ingenii. Nam, qui ab adoleſcentulo quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio; poſteaquam neſcio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæſtu contentus eſſe non poterat.

Vt in tua pecunia) Suam enim ille nullam habebat; quare in aliena diſcendum erat. Socios autem eos nobis fere adjunginius, qui pecuniæ exercendæ rationes tenent. HOTTOM.

Condiſceret) Cic. pro Plancio: *Condiſcas cum eo mihi paullo diligentius ſupplicare*. Hinc *condiſcipulus*. PASSERAT.

Qui pecuniæ fructus eſſet) Vt pecunia ſit utendum. Cic. II. de Off. *Poſſe liberalitate uti, nimirum eſt pecuniæ fructus maximus*. Fructus autem pecuniæ nullus eſt proprie loquenti, quia non ex ipſo corpore naſcitur l. 26. de rei vindic. & l. 121. de verb. ſignif. ſed fructus vicem obtinet. Pecuniæ autem vox hic anguſtius patet. Nam ſæpius omnia quæ in patrimonio ſunt, complectitur, ut notum eſt I C. IDEM.

Quæ in Gallia comparabantur) Videtur ſignificare, ut inde Romam deportarentur. HOTTOM.

Fructuoſa) V. Tuſculana: *Aratio fructuoſa, mercatura quæſtuoſa*. PASSERATIVS.

Tollitur ab atriis Liciniis) Dicit, puto, nobile illud L. Licinii Craſſi atrium, in quo quatuor Hymettii marmoris columnas, Ædilitatis gratia ad ſcenam ornandam advectas, ſtatuit, ut ſcribit Plinius: cum publice nondum eſſent ullæ marmoreæ. Et fuiſſe atria quædam, in quibus auctiones fierent, argumento eſt locus primæ contra Rullum orationis, quem ſubjiciam: *Homines*, inquit, *nequiſſimi conſumtis patrimoniis hoc faciunt, ut in atriis auctionariis potius, quam in triviis, aut in compitis auctionentur*. HOTTOM.

A præconum conſeſſu) *Conſeſſus* eſt etiam rei turpis. XII. in lib. ep. I. ad Atticum: *Non enim umquam turpior in ludo talario conſeſſus fuit*. PASSERAT. *A præconum conſeſſu*) S. Victuris *præconium*, quod non diſplicebat Guilielmio, dictum eo modo, quo *parentium*, & *judicium*, intra pro Amerino, *avti τῶν parentum ac judicum*. GRVT.

Trans Alpes uſque) *In Sebuſianos*, infra. HOTTOM.

Fit magna mutatio loci non ingenii) Hinc illud Æſchinis contra Cteſiphontem: Ουδ' ὅτις εστιν οικοι φαυλος ουδεποτ' ην εν Μακεδονια κατα την πρεσβειαν καλος καγαθος, ου γαρ τον τροπον, αλλα τον τοπον μονον μετηλλαξε. *Neque qui domi nequam eſt, umquam erit in legatione Macedonica frugi ac probus. Fit enim mutatio loci, non ingenii*. Sed agnominatio τροπου & τοπου Latine non apparet. HOTTOM. Horat. *Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt*. Et: *Vulpes pilos, non mores mutant*. Sueton. Veſp. PASSERAT.

Quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio) Vtrum turpem quæſtum ſignificat, quem perditi & infames pueri productorum opera faciebant, præſertim quum de ætate tenera loquatur; an potius quæſtum ex voce, atque præconio? Illud, opinor, potius intelligit. HOTTOM. *Sine impendio* ſubobſcœne, ut in laſcivo carmine:

Obſcure poteram tibi dicere, da mihi, quod tu

Des

rat. Nec mirum, ſi is, qui vocem venalem habuerat, ea, quæ voce quæſiverat, magno ſibi quæſtui fore putabat. Itaque hercule haud mediocriter de communi, quidquid poterat, ad ſe in privatam domum ſevocabat. Qua in re ita diligens erat, quaſi ii, qui magna fide ſocietatem gererent, arbitrium pro ſocio condemnari ſolerent. Verum

Dea licet aſſiduo, nil tamen inde perit. Passerat.

Nec mirum, ſi is, qui vocem venalem habuerat) Hoc dicit, ſi ex voce viliſſima leviſſimaque re quæſtum fecerat, minime mirum eſt, ſi ex fructuoſa & quæſtuoſa re, nimirum pecunia, magnum exſpectabat emolumentum. Hottom.

De communi ad ſe in privatam domum ſevocabat) De ſocietate in ſuam domum avertebat. Sic pro Mur. *Ut & rurſus plebs in Aventinum ſevocanda eſſe videatur*. Hoc eſt, de civitatis communione ſeparanda. Passerat. Optime. Itaque, cur hac vera explicatione contentus non fuerit I. F. Gronovius, locumque infeliciter emendare ſtuduerit II. Obſerv. 19. ſane non video. Garat.

Qui magna fide ſocietatem gererent) Infra: *Veritate amicitia, fide ſocietas, pietate propinquitas colitur*. *Gerere* eodem modo inferius: *Earum rerum, quas libidine non ratione geſſerat*. Supra: *Res quemadmodum geſta*. Passer.

Arbitrium pro ſocio condemnari) *Condemnari arbitrium*, incognita mihi locutio: *Condemnari arbitrio*, facilis & expedita, quomodo ego legendum hoc loco potius exiſtimarem. *Arbitrium* enim hoc in genere pro *judicium* dicimus: id eſt, in iis cauſis, in quibus EX FIDE BONA eſt additum, veluti tutelæ, mandati, fiduciæ, pro ſocio, rei uxoriæ, & ſi quæ ſunt generis ejuſdem, non quo idem ſit *judicium* & *arbitrium*; hoc enim inter ſe differunt, quod judicibus quidem prætor qui *judicium* dedit, certam formulam præſcribit, quam ipſi in judicando directo ſequantur; arbitris non præſcribit; ſed eorum arbitrio poteſtatique permittit, *ex bono & æquo* ut judicent. Quid ergo eſt? In conventionibus, ex quibus alter alteri obligatur, Prætor in jure dicendo præter uſitatam judiciorum formulam hoc addit, EX FIDE BONA. Quo verbo arbitrium quodammodo videtur potius, quam judicium conſtituere, propterea quod datos ab ſe judices nequaquam ad certam formulam adſtringit, ſed illorum, ut dixi, poteſtati permittit, ut prout æquum bonumque exiſtimabunt, ita judicent. Et ſane ſic ſe res habet, ut hæc modo *judicia*, *arbitria* promiſcue nominentur. Itaque Cicero quum in Topicis locutus ita eſſet: *In omnibus judiciis, in quibus ex fide bona eſt additum, primus cauſarum uſus*: in lib. de Off. III. *Quintus*, inquit, *Scævola ſummam vim eſſe dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur: Ex fide bona*. Item, quod Paulus l. 71. de neg. geſt. ait: *In bonæ fidei judiciis tantumdem officium judicis valere, quantum in ſtipulatione interrogatio*. Eademque prorſus ratione dati diſceptatores modo judices, modo arbitri nominantur. Cicero lib. de Offic. III. *Itaque C. Calphurnius arbitrum illum adegit: Quidquid ſibi dare facere oporteret Ex fide bona. M. Cato ſententiam dixit &c.* & paulo poſt: *Is igitur ita pronunciavit, Quam in venundando rem eam ſciſſet, &c.* Eſt igitur *Arbitrio pro ſocio condemnari*, concisa locutio, quæ plena ſic effertur, *Condemnari arbitrio, ſive judicio*, quod adverſus ſocium pro ſocio conſtitutum eſt. Hæc autem judicia libera, ſive arbitria, Iuriſconſulti poſtea bonæ fidei judicia nominarunt, de quibus quum eam diſciplinam coleremus, edito De actionibus libello, copioſe diſputavimus. Senſus eſt igitur. Ita diligens erat in avertendo, quaſi metueret, ne ſi minus id faceret, judicio pro ſocio damnaretur: quaſi ii damnari ſolerent, qui

Verum his de rebus non neceſſe habeo dicere ea, quæ me P. Quintius cupit commemorare. Tametſi cauſa poſtulat, non flagitat, præteribo.

4. Cum annos jam complures ſocietas eſſet, & cum ſæpe ſuſpectus Quintio Nævius fuiſſet, neque ita commode poſſet rationem reddere earum rerum, quas libidine, non ratione geſſerat; moritur in Gallia Quintius, cum adeſſet

bona fide & abſtinenter ſocietatem colerent. HOTTOM. *Arbitrio pro ſocio*) Sic legendum videtur Hottomanno: arbitrio pro ſocio, autem, id eſt, judicio pro ſocio. Iam vero, judicium pro ſocio, ut & cetera bonæ fidei judicia, id eſt, judicia omuia, quibus additur, EX FIDE BONA, idcirco appellatur arbitrium, quia in hoc judex non ſequitur ſummum jus, ſed æquitatem. Ranconnetus autem legendum putabat, *ad arbitrum*, id eſt apud arbitrum. Sic enim ſæpe loquitur Cicero. LAMBIN. *Quaſi ii qui magna fide ſocietatem gererent arbitrium pro ſocio condemnari ſolerent*) Octavius Pantagathus hunc locum ita legebat: *Quaſi ii, qui magna fide ſocietatem gererent ad ultimum pro ſocio condemnari ſolerent*. Sed magis placet ut eſt in antiquo *ad arbitrium pro ſocio &c.* F. VRSIN. *Arbitrium pro ſocio* formula juris eſt, qua ſignificatur actio judiciumque ſocietatis, ſi quis ſocium fraudaſſet. Ita enim dicit Cicero, Nævium ita diligentem in fraudando ſocio fuiſſe, quaſi ii, qui non fraudarent, condemnari ſolerent, non qui fraudarent. Cæl. Secund. Curio, Budæus legit *arbitrii*, Hottomannus, *arbitrio*; Manut. *ad arbitrium*: Ranconnettus, *ad arbitrum*. Mihi videtur vox *arbitrium*, ex ora libri, ubi erat adſcripta & notata, quaſi ſubaudienda, in Ciceronis orationem translata eſſe. Nam ita loquitur pro Flacco: *Nicomedes & furti, & pro ſocio damnatus eſt*. Hoc eſt in arbitrio, ſeu judicio pro ſocio eſt damnatus. Sic *pro ſocio* ſimpliciter appellatur *actio pro ſocio*, ut conſtat ex lib. XVII. Pandect. tit. 2. & Codic. Iuſtin. IV. 37. GRÆVIUS.

Tametſi cauſa poſtulat) Non ineptus elicitur ſenſus: ſed concinnior eſſet oratio, ſi ſic legeremus: *Nam etſi cauſa poſtulat; tamen quia poſtulat, &c.* HOTTOM. In Veneta ss. legimus: *tametſi cauſa poſtulat: tamen quia poſtulat, non flagitat &c.* Sic poſtea edidit etiam Naugerius, Lambinus denique, atque Manutius, quos Grævium ſequi erat æquius, quam Gruterianæ lituræ ex pravis Codicibus profectæ, aut ex alio aliquo errore, fidem adhibere: præſertim cum id paullo antea Iac. Gronovius monuiſſet in Gruteri editione commiſſum. Ea repetitio verbi *poſtulat*, procul dubio librariis, ut aliæ ſæpe repetitiones, aberrandi cauſam dedit, qui nobis hiulcam orationem obtulerunt. GARAT.

Poſtulat, non flagitat) Ergo plus eſſe voluit *flagitare*, quam *poſtulare*; ut qui poſtulat, ſi refutetur, non inſtet: qui flagitet, acriter aſſidueque urgeat. *Rogare* ſimiliter in Epiſtola ad Varronem, quam *flagitare* minus eſſe voluit. *Ex ea*, inquit, *media excitatos miſi, qui metuo ne te forte flagitent: ego autem mandavi ut rogarent*. Sed *poſtulamus*, quod quaſi jure noſtro contendimus: *rogamus*, quod in beneficii & gratiæ loco petimus. *Flagitatur* autem proprie, quod debetur: unde qui debitam pecuniam poſcunt, *flagitatores* appellantur. Plautus in Caſina:

Ducite ex animo curam, atque alienum es:
Ne quis formidet flagitatorem ſuum.
Ludi ſunt, ludus datus eſt argentariis.

HOTTOM.

Moritur in Gallia Quintius) Atque ita ſocietas extinguitur. Nam (ut ait Vlp. l. nemo, 35. D. pro ſocio) *Nemo poteſt ſocietatem heredi ſuo ſic parere, ut ipſe heres ſocius ſit*. Et Pomponius l. adeo, 59. *Adeo morte ſocii ſolvitur ſocietas, ut nec ab initio paciſci poſſimus, ut heres etiam ſuccedat ſocieta-*

adeſſet Nævius; & moritur repentino. Heredem teſtamento reliquit hunc P. Quintium: ut, ad quem ſummus mœror morte ſua veniebat, ad eumdem ſummus honos quoque perveniret. Quo mortuo, nec ita multo poſt, in Galliam proficiſcitur Quintius. Ibi cum iſto Nævio familiariter vivit. Annum fere una ſunt, cum & de ſocietate inter ſe multa communicarent, & de tota illa ratione, atque re Gallicana: neque interea verbum ullum interpoſuit Nævius, aut ſocietatem ſibi quidpiam debere, aut privatim Quintium debuiſſe. Cum æris alieni aliquantulum eſſet relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ cu-

rari

cirteti. Idem.

Moritur repentino) Suſpicioſe dictum. Vult enim & Nævii conſcientiam furtorum, & Quintii celerem interitum argumento eſſe, veneno ſublatum a Nævio fuiſſe Quintium. Idem.

Ad eumdem ſummus honos quoque perveniret) Similiter in oratione pro Cæcina: *Vſumfructum omnium bonorum ſuorum Cæſenniæ legat, ut frueretur una cum filio. Magnus honos viri jucundus mulieri fuiſſet, ſi diuturnum eſſe licuiſſet.* Etenim honorificum erat heredem inſtitui, ut contra inhoneſtum ac turpe præteriri. Quamobrem Ciceroni objecerat Antonius, hereditates ei nullas ab amicis obveniſſe: quod contra Cicero defendit, amplius ſe H-S ducenties acceptum hereditatibus retuliſſe, id eſt ſcutatorum, ut nunc loquimur, amplius quingenta millia. Et Suetonius Auguſtum ſcribit graviſſime ferre ſolitum, ſi a quoquam ſuorum amicorum præteritus in teſtamento fuiſſet. Addidiſſe autem videtur *teſtamento*, quod etſi lege & jure agnationis heres erat, honeſtior tamen teſtamento, quam lege veniat ad nos hereditas. Idem.

Cum de ſocietate) Non quæ nunc erat, ſed quæ cum defuncto fuerat. Idem.

De tota illa ratione) De re pecuaria & ruſtica. Græv. Manutius pronomen *illa* refert ad ſocietatem, ab eoque bona privata Quintii complecti negat. Ego vero, cum Cic. ſententiam diligenter conſidero, video referri ad bona Quintii privata, non ad ſocietatem. Separat has res Cicero *& de ſocietate, & de tota illa ratione &c.* Apud Grammaticos conjunctio ET eo modo repetita unam, & eamdem rem complecti non poteſt. Quis porro neget, Tullium arguere a conjectura, non eſſe veriſimile, tacuiſſe Nævium de pecunia ſibi debita vel a ſocietate, vel privatim a C. Quintio? Diceret itaque: *cum tam multa communicarent inter ſe* Nævius, & P. Quintius *de ſocietate*, alteram partem de bonis privatis C. Quintii non adderet? Valde infirma, & manca ſic eſſet allata ratio: quippe non comprehenderet utrumque membrum. Ferr.

Societatem ſibi quidquam debere) Propter ſocietatem C. Quintii aliquid ſibi deberi. Hotrom.

Aliquantulum eſſet relictum) A C. Quintio. Idem.

Quibus nominibus pecuniam Romæ curari) *Curare pecuniam*, curare ut pecunia detur & ſolvatur. Græci μορίζειν ἀργύριον & πορίζειν dicunt. Terentius Phorm. *Datum ne argentum eſt?* DE. *Curavi illico*. Cic. ad Q. Fratrem: *Redemtori tuo dimidium pecuniæ curavi*. *Nomen* autem dicitur, quidquid in accepti vel expenſi tabulas refertur. Videtur autem in pactione cautum fuiſſe, ut ea pecunia Romæ redderetur. Idem. *Quibus nominibus curari pecuniam*) Eſt quibus creditoribus expedire ad ſolvendum pecuniam. Cic. II. ad Attic. *Salluſtio curanda ſunt ſeſtertia triginta.* Plena locutio eſt lib. XIV. ad At-

tic.

rari oporteret: auctionem in Gallia P. hic Quintius Narbone ſe facturum eſſe proſcribit earum rerum, quæ ipſius erant privatæ. Ibi tum vir optimus, Sex. Nævius, hominem multis verbis deterret, ne auctionetur: eum non ita commode poſſe eo tempore, quæ proſcripſiſſet, vendere. Romæ ſibi nummorum facultatem eſſe, quam, ſi ſaperet, communem exiſtimaret, pro fraterna illa neceſſitudine, & pro ipſius affinitate; nam Pub. Quintii conſobrinam habet in matrimonio Nævius, & ex ea liberos. Quia, quod virum bonum facere oportebat, id loquebatur Nævius, credidit Quintius, eum, qui orationem bonorum imitaretur, facta quoque imitaturum; auctionem velle facere deſiſtit: Romam proficiſcitur: decedit ex Gallia Romam ſimul Næ-

tic. *Pollicitus ſum curaturum me Bruti cauſa, ut eis Salaminii pecuniam ſolverent.* Sic Græcis *ποριζειν*, & *ποριζεσθαι*, ut apud Demoſthenem, *πεποριςμενον αργυριον*, pecunia ad diſſolvendum æs alienum comparata & curata. PASSER. Erneſtus videtur intelligere *quibus debitis*. Sed perſpicuum inprimis in eam rem ex hac ipſa oratione locum omiſit. Is eſt cap. 23. *A me nominis ejus, quod inficiatus eſſet, diem petivit.* Vide ibi notas. Virum præſtantiſſimum vellem obſcuro huic loco majorem curam impertiiſſe. Nam varie poteſt explicari. Paſſeratius ſermonem abruptum repetitione juviſſe videtur, & *quibus æris alieni nominibus* intellexiſſe: nomina enim æris alieni ſunt creditores. GARAT.

Auctionem in Gallia) Vacare videtur, cum addat, *Narbone*, niſi propter multitudinem circumſtantium id dicat, quorum plerique ignorare eam civitatem poterant. Id autem alibi feciſſe Oratorem ſuis locis admonuimus. HOTTOMANNUS.

Proſcribit) In tabula proponebatur ſcriptum quid venire deberet. Lib. II. ad Q. Fratrem: *Rutilius tabulas proſcripſit, ſe familiam Catonianam venditurum.* Lib. III. de Off. *Si tu ædes proſcribas, tabulas tamquam plagas ponas, domum propter vitia vendas.* PASSER.

Quæ ipſius erant privatæ) Id eſt, quas C. Quintius privatas habuerat ac proprias: non autem cum Sex. Nævio communes, quod infra conſtabit. HOTTOMANNUS.

Vir optimus) Officioſus, liberalis, qui ad gratificandum de pecunia promtus ac paratus eſſet. Sic *Iupiter optimus* dicitur beneficentiſſimus, quod omnibus proſit. IDEM.

Quæ proſcripſiſſet) Ed. Ven. *quo*. GAR.

Si ſaperet) Auctoritatem habet, & conſilium hic ſermo. Propert.

Quare, ſi ſapis, oblatas ne deſere meſſes. Terent. Eunucho: *Si ſapis, neque præter quas ipſe amor moleſtias habet, addas; & illas, quas habet, recte feras.* PASSER.

Et ex ea liberos) Quo ſanctior eſt affinitas: nam *viuis liberis numquam diſſolvitur.* Infra. HOTTOM.

Qui orationem bonorum imitaretur facta quoque imitaturum) Lib. I. epiſt. ad Q. Fratrem: *Multis ſimulationum involucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur unius cujuſque natura. Frons, oculi, vultus perſæpe mentiuntur, oratio vero ſæpiſſime.* I. ad Att. 19. *Ut crebro mihi vafer ille Siculus inſuſurret Epicharmus cantilenam illam ſuam:*

Ναφε και μεμνασ᾽ απιςειν αρθρα ταυτα των φρενων. h. e. *Vigilans ſis, & memineris non facile credere: hi ſunt nervi ſapientiæ.*

Empedocles in Helena:

Σωφρονος δ᾽ απιςιας
Ουκ εςιν ουδεν χρησιμωτερον βροτοις.

h. e. *Prudenti incredulitate Nihil eſt utilius*

Nævius. Cum pecuniam C. Quintius P. Scapulæ debuiſſet: per te, C. Aquili, decidit P. Quintius, quod liberis ejus diſſolveret. Hoc eo per te agebatur, quod propter ærariam rationem non ſatis erat in tabulis inſpexiſſe, quantum deberetur, niſi ad Caſtoris quæſiſſet, quantum ſolve-

ſilius mortalibus. PASSERATIUS.

Cum pecuniam C. Quintius P. Scapulæ debuiſſet) Cum quod ſolvendum eſſet non ſatis inter illos conveniret, ſumtus eſt Aquilius arbiter. JOKM.

Per te C. Aquili decidit) Moris erat, ut in pactionibus, tranſactionibus, teſtamentis, ſponſalibus, & eiuſmodi actionibus juriſconſulti adhiberentur, eorumque arbitrio ejuſmodi negotia confierent. HOTTOM. *Per te decidit*, eſt tuo conſilio atque opera tranſegit. *Decidere* eſt tranſigere. PASSER. Vid. Gronov. lib. II. obſerv. c. 6. GREV.

Hoc eo per te agebatur) Quum quid ſolvendum eſſet, non ſatis inter illos conveniret, ſumtus C. Aquilius eſt arbiter. Ergo, ne judicio, & vi coactus fuiſſe Quintius exiſtimetur, dicit cur opus diſceptatore Aquilio fuerit. HOTTOM.

Propter ærariam rationem) Varietatem pecuniæ Gallicæ, & Romanæ. GREV. Recte. Hanc ſententiam contra Manutium alia ſentientem diſputans Ferratius amplectitur Lib. II. epiſt. 12. GAR.

Niſi a Quæſtoribus quæſiſſet) Manuſcripti libri, partim *ad Caſtoris*, partim *ad Caſtoris templum*: quorum prius, meo judicio, corruptum eſt ex nota librarii, qui ſic ſcripſerat. *A. Quæſtor*, cui poſtea ſubſcriptum gloſſema, ſenſim cum veris germaniſque verbis contextum eſt. Nobis hæc verior videtur: etſi ſubobſcura ſit, ſed ſperamus nos ſenſum tamen verum & germanum eruiſſe, quem modo exponemus. Pro *a Quæſtoribus quæſiſſet*, corrige ſic, *A Quæſtoribus quæſiſſes*: & facilior erit aditus ad obſcuriſſimi loci ſententiam. In Gallia pecuniæ diſſimilis fuit ratio, ac Romæ, ut apparet ex oratione pro Fonteio, & aliis locis. Quum igitur quod C. Quintio P. Scapula expenſum in Gallia pecunia Gallica tulerat, id Romæ pecunia Romana curare Quintium oporteret: propter diſſimilem pecuniæ rationem, non ſatis commode poterat inter P. Quintium, & Scapulæ liberos convenire quantum ſolveretur. Sumtus igitur ea de re eſt arbiter. Is a Quæſtoribus urbanis, qui pecuniam, quæ ex vectigalibus debebatur, in ærarium pecunia Romana referebant, quæſivit *ad denarium*, id eſt Romanæ pecuniæ rationem, quantum ſolveretur. Hoc eſt quod modo dixit, *Per te C. Aquili decidit*. Nam *decidere* dicimur in re dubia & impedita, cum minus quam petitum eſt, ſolvitur. HOTTOM. *Niſi a quæſtoribus quæſiſſet*) Non diſplicet mihi Hottomanni ſententia, qui legendum cenſet, *quæſiſſes*. Verum tamen nihil muto; jam hac lectione ſervata, licet eamdem, atque ille elicit, ex his verbis ſententiam elicere. Niſi quod negari non poteſt, alteram lectionem faciliorem & planiorem eſſe. C. Aquilius enim ſumtus fuit arbiter. Is igitur quæſivit a quæſtoribus urbanis, propter ærariam rationem, id eſt, propter diſſimilitudinem pecuniæ Rom. a Gallicana, vel propter rationem nummorum æreorum, quantum Scapulis ſolveretur. *Ad denariam* autem, id eſt, ad rationem pecuniæ R. ut doctiſſime Hottomannus explicat, denario enim, qui quatuor ſeſtertios valebat, & argenteus erat, utebatur populus R. Neque vero me fugit, in nonnullis codicibus legi, *ad Caſtoris*; eamque ſcripturam nonnullis probari, hoc referentibus ad conſuetudinem Romanam, quæ talis erat, ut, qui de re aliqua, & maxime de nummaria inter ſe ambigerent, ad ædem Caſtoris convenirent, ibi controverſiam omnem, advocatis & adhibitis viris bonis, atque uſu peritis, componerent; ſed hanc receptam mutare nolui: neque tamen illam alteram damno. LAMB. *Niſi ad Caſtoris quæſiſſet*) Auſus ſum mutare lectionem hactenus receptam,

quod

ſolveretur. Decidis ſtatuiſque tu propter neceſſitudinem, quæ tibi Scapulis eſt, quid iis ad denarium ſolveretur.

5. Hæc omnia Quintius agebat, auctore & conſuaſore Nævio. Nec mirum, ſi ejus utebatur conſilio, cujus auxilium ſibi paratum putabat; non modo enim pollicitus erat in Gallia; ſed Romæ quotidie, ſimul atque ſibi hic annuiſſet, numeraturum ſe dicebat. Quintius porro iſtum poſſe facere videbat; debere intelligebat: mentiri, quia cauſa

quod eam uno ore ferme tuerentur Pall. ſane haud aliter pr. ſec. tert. ſext. nam quart. ſept. oct. *ad Caſtoris templum*; quint. *ad quæſtoris templum*, & vero ſimilius eſt typographos finxiſſe *niſi a Quæſtoribus quæſiviſſet*; quam excogitatum a librariis alterum iſtud; ſtat tamen pro *Quæſtoribus* Guilielmius, probatque ex loco libri II. ad Attic. Epiſt. 6. ſed eum refelli pluribus, in Suſpicionum libellis. GRVT. Editio pervetuſta anni 1472. *niſi ad Caſtoris templum quæſiſſet*. MSus Dreſdenſis æque ut ceteri plerique, *niſi ad Caſtoris quæſiſſet*. Solebant in Caſtoris æde pecuniam deponere. Iuven. Sat. XIV.:

Ærata multus in arca
Fiſcus, & ad vigilem ponendi Caſtora nummi.

Procul dubio ibi quoque fuerunt, qui optime rationem ærariam tenebant. GRÆVIVS.

Propter neceſſitudinem, quæ tibi cum Scapulis eſt) Plin. lib. VII. capite De mortibus repentinis, ſcribit *P. Quintium Scapulam, quum apud Aquilium Gallum cœnaret, mortuum eſſe repentino*. HOTTOMANNVS.

Quid iis ad denarium ſolveretur) *Denarius*, nummus erat Romanus. Cicero ad Atticum ſcribens, lib. Epiſt. II. *Scripſi*, inquit, *ad Quæſtores urb. de Q. fratris negotio: vide, quid narrent, & quæ ſpes ſit denarii; an ciſtophoro Pompeiano jaceamus*. Quinto Ciceronis fratri, Aſiæ Proprætori populus pecuniam debebat eam. Cicero cupiebat *denario*, id eſt, pecunia Romana ſolvi, non *ciſtophoro*, qui nummus erat Aſiaticus: ſicuti *victoriatus*, Gallicus. Et *denarii* dicti, ut ait Varro, quod denos æris valebant. HOTTOM. Recte Hottomannus. *Ad denarium ſolveretur* eſt denariis pecunia debita & in alio nummorum genere in Gallia expenſa perſolveretur, aut ratio debiti expungendi ad denarium iniretur. Quomodo ad denarium rationes conficerentur docuit egregie Voluſius Mæcianus in diſtributione, quam diſputationem egregie illuſtravit ὁ πάνυ Gronovius lib. III. de Pec. vet. cap. 10. GRÆV.

Conſuaſore) Plautus in Mercatore: *Ego ſaluti, quod tibi eſſe cenſeo, & conſuadeo*. Et in Aſinaria: *Picus cornix eſt ab læva, corvus porro ab dextra, conſuadent*. PASSER.

Simul atque ſibi hic innuiſſet) Sic legendum cenſeo, reclamantibus libris omnibus, in quibus legitur, *annuiſſet*. Nam *annuere*, eſt alteri nutu aſſentiri, & adprobare nutu; quod alter dicat, aut faciat. *Innuere* autem, eſt alteri ſignificare, quod fieri velis. Terent. Adelph. *Ne mora ſit, ſi innuerim, quin pugnus continuo in mala hæreat*. LAMB. Lambinus, reclamantibus inquit libris, repoſuit, *innuiſſet*: at ego addicentibus antiquis malo retinere quidvis, quam admittere alicujus vero ſimilem quamvis conjecturam. Porro Pal. ſext. ſolum habet, *ſimul annuiſſet*, excluſis intermediis. Gruterianus non agnoſcit, *ſibi* ſept. & *ſibi* caret & *hic*: ut forſan omnia illa ſpuria ſint, ſequique debeamus ſcripturam ſexti. GRVTER. *Annuiſſet*, nutu petiiſſet mutuum. Lambinus corrigit, an depravat *innuiſſet*. Idcirco enim dicitur *annuere*, quia prior innuit Nævius, cum promiſit ſe daturum. PASSERATIVS.

Poſſe facere videbat) Quia habebat facultatem nummorum. IDEM.

Debere intelligebat) Et propter neceſſitudinem, & quia ultro pollicitus erat.

cauſa, cur mentiretur non erat, non putabat; quaſi domi nummos haberet, ita conſtituit Scapulis ſe daturum. Nævium certiorem facit, rogat, ut curet, quod dixiſſet. Tum iſte vir optimus (vereor, ne ſe derideri putet, quod iterum jam dico, optimus,) qui hunc in ſummas anguſtias adductum putaret; ut eum ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis adſtringeret, aſſem ſeſe negat daturum, niſi prius de rebus rationibusque ſocietatis omnibus decidiſſet: & ſciſſet, ſibi cum Quintio controverſiæ nihil futurum. *Poſterius*, inquit, *iſta videbimus*, Quintius: *nunc hoc velim cures, ſi tibi videtur, quod dixiſti.* Negat ſe alia ratione facturum, quod promiſiſſet, non plus ſua referre, quam

erat. IDEM.

Quia cauſa cur mentiretur non erat) Cic. III. de Off. *Cadit ergo in virum bonum mentiri emolumenti ſui cauſa? nihil minus.* IDEM.

Quaſi domi nummos haberet) Paratos & in numerato. Sic Plautus. Cic. in Lucullo: *Nobis iſta domi naſcuntur.* IDEM.

Conſtituit Scapulis ſe daturum) Hinc *conſtituta pecunia* dicitur a Iuriſconſultis, cujus etiam actionem Prætor dabat. Nam civili jure, ſine ſtipulatione actio non naſcebatur ex conſtituto. Vere igitur hic locus *conſtitutæ pecuniæ* exemplum Iuris ſtudioſis ſuppeditat. HOTTOM. *Conſtituere* inquit Theophilus ad Inſtitut. eſt pecuniam jam alii debitam abſque ſtipulatione promittere. PASSER. Ad juriſconſultorum pecuniam pertinet etiam locus I. ad Att. ep. 7. *L. Cincio H-S viginti millia conſtitui me curaturum Idibus Februariis.* GRÆV. Vide ibi Caſaubonum, & I. F. Gronovium Obſ. I. 2. GARAT.

Vereor ne ſe derideri) Nunc hoc dicendi tempus eſt, cum illius inhumanitatem & duritiam accuſat. Nam *optimus* dicitur, qui humanitatem & benignitatem exercet. HOTTOM.

In ſummas anguſtias adductum) In ſummas difficultates conjectum. Propter pecuniam conſtitutam, quæ ſua die ſolvenda erat. IDEM.

Vt eum ſuis conditionibus) *Conditionibus*, pactionibus, quæ ſuis eſſent rationibus & commodis opportunæ atque appoſitæ. Sic in Verrinis: *Suum tempus*, & *ſuum judicium*, hoc modo Aſconius interpretatur. HOTTOM. Inferius in hac oratione: *Ejuſmodi rationibus illum ad ſuas conditiones perducere*. Dein: *Vtebatur Alphenus populo ſane ſuo*. Sic Plautus: *Quaſi fundum vendam, meis addicam legibus*. PASSER.

Aſſem ſeſe negat daturum) Ne minimum quidem. Cic. pro Qu. Roſcio Comœdo: *Dic H-S CCCCLIII dediſſe, cum aſſem nullum dedit*. Catull. *non aſſis facit*. PASSER.

Poſterius, inquit, iſta videbimus) *Vſitata trajectio*, qua veteres frequenter utebantur, ut hic ipſe in libro de Oratore II. *Licet, inquit, rogare, Philippus?* Et paulo poſt: *Cœnabo, inquit, apud te, huic luſco familiari meo C. Sextio*. Et alibi: *Audiamus, inquit, pulchellum puerum, Craſſus*. Sed exemplorum, Cæſaris, & Livii libri referti ſunt. HOTTOM. In ep. ad Atticum: *Sed hæc poſterius, & coram fortaſſe commodius*. In Bruto: *Ipſe Thucydides ſi poſterius fuiſſet, multo maturior fuiſſet & mitior*. PASSER.

Si tibi videtur, quod dixiſti) Pecuniam expendas & conficias, ſi placet, quod pollicitus es. IDEM.

Non plus ſua referre) Nam (ut ait Vlp. in l. qui erat 49. D. famil. ercif.) *Si quis ad exſequendam ſententiam a Prætore datus diſtrahat, duplam promittere non cogatur; in ea enim conditione eſt, ne co-*

quam ſi, cum auctionem venderet domini juſſu, quidpiam promiſiſſet. Deſtitutione illa perculſus Quintius a Scapulis paucos dies aufert: in Galliam mittit, ut ea, quæ proſcripſerat, venirent: deteriore tempore abſens auctionatur:

ne cogatur implere id, quod coguntur ii, qui ſuo arbitrio diſtrahunt. Nam inter efficium ſuſcipientis, & voluntatem diſtrahentis multum intereſt. Item in l. ſi pignora, 50. D. de evict. 8. ſi *pignora* veneant per apparitores prætoris, extra ordinem ſententiam exſequentes, nemo umquam dixit dandam in eos actionem re evicta. Sed ſi dolo rem viliore pretio projecerint, *tunc* de dolo actio datur io eos domino rei. Hotton.

Quam cum auctionem venderet) Suſpectus mihi locus: vereor, ut ſit potius legendum: *Quum auctione venderet*, in ſexto caſu, ut ſit, coostituta auctione, vel dum auctio ſit. Hottoman. *Quam ſi, cum in auctione venderet*) Subintellige, bona. Sic autem videtur legendum, non, ut vulgo, *cum auctionem venderet*. Mendum fortaſſe natum ex præpoſitione, *in*, a librario depravata, cum *m.* pro, *in*, ſcripſiſſet: deinde ab aliquo plus ſatis ingenioſo, *m.* eſſet ultimæ vocali nominis auctione adjectum. Licet tameo legere, *cum auctione venderet*, ut placet Hottomanno. Sed Adr. Turnebus tuetur lectionem receptam, *cum auctionem venderet*: aitque eadem ratione dictum, *auctionem vendere*, qua a Cæſare, *ſectionem vendere*. Ego *ſectionem vendere*, aio eſſe Latinis uſitatum. Et ita M. Tullius quoque locutus eſt lib. de Inventione: *Cujus prædæ ſectio non venierit*: auctionem veodere nuſquam alibi me legere memioi; quin alibi M. Tull. ſic loquitur: *Bona conſtituta auctione venderet*. Et Plautus Menæchm. in extr. *Auctionem hic faciam, & vendam, quidquid eſt; nunc interim eamus intro, frater*. Si Latine diceretur *auctionem vendere*, ſatis erat dixiſſe, *auctionem hic faciam, & vendam*: nunc; quia Latioi non ſolent ita loqui, addidit, *quidquid eſt*; proinde, ac ſi ita diceret, auctioneoi hic faciam, & in auctione vendam, quidquid eſt. Vnde colligere licet, *vendere auctionem*, non dici a Latinis, ſed vendere bona auctione, ſeu in auctione. Verum tamen judicent eruditiores. Præterea paullo poſt putabat Memmius legendum, *cuipiam promiſiſſet*. Lambin. Pal. ſextus *auctione*, ut conjecerat Hottomannus, ceteri ſtant pro vulgata. Grut. Forte legendum eſſe *auctione rem venderet*. Nam ſequitur *domini*, quod nomen ad rem referendum eſſe videtur. *Auctione* non ſolum in Palatino ſexto, (& primo Francii) ſed & in editione Manutii habetur. Grav. *Auctione venderet*; hoc eſt, præconem ageret: præco eoim auctiooarius promittit, dominus præſtat. Facciol.

Domini juſſu) Domini auctiooum qui aliquid haſtæ ſubjiciunt per præconem, ut Caligula, qui reliquias ſpectaculorum auctione propoſita ſubjecit & venditavit, exquirens per ſe pretia, & uſque eo extendens, ut quidam immenſo coacti quædam emere, ac bonis exuti venas ſibi inciderent, auctore Suetonio in Calig. c. 38. Inferius: *Huic ne perire quidem certe tacite obſcureque conceditur, cui magiſtri fiunt, & domini conſtituuntur, qui qua lege & conditione pereat, pronuncient*. *Domini* & *magiſtri* hic frequenti oratoribus locutione, pro *dominus* & *magiſter* ponitur. *Dominus* autem eſt, qui auctoritate magiſtratus auctionem habet, & vendi bona jubet. *Magiſter* vero qui auctioni præeſt, qui poſterioribus temporibus dictus eſt *curator bonorum*. Grav.

Quidpiam promiſiſſet) *Alius pro alio promittens daturum facturumve non obligatur. Nam de ſe quemque promittere oportet*. Paullus l. *inter ſtipulationem* D. de verb. obligat.

Paucos dies aufert) Lib. XVI. ep. ad Att. *Adiimus ad Cæſarem, verba fecimus pro Buthrotiis, liberaliſſimum decretum abſtulimus; ſic rediimus cum decreto*. Et lib. XIV. *Per eum, ut volemus, facile auferemus*. Passer.

Ut ea quæ proſcripſerat) Quæ ſcilicet iterum proſcribenda curavit. Hott.

Ab-

tur: Scapulis difficiliore conditione diſſolvit; tunc appellat ultro Nævium, ut, quoniam ſuſpicaretur aliqua de re fore controverſiam, videret, ut quam primum, & quam minima cum moleſtia tota res transigeretur. Dat iſte amicum M. Trebellium: nos communem neceſſarium, qui iſtius domi erat educatus, & quo utebatur iſte plurimum propinquum noſtrum, Sext. Alphenum. Res convenire nullo modo poterat: propterea quod hic mediocrem jacturam facere cupiebat: iſte mediocri præda contentus non erat. Itaque ex eo tempore res eſſe in vadimonium cœpit. Cum vadimonia ſæpe dilata eſſent, & cum aliquantum temporis in ea re eſſet conſumtum, neque quidquam profectum eſſet, venit ad vadimonium Nævius.

6. Ob-

Abſens) Terent. Eunuch. *Ita fit, domini ubi abſunt*. Huc pertinet illud Catonis: *frons occipitio prior*; nec non illud Plinii: *oculum domini in agro fertiliſſimum eſſe*. GRAV.

Tunc appellat) Ed. Ven. *tum*. GAR.

Dat iſte amicum M. Trebellium) Subauditur, arbitrum. Et conſulto *amicum* dixit, quaſi apud quem gratioſus ſit futurus. De hac conſuetudine cognoſce infra. HOTTOM. *Dat iſte amicum M. Trebellium*) Subaudiendum, arbitrum; ſane in quibuſdam vulgatis legitur. *Dat iſte arbitrum Trebell.* LAMB.

Propinquum noſtrum) Hæc in Quintii perſona. HOTTOM.

Res eſse in vadimonium cœpit) Vetus locutio, de qua in de Divinatione diximus. Sic in Pompeiana dixit, *In poteſtatem eſse*. Pro Cæcina: *In poſseſſionem veſtigium facere*. De Finibus: *In hiſtoriam veſtigium ponere*. In Verr. VII. *In poteſtatem eſse*. HOTTOM. Cic. pro Q. Roſcio: *Si ſeſtertium millies in judicium haberes*. Terent. Eunuch. *Ille ubi miſer famelicus videt me eſse in tantum honorem*. PASSER. Vide Schottum Nodor. Ciceronian. I. 6. GAR.

In vadimonium) Qui litem alicui intendere volebant, a Prætore poſtulabant, ut eum vadari liceret. Plautus in Aulularia:

Pulmentum pridem ei eripuit milvius:
Homo ad Prætorem plorabundus devenit:
Inſit ibi poſtulare, plorans, ejulans,
Ut liceret milvium vadarier.

De Euclione loquitur. Eſt autem *Vadari*, vades poſtulare, id eſt locupletes fidejuſſores, qui aliquem certæ pecuniæ ſponſione vadimonium obiturum præſtabant: qua de re copioſe a nobis dictum eſt in Comment. de Verb. juris. HOTTOM. Cum res in vadimonium eſſe cœpit, non litigabant apud arbitros Nævius, & Quintius, ſed apud Prætorem Urbanum Burrienum, & omnino nihil opus erat vadimonio, donec per arbitros controverſiæ cognoſcebantur. Fallitur enim Manutius, qui contra ſentit. Dum tranſactionem, & arbitros Cicero commemorat, nulla vadimonii mentio eſt. At poſtquam dixit, *res convenire nullo modo poterat*: ſtatim, *itaque ex eo tempore res eſſe in vadimonium cœpit*: ideſt, cum per arbitros res decidi non poſſet, ad Prætorem ventum eſt, dato utrimque vadimonio. Iſte enim mos erat, ut litigatores vades darent, fore, ut certo die ſiſterent ſe in jure, niſi ex conſenſu utriuſque partis vadimonii dies dilata eſſet, ut in cauſa P. Quintii actum eſt. FERR.

Cum vadimonia ſæpe dilata eſsent) Quod male Nævius agere cœpiſſet. HOTTOMANNUS.

Perfectum eſset) Cum omnia utrique integra etiam eſſent. Nonnulli *profectum*, quod loci ſenſus repudiat. HOTTOM. *Neque quidquam perfectum eſſet*)

Legen-

6. Obſecro, C. Aquili, voſque, qui adeſtis in conſilio, ut diligenter attendatis, ut ſingulare genus fraudis, & novam rationem inſidiarum cognoſcere poſſitis. Ait ſe auctionatum eſſe in Gallia: quod ſibi videretur, ſe vendidiſſe: curaſſe, ne quid ſibi ſocietas deberet: ſe jam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere: ſi quid agere ſecum velit Quintius, non recuſare. Hic, cum rem Gallicanam cuperet reviſere, hominem in præſentia non vadatur; ita ſine vadimonio diſceditur. Deinde Romæ dies xxx. fere Quintius commoratur; cum ceteris, quæ habebat, vadimonia differt, ut expeditus in Galliam proficiſci poſſet; proficiſcitur. Roma egreditur ante diem II. Kalend. Februarii, Scipione & Norbano Coss. Quæſo, ut eum

Legendum fortaſſe eſt, *neque quidquam profectum eſſet*. LAMB. *Neque quidquam perfectum eſſet*) Placet iſtud plane Hottomanno; at Pall. tamen meliores, editioneſque primores, *profectum*. GRVTER. Procul dubio rectius Palatini meliores, ut & editio an. 1472. *profectum eſſet*. Hoc eſt, cum nihil profeciſſent in hac cauſa, cum omnia in illo eſſent & manerent loco, quo fuerant. Ep. 13. lib. VII. ad Atticum: *Qui ut nihil aliud, hoc tamen profecit, dedit illi dolorem. Sed etiam ad ſummam profectum aliquid puto*. GRAV.

Venit ad vadimonium) Non in jus, ſed ad alicujus argentarii tabernam, ut moris erat. HOTTOM.

Obſecro, C. Aquili) *Obſecro te, C. Aquili*, vetus codex a Iannoctio collatus: quod recipiendum omnino videtur. Etſi enim *voſque* vocativus eſſe poſſit, tamen *obſecro te, voſque* prælaturos exiſtimo qui aures latinas habent. Recte igitur *te* revocavit ex Victorio Olivetus a ceteris omnibus omiſſum. Sed Veneta MCCCCLXXX. mirum in quam diverſa abeat, eadem tamen ſententia. In ea enim eſt: *Hoc precor, C. Aquili*. GAR.

Rem Gallicanam) Apparet ergo eum privatas res, non quæ in ſocietate fuerant, vendidiſſe. HOTTOM.

Ante diem IV. Kal. Febr.) Idem valet ac ſi dixiſſet, quarto Kalendas. Nam hæc implicata locutio eſt, quæ fuſa ſic effertur, quarto die ante diem Kalendas, qua locutione ipſe etiam Kalendarum dies includitur, ſicuti tertio Kalend. dicitur, qui tamen ſecundum ante Kal. locum obtinet. Et cum aut *quarto* aut *tertio Kalend.* nominamus, hoc ipſum præciſe dicimus, quod modo planius explicabimus, die quarto, vel tertio ante Kalend. ſic in Epiſt. ad Tironem, cujus initium: *Nos apud Alyziam* diem poſt nonas Novemb. qui præciſe ſic vulgo diceretur, octavo Idus, ita expreſſit ut diceret, *Ante diem octavum Idus*, ſed in hoc non laboramus. Nodus difficilior eſt in illo, quod hic locus pugnet manifeſtiſſime cum eo qui infra legitur: Invenitur dies profectionis, pridie Kal. Febr. Ego pro IV. Kal. ſcribendum ita putarem, II. Kal. Nam ſecundo Kal. in eodem die dicimus, quo pridie Kal. Cicero in Epiſt. ad Ligarium, cujus initium: *Me ſcito*, lib. VI. *Ego*, inquit, *cum ad II. Kal. intercalares priores rogatu fratrum tuorum veniſſem*. Quin etiam ſimilem animadverti poſtea errorem in earumdem Epiſt. lib. XIV. epiſt. IV. quam cum *pridie Kal.* Brunduſio datam eſſe ſcriptum in extremo ſit, tamen aliquanto poſt ipſius initium ita legimus: *Brunduſio profecti ſumus ad V. Kal.* ubi conjuncta duorum II. extrema, & ex iis v. effectum facile eſt exiſtimare. HOTTOM. *Roma egreditur ante diem II. Kal. Febr.*) Sic legen-

eum diem memoriæ mandetis. L. Albius Sext. filius Quirina, vir bonus, & cum primis honeſtus, una profectus eſt. Cum veniſſent ad Vada Volaterrana quæ nominantur, vident perfamiliarem Nævii, qui ex Gallia pueros venales iſti adducebat, L. Publicium, qui, ut Romam venit, narrat

legendum, ut recte putat Hottomannus. *Ante diem II. Kal.* autem, id eſt, pridie Kal. quomodo loquitur infra. Invenitur dies profectionis pridie Kal. Febr. Nam ante diem II. Kal. & pridie Kal. eumdem diem eſſe argumento eſt, quod, ante diem III. Kal. & die tertio Kal. idem valent: hoc igitur ſic oſtendo. Gell. lib. XV. cap. 28. ſcribit, M. Tullium natum eſſe a. d. III. id eſt, ante diem tertium nonas Ianuar. Q. Cæpione, Q. Serrano Coſſ. At conſtat, eum natum eſſe tertio nonas Ianuar. ſic enim ipſe lib. VII. ad Att. *Tertio nonas, natali meo*. Et Plutarchus: Τεχθηναι δε Κικερωνα λεγουσιν, *ανωδινως και απονως. λοχευθεισης αυτω της μητρος, ἡμερα τριτη των νεων καλανδων. εν ῃ νυν οἱ αρχοντες ευχονται και θυουσιν ὑπερ τȣ ἡγεμονος*. Id eſt: *editum eſſe in lucem Ciceronem dicunt ſine ullo matris in partu dolore ac labore, die tertio poſt Kal. Ianuar. in quo magiſtratus vota faciunt, & ſacrificant pro ſalute principis*. Adde his cap. 232. de verborum ſignificatione. *Poſt Kal.* (inquit Caius) *Ianuar. die tertio pro ſalute principis vota ſuſcipiuntur*. Ex quibus locis inter ſe comparatis perſpicuum eſt, hæc tria, ante diem tertium nonas Ianuar. & die tertio nonas Ianuar. &, poſt diem tertium Kal. Ianuar. eumdem diem eſſe. Nam cum dicimus, *ante diem tertium Kal.* non ſignificantur, neque continentur dies quatuor, ſed tres dumtaxat: hoc præterea *εν παροδῳ* ſciat lector in his litteris tiro, ubicumque reperitur ita ſcriptum in libris vulgatis, *ad quartum, quintum, ſextum*, &c. Kal. mendoſe ſcriptum eſſe, & eſſe ita legendum, *a. d.* id eſt, ante diem. Lam.

Ante diem II. Kalend. Febr.) Sic edi voluerunt Hottomanuus & Lambinus, quod infra capite 18. repeteretur, *pridie Kalend. Februar.* verum edd. omnes priores, item MSi noſtri ſex ſeptem, palam habent, vel IIII. *Kalend.* vel *quartam Kal.* pleriſque etiam eſt Februarias. Antonius Auguſtinus lib. IV. Emendat. cap. 6. laudat. *Ante diem tertium Kalend. Febr.* Gavt.

Vt eum diem memoriæ mandetis) Quorſum? quia factum Nævius vadimonium dicebat nonis Februarii. Hot.

L. Albius Sext. filius Quirina) Quirina, nomen eſt tribus, ablativi caſus: ut ſit, ex Quirina. Moris fuit, cum aliquis civis Romanus oſtendendus eſſet, ut interdum ſignificaretur a tribu; ut in Verrinis: *C. Verrem Romilia, L. Clodium Palatina*. Hæc fere Aſconius. Et de tribu Quirina, idem Aſconius in Corneliana: *Duæ*, inquit, *ſolæ tribus cum Sergia, & Quirina damnaverunt*. Hottom. *Quirina*) Tribu. Sic autem legendum, non, ut habent nonnulli libri vulg. *Quirinas*. Lamb.

Vada Volaterrana) Volaterranus ager in Hetruria eſt, qui mari minime profundo alluitur: unde vada Volaterrana. Plinius, Ptol. Strabo. Hottom. In ora maris Tyrrheni ad oſtia Cæcinæ fluvii. Diſtant a Liburno millibus XVIII. a Volaterris antiqua urbe XV. Facciol. Tabula Pentingeriana, & Antonini Itinerarium, VADIS VOLATERRIS. Weſſelingius emendare non audet: tamen ex compendio ſcribendi id factum potius dicerem, quam *Volaterra vada* fuiſſe appellata, quæ antea *Volaterrana*. Ea millibus XVIII. diſtare Itinerarium ait a loco AD HERCVLEM dicto, ubi nunc eſſe Liburnum aliqui putant. In via erant Aurelia: unde iter *Arelatum* uſque perducit, idem Itinerarium. Gar.

Pueros venales iſti adducebat) Hominem ſemper perſtringit, quod voce *iſti venales* ſignificat. Huc illud Catulli pertinet:

Cum puero bello præconem qui videt eſſe. Passer.

L. Publicium) Is fuit mango, ſeu vena-

rat Nævio, quo in loco viderit Quintium; quod niſi ex Publicio narratum Nævio eſſet, non tam cito res in contentionem veniſſet. Tum Nævius pueros circum amicos dimittit: ipſe ſuos neceſſarios ab atriis Liciniis, & a faucibus macelli corrogat, ut ad tabulam Sextiam ſibi adſint hora

venalitiarius. Idem.

Ex Publicio narratum) Similem locutionem legiſſe me non memini: Ex aliquo narratum, pro, ab aliquo. Hot. *Quod niſi ex Publicio narratum &c.*) Lectio corruptiſſima, neque Ciceronis. Gruteri enim MSus ſolummodo habebat, *quod ubi ex Publicio agnovit, pueros circum*, omiſſis intermediis, quæ in nullo comparent Palatinorum præterquam ſept. & octavo, primus enim ſec. tert. *quod ubi ex Publicio, pueros circum, &c.* relicto ſpatio aliquot litterarum inter *Publicio* & *pueros* quart. quint. ſex. *quod niſi ex Publicio, pueros, &c.* linea una alteraque vacante inter ſupradictas voces; notatumque ad oram quarti: Poſſunt hæc verba ſuppleri: *narratum Nævio eſſet, &c.* ut habemus in hodie vulgatis. Equidem nihil deeſſe puto, Tulliumque apoſiopeſi uſum, ſcripſiſſe: *Quod ubi ex Publicio; pueros circum, amicos, &c.* ideoque reliqua ceu adulterina abjicienda: quod vel ipſemet ſane feciſſem, ſi mihi item conſtitiſſet, num ullum relictum fuiſſet vacuum in exemplari S. Victoris, quod item habebat, *ubi ex Publicio*. Grut. *Ex* tamen pro *a* eſt & in orat. pro Roſc. Comœd. *Ex adverſario pecuniam non peteret*. *Ex urbe abeſſe* pro Plancio. Passer. Francii primus, ut tres Palatini: *quod ubi ex Publicio agnovit, pueros circum*. Puto Ciceronem ſcripſiſſe: *quod ubi ex Publicio cognovit, pueros circum*. Grævius.

Circum amicos dimittit) Vetus locutio: Suet. Ner. c. 47. *Ut comperit ſtationem militum receſſiſſe, proſiluit e lecto, miſitque circum amicos*. In Aug. c. 84. *Conſules deſignatos circum provincias exercitusque dimiſit*. Passer.

Ipſe ſuos neceſſarios) Hanc igitur inter amicos & neceſſarios ſtatuit differentiam, ut *neceſſarii* dicantur, quos alicujus muneris ſocietas neceſſitudoque conjunxit: veluti qui ejuſdem collegii ſunt, aut ſodalitatis: ut hoc loco præcones *Nævii neceſſarii* dicuntur, alibi plerumque cognati, affines, collegæ in magiſtratibus, aut aliis Reipubl. muneribus *neceſſarii* appellantur. Hottom. Ed. Ven. *Ipſe ſuos neceſſarios vocat, ab atriis Licinii &c.* Garat.

Ab atriis Liciniis & a faucibus macelli) Atria Licinia, de quibus ſupra diximus, in Palatio erant; ubi L. Craſſi domus, quam emit poſtea M. Tullius. Macellum autem prope ab Eſquiliis, ut fauces macelli eas putem anguſtias quæ inter Viminalem, & Eſquilias inſtar faucium habebant, ex quibus in macellum, inde in forum iter eſt. Ergo ex atriis Liciniis auctionariis præcones, ex faucibus macelli nobiles homines, otio affluentes, qui cupediis inhiabant, aut otio ibi ſuo fruebantur. Cicero Ver. V. *Albam Æmilium ſedentem in faucibus Macelli loqui palam, viciſſe Verrem, emtos habere judices*. Hottom. Non equidem negarim gulæ Proceres in macellum nonnumquam ventitaſſe. Notanda ſunt illa Juvenalis:

Multos porro vides, quos ſæpe eluſus ad ipſum
Creditor introitu ſolet exſpectare macelli.

Sed tamen obſonatorum opera ſæpius utebantur: neque eſt veriſimile nobiles homines in re turpi, ac prope infami loco ſedere ſolitos, tamquam publice profitentes, ſe ventri ac gulæ deditos eſſe. Habebant alia honeſtiora loca, in quibus otium ſuum oblectarent. Neque hæc conveniunt, & nobiles fuiſſe, & præconis Nævii, neceſſarios. Ex utroque igitur loco corrogatos accipio homines abjectos, ignobiles, Nævii amicitia dignos. Sed fefellit Hottomannum, quod ſtatim ſubjicitur: *Tabulæ maxime ſignis hominum nobilium conſignantur*: quod cum illudens Cicero dixiſſet, ipſe ut vere ac ſerio dictum accepit. Muret. Var. lect. XVI. 19.

Corrogat) Ut adſint. Periphraſis advoca-

hora ſecunda poſtridie; veniunt frequentes; teſtificatur iſte, P. Quintium non ſtitiſſe, & ſe ſtitiſſe; tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur: diſceditur; poſtulat a Burrieno prætore Nævius, ut ex edicto bona poſſidere liceat. Iuſſit bona proſcribi ejus, qui cum familiaritas fuerat,

vocatorum. III. Philipp. *Convenerunt corrogati & quidam ampli homines.* IV. ad Herenn. *Vaſa, veſtimenta, pueros corrogare.* Et: *a vicinis carbunculos corrogare.* PASSERAT.

Vt ad tabulam Sextiam ſibi adſint) Romæ circum forum, tabernas argentariorum fuiſſe ſatis conſtat. In iis tabulas quoque fuiſſe intelligitur, in quibus multa, quæ in foro agerentur ſcribi, conſignarique ſolebant: veluti ſi quæ auctione venderentur, unde *Auctionariæ tabulæ* appellatæ, de quibus vide quæ dixi in oratione pro Cæcina, ad illa verba: *Ebutio negotium datur: adeſt ad tabulam: licetur Ebutius.* Præterea, ſi quæ teſtata eſſe oporteret, ut quum deſerta eſſent vadimonia: ut patet ex hoc loco, in quo tabulam Sextiam, argentarii Sextii tabulam interpretor; aut *cum abſentem defendi procuratoe teſtaretur*, ut infra. Edebantur autem argentariorum tabulæ in judiciis, iiſque fides atque auctoritas adjungebatur, ut ex Iuriſconſultorum reſponſis patet. HOTTOM. Circum forum erant tabernæ argentariorum, unde *circumforaneum æs* Cic. ad Atticum. Ibi quoque tabulæ erant, quæ inſtrumenta vocamus. Tabula Sextia dicitur, ut tabula Valeria, Valerii argentarii, ad cujus tabulam Ciceronis bona auctione venierunt. Ipſe ad Terentiam uxorem: *Nam ad me P. Valerius, homo officioſus ſcripſit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum a Veſta ad tabulam Valeriam ducta eſſes.* Tabulæ erant illæ auctionariæ, de quibus & pro Cæcina: *Adeſt ad tabulam, licetur Ebutius.* PASSER.

Teſtificantur iſti) Vetus, *teſtificatur iſte*: & ita legendum eſſe verbum proximum, *ſe ſtitiſſe*, declarat. Teſtificatur ergo, id eſt, teſtes ſumit aut facit. Nam teſtificatio eſt denunciatio teſtibus aliquot data opera advocatis facta, ut rei alicujus teſtes ſint, ac fere teſtificationes in tabulas referebantur, quæ teſtium annulis obſignabantur; cujus rei non hoc tantum loco exemplum habemus, ſed etiam Verrina VII. HOTTOM.

Quintium non ſtetiſſe) Lego, *ſtitiſſe*, utrobique. Non enim a *ſtando*, ſed a *ſiſtendo* declinatum eſt, quod ad vadimonium adeſſe ſignificat. Planeſium virgo Palinurum amicum ſic apud Plautum alloquitur: *Vbi tu es, qui me convadatus Veneriis vadimoniis? ubi tu es, qui me libello Venerio citaſti? ecce me ſiſto, ades contra. Siſto ego tibi me, & mihi contra itidem ut ſiſtas, ſuadeo.* Hoc idem Gellius etiam confirmat lib. Noct. Att. II. cap. 14. IDEM.

Conſignantur) Deſertum a P. Quintio vadimonium fuiſſe. IDEM.

Poſtulat) Poſtulare eſt deſiderium ſuum vel amici ſui apud eum, qui juriſdictioni præeſt, exponere. l. 1. D. de poſtulat. PASSER. Vide Briſſonium de Formul. V. 70. GAR.

Vt ex edicto bona poſſidere liceat) Nam qui vadimonium deſeruiſſent, in eorum ſe bona Prætor miſſurum creditores edixerat: ut ſi dies XXX. poſſiderentur, auctione vendita, ipſis creditoribus, quaſi qui cauſam obtinuiſſent, addicerentur. Suet. in Caligula: *Comprehendit*, inquit, *meritoria vehicula: adeo ut plerique litigatorum, quod occurrere abſentes ad vadimonium non poſſent, cauſa caderent.* Vlpianus in edicto perpetuo ſcriptum ita fuiſſe tradit: *In bona ejus qui judicio ſiſtendi cauſa fidejuſſorem dedit, ſi neque poteſtatem ſui faciet, neque defendetur, iri jubebo.* Cicero in Catil. *Illum*, inquit, *exercitum magnopere contemno, collectum ex ruſticis mendiculis, ex decoctoribus, ex iis qui vadimonia deſerere, quam illum exercitum maluerunt; quibus ego non modo ſi aciem exercitus noſtri, verum etiam ſi edictum Prætoris oſtendero, concident.* HOTTOMANNVS.

Iuſſit bona proſcribi) Oratorie quæ ſuæ cauſæ adverſaria ſunt, in narratione

rat, ſocietas erat, affinitas, liberis iſtius vivis, divelli nullo modo poterat. Qua ex re intelligi facile potuit, nullum eſſe officium tam ſanctum, atque ſollemne, quod non avaritia comminuere, atque violare ſoleat. Etenim ſi veritate amicitia, fide ſocietas, pietate propinquitas colitur: neceſſe eſt, iſte, qui amicum, ſocium, affinem, fama ac fortunis ſpoliare conatus eſt, vanum ſe, & perfidioſum, & impium eſſe fateatur. Libellos Sex. Alphenus procu-

tione reticens, poſſeſſionis mentionem ſubterfugit: cum infra etiam bona poſſeſſa neget. Idem. *Proſcribi*) Auctionem futuram tabulis ſignificat. Passer.

Societas erat) Falſum. Nam ut ſupra docuimus, ſocietas, defuncto ſocio diſſolvitur. Ergo hæc oratorie dicuntur & liberius: quia nondum pro ſocio judicio & communi dividundo res erant diviſæ. Hottom.

Affinitas, liberis iſtius vivis, divelli) Inſignis locus, & diligenti animadverſione dignus. Ex quo alter in oratione pro Seſtio intelligi poterit, in quo ita ſcriptum eſt: *Ademit Albino ſoceri nomen mors filiæ:* cum tamen ex ipſius filiæ matrimonio duo liberi exſiſterent. Quare hoc ita accipiendum eſt, ut mortua perſona, per quam affinitas contracta eſt, affinitatis quidem nomen intereat, ſed quamdiu liberi ex eo matrimonio manebunt, tamdiu vis affinitatis permaneat: exempli cauſa, Lege Iulia ſancitum eſt, ne cui invito genero denuntiare liceat, ut teſtimonium dicat in ſocerum. Vxore Seſtii mortua, ex qua duo liberi exſtabunt, non licebit Seſtio teſtimonium invito denuntiare in Albinum: quamvis ſoceri nomen amiſerit; mortuis liberis, licebit. Itaque quod Paulus ait in l. pen. D. de jur. dot. *Socerum, qui dotem promiſit, manente affinitate in quantum facere poſſit condemnandum eſſe: Diremto vero matrimonio ex cauſa & perſona id tribuendum:* ad hanc ego regulam revocarem, & affinitatem etiam poſt diremtum matrimonium, quamdiu liberi viverent, manere, ideoque in quantum fieri poſſet, ſocerum condemnandum eſſe. Atque hæc quidem ita ſe habent. Quod autem de Quintii affinitate Cicero dicit, de mutuo amore ac benevolentia, oratorie accipiendum eſt: quum illius affinitatis, ne manente quidem matrimonio, legibus ulla vis conſtituta ſit. Hottom. *Affinitas divelli*) At orat. pro Sext. *Ademit*, inquit, *Albino ſoceri nomen mors filiæ*, cum tamen ex ipſius filiæ matrimonio duo liberi ſupereſſent. Ego puto jure civili affinitatem nullam eſſe, ſed jure naturali & gentium. Passer.

Qua ex re intelligi) Hoc eo interjecit, ut judicis acerbitatem & odium in adverſarium excitaret. Nam ex hoc ipſo facto illud intelligi voluit, numquam illum neque ſocii, neque affinis animum induiſſe, cum tamen & ſocius & affinis eſſet. Eſt enim argumentum ex repugnantibus: Si fide ſocietas colitur, non & aliquis ſocius eſt, & fidem violat. Hottom.

Tam ſanctum atque ſollemne) Hoc poſtremum verbum fere in iis ponitur, quæ ad ſacra & religiones pertinent, ut in ea pro domo ſua: *Verbis priſcis ac pene ſollemnibus domum conſecrare.* Ergo puta dictum; *Tam ſanctum ac religioſum*. Hottom. *Sollemne* dicitur uſitatum, ſtatum, fixum. Horat. *Romæ dulce diu fuit & ſollemne, recluſa Mane domo vigilare*. Proprie tamen dicitur ſollemne, quod quotannis fieri ſolet, ut ſacrificia ſollemnia. Passer.

Etenim) Et profecto ita eſt, ut, vel, Et certe ſic ſe res habet, ut: Eſt autem argumentum ex contrariis. Hott.

Si veritate amicitia) Si mendacium & fraus abeſſe debet. Passer.

Fide ſocietas) Dictorum & factorum conſtantia. Idem.

Libellos dejicit) Fixos in triviis & compitis, ut cuique futuram certo die Quintii bonorum auctionem denuntiarent. Et hoc eſt quod modo dixit,

Auſit

procurator P. Quintii, familiaris & propinquus Sex. Nævii, dejicit: ſervulum unum, quem iſte prehenderat, abducit: denunciat, ſeſe procuratorem eſſe; iſtum æquum eſſe famæ fortuniſque P. Quintii conſulere, & adventum ejus exſpectare; quod ſi facere nolit, atque imbiberit ejuſmodi rationibus illum ad ſuas conditiones perducere, ſeſe nihil precari; &, ſi quid agere velit, judicio defendere,

Hæc

Juſſit bona proſcribi. *Proſcribi* enim *bona* dicuntur, cum fixis publice libellis, venditio eorum bonorum in diem certam edicitur, ac ſignificatur. Vnde *Proſcripti civili bello* dicti ſunt, quorum nomina in tabula pro Roſtris ſubfixa perſcripta erant, illorum & bonorum venditionem, & interfectoribus præmium, receptatoribus autem ſimiles pœnas denuntiante. Vlpianus: *Proſcribere, palam ſic accipimus, claris litteris ut de plano legi poſſint, ante tabernam ſcilicet, vel ante eum locum, in quo negotiatio exercetur, aut in loco remoto, ſed in evidenti*. l. 11. D. de Inſtitut. Huc autem illud Senecæ pertinet ex lib. de Benef. IV. *Spondeo pro judicato, & ſuſpenſum amici bonis libellum dejicio: creditoribus ejus me obligaturus; ut poſſim ſervare proſcriptum, ipſe proſcriptionis periculum ſubeo*. HOTTOM. Eſt in verbo *dejicit* vis ſingularis. Hinc illud: *Vnde vi dejeciſti, eo reſtituas*. PASS.

Quem iſte prehenderat) In quem manum injecerat, ut ſuum. Ovid. *Et dicam, mea ſunt*. IDEM.

Abducit) Qui poterat, cum id magiſtratus imperio atque auctoritate fieret? An quod fretus auxilio populi & Tribunorum eſſet, quos contra Prætoris injuriam modo appellat? Appellatione autem aut paris, aut ſuperioris poteſtatis, alterius imperium conquieſcit. An quod id ſibi licere putaret? HOTTOM. *Abducit* domum Quintii. PASSER.

Denuntiat ſeſe procuratorem eſſe) Quis eſt procurator? Cicero in Oratione pro Cæcina declarat his verbis: *Procurator dicitur, omnium rerum ejus, qui in Italia non ſit, abſitve Reipub. cauſa, quaſi quidam pene dominus; hoc eſt alieni juris vicarius*. Ergo *procurator abſentis* dicitur, ut *Cognitor præſentis*, & ita ſcripſiſſe arbitror Aſconium, ut quodam loco demonſtravi. HOTTOMANNVS.

Atque imbiberit ejuſmodi rationibus illum ad ſuas conditiones perducere) Aut *inſtituerit*, aut *in animo habuerit*, legendum putarem. Aliis tamen IMBIBERIT, ex antiquitatis obſervatione magis arridet. HOTTOM. *Atque imbiberit ejuſmodi rationibus, &c.*) Sic habent libri manuſcr. atque ita emendavit, & edidit Paullus Manutius: ita denique legendum; *imbiberit* autem valet, in animum induxerit: ita conſtitutum in animo habuerit, ut ſententiam mutare nolit. Sic Lucret. lib. III,

Qui petere a populo faſces, ſævaſque ſecures
Imbibit, & ſemper victus, triſtiſque recedit.

Idem lib. VI. *Vt ex ira pœnas petere imbibat acres*; ad quem locum plura. Qua de re Muretus quoque ante nos lib. Variarum lect. 1. cap. 6. non pauca. LAMB. Pantagathus pro *imbiberit*, legebat *maluerit*, affirmabatque habere ſe hujus lectionis auctores veteres libros, quorum ſcripturam erat ſequutus. VRSIN. *Atque imbiberit ejuſmodi rationibus*) Sic aliorum MSi ſic Pal. pr. quint. ſext. & Grut. & S. Vict. vulgati prius, *inhibuerit*, quod ſolum in Pal. quarto; alii enim, *inhiberit*. Hottomannus conjiciebat *inſtituerit*. Iac. Schegkius propugnat *inhibuerit*. Lib. Præmeſſ. Epiſtola 3. GRVTER. Sed nihil certius emendatione Manutii, quem vide. GRÆV.

Ad ſuas conditiones perducere) Vt decidat de ſocietate ad ejus arbitrium, ut ſupra, *ſuis conditionibus adſtringere*. PASSERATIVS.

Si quid agere velit) Iure experiri. GRÆV.

Digitized by Google

Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea contra jus, conſuetudinem, edicta prætorum, de ſaltu agroque communi a ſervis communibus vi detruditur.

7. Exiſtima, C. Aquili, modo & ratione omnia Romæ Nævium feciſſe, ſi hoc, quod per literas iſtius in Gallia geſtum eſt, recte atque ordine factum videtur. Expulſus atque ejectus e prædio Quintius, accepta inſigni injuria confugit ad C. Flaccum imperatorem, qui tum e-

rat

Contra jus) Cum neque deſertum vadimonium eſſet, neque reus latitaſſet: quippe qui procuratorem Nævium reliquiſſet. Hottom.

Edicto Prætorum) Principio locus mihi obſcurus videbatur, & omnino verbum *Edicto* poſitum pro *Decreto* exiſtimare cogebar: quod tamen inſolens & inuſitatum eſſe intelligebam. Præterea, hoc ipſum Ciceronis cauſæ adverſari, eumque, ſi ita ſcripſiſſet, locutum pugnantia perſpiciebam. Nam ſi ex edicto Prætoris hoc factum eſt, inepte & ſine cauſa tam graviter queritur, non recte atque ordine id eſſe factum. Sed poſtea conſultis antiquis exemplaribus hanc lectionem in omnibus ſine ulla varietate reperi, quæ mihi multo verior & ſincerior videtur: *Contra jus, conſuetudinem, edicta Prætorum*. Nam quod dicit *edicta Prætorum*, ſic accipiendum eſt, quia Prætores non dant poſſeſſionem, niſi abſens judicio non defendatur: defenſum autem fuiſſe Quintium confirmat. Et huic ſententiæ mirifice concordat, quod ſcribit infra: *Hunc per inſidias vi de agro communi dejecerit*. Ut hanc ſcripturam ſine controverſia veram & incorruptam eſſe appareat. Hottom. *Contra jus, conſuetudinem, edicta Prætorum*) Sic habent codices veteres, atque ita eorum fidem ſecutus emendavit Hottom. Lambin. *Edicta Prætorum*) Haud aliter libri noſtri, aliorumque: priores edd. *contra jus & conſuetudinem, edicto Prætoris*. Grut.

A ſervis communibus) Nondum enim judicio communi dividundo diviſæ res erant. Hottom.

Exiſtima C. Aquili modo & ratione omnia) Alii innumeri: *Id modo & ratione*: quod & ſenſus repudiat, & optimi mei codicis auctoritas. Idem. *Modo & ratione* eſt jure, & ex officio. Passer. *Modo & ratione* dicitur, ut alibi, *via & ratione*. Idem eſt, quod ſtatim dicit, *recte & ordine*. Cic. de Orat. *Pictoris cujuſdam ſummi ratione & modo, formarum varietate locos diſtinguentis*. *Modo* ſubaudi *cum bono modo*. Integra locutio eſt apud Plautum Mercat. *quod bono fiat modo*; & apud ipſum Ciceronem XIII. ad Att. *De die tantum videto, & id ipſum bono modo tantum, quantum videbitur*. Et in Academ. Quæſt. 2. *Hæc tibi tam ſunt defendenda, quam mœnia, mihi autem bono modo*. Grev.

Quod per litteras iſtius in Gallia geſtum) Quod ejus litteris juſſi fecerunt ſervi communes. Passer.

Factum videtur) Ed. Ven. *factum eſſe videatur*. Et ſupra: *Exiſtima, C. Aquili, id modo &c.* quod eſt etiam in Nangeriana, & ab Hottomanno damnatur. Garaton.

Accepta inſigni injuria) *Inſignis* ονομα το μεσον. Ut *inſignis ad deformitatem puer*. III. de Leg. in Orat. *Res inſignis ad maximam laudem*. Et pro Cæcin. *Hoc quoque genus injuriæ inſigne vocat, & rem atrociſſimam*. Feſtus: *Inſignis tam ad laudem, quam ad vituperationem inflecti poteſt*. Idem.

Confugit ad C. Flaccum) Poſtulavit edictum, Unde vi: ut unde vi dejectus fuiſſet, eo reſtitueretur. Hottoman.

Imperatorem) Quem dicat C. Flaccum, quidque is in Gallia geſſerit, mihi obſcurum eſt. Cum tamen eum *imperatorem* nominet, victoriam ab illo aliquam reportatam ſignificat. Hoc

enim

rat in provincia; quem, ut ipſius dignitas poſcit, honoris gratia nomino. Is eam rem quam vehementer vindicandam putarit, ex decretis ejus poteritis cognoſcere. Alphenus interea Romæ cum iſto gladiatore vetulo quotidie pugna-

enim nomine decorabantur aut militum acclamatione (ut Cicero Proconſul in Cilicia) aut Senatuſconſulto belli duces, qui prælio aliquo hoſtes populi Romani devicerant. Idem. Manutius hunc C. Flaccum Galliæ Proconſulem eumdem putat eſſe, qui ante annos duodecim cum M. Herennio Conſul fuerat. Quo jure C. Flaccus Conſularis tunc temporis Galliam adminiſtraret? Triennio poſt eum Conſulem dicitur Epitom. Livianæ libro LXXIII. *C. Cæcilius in Gallia tranſalpina Salvios rebellantes viciſſe*. Non igitur jure Conſulatus Galliam provinciam ſortitus per decem annos eamdem obtinuerat. Privato eam demandatam fuiſſe extra ordinem quis putet? cum nulla belli neceſſitas urgeret, nulla ipſe imperatoria virtute præſtaret, nullo fere exemplo privatis demandari Provinciæ ſolerent. Illis ipſis temporibus, ne ſexcenta alia perſequar, duo fuere L. Valerii Flacci Conſules, ætate Ciceronis duo pariter L. Valerii Flacci commemorantur, Orat. pro Flacco: ergo & duo C. Flacci eſſe potuerunt eodem tempore, quorum alter Conſul fuerit cum Herennio, alter ex Prætura Galliam tranſalpinam rexerit, Cinna IV. Conſule, ad quem confugerit Quintius. Ferrar.

In provincia) In ea parte Galliæ, quæ *Provincia* dicitur. Ital. *Provenza*. Facciolat. Veriſimile arbitror, in Gallia Narbonenſi, quam ſæpe *Provinciam* Cæſar appellat, Flaccum fuiſſe. Ibi enim eos, qui tunc Galliæ præerant, moratos oportuit, niſi bello diſtinerentur. In Sebuſianis prædia Quintius habebat, qui erant *extra provinciam trans Rhodanum primi*, ut ait Cæſar de bell. Gall. I. 10., & *finitimi provinciæ* ab eodem ib. VII. 64. appellantur. Quintius cap. 4. Narbone dicitur auctionem facturus. Sed ex Tullii verbis id non conſequitur, Flaccum enim generatim in Gallia, quæ illi provincia obtigerat, tum fuiſſe, poſſunt ſignificare. Garaton.

Honoris gratia nomino) In Orat. pro Qu. Roſcio Comœdo: *Hunc virum bonum eſſe dixiſti, & honoris cauſa appellaſti, quod nemo niſi honeſtiſſimo aut amiciſſimo facere conſuevit*. Honorem præfari etiam ſolebant in re turpi: *Sit auribus honos*, Epiſtola ad Pætum lib. IX. ad Fam. *Nos autem ridicule ſi dicimus, ille patrem ſtrangulavit, honorem non præfamur: ſin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honor præfandus*. Passerat.

Is eam rem quam vehementer vindicandam) In ſervos animadvertendum. Idem.

Cum iſto gladiatore vetulo) Veteres in maximis familiis, ſi qui ingenio excellerent, eos nobilioris alicujus artis præceptoribus in diſciplinam tradebant, & arte aliqua erudiendos inſtituendoſque curabant, veluti medicina, pictura, muſica. Qui vero nequam, ſed valenti tamen & firmo corporis habitu viderentur, eos ad laniſtas, id eſt, ludi gladiatorii magiſtros mittebant, ut poſtea doctos & inſtitutos ſpectandos populo ludorum diebus exhiberent. Ex iis translatum poſtea nomen eſt ad homines nequam & improbos, quaſi ſervos viliſſimos, ſed firmis corporis viribus præditos. Cicero II. Philip. *Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras*. Sic Verrina IV. Apronium Verris accenſum, quem grandi & obeſa corporis habitudine fuiſſe conſtat, *gladiatorem* ſæpe appellat. Laniſtæ præterea ipſi ſuos habebant domi gladiatores, quos eis, qui uti vellent, locabant. Livius lib. XXVIII. *Gladiatorum ſpectaculum fuit, non ex eo genere hominum, ex quo laniſtis comparare mos eſt, ſervorum delecta ac libertorum, qui venalem ſanguinem habent*. Hoc ita eſt, ſed multis locis *gladiatores* non hac ſignificatione, ſed

gnabat; utebatur populo ſane ſuo, propterea quod iſte caput petere non deſinebat. Iſte poſtulabat, ut procurator judicatum ſolvi ſatiſdaret; negat Alphenus æquum eſſe procura-

pro ſicariis, & percuſſoribus appellantur: ut dicemus in Orat. pro Sex. Roſcio. Nunc vero facete ludit, & ridicule Nævium gladiatorem appellat, ut haberet verbum, ad quod inſequens illud PVGNABAT referatur. HOTTOM. Translationem interpretatur in Philipp VI. *Quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum a me Antonius gladiator vocari ſolet, ſed ut appellant ii, qui plane & Latine loquuntur.* Vltus eſt Ciceronem Antonius in epiſtola ad Hirtium eum laniſtam vocavit. PASSERAT.

Gladiatore vetulo) Grandem natu fuiſſe Nævium apparet ex eo quod dicit infra: *Illius ætati difficile eſſe diſcere, & dediſcere.* Quare *vetulum*, ſic interpretor, ut ad ætatem referatur, potius quam ad uſum, & peritiam: quomodo in Orat. pro Sext. Roſcio: *Capitonem veterem ac nobilem gladiatorem* appellat. HOTTOM. Sic in epiſt. ad Pætum: *Tu tamen mi vetule noſter.* Sic *veterator*. PASSER.

Vtebatur populo ſane ſuo) Eo magis, quod contra Nævium pugnaret, populi partium bello civili deſertorem, & amicum nobilitatis. Et SANE SVO, pro admodum favorabili. HOTTOMAN. Populus Alpheno favebat. Senec. præfat. lib. IV. controv. *Quamvis aliquo tempore populum ſuum habuerit.* Salluſt. Iugurth. *Suo loco pugnam facere.* PASSERATIVS.

Caput petere non deſinebat) Ludit ex ambiguo. Nam *petitiones* dicuntur gladiatorum, & *caput* hoc loco civis Romani exiſtimationem ſignificat, quam vitæ & capiti ſemper ſapientes homines antepoſuerunt. Hoc ergo tantum periculum a Quintio propulſare populus cupiebat: cum tantam civi inferri injuriam, præſertim ab homine contrariarum partium, moleſte ferret. Translate alibi Cicero hac locutione eſt uſus. Nam in Murænìana: *Etenim ſciebam*, inquit, *Catilinam non latus aut ventrem, ſed caput & collum ſolere petere.* HOTTOM. *Quod iſte caput petere, &c.*) Guilielmius adnotat forte legendum *iſti*, ſed nihil variant MSi noſtri. GRVT.

Iſte poſtulat, ut procurator) Videtur legendum, *poſtulabat*, &c. & mox, *negabat*, &c. non, ut vulgo legitur, *poſtulat*, *negat*; vel his retentis, legendum, *ſatiſdet*. LAMBIN. *Iſte poſtulat ut &c.*) Editiones primæ, item Pal. quart. ſext. *poſtulabat*. GRVT.

Iudicatum ſolvi ſatiſdaret) *Satiſdamus* alteri, *cavemus* nobis. *Cavet* enim, qui ſatis accipit. Cicero in Bruto: *At vero tibi ego Brute non ſolvam, niſi prius a te cavero, amplius eo nomine neminem petiturum.* Sed exemplorum copiam Oratio pro Q. Roſcio facile ſuppeditat. Pervulgatus tamen eſt hic error, quo etiam doctiſſimi homines ducuntur, ut *cavere* dicant aliquem alicui, pro *ſatiſdare*. Nam *ſatiſdare* ſponſores dare ſignificat ei, qui ſibi a debitore cavet: unde *ſatiſdato debere* dicitur, qui creditori fidejuſſores, ſive ſponſores dedit. Cicero lib. XVI. Epiſt. ad Atticum: *Poſſumus enim, ut ſponſores appellentur, procuratorem introducere; neque enim illi litem conteſtabuntur; quo facto, non ſum neſcius ſponſores liberari; ſed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod ſatiſdato debeat, procuratores ejus non diſſolvere; & noſtræ gravitatis, jus noſtrum ſine ſumma illius ignominia perſequi.* Ergo *Iudicatum ſolvi ſatiſdaret*, hoc ſignificat, daret ſponſores locupletes, qui præſtarent quantum judicio facto ſolvi oporteret, ſi Quintius damnaretur, tantum ſuo periculo ſolutum iri. Sed *judicatum ſolvi ſtipulatio tres clauſulas in unum collatas habet*; (ait Vlpianus) *de re judicata, de re defendenda, de dolo malo*, l. 6. D. jud. ſolvi. HOTTOM.

Vt procurator ſatiſdaret) Hujus rei veſtigium exſtat in L. hæc autem, 5. §. 2. D. quibus ex cauſ. in poſſ. ubi cum pupillus in ſuam tutelam venit, & recte defenditur, hoc eſt ſatiſdato judicatum ſolvi, Prætor decedere de poſſeſſione jubet. Ex quo exiſtimari pot-

curatorem ſatiſdare, quod reus ſatiſdare non deberet, ſi ipſe adeſſet. Appellantur tribuni: a quibus cum eſſet certum auxilium petitum, ita tamen diſceditur, ut idibus Septem-

poteſt, jus hoc fuiſſe, ut quamvis bona poſſeſſa eſſent, tameo ſi ante venditionem offerretur deſenſio & ſatiſdatio, poſſeſſio deſineret. IDEM.

Negat Alphenus æquum eſſe) Hoc qui probet, mihi non ſatis conſtat. Neque adduci poſſum, ut exiſtimem non receptum fuiſſe temporibus illis, juriſcooſultis excellentiſſimis, præceptum juris æquiſſimum & uſitatiſſimum: *Neminem in aliena re ſine ſatiſdatione idoneum defenſorem intelligi*: præſertim locum illum ex Verrina quarta conſiderans, in quo de Epicrate Bidino, qui metu Verris ex Sicilia profugerat, ſic loquitur: *Inſimulant hominem fraudandi cauſa diſceſſiſſe: poſtulant, ut bona poſſidere liceat, amici, ſi quis quid peteret, judicio ſecum agi paſſuros, judicatum ſolvi ſatisdaturos eſſe dicebant.* Et huc pertinet reſcriptum Imperator. in l. I. C. de ſatiſdand. *Rei procurator vel defenſor etiam ſub geſtorum teſtificatione factus, in ipſo litis limine judicatum ſolvi ſatiſdationem in omnibus cauſis præſtare cogitur.* Et huic reſcripto conſimile eſt aliud in l. exigendi, 12. C. de procur. Sed hoc loco fortaſſe ſignificat Orator, poſtulaſſe Nævium, ut Alphenus Quintii nomine ſatiſdaret, oon ſuo. Nam Modeſtinus io l. ſi ad deſendendum, 10. D. judic. ſolvi. ſcribit, a procuratore qui mandatum habet, non ſuo nomine ſatiſdationem exigi: ſed vel ſi præſens ſit dominus, eum ſuo nomine ſatiſdaturum, vel ſi abſit, ſignificat ejus nomine ſatiſdaodum eſſe. Quod ſi mandatum aliquis non habeat, & ſua ſponte velit deſendere, tum ſuo nomine ſatiſdaturum. Recuſabat igitur Alphenus ſatiſdare Quintii nomine, non autem ſuo; & recuſabat, niſi ſi Nævius quoque viciſſim ſatiſdaret: ſolum autem ſatiſdare Quintium æquum eſſe negabat, quod ii ſoli ſatiſdant, quorum bona, quod vadimonium deſeruerant, ex edicto poſſeſſa ſunt. Vlpianus tamen in d. l. 5. Quibus ex cauſ. ait, pupillum, cujus bona poſſeſſa ſunt, ſi ipſe ſe deſendat, ooo cogendum eſſe ſatiſdare: ſin ab alio deſeodatur, ſatiſdationem eſſe neceſſariam. IDEM. Nempe cogebantur ſatiſdare, qui vadimonium deſeruerant, ſi vellent litem iostaurare, tum ne rurſus impune ſallerent, tum etiam quia credebantur ſolvendo non eſſe, quod eorum bona Prætoris edicto adverſarii poſſidereot. FACCIOLATVS.

Appellantur tribuni) Cum Prætor, ut Alphenus ſatiſdaret, decerneret, ioſra: *Nam appellantur, ut Prætoris decreto intercederent.* Tribunis poteſtas erat, magiſtratuum omoium decretis intercedere. Cicer. de Legibus III. *Plebes, quos pro ſe contra vim auxilii ergo decem creaſſit, Tribuni ejus ſunto: quodque ii prohibeſſint, quodque plebem rogaſſint, ratum eſto.* Qui vero Tribunos appellabant, ii jurare conſueverant, ſe ideo appellare, quod æquo jure uti ooo poſſent: ſicut Aſcooius ſignificat. Tribuni vero, ut ex Livio patet, hanc vocem *Veto* proouutiabant. HOTTOM.

A quibus cum eſſet certum auxilium petitum) Vox ultima non ſatisfacit mihi: videtur prius ejus loco fuiſſe, *vetitum*; ſed ſic non cohæret prioribus: dolendum ſane eſt veteres Ciceronis libros Orationum ita omnes ad unum interiiſſe, ut apographis ineptiſſimis acquieſcere cogamur. GRVTER. Nihil hac conjectura vanius. Dixiſſet potius Cicero *negatum certum auxilium*, quam *vetitum*, ſic enim nemo loquitur, nec res fert, ut ſic loquamur. Cogitabam aliquando Cicerooem ſcripſiſſe, *cum eſſet certum auxilium promiſſum*. Sed non eſt, ut diſcedamus a libris. Cum eſſet certum auxilium petitum a tribunis cootra injuriam Prætoris, aotequam tamen illi intercederent, ita convenit inter Alphenum, & Nævium, ut is promitteret, Quintium ſiſti Septembribus Idibus. GRÆV.

Septembribus P. Quintium ſiſti Sext. Alphenus promitteret.

8. Venit Romam Quintius: vadimonium ſiſtit. Iſte homo acerrimus, bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor, annum & ſex menſes nihil petit: quieſcit: conditionibus hunc, quoad poteſt, producit: a Cn. Dolabella denique prætore poſtulat, ut ſibi Quintius judicatum ſolvi ſatiſdet, ex formula, QVOD AB EO PETAT, QVONIAM EIVS EX EDICTO PRÆTORIS, BONA DIES XXX. POSSESSA SINT; non recuſa-

Idibus Septembribus) Scipione, & Norbano COSS. Ex quo intelligitur Alphenum ſiſti Quintium promiſiſſe menſe, poſtquam Roma diſceſſiſſet, ſeptimo: & notandus hic dies Iduum Septembris, quo primum die ludis Romanis confectis ad judicia redibatur, ut ex lib. de Oratore III. intelligitur, & Verrina II. HOTTOM.

Vadimonium ſiſtit) Quod Sex. Alphenus promiſerat. Nam Quintium ſine vadimonio diſceſſiſſe, ſupra expoſuit. IDEM. *Venit Romam Quintius: vadimonium, &c.*) Hunc locum ſic olim putaveram legendum, rejecta ſcriptura vulgata, ac recepta: *venit Romam Quintius ad vadimonium; ſiſtit ſe*: loquitur autem bis hoc eodem modo infra: *Ad vadimonium non venit; quis? ſocius*. Et infra: *Horæ duæ fuerunt. Quintius ad vadimonium non venit, quid ago?* nunc autem, nihil mutandum cenſeo. Nam & Cato apud A. Gell. ita loquitur: *Quid ſi vadimonium capite obvoluto ſtitiſſes?* Et Apul. lib. IV. de Aſino Aur. *Cohortem noſtram, gladiis armatam ante fores Democharis, velut expilationis vadimonium ſiſtimus*. LAMBIN. Sic & C. Nep. V. Attic. *Vt nullum illa ſtiterit vadimonium ſine Attico*. GRÆV.

Annum & ſex menſes nihil petit) Poſtea dicit *biennium*, oratorie. Apparet autem quod ſupra diai, cum poſt hoc tempus judicium acceptum ſit, M. Tullio, & Cn. Dolabella COSS. actam hanc cauſam fuiſſe. Nam annum & ſex menſes ducimus ab Idibus Septemb. Scipione & Norbano COSS. HOTTOM.

Conditionibus hunc, quoad poteſt, producit) Quas ipſe per ſimulationem tranſactionis Quintio deferebat. IDEM.

A Cn. Dolabella denique Prætore poſtulat) Hic eſt ille Cn. Dolabella, qui ex Prætura Ciliciam provinciam ſortitus, quum eam avaro & iniquo imperio adminiſtraſſet, a M. Scauro accuſatus & damnatus eſt: quemadmodum ex Verrina tertia intelligitur. Sed alius fuit hoc eodem tempore, ſimili, ut ſcribit Aſconius, prænomine, nomine, & cognomine Cn. Cornelius Dolabella: quem ſupra diximus Conſulem hoc anno cum M. Tullio fuiſſe. Hunc autem, de quo modo loquitur, Prætorem illum fuiſſe Dolabellam, qui a Scauro damnatus eſt, conjecturam capimus ex eo, quod Suetonius, & Plutarchus ſcribunt, Conſularem a Iulio Cæſare accuſatum eſſe, nec damnatum: unus autem Dolabella Conſul his temporibus reperiatur. IDEM.

Ex formula) Ex qua ſe in edicto ſatiſdare juſſurum denuntiarat. Similiter in Ver. V. *A L. Metello, ut ex edicto ſuo judicium daret in Apronium, Quod per vim, aut metum abſtuliſſet: (quam formulam Octavianam, & Romæ Metellus habuerat, & habebat in provincia) non impetrat*. IDEM. Eſt poſtulationis formula. Poſtulationis uſitatæ formulæ vocantur IV. Verrin. *formulæ de dolo malo productæ* ab Aquilio II. de Orat. XVII. ad Fam. *Vt vos in veſtris formulis, ſic ego in epiſtolis, de eadem re alio modo*. *Carmen* dicitur in defenſione Murænæ. PASSER.

QVOD AB EO PETERET) *Formulam* appellat caput ex Prætoris edicto, in quo ita erat: *Quod ab eo petetur, cujus*

cuſabat Quintius quin ita ſatiſdare juberetur, ſi bona poſſeſſa eſſent ex edicto. Decernit: quam æquum, nihil dico; unum hoc dico, novum: & hoc ipſum tacuiſſe mallem, quoniam utrumque quivis intelligere potuiſſet; jubet P. Quintium ſponſionem cum Sex. Nævio facere, SI BONA

jus ex edicto Prætoris Romani bona dies XXX. poſſeſſa erunt, ejus rei nomine judicatum ſolvi ſatiſdare jubebo. HOTTOM.

Prætoris Romani) Sic infra: *Procuratorem decreto Prætoris Romani oportuiſſe parere.* Nam idem valet, ut ſi diceret, *Urbani.* IDEM. *Cujus ex edicto Prætoris Romani*) Vox *Romani*, & a veteribus aliquot libris abeſt, & mihi tollenda omnino videtur. Cum enim *Prætor* duabus fere litteris *Pr.* in veteribus monumentis notari ſoleat, imperiti librarii duo iis nomina ſignificari arbitrati, facile in eo lapſi ſunt, ut pro unica voce *Prætoris*, in contextum duas, *Prætoris* ſcilicet & *Romani* receperint. F. URSIN. *Quoniam ejus ex edictu Prætoris bona dies XXX.*) Hæc eſt lectio libri S. Victoris meliorum MSorum, Pall. alii habent, vel *Prætoris R.* vel *Prætoris Romæ*, vel *Prætoris Romani*, quæ varietas nata ex ſcriptura veteri, edicto *P. R.* quæ exſtat in quinto ac ſexto: vulgata, *cujue ex edictu Prætoris Romani bona dies &c.* ſed ſic nulli MSi imo ne edd. quidem Vett. aut Victorii. GRUT. Sane nec in veteri editione mea 1472. legitur *Romani*. GRÆV.

Quin ita ſatisdare juberet) Solum Quintium. Sed ſi aliquo in libro probo & antiquo *juberetur* ſcriptum offenderem, lubenter eam lectionem cum hac recepta commutarem. HOTTOM. *Quin ita ſatisdare juberet*) *Juberetur* legendum, vel invitis lib. omnibus, quod & Hottomanno videtur, ſed ita, ſi modo reperiatur in libro manuſcr. LAMBIN. Clamat Lambinus legendum vel invitis omnibus MSis *juberetur*; & ita quidem exſtat in Gruteriano: ſed Pall. adhærent vulgato. GRUTER. Eſt ſane *juberetur* in Franc. primo, quod & recepi. GRÆV.

Si bona poſſeſſa eſſent) Nam hoc modo ſponſionem facere Nævium oportuiſſet, & onus probandi ſubire, quod nunc in Quintium derivatum eſt. HOTTOM.

Decernit) Moris erat ut prius *juberet* Prætor, poſtea *decerneret*. Adverſus *juſſum* recuſare licebat, adverſus *decretum* non licebat. Sed hoc loco *decernit*, invidioſe pro *jubet*, & ad decernendum ſe comparat, poſuit. IDEM. Diſcrimen iſtud inter *jubere*, ac *decernere* niſi Hottomannus probet, peto hanc veniam, ut quod verbo ille ait, nobis verbo negare liceat. Cicero hoc loco promiſcue utitur verbis *jubeo*, & *decerno*; nec ullo modo neceſſe eſt invidioſam hanc *κατάχρησιν* inducere. Adde huc, quod ſi Cicero ex Hottomanni ſententia uſus eſſet verbo *decernere* ad invidiam, cum nondum revera decreviſſet Dolabella, ſed tantum juſſiſſet; multo magis eo verbo uſus eſſet, cum Dolabella revera *decrevit*, ac litigatores dimiſit. Atqui verbum *jubere* adhibuit: *Aut ſatiſdare, aut ſponſionem jubet facere: & interea recuſantes noſtros advocatos acerrime ſubmoveri.* Ergo nullum eſt hoc loco excogitandum diſcrimen inter hæc duo verba. FACCIOL.

Jubet P. Quintium ſponſionem cum Sex. Nævio facere) In privatis controverſiis, ne, qui calumniarentur, impune diſcederent, moris erat, ut qui litem intenderet, adverſarium ſponſione certæ pecuniæ laceſſeret, ni veram cauſam haberet. Cicero Verrina V. *P. Rubrius Q. Apronium ſponſione laceſſivit, ni Apronius dictitaret, te ſibi in decumis eſſe ſocium.* Et paulo poſt: *Cum eodem Apronio poſtea P. Scandilius Eques Romanus eamdem ſponſionem de ſocietate fecit, inſtitit, oppreſſit, non remiſit, facta eſt ſponſio H-S V millium.* Et pro Comœdo, inf. *Petita eſt pecunia certa cum tertia parte, ſponſio facta eſt.* Contraque is, qui ſponſione provocabatur, aut fateri cogebatur, aut ſi inficiaretur,

tur, reſtipulari. Valerius lib. II. *Pertinacius*, inquit, *progreſſa contentione, Valerius ſponſione Luctatium provocavit, non ſe petiturum triumphum, ni ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa: nec dubitavit reſtipulari Luctatius*. Sic apud Livium lib. XXXIX. In extrema oratione Catonis conditio Quintio fertur; *ut ſi id factum negaret, ſponſione defenderet ſeſe*. Id eſt, quod Valerius dixit, *reſtipularetur*. Ergo ſtipulatione ultro citroque interpoſita concipiebatur hæc ſponſio: *Quod ſi ita eſt*. Exoritur illa dubitatio, Cur *ſponſio* appellata ſit, ac non *ſtipulatio*: ut actus ille judicialis uſitatus, qui hoc nomine appellatus eſt? Sed reſpondemus, ex uſitatis locutionibus, quum dicitur *laceſſere ſponſione, certare, provocare, contendere*, conjecturam capi poſſe, eum qui laceſſeret, prius ſpondere, quam ſtipulari debuiſſe: cum ſpopondiſſet, tum ſtipulari ſolitum; adverſarium vero etiam ab illo reſtipulari, ut ille iterum ſponderet, & ejus ſponſio rite facta conceptaque videretur; eamque conjecturam adjuvare videtur, quod Verrina ſeptima legimus, Verrem plagis voluiſſe C. Servilium quemdam cogere, quum ageret nemo, nemo poſtularet, nemo eſſet adverſarius; ſpondere tamen cum lictore ſuo, ni furtis quæſtum faceret: ut appareat, quum ex potiore ac majore parte res nominentur, recte & hanc *ſponſionem*, & contra illam *ſtipulationem* appellari ſolitam. Sed quæritur ab hominibus non imperitis, inter *ſponſionem*, & illud quod veteres *ſacramentum* appellabant, ecquidnam interſit. Hoc perſpicue intelligitur ex Varrone, qui *Sacramentum* ſic definit: *Sacramentum a ſacro. Qui petebat, & qui infitiabatur, de aliis rebus utrique quingentos æris ad Pontificem deponebant, de aliis rebus item, certum alium legitimum numerum aſſium. Qui judicio vicerat, ſuum ſacramentum a ſacro auferebat: victi ad ærarium redibat*. Sic enim locum illum & legendum, & diſtinguendum putamus: ut ſit ſenſus, in aliis cauſis, quingentos æris deponebant (quod etiam S. Pompeius tradit) in aliis, alium certum ac legitimum numerum: & *redibat*, non *redibant*, ut vulgo legitur: quum apertiſſime ad vocem *ſacramentum* referatur. Sex. Pompeius: *Sacramenti*, inquit, *nomine, id æs dici cœptum eſt, quod pœnæ nomine penditur: & id quidem propter ærarii inopiam, & ſacrorum publicorum multitudinem conſumebatur in rebus divinis*. Quod autem in Varronis libris AD PONTEM legitur, non ut ſcripſimus *ad Pontificem*, id ex inſcitia librariorum manaſſe opinor, qui hanc notam PONT. pontem interpretati ſunt: nam *ad Pontificem* deponi hanc pecuniam ſolitam fuiſſe, ex Sex. Pompeii verbis conjicimus. Neque ſum neſcius, eſſe qui *pontes* quibuſdam locis menſulas interpretentur, altis pedibus impoſitas, quæ inſtar pontium habent; de quo poſtea in oratione pro Sex. Roſcio idoneo loco diſputabimus. Nunc redeamus ad differentiam. In *ſacramentis* ergo deponebantur in ſacro pecuniæ, & qui cauſa cadebat, ejus pecuniæ referebantur in ærarium. At in *ſponſionibus*, opinor, non deponebantur; ſed tantum interpoſita ſtipulatione promittebantur; unde *ex ſponſo* agi eo ipſo judicio dicebatur; ut hac eadem oratione, ſupra *Sponſionem facere maluit; fecit te judicem C. Aquili, ſumſit, ex ſponſo egit*. Nam poſtea qui judicium dederat Prætor, victum pro imperio pecuniam ſolvere cogebat. Hanc igitur unam opinor fuiſſe differentiam, quum aliis in rebus omnibus ſimillima eſſet utriuſque ratio, quemadmodum ex iis locis cognoſcimus, in quibus ſacramentum & in poſſeſſionis, & in proprietatis controverſiis interpoſitum dicitur; ut in libro de Oratore I. & in oratione pro Milone, & apud Aſconium Ver. III. ubi de ampliatione loquitur. Hottom.

Iubet P. Quintium aut ſatiſdare) Deerant hæc, *aut ſatiſdare*, in libris vulg. quæ & neceſſario hic ſcribenda ſunt, & in uno codice manuſcr. ſcripta reperi. Lambin. *Iubet P. Quintium ſponſionem cum Sexto Nævio facere*] Recepit in contextum Hottomanni conjecturam: *Quintium aut ſatiſdare, aut ſponſionem &c.* Lambinus; adfirmatque inveniſſe item in uno codice ſcripto; ſed bene, quod eum non nominat, & tamen idem ſecutus eſt Paullus Manutius, contra omnes omnium edd & MSorum noſtros decem. Scilicet hoc eſt exhibere nobis genuinam auctoris ſcripturam. Gruter. Sententia tamen, ut re-

NA SVA EX EDICTO P. BVRRIENI PRÆTORIS DIES XXX. POSSESSA ESSENT. Recuſabant qui aderant tum Quintio; demon-

ut recte poſt Hottomannus oſtendit, hanc ſcripturam deſiderat. GRÆV.

SI BONA SVA EX EDICTO POSSESSA ESSENT] Id eſt, ſpondere certam pecuniam, ni poſſeſſa non eſſent. Quod enim cum negatione quibuſdam in libris legitur: *Poſſeſſa non eſſent*, mendum manifeſtum eſt, ut perſpicue intelligitur. Spondet enim, id eſt, promittit certam pecuniam, ſi ſua bona poſſeſſa non ſint. HOTTOM. *Si bona ſua ex edicto, &c.*) Sic legendum; nam primum ſic concipiebantur ſponſiones, per *ni*: deinde concipiebantur ex parte ejus, qui ſponſione laceſſebat. At hic P. Quintius iniquitate Prætoris Nævium ſponſione laceſſere coactus erat, hoc modo: *Ni mea bona ex edicta prætoris dies XXX. poſſeſſa non ſunt, centum, verbi gratia, dare ſpondes, Nævi?* Præterea ſic loquitur infra: ſponſio quæ in verba facta eſt? *ni ex edicta præt. bona P. Quintii poſſeſſa non ſint.* Exempla autem ſponſionum complura ſunt apud ſcriptores: ex quibus hæc pauca carpamus. M. Tull. Off. III. *Fimbriam conſularem audiebam de patre noſtro puer, judicem M. Lutatio Pinthiæ fuiſſe, equiti Rom. ſane honeſto, cum is ſponſionem feciſſet, ni vir bonus eſſet.* Idem pro Cæcin. *Vt ſtatim teſtificati diſcederent, optime ſponſionem facere poſſent, ni adverſus edictum præt. vis facta eſſet.* Idem lib. accuſ. III. *Sponſio eſt, ni te Apronius in decumis ſocium eſſe dicat.* Idem in Piſon. *Cum ego Cælimontana porta introiſſe dixiſſem, ſponſione me, ni Eſquilina introiſſet, homo promtus laceſſivit.* Et Val. Maximus lib. VI. cap. I. *A quo appellati tribuni, cum de ſtupro nihil negaret, ſed ſponſionem ſe facere paratum diceret, ni adoleſcens ille palam, atque aperte corpore quæſtum factitaſſet, &c.* ubi vulgo mendoſe legitur: *quod adoleſcens ille, &c.* Negari non poteſt tamen, lectionem vulgatam cum ea, quam repoſuimus, re & ſententia congruere. Eadem enim horum verborum ſententia eſt: *Si bona ſua ex edicto prætoris dies XXX. poſſeſſa eſſent.* Atque horum, *ni bona ſua ex ed. pr. d. XXX. poſſeſſa non eſſent.* LAMBIN. *Sponſionem cum Sex. Nævio facere ſi bona ſua ex edicto P. Burrieni Prætoris dies XXX. poſſeſſa eſſent*) Ita hunc locum legebat Pantagathus, & recte (ut videtur) tum quod ſupra quoque idem dictum eſt neceſſario, non recuſabat Quintius, quin ita ſatiſdare juberet, ſi bona poſſeſſa eſſent ex edicto, tum quod formula ſponſionis in perſona Quintii poſtulat *ſi*: in *Nævii* autem perſona vult *ni*: non enim uterque idem ſpondet, ſed contraria: ſpondet enim Quintius, ſi judicatum fuerit bona poſſeſſa eſſe, ſoluturum (verbi gratia) decem millia *H-S*: negat autem id in quo ſpondet. Nævius vero ſpondet, ni judicatum fuerit bona poſſeſſa eſſe, ſoluturum decem millia nummum: affirmat autem id, in quo ſpondet. F. VRSIN. *Si bona ſua ex edicto poſſeſſa eſſent*] Ita ſolum codex Gruteri. S. enim Victoris, item Pall. ſeptem, *poſſeſſa non eſſent*; neque aliter editiones ætatis ultimæ. Muretus lib. XVI. Var. lect. cap. 19. emendabat: *Ni bona ſua ex ed. poſſ. non eſſent*, de qua videatur, & Lambinus hoc loco. Briſſonius libro V. de Formulis, exiſtimabat legendum: *Ni bona &c. poſſeſſa eſſent*, qui item confutatur. GRVTER. Si criticis rationibus hic agamus, ſincera lectio erit, NI BONA &c. POSSESSA NON ESSENT. Senſus vel hanc poſtulat, vel a Grævio receptam, *ſi poſſeſſa eſſent*; ceteras excludit. Atqui omnes, quos novi, excepto Gruteriano, codices, & Veneta editio illud NON retinent, quod hic ſine NI ſtare non poteſt. Vnde Muretus, & Lambinus docte NI, litterulæ unius mutatione, reſtituendum putarunt: cui quidem voci infeſtos ſcimus fuiſſe Librarios. Vide Drakenborch. ad Liv. III. 57. Eorum conjecturam diſerte confirmant Pariſienſes codices a Lallem. collati, & Iannoctianus noſter. His in codicibus NI a Librariis eſſe, nemo facile dixerit. In quibus autem legitur SI NON, & ſatius eſt, & facilius NI facere, quam NON expungere: quandoqui-

demonſtrabant, de re judicium fieri oportere, ut aut uterque inter ſe , aut neuter ſatiſdaret : non neceſſe eſſe famam

doquidem utrumque retineri non poteſt , Briſſonius de form. V. 7. qui *ni poſſeſſa eſſent* corrigebat, formulæ locum aptare ſtudens , non ſenſit abs ſe perverti ſententiam . Turpiter autem ſecutus eum eſt Olivetus , quem ab Hottomanno, & Vrſino diſcere oportebat, Quintium ſic facere ſponſionem non potuiſſe . Nam Lambinus , dum ſtipulationum verba conquirit , ea Quintio attribuit, quæ Nævii fuerunt . Ita quidem ſi MSos cum loci ſenſu conferamus. Sed fateor , pugna illa verborum NI NON me vehementer offendit, cum planius SI dici potuerit . Ejus exempla penitus ignoro. Vbi Tullius ſponſiones factas narrat, NI video ſemper adeſſe. Sic Cato apud Gellium XIV. 2. Sic Livius l. c. , & III. 24. Verum hæ omnes affirmantium ſponſiones ſunt, qui non aliter ſpondere certam pecuniam debent , quam *ni ita ſit* . Recte itaque viri docti poſt Briſſonium ſimilibus locis ex formula veteri hoc qua illuſtrare , qua reſtituere non deſtiterunt . Sed eadem ne formula in ſponſiones negantium eſt invehenda? Vnicum hic exemplum hujuſmodi rei ne ſtatuamus, mehercule vereor . P. Africanus apud Gellium VII. 11. cum, ſi quis ea negaret, quæ ipſe affirmabat , ab eo ubi ſponſionem fieri vellet, ter dixit : *Si hoc ita eſt, qui ſpondet mille nummum ?* Ita veteres editiones , & bini codices Biblioth. Barberinæ . Nam id in Stephani edit. mutatum video , & NI ſubſtitutum , neſcio , utrum ex MSis an ut formulæ ſerviretur . Gronovium piguit adnotare, quid eſſet in optimo illo Regio Gellii codice . Sed ſpondere , *ni res ita eſſet* , Africani , non ejus adverſarii fuiſſet . Quamobrem , ſi ejicere illud NI non poſſemus , tamen ex formula non penderet , & P. Scipio dicere voluiſſet : ſi quis hoc ita eſſe negat ; ſpondeat mille nummum . Aut igitur hic ſponſionis formula nulla eſt, aut ſponſio negantis per SI concipiebatur . Gellius vero ipſe diſerte V. 4. *Librarius in quodvis pignus vocabat , ſi in una uſpiam littera delictum eſſet :* quippe delictum Librarius negabat . Huc etiam NI contra MSos, & edd. , & ſententiam formulæ abuſus invexerat : Gronovius lectionem neceſſariam vindicavit . Sed Gellius eſt , non Tullius , non Africanus . Denique hoc , quo de agitur , loco , ea lectio , *ſi poſſeſſa eſſent* , quantum ſcio, uno Grut. codice , & Naugerii editione defenditur. An pluribus , & melioribus nitatur, quamque illa originem habeat , ii viderint , qui MSis editiſque libris abundant . Garaton.

Recuſabant qui aderant) Adverſus juſſum prætoris recuſare, id eſt , cauſam dicere licebat. Hottom. In his verbis nulla eſt ſententia. Forte ſcripſit Hottomannus, *recuſare* eſt petere, ut ſibi liceat adverſus juſſum prætoris cauſſam dicere. Græv.

De re judicium fieri) De pecunia , ſi qua ex ſocietate Nævio deberetur . Idem .

Vi aut uterque inter ſe) Nam ut ex Iuriſconſultorum libris intelligitur , in actionibus in perſonam , qualis eſt actio Pro ſocio , neuter litigatorum cogitur ſatiſdare ; dumtaxat qui ſuo nomine judicium accipiunt . Hottom. Vt æquo jure eſſent , quia ſociorum par conditio eſt, nec alius alii antiſtat . Græv.

Aut neuter ſatiſdaret) Quorſumnam pertinere dicetur hæc recuſatio, qua tam vehementer & tam acriter tum Quintius , tum ipſius advocati depugnant ? Nam in Prætoris quidem decreto de ſatiſdatione verbum nullum. Hoc conſideret lector , & diligenter cum animo ſuo reputet , primum ecquanam ratione tam præciſa ſatiſdationis recuſatio fiat , deinde cur bipartita defenſione Quintius utatur ; ſi de ſatisdando nihil Prætor decreſſet , ac ſimplex fuiſſet de ſponſione juſſio ; non autem disjunctiva , ut aut ſatiſdaret Quintius , aut ſponſionem faceret. Non enim dubito , ſiquis diligenter omnia conſideret, quin facile in eamdem opinionem adducatur, quam ego jampridem ſum amplexus , neque omni-

Digitized by Google

mam alterius in judicium venire. Clamabat porro ipſe Quintius, ſeſe idcirco nolle ſatiſdare, ne videretur judicaſſe, bona ſua ex edicto poſſeſsa eſse; ſponſionem porro ſi iſtiuſmodi faceret, ſe (id quod nunc evenit) de capite ſuo priore loco cauſam eſse dicturum. Dolabella, quemadmodum ſolent homines nobiles ſeu recte, ſeu perperam facere cœperunt, ita in utroque excellunt, ut nemo noſtro loco natus aſsequi poſset, injuriam facere fortiſſime

omnino poſſum dimittere; ut locus ille ſuperior ita legi ac reſtitui debeat: *Iubet P. Quintium ſatiſdare, aut ſponſionem cum Sex. Nævio facere*; quod cum multa ex iis quæ ſequuntur, comprobant, tum illud manifeſto oſtendit, quod in ſequenti pagina hunc eumdem juſſum Cicero commemorans, ſic ſcribit: *Dolabella injuriam facere fortiſſime perſeverat: aut ſatiſdare, aut ſponſionem jubet facere*. HOTTOM.

Famam alterius in judicium venire) Veniet autem, ſi cogatur ſolus ſatiſdare. Nam ii ſoli ſatiſdant, quorum bona, quod vadimonium deſeruerint, decreto Prætoris poſſeſſa ſunt; quaſi ſolvendo non ſint, quum contra qui poſſident, vel ex iis quæ poſſident, locupletes ſint. IDEM.

Clamabat porro ipſe Quintius) *Porro* non eſt vox otioſa, ſed quiritantis, ut auctor obſcœni carminis: *Porro, ſed quis erit modus Quirites*. Item Mimus apud Macrob. *Porro Quirites libertatem perdimus*. PASSERAT.

Ne videretur judicaſſe) Re ipſa confeſſus eſſe & conceſſiſſe. HOTTOM.

Sponſionem porro) Conjecturam quam expoſui hæc ipſa particula PORRO confirmat; quæ ſignificat, atque adeo aperte oſtendit, duas recuſationis partes ad bipartitum Prætoris juſſum relatas eſſe. IDEM.

De capite ſuo) De fortunis omnibus & exiſtimatione. IDEM.

Priore loco) Nam qui ſponſione provocat, is actoris partes obtinet; qua de cauſa in Verr. VII Servilium quemdam legimus tanta contentione recuſaſſe, ne ſponſionem faceret, ni Verres furtis quæſtum faceret; hoc enim ille probare debuiſſet. IDEM.

Homines nobiles) In Verrina V. nobiles ſic alloquitur: *Odiſtis hominum novorum induſtriam, deſpicitis frugalitatem, pudorem contemnitis, ingenium & virtutem depreſſam extinctamque cupitis*. De nobilitatis ſuperbia plura Liv. lib. IV. PASSERAT.

Seu recte, ſeu perperam facere cœperunt) Nolunt enim mutare ſententiam, ne videantur erraſſe. Sic Iuno apud Virg.

Mene incepto deſiſtere victam?

Nam Iuno nobilitatem commemorat, quod ſit Iovis ſoror & conjux. PASSERAT.

In utroque excellunt) Sequor veteris libri ſcripturam, in quo eſt, *excedunt*, pro *excellunt*, meliore, ut puto, ſententia. F. URSIN. *Excello* torquetur etiam in vituperationem. Ut in Piſon. *Non dubito, quin, cum hæc, quæ excellunt, me neſse videas, non exiſtimes mediam illam partem flagitiorum tuorum mihi eſse inauditam*. Et alibi, *excellere ſingulis vitiis, aut pluribus*. PASSERAT.

Nemo noſtro loco natus) Nemo novorum hominum; nobilibus enim novi homines opponuntur, ut alibi docuimus. Tullius autem ortus ex equeſtri ordine nullis ipſius majoribus honores in Repub. conſecutus. Ortum ſe tamen antiquiſſima ſtirpe gloriatur in II. de Legib. ex regio ſcilicet Volſcorum genere, apud quos rex Tullus regnavit, ut ſcribit Silius Italicus:

Tullius æratas raptabat in agmina turmas,
Regia progenies, & Tullo ſanguis ab alto. HOTTOM.

Fortiſſime) Genus diſſimulationis, in verbo *fortiter*, ut ſupra *diligenter cupi-*

tiſſime perſeverat: aut ſatisdare, aut ſponſionem jubet facere: & interea recuſantes noſtros advocatos acerrime ſubmoveri.

9. Conturbatus ſane diſcedit Quintius; neque mirum, cui hæc optio tam miſera, tamque iniqua daretur, ut aut ipſe ſe capitis damnaret, ſi ſatiſdediſſet, aut cauſam capitis, ſi ſponſionem feciſſet, priore loco diceret. Cum in altera re cauſæ nihil eſſet, quin ſecus judicaret ipſe de ſe,

cupiditati morem gerere. Horat.

Bonis maternis atque paternis
Fortiter abſumtis. PASSERAT.

Injuriam facere fortiſſime perſeverat) Iniquitas decreti Dolabellæ ea erat. Cum Nævius petiſſet, ut Quintius ſibi ſatisdaret judicatum ſolvi ex formula, *Quod ab eo cujus e dicto Prætor, &c.* Quintius ſatiſdaturum ſe pollicebatur, ita demum, ſi bona poſſeſſa eſſent ex edicto. Hoc enim erat præjudicium. At Prætor decrevit ut Quintius ſponſionem faceret cum Nævio; quam vidimus modo. In ea ſponſione de fortunis Quintii, & de capite, ſeu de fama agitur, cum cauſſa præjudicii abſque ullo ſuo periculo judicari debuiſſet. Hoc eſt, quod hic dicitur judicium de probro, de capite, de fortunis eſſe, non de re. Illud etiam animadverſione dignum, hanc orationem pro Quintio noo vere jam (*forte* primam) inter Ciceronianas collocari. Non enim acta eſt aono 672. ut putat interpres. Qui enim potuit? Quintius Roma profectus eſt II. Kal. Febr. Scipione & Norbano Coſſ. aono 670. relicto Procuratore Alpheno. Nævius interea a Procuratore Burrieno petit, ut quando Quintius vadimonium non ſtiterit, ipſe in ejus bonorum poſſeſſionem mittatur. Prohibet Alphenus. Dum hæc Romæ geruntur Quintius in Gallia e ſaltu communi dejicitur, quamvis Alphenus eum judicio ſiſti intra certos dies promiſiſſet. Venit Quintius ad vadimonium Romam: Nævius aonum & ſex menſes quieſcit, ut paullo ante dixit, ſeu biennium ut inferius loquitur. Poſt Sullanam dimicationem hanc orationem eſſe habitam patet, cum nec Sullam hic hoooriſice appellet; nil affirmo tamen. HENRIC. VALESIVS. Vide notas ad argumentum.

Aut ſatiſdare, aut ſponſionem jubet facere) *Iubet* pro *decernit*. Nam hoc, jam *decretum*, oon modo *juſſum* appellatur; ut infra. HOTTOM.

Acerrime ſubmoveri) Per lictores. Prætoribus enim, & Conſulibus ſui lictores erant, quibus populum ſubmovere pro imperio poterant. At Tribuoi pleb. viatoribus in ſubmovendo utebantur. Conſules quidem, & Prætores ita ſubmovebant, ut qui non pareret, prehendi juberent; ſed Tribuni non pro imperio, ſed comiter verbis ſubmovebant: *Si vobis videtur, diſcedite Quirites*. Et hujus ſubmovendi moris exemplum eſt apud Livium lib. III. ubi de Appii Claudii Decemviri decreto in Virginiam puellam loquitur: *Adverſus injuriam decreti*, inquit, *quum multi magis fremerent, quam quiſquam unus recuſare auderet: P. Numitorius puellæ avunculus, & ſponſus Icilius interveniuat; dataque inter turbam via, lictor decreſſe ait: vociferantemque Icilium ſubmovet*. HOTTOM.

Cui hæc optio) Electio. *Optare* eſt eligere. Virg. *Pars optare locum tecto*. Idem: *Optavitque locum regno*. Idem, *ſedibus optatis*. PASSERAT.

In altera re) Si ſatiſdediſſet. HOTTOMANNVS.

Cauſæ nihil eſſet quin) Vetus locutio, quæ hoc ſignificat, Recuſare, vel inficiari non poſſe quin: Similiter infra: *Pridie Kal. ſi Romæ fuit, cauſæ nihil dicimus, quin tibi vadimonium deſeruerit*. Et infra: *Numquid eſt cauſæ*

C. Aqui-

ſe; quod judicium graviſſimum eſt: in altera ſpes eſſet ad talem tamen virum judicem veniendi, unde eo plus opis auferret, quo minus attuliſſet gratiæ; ſponſionem facere maluit: fecit; te judicem, C. Aquili, ſumſit: ex ſponſo egit. In hoc ſumma judicii cauſaque tota conſiſtit. Iudicium eſſe, C. Aquili, non de re pecuniaria, ſed de fama, fortuniſque P. Quintii, vides. Cum majores ita conſtituerint, ut qui pro capite diceret, is poſteriore loco diceret:

C. Aquili, quin ſi longe aliter poſsedit, &c. Et apud Terentium: *Non cauſam dico, quin quod meritus eſt ferat.* IDEM.

Quin ſecus judicaret ipſe de ſe) *Secus*, minus recte, minus vere, aliter quam ſeſe res habeat. Salluſt. in Iugurtha: *Prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum ſumere, quia tentatum antea ſecus ceſserat.* Apud hunc Noſtrum, Epiſt. ad Appium, lib. III. *De tuo in me animo iniquis ſecus exiſtimandi videris nonnihil loci dediſse.* IDEM. Sueton. Tiber. I. *Multa ejus egregia in remp. merita, multa ſecus.* PASSERAT. Quod ex MS. affert Grævius in V. L. *ſequius*, id ſcito in MS. Mureti fuiſſe, qui Var. lect. XVI. 19. Librarios ea de voce ſæpius immutata reprehendit. GARAT.

Quod judicium graviſſimum eſt) Similiter Verr. VII. *Meo*, inquit, *jure contendam, eum, qui ſuo judicio condemnatus ſit, juratorum judicum ſententiis damnari oportere.* Et in Cluentiana de reo Fabritio, qui patroni infantia deſperatus a ſubſelliis diſceſſerat; *Iam tum*, inquit, *Fabritius primum ſuo judicio, quod eſt graviſſimum, deinde legis vi condemnatus eſt.* HOTTOM. Cic. in Piſon. *Cum de te ſententiam tuliſti, tuum judicium pronunciaſti.* Idem in Verrem: *Tuum teſtimonium, quod in aliena re leve eſset, id in tua, quoniam contra te eſt, graviſſimum debet eſse.* PASSERAT.

In altera ſpes eſset) Si ſponſionem faceret. HOTTOM.

Ad talem virum judicem veniendi) *Virum judicem* dixit, ut Plato in legum libris ανδρες αγωνισαι, ανδρες αυληται. PASSERAT.

Te judicem C. Aquili ſumſit) In judiciis tum privatis, tum publicis, dabantur ii a Prætore judices, qui reis placuiſſent. Sumebat igitur actor priore loco judicem, cui, ſi reus eum non rejiceret, Prætor judicandi poteſtatem dabat: ex quo ipſo, ut Varro ſcribit, Iudex dicebatur, quod judicaret accepta poteſtate, & cauſam quibuſdam verbis dicendo finiret: id eſt quibus verbis a Prætore judicium erat conſtitutum. HOTTOM. Actori liberum erat ferre judicem adverſario, & ſi de eo conveniſſet, a Prætore is dabatur cum judicandi poteſtate; ſin minus, rejectio fiebat; lib. I. ep. ad Att. *Iudicium ſi quæris quale fuerit, ut rejectio facta eſt, cum accuſator tamquam cenſor bonus homines nequiſſimos rejiceret, reus tamquam clemens laniſta frugaliſſimum quemque ſecerneret.* PASSERAT. Meliora hæc, quam quæ Manutius hic notat. Cui Ferratius lib. I. ep. 2. multa reponit: ſed locus a Paſſeratio citatus, & quæ ipſe, atque Hottomaunus obſervant, Ferratianis omnibus præſtant. GARAT.

Ex ſponſo egit) Id eſt, ex ſponſione, ſecundum ſponſionem factam actionem inſtituit. Interdum eſt agere *ex ſponſu*, ut apud Gell. lib. IV. cap. 4. HOTTOMANNUS. Malim *ſponſu*. Nam *ſponſu alligari*, & *ex ſponſu agere*, dixit Varro lib V. de L. L. *Si jocandi cauſa dixit, neque agi poteſt cum eo ex ſponſu.* PASSERATIUS.

Qui pro capite diceret) Modo dixit, *fama, fortuniſque*. HOTTOM.

Is poſteriore loco diceret) In prima quidem actione. Nam ampliata cauſa, aut comperendinata priore loco cauſam reus dicebat, actor poſtremo, ut ex Verrinis notum eſt, & ex Aſco-

diceret: nos inaudita criminatione accuſatorum, priore loco cauſam dicere intelligis: eos porro, qui defendere conſuerunt, vides accuſare: & ea ingenia converti ad perniciem, quæ antea verſabantur in ſalute, atque auxilio ferendo. Illud etiam reſtiterat, quod heſterno die fecerunt, ut te in jus adducerent, ut nobis tempus, quam diu diceremus, præſtitueras; quam rem facile a prætore impetraſſent, niſi tu, quod eſſet tuum jus, & officium, parteſque, docuiſſes; neque nobis adhuc, præter te, quiſquam fuit, ubi noſtrum jus contra illos obtineremus: neque illis umquam ſatis fuit illud obtinere, quod probari omnibus poſſet; ita ſine injuria potentiam levem atque inopem eſſe arbitrantur.

10. Verum quoniam tibi inſtat Hortenſius, ut eas in conſilium: a me poſtulat, ne dicendo tempus abſumam: queri-

ſconio. Idem. Vide Aſcon. in III. Verrin. Naturæ autem ordo eſt, ut medicina fiat poſt inflictum vulnus, atque ab accuſatore vulnera, a defenſore medicina proficiſcatur. Passerat.

Inaudita criminatione) Nondum audita. Hotom.

Priore loco cauſam dicere) Oratorie de hoc, quaſi injurioſe decreto, conqueritur; cum tamen revera ſi bona poſſeſſa eſſent, aut ſolum ſatiſdare, aut ſponſionem facere Quintium oporteret: &, ſi ſponſionem faceret, priore loco dicere. Idem.

Illud etiam reſtiterat) Superfuerat ad noſtras injurias cumulandas. Et accipe dictum per ironiam: ut ſi diceret, Non ſatis malorum habebamus, niſi inſuper hic quaſi cumulus acceſſiſſet. Idem.

Te in jus adducerent) Ad Prætorem. Nam *jus*, Prætoris dicitur: *Judicium* vero, datorum a Prætore judicum. Idem. Pal. ſec. tert. edd. antiquæ *educerent*, placuitque Guilielmio, confirmatque loco orat. pro Plancio c. 23. *Atque is quidem eductus ad Conſules*. Gruter.

Tempus præſtitueres) Id queritur in oratione pro Rabirio: *Me ex comparato & conſtituto ſpatio defenſionis in ſemihoræ curriculum coegiſti*. Passerat.

Ita ſine injuria potentiam levem) Uſque adeo ſe ſua potentia non uſuros putant, niſi injuriam imponant. Nam hic opinor, ordo & contextus eſt, *Ita levem potentiam*, pro uſque eo levem & inanem. Et apparet quod ſupra diai, potentiam eorum fuiſſe, apud quos *gratioſi* eſſe aliqui dicebantur; *gratiam* autem eorum, qui potentium hominum amicitia florebant. Hotom. Plutarchus in vita Theſei docet potentiores ſolere injurias facere, quod infirmiores contemnant, & putent imbecillitate, aut timore quieſcere. Passerat.

Ut eas in conſilium) In publicis judiciis poſtquam propoſitis omnibus argumentis orator dixerat DIXI, & præco utrumque oratorem dixiſſe pronuntiarat, dimittebat orator judices ad dicendam ſententiam. Et hoc eſt (ut ſcribit Aſconius) quod dicitur *mittere in conſilium*; quod (ut dixi) ipſorum eſt Oratorum. Sed in cauſis privatis, in quibus præcones fuiſſe non reperio, poſteaquam prior patronus diaerat: ſi Recuperatores inter ſe: ſi judices, cum advocatis ſuis capita conferebant, tum alter patronus dicebat; ubi diaiſſet, teſtes dabantur, tabulæ poſcebantur; lite-

queritur , priore patrono cauſam defendente , numquam perorari potuiſſe : non patiar iſtam manere ſuſpicionem , nos rem judicari nolle ; nec illud mihi arrogabo, me poſſe cauſam commodius demonſtrare , quam antea demonſtrata ſit : neque tamen tam multa verba faciam : propterea quod & ab illo, qui ante dixit , informata jam cauſa eſt : & a me , qui neque excogitare , neque pronuntiare multa

literæ inſpiciebantur, poſtremo in conſilium ibatur; quæ tum ex Verrina V. tum ex Aſconio & Macrobio didicimus . Hæc cum ita ſint , tamen ſi longior orator videbatur , in privatis quidem judiciis judex ire poterat in conſilium , eaque ratione oratori ſilentium imponebat, ut hic locus perſpicue oſtendit . In publicis autem Quæſitor conſilium dimittebat . Cicero in Bruto : *Videt oſcitantem judicem loquentem cum altero , nonnumquam etiam circulantem , mittentem ad horas , quæſitorem ut dimittat , rogantem* . HOTTOMAN. Cic. pro Cluent. *Cum in conſilium ituri eſſent judices triginta duo , ſententiis decem & ſex abſolutio confici poterat* . VII. ad Fam. *Eo ipſo die quo de P. Sextio iri in conſilium neceſſe erat , & quidem de abſente* . PASSERATIVS .

Priore patrono cauſam defendente) Id eſt , patrono cauſam dicente priore loco . HOTTOM. Prior patronus hic eſt M. Iunius'. Quod ſi animadvertiſſet Hottomannus , non cauſam antea fuiſſe ampliatam exiſtimaſſet . FACCIOL. Vide notas ad cap. I. Quænam Hottomanno hic offuſa caligo eſt , ut *priore* a *patrono* ſejungeret ; & *loco* , quod verbum plane abeſt, adjiceret , neque potius id etiam explicari videret paullo poſt iis verbis , *ab illo , qui ante dixit*? Tamen ibi M. Iunium ipſe Hottomannus intelligit. GARAT.

Numquam perorari potuiſſe) Tum enim dimittebatur judicium . IV. Verr. *Res illo die non peroratur , dimittitur & judicium* . Solebat autem orator cauſa perorata dicere, *dixi* . PASSERATIVS .

Nos rem judicari nolle) Qui enim rem judicari nolunt , oſtendunt ſuæ ſe cauſæ diffidere . HOTTOM.

Cauſam commodius demonſtrare) Cic. pro Sex. Roſcio : *Neque ſatis commode dicere poſſum : nam commoditati ingenium eſt impedimento* . PASSERAT.

Ab illo qui ante dixit) M. Iunio , quem hanc cauſam aliquoties egiſſe ſupra dixit . HOTTOM.

Informata jam cauſa eſt) *Informare* , eſt formam aliquam alicui rei inducere : ſic , ut quæ res ea futura ſit , jam tum ex ea rudi & inchoata forma exiſtimari poſſit . Pictores *adumbrare* verbum in ea re uſurpant . Quum igitur hominis ſpeciem umbris tantum & rudibus lineamentis inchoatam oſtendunt , informata hominis effigies dicitur : quod in illo opere , quamvis rudi & impolito , formam tamen eſſe hominis , non belluæ , perſpicitur . Ergo *informata* cauſa hoc ſignificat , non penitus explicata , planeque demonſtrata, ut planiſſime cognoſci, intelligique poſſit : ſed aliqua ex parte expoſita , ut ignorari nequeat . Exemplis autem in re plana atque aperta ſuperſedeo . HOTTOM. *Informata*) Aliqua ex parte demonſtrata . Translatum eſſe a pictura , cum poſt adumbrationem quaſdam formas inducimus , hæc verba declarant in Orat. pro Sulla : *Cornelius etiam nunc de judicando dubitat , informat adhuc adumbratum judicium filii* . In Oratore docet poſſe transferri etiam a figulis : *In ſummo oratore fingendo talem informabo , qualis fortaſſe nemo fuit* . Informationem quamdam rei anteceptam animo , ut Deus eſt , πρόληψιν vocat I. de Nat. Deor. PASSER.

Neque excogitare , neque pronuntiare multa poſſum) Alterum ad modeſtiam dictum eſt oratorie , alterum ad veritatem ; ut ex his ipſius verbis in Bru-

Digitized by Google

multa poſſum, brevitas poſtulatur, quæ mihimet ipſi amiciſſima eſt. Faciam, quod te ſæpe animadverti facere, Hortenſi: totam cauſæ meæ dictionem certas in partes dividam. Tu id ſemper facis, quia ſemper potes; ego in hac cauſa faciam, propterea quod in hac videor poſſe facere. Quod tibi natura dat, ut ſemper poſſis, id mihi cauſa concedit, ut hodie poſſim. Certos mihi fines terminosque conſtituam, extra quos egredi non poſſim, ſi maxime velim: ut & mihi ſit propoſitum, de quo dicam: & Hortenſius habeat expoſita, ad quæ reſpondeat, & tu, C. Aquili, jam ante animo proſpicere poſſis, quibus de rebus auditurus ſis. Negamus, te bona P. Quintii, Sexte Nævi, poſſediſſe ex edicto prætoris; in eo ſponſio facta eſt. Oſtendam primum, cauſam non fuiſſe, cur a prætore po-

Bruto cognoſces: *Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas & infirmitas corporis, procerum & tenue collum.* Qui habitus, & quæ figura non procul abeſſe putatur a vitæ periculo, ſi accedit labor, & laterum magna contentio. HOTTOM.

Cauſæ meæ dictionem) Pro Sext. *In mihi cauſæ dictionem denuntiabat.* PASSERAT.

Quod tibi natura dat, ut ſemper poſſis, id mihi cauſa concedit, ut hodie poſſim) Ergo non vera laudatio, ſed ironia potius illa eſt; neque enim qui perpetuo partitione tam accurata utitur, ſed qui in loco, & qui cauſa poſtulante id facit, laudem meretur. Conjecturam adjuvat, quod ſcribit Aſconius in illum Divinationis locum: *Quid, quum accuſationis tuæ membra dividere cœperit?* Hic, inquit, *irridet Hortenſii conſuetudinem; ut ſæpe alias.* Et Quinctilianus lib. IV. cap. 5. *Nec immerito,* inquit, *multum ex diligentia partiendi tulit laudis Q. Hortenſius; cujus tamen diviſionem in digitos diductam, nonnumquam Cicero leviter eludit. Nam eſt certus ejus modus; & evitanda maxime conciſa nimium & velut articuloſa partitio. Nam & auctoritati plurimum detrahunt multa illa non membra, ſed fruſta; & hujus gloriæ cupidi, quo ſubtilius & copioſius diviſiſſe videantur, & ſupervacua aſſumunt, & quæ natura ſingularia ſunt, ſecant.* HOTTOM. *Natura dat.* In Tuſculana I. Hortenſium ſcribit magna memoria fuiſſe, quam natura largitur. In Lucullo dicit majorem illum verborum memoriam habuiſſe, quam Lucullum. PASSER.

Id mihi cauſa dat) Omnes ad unum veteres & manuſcripti, & impreſſi libri, quoſcumque videre potui, non *DAT*, ſed *CONCEDIT* ſcriptum habent; quorum ſine cauſſa auctoritatem numquam repudiabimus. HOTTOM. Sic & Pall. aliique MSi. GRAEVIUS.

Negamus) De hac partitione vide Capellam inter Rhetores Capperonnerii p. 434. ubi peſſime legitur, *nullam fuiſſe cauſam poſtulandæ proſcriptionis*, cum tamen facillimum fuiſſet emendare *poſſeſſionis*: quod ipſa res manifeſto poſtulat. GARAT.

In ea verba ſponſio facta eſt) Sic legendum, & ita habent nonnulli codices veteres, aut, ne mentiar, *in ea*. Præterea ſic legi debere pervincit Latini ſermonis conſuetudo, ut infra non longe oſtendemus. Quod autem libri vulgati habent, *In eo ſponſio facta, &c.* ferri non poteſt. LAMBIN. *In eo ſponſio facta eſt*) Lambinus e MSis ut ait *in ea verba*; ſed præ-

re poſtulares, ut bona P. Quintii poſſideres: deinde ex edicto te poſſidere non potuiſſe: poſtremo, non poſſediſſe. Quæſo, C. Aquili, voſque, qui eſtis in conſilio, ut, quid pollicitus ſim, diligenter memoriæ mandetis. Etenim rem facilius totam accipietis, ſi hæc memineritis: & me facile veſtra exiſtimatione revocabitis, ſi extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipſe circumdedi. Nego fuiſſe cauſam, cur poſtularet: nego ex edicto poſſidere potuiſſe: nego poſſediſſe. Hæc tria cum docuero, perorabo.

11. Non fuit cauſa, cur poſtulares. Qui hoc intelligi poteſt? quia Sex. Nævio neque ex ſocietatis ratione, neque privatim quidquam debuit Quintius. Quis huic rei teſtis eſt? idem, qui acerrimus adverſarius. In hac re te, te, inquam, teſtem, Nævi, citabo. Annum & eo diutius poſt mortem C. Quintii fuit in Gallia tecum ſimul Quintius; doce, te petiiſſe ab eo iſtam neſcio quam innumerabilem pecuniam: doce, aliquando mentionem feciſſe: dixiſſe

præter edd. omnes & membranas noſtras. GRVTER. Niſi bona poſſeſſa non ſint. PASSER.

Cauſam non fuiſſe) *Ex cauſis rerum argumentum eſt*, inquit II. de Orat. *Avaritiam tollere ſi vultis, mater ejus tollenda eſt luxuries*. Sic hoc loco, bona ſi poſſidere voluiſti, oportet aliquid tibi debuiſſe Quintium. PASSERAT.

Me facile veſtra exiſtimatione revocabitis) Dum verebor, ne ſi aliter atque oſtendi, faciam, ſecus de me exiſtimetis; ne tacita exiſtimatione veſtra reprehendar. HOTTOM. *Exiſtimatio* hic agendi vim habet. II. Philipp. *Quid enim me interponere audaciæ tuæ, quem neque ſenatus auctoritas, neque exiſtimatio populi Romani, neque leges ullæ poſſent coercere?* Sic in II. Verr. M. Glabrionem ait nimium *ſervire populi exiſtimationi*. Et in III. Verr. *Non enim ſpolia C. Verris, ſed exiſtimationem populi Romani concupivi*. PASSERAT.

Non fuit cauſa) Confirmatio hujus primæ partis triplex eſt; primum enim docet nihil debuiſſe Quintium; ſecundo nihil petiiſſe umquam Nævium antea; poſtremo ſi maxime debitum quid fuiſſet, vadimonium quod deſertum eſſet, non tamen idcirco cauſam, cur poſſeſſio peteretur, fuiſſe. HOTTOM.

Cur poſtulares) Alii, *poſtularet*, quod magis arridet. IDEM.

Qui huic rei) Omnes, puto, alii, *Quis huic rei*. Quorum ſine cauſa numquam defugiam auctoritatem. IDEM.

Teſtem citabo) Laudabo. Laudare, nominare ſignificat. Feſtus. Aut *citabo*, quia ſedebant teſtes in ſubſelliis, & ſurgere jubentur ad teſtimonium dicendum. Cic. pro Sex. Roſc. *Teſte nemo utitur eo, qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit*. PASSERAT.

Fuit in Gallia tecum) S. Vict. & Pal. ſec. tert. *Galliam*; quod retinet Guilielmius; tamquam ita frequenter locutus fuerit Noſter: ut *eſſe aliquem in civitatem*, pro Amerino cap. 22. *in gregem adnumerer* cap. 32. *vitam in egeſtatem degere* cap. 49. fide quidem codicis S. Victoris. GRVTER.

Mentionem fuiſſe) Omnes, puto, *feciſſe*; quod ſine dubio rectum eſt. HOTTOMANNVS.

xiſſe deberi; debuiſſe concedam. Moritur C. Quintius; qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit; heres ejus P. Quintius in Galliam ad te ipſum venit

Certis nominibus grandem pecuniam debuit) Certis de cauſis. Contra in Senatuſconſulto Macedoniano, *Qui pecuniam, incertis nominibus crederet*: id eſt, cauſa non adſcripta. Idem. *Certis nominibus*) Quid ſit, certis nominibus, non ſatis mihi quidem exploratum eſt. Quamvis enim legatur apud Horat. epiſt. ad Auguſtum: *Cautos nominibus certis expendere nummos*: tamen & Porphyrio legit, *rectis*, & in quibuſdam manuſcr. itidem legitur, *rectis*: quemadmodum admonuimus in noſtris commentariis. Lambin. *Certis nominibus*, eſt certis de cauſis, quæ in tabulis erant perſcriptæ. *Nomen* eſt quidquid in tabulas accepti & expenſi refertur, *certains articles du conte*. In V. Verr. cap. 78. *Ex omni pecunia, quam ſolvere aratoribus debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primum pro ſpectatione & collybo, deinde pro neſcio quo cerario*. Et paullo poſt: *Quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret*. Horat.

Cautos nominibus certis expendere nummos.

Passer. Sed apud Horat. *certa nomina*, ſunt debitores non dubiæ fidei. Grævius. Hoc Horatiano ſenſu rem audet explicare Verburgius: quo nihil fieri poteſt abſurdius. De hac locutione fuſe diſputantem vide Bentleium, virum acutiſſimum, ad hunc ipſum Horatii verſum II. Epiſt. I. 105. Hoc autem in loco Paſſeratio, & Erneſto magis aſſentior, *nomina* eſſe capita, reſque in tabulis perſcriptas, quam Bentleio exiſtimanti, eſſe ſimpliciter cauſas, quemadmodum *multis nominibus* dicimus, pro multis de cauſis. Nihil tamen affertur, quod ad rem faciat. Nam ille ex Verrina locus Bentleio potius favere videtur; in altero ex hac Orat. cap. 4. Paſſeratius jam *creditores* agnoverat. Vocem *certis* Paſſeratius intactam reliquit, Bentleius *quibuſdam*, vel *certis quibuſdam* expoſuit, quod nihili eſt. Et, quod in tali viro mirere, hoc etiam illis *incertis nominibus* aptavit, quæ profert ex S. C. Macedoniano: ubi perſpicue *incertis nom. bonum nomen* opponitur. Nimirum *certa* nomina pro *bonis* ille uſurpari nolebat. De homine *certo*, & *incerto*, id eſt, fidei ſpectatæ, vel dubiæ, vide Grævium ad cap. 3. huj. Orat., ne te longius ablegem, lector. Quid ni etiam nomina, quæ pro ipſis debitoribus accipi Bentleius, omneſque norunt, *certa*, & *incerta* dicantur? Sed hæc in tranſcurſu. *Certis* h. l. pro definitis, & expreſſis viros doctos arbitror accepiſſe. Sed quorſum hæc? Paſſeratius rem ipſam fortaſſe vidit, ſed in explanando mihi non magnopere ſatisfacit: conjuncta iſta ſunt, *certis nominibus grandem pecuniam debuit*, neque ſeparanda, ſi recte volumus interpretari. Singularis enim loquendi modus eſt, hiſque in rebus ſolemnis. *Pecuniam certis nominibus debere, ſcribere, inſcribere*, eſt ita debere, aut ita dediſſe, ut ex tabulis conſtet, quantum, & qua ratione acceperis, aut dederis. Docet id tandem Aſconius ad I in Verr. cap. 49. nobili loco, cujus partem dimidiam Bentleius attulit, altera, quæ rem conficit, non obſervata. Ibi Q. *Tadius*, ait Cicero, *tabulas protulit, quibus pecuniam ſe Verri dediſſe oſtendit*. Hæc autem Aſconius: *Tabulas, per quas probavit, abiſſe a ſe pecunias certis nominibus inſcriptas: non enim Verres ſcripſerat, ſe accepiſſe: ſed illo* (legendum eſt omnino *ille, quo*) *tempore, unde, & quomodo, & per quos dederit, ſcriptum in tabulis oſtendit*. Satis apertum eſt, opinor, Aſconium, quod ante ſolemnibus verbis dixerat, id poſterioribus explicare. Noſtra etiam emendatio, quæ a ſenſu poſtulatur, majorem lucem affundit: neque enim Verres, ſed Tadius ſcriptum oſtendit. In re pecuniaria *ſcribere* verbum eſſe accipientis, Bentleius multis demon-

nit in agrum communem: eo denique, ubi non modo res erat, ſed ratio quoque omnis, & omnes litteræ. Quis tam diſſolutus in re familiari fuiſſet, quis tam negligens, quis tam tui, Sexte, diſſimilis, qui, cum res ab eo, quicum contraxiſſet, receſſiſſet, & ad heredem perveniſſet, non heredem, cum primum vidiſſet, certiorem faceret? appellaret? rationem afferret? ſiquid in controverſiam veniret, aut intra parietes, aut ſummo jure experiretur? Itane? quod viri optimi faciunt, ii, qui ſuos propinquos ac ne-

monſtrat, & eſſe plerumque, concedo. Verum eſt etiam aliquando dantis; ut vel ex hoc uno loco Aſconii conficitur: nec minus aperte ex orationis pro Roſ. Com. capitib. 1. 3. Neque id mirum, aut novum cuiquam videbitur, qui norit, ſcribere utroſque oportere, alter ut acceptum, alter ut ferat expenſum. Garaton.

Tam tui diſſimilis) Cic. Philip. II. *Vexatus eſt in bello, ſatiavit ſe ſanguine diſſimillimorum ſui civium.* IV. Verr. *Verum tamen fuit tum ſui diſſimilis, noſtis omnes hominem.* Passer.

Ab eo qui contraxiſſet) *Quicum contraxiſſet*, legendum equidem jampridem exiſtimaram: ſed poſtea hanc meam opinionem veterum auctoritas omnium librorum penitus confirmavit. Hottom. *Ab eo, quicum contraxiſſet*) Sic reperi ſcriptum in codicibus manuſcr. & ita legi debet. Lambin.

Aut intra parietes) Conſuetudo veterum. Priuſquam judicio contenderent, honoraria amici opera plurimum utebantur, qui intra domeſticos parietes de illorum controverſia diſceptarent; exemplum ſupra, & apud Livium libro IV. quo loco de Ardeæ civitatis legatis commemorat. *Quum res, inquit, peragi intra parietes nequiſſet, ventum in jus eſt.* Hoc eſt quod Cic. dicit in Oratione pro Cæcina, *ea judicia quæ diſceptandarum controverſiarum cauſa comparata ſunt, perſæpe diſceptatore domeſtico diſceptari.* Hottoman.

Aut ſummo jure experiretur) *Experiri* nonnumquam præciſe dicitur: nonnumquam etiam plene & conjuncte *experiri jus*; id quod pro *lege agere* uſurpatur: propterea, opinor, quod qui rem aliquam judicio petunt, ii quod juris ſe habere ad eam rem petendam arbitrantur, id ad judices tentandi & experiendi cauſa exponunt. Id adeo ex his Titi Livii verbis intelligi poteſt; qui libro I. *Prætor*, inquit, *L. Petilio dixit, ſeſe eos libros in ignem conjecturum eſſe; prius quam id faceret, ſe ei permittere, uti, ſi quod ſeu jus, ſeu auxilium ſe habere ad eos libros repetendos exiſtimaret, experiretur: id integra ſua gratia eum facturum.* Loquitur de Numæ libris. Sed *agere*, vel *experiri ſummo jure* tum dicimur, cum quam maxime poſſumus duriter & præfracte cum adverſario contendimus, eumque quam aſperrimo & vehementiſſimo judicio poſſumus, perſequimur: infra *ſummo jure agere* ſic extulit, *Ad extrema & inimiciſſima jura tam cupide decurrere. Inimiciſſime & infeſtiſſime contendere.* Et in epiſt. ad Att. lib. XVI. *Agere vehementer & ſevere.* Idem. Ariſtoteles vocat ἀκριβοδίκαιον, de quo Budæus in adnotationibus ad Pandectas. Graevius.

Itane? quod viri optimi faciunt) Hoc quemadmodum quadret cum eo quod proxime dicebat, conjectura aſſequi non poſſum. Nam argumentum eſſe videtur ex comparatione minoris. Si diſſoluti homines debitores ſuos appellant ac flagitant, id non faceret Nævius, homo omnium avariſſimus: Ergo quum hoc fuiſſet, nemo eſt tam diſſolutus, qui non appellet: ita efferre videlicet argumentationem debe-

xiſſe deberi; debuiſſe concedam . Moritur C. Quintius ; qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit; heres ejus P. Quintius in Galliam ad te ipſum venit

Certis nominibus grandem pecuniam debuit) Certis de cauſis . Contra in Senatuſconſulto Macedoniano , *Qui pecuniam , incertis nominibus crederet* : id eſt , cauſa non adſcripta . IDEM . *Certis nominibus*) Quid ſit , certis nominibus, non ſatis mihi quidem exploratum eſt . Quamvis enim legatur apud Horat. epiſt. ad Auguſtum : *Cautos nominibus certis expendere nummos* : tamen & Porphyrio legit , *rectis* , & in quibuſdam manuſcr. itidem legitur , *rectis* : quemadmodum admonuimus in noſtris commentariis. LAMBIN. *Certis nominibus* , eſt certis de cauſis, quæ in tabulis erant perſcriptæ . *Nomen* eſt quidquid in tabulas accepti & expenſi refertur , *certains articles du conte* . In V. Verr. cap.78. *Ex omni pecunia, quam ſolvere aratoribus debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant , primum pro ſpectatione & collybo, deinde pro neſcio quo cerario* . Et paullo poſt : *Quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret* . Horat.

Cautos nominibus certis expendere nummos .

PASSER. Sed apud Horat. *certa nomina* , ſunt debitores non dubiæ fidei . GRÆVIUS . Hoc Horatiano ſenſu rem audet explicare Verburgius: quo nihil fieri poteſt abſurdius . De hac locutione ſuſe diſputantem vide Bentleium , virum acutiſſimum , ad hunc ipſum Horatii verſum II. Epiſt. I. 105. Hac autem in loco Paſſeratio , & Erneſto magis aſſentior , *nomina* eſſe capita , reique in tabulis perſcriptas , quam Bentleio exiſtimanti, eſſe ſimpliciter cauſas , quemadmodum *multis nominibus* dicimus , pro multis de cauſis . Nihil tamen affertur , quod ad rem faciat . Nam ille ex Verrina locus Bentleio potius favere videtur ; in altero ex hac Orat. cap. 4. Paſſeratius jam *creditores* agnoverat . Vocem *certis* Paſſeratius intactam reliquit , Bentleius *quibuſdam* , vel *certis quibuſdam* expoſuit , quod nihili eſt . Et , quod in tali viro mirere , hoc etiam illis *incertis nominibus* aptavit , quæ profert ex S. C. Macedoniano : ubi perſpicue *incertis nom. bonum nomen* opponitur . Nimirum *certa* nomina pro *bonis* ille uſurpari nolebat . De homine *certo* , & *incerto* , id eſt, fidei ſpectatæ , vel dubiæ, vide Grævium ad cap. 3. huj. Orat. , ne te longius ablegem , lector . Quid ni etiam nomina , quæ pro ipſis debitoribus accipi Bentleius , omneſque norunt , *certa* , & *incerta* dicantur ? Sed hæc in tranſcurſu . *Certis* h. l. pro definitis , & expreſſis viros doctos arbitror accepiſſe . Sed quorſum hæc ? Paſſeratius rem ipſam fortaſſe vidit , ſed in explanando mihi non magnopere ſatisfacit : conjuncta iſta ſunt , *certis nominibus grandem pecuniam debuit* , neque ſeparanda , ſi recte volumus interpretari . Singularis enim loquendi modus eſt , hiſque in rebus ſolemnis . *Pecuniam certis nominibus debere , ſcribere , inſcribere* , eſt ita debere , aut ita dediſſe , ut ex tabulis conſtet , quantum , & qua ratione acceperis , aut dederis . Docet id tandem Aſconius ad I in Verr. cap. 49. nobili loco, cujus partem dimidiam Bentleius attulit , altera, quæ rem conficit , non obſervata . Ibi Q. *Tadius* , ait Cicero , *tabulas protulit , quibus pecuniam ſe Verri dediſſe oſtendit* . Hæc autem Aſconius: *Tabulas , per quas probavit , abiiſſe a ſe pecunias certis nominibus inſcriptas : non enim Verres ſcripſerat , ſe accepiſſe : ſed illo* (legendum eſt omnino *ille , quo*) *tempore , unde , & quomodo , & per quos dederis , ſcriptum in tabulis oſtendit* . Satis apertum eſt , opinor , Aſconium , quod ante ſolemnibus verbis dixerat , id poſterioribus explicare . Noſtra etiam emendatio , quæ a ſenſu poſtulatur , majorem lucem affundit : neque enim Verres , ſed Tadius ſcriptum oſtendit . In re pecuniaria *ſcribere* verbum eſſe accipientis , Bentleius multis demon-

nit in agrum communem: eo denique, ubi non modo res erat, ſed ratio quoque omnis, & omnes litteræ. Quis tam diſſolutus in re familiari fuiſſet, quis tam negligens, quis tam tui, Sexte, diſſimilis, qui, cum res ab eo, quicum contraxiſſet, receſſiſſet, & ad heredem perveniſſet, non heredem, cum primum vidiſſet, certiorem faceret? appellaret? rationem afferret? ſiquid in controverſiam veniret, aut intra parietes, aut ſummo jure experiretur? Itane? quod viri optimi faciunt, ii, qui ſuos propinquos ac ne-

monſtrat, & eſſe plerumque, concedo. Verum eſt etiam aliquando dantis; ut vel ex hoc uno loco Aſconii conficitur: nec minus aperte ex orationis pro Roſ. Com. capitib. t. 3. Neque id mirum, aut novum cuiquam videbitur, qui norit, ſcribere utroſque oportere, alter ut acceptum, alter ut ferat expenſum. GARATON.

Tam tui diſſimilis) Cic. Philip. II. *Verſatus eſt in bello, ſaturavit ſe ſanguine diſſimillimorum ſui civium*. IV. Verr. *Verum tamen fuit tum ſui diſſimilis, noſtis omnes homines*. PASSER.

Ab eo qui contraxiſſet) *Quicum contraxiſſet*, legendum equidem jampridem exiſtimaram: ſed poſtea hanc meam opinionem veterum auctoritas omnium librorum penitus confirmavit. HOTTOM. *Ab eo, quicum contraxiſſet*) Sic reperi ſcriptum in codicibus manuſcr. & ita legi debet. LAMBIN.

Aut intra parietes) Conſuetudo veterum. Priuſquam judicio contenderent, honoraria amici opera plurimum utebantur, qui intra domeſticos parietes de illorum controverſia diſceptarent; exemplum ſupra, & apud Livium libro IV. quo loco de Ardeæ civitatis legatis commemorat. *Quum res*, inquit, *peragi intra parietes nequiſſet, ventum in jus eſt*. Hoc eſt quod Cic. dicit in Oratione pro Cæcina, *ea judicia quæ diſtrahendarum controverſiarum cauſa reperta ſunt, perſæpe diſceptatore domeſtico diſceptari*. HOTTOMAN.

Aut ſummo jure experiretur) *Experiri* nonnumquam præciſe dicitur: nonnumquam etiam plene & conjuncte *experiri jus*; id quod pro *lege agere* uſurpatur: propterea, opinor, quod qui rem aliquam judicio petunt, ii quod juris ſe habere ad eam rem petendam arbitrantur, id ad judices tentandi & experiendi cauſa exponunt. Id adeo ex his Titi Livii verbis intelligi poteſt; qui libro I. *Prætor*, inquit, *L. Petilio dixit, ſeſe eos libros in ignem conjecturum eſſe; prius quam id faceret, ſe ei permittere, uti, ſi quod ſeu jus, ſeu auxilium ſe habere ad eos libros repetendos exiſtimaret, experiretur: id integra ſua gratia eum facturum*. Loquitur de Numæ libris. Sed *agere*, vel *experiri ſummo jure* tum dicimur, cum quam maxime poſſumus duriter & præfracte cum adverſario contendimus, eumque quam aſperrimo & vehementiſſimo judicio poſſumus, perſequimur: infra *ſummo jure agere* ſic extulit, *Ad extrema & inimiciſſima jura cupide decurrere*. *Inimiciſſime & infeſtiſſime contendere*. Et in epiſt. ad Att. lib. XVI. *Agere vehementer & ſevere*. IDEM. Ariſtoteles vocat ἀκριβοδίκαιον, de quo Budæus in adnotationibus ad Pandectas. GRAVIUS.

Itane? quod viri optimi faciunt) Hoc quemadmodum quadret cum eo quod proxime dicebat, conjectura aſſequi non poſſum. Nam argumentum eſſe videtur ex comparatione minoris. Si diſſoluti homines debitores ſuos appellant se flagitant, id non faceret Nævius, homo omnium avariſſimus: Ergo quum hoc ſumſiſſet, nemo eſt tam diſſolutus, qui non appellet; ita efferre videlicet argumentationem debe-

ac neceſſarios caros & honeſtos eſſe atque haberi volunt; id Sex·

debebat, Si viri diſſoluti appellant, non eſt probabile Nævium avariſſimum appellaturum oon fuiſſe: quum contra de viris bonis loquatur, de quibus tameo antea ſuſpicio nulla eſt. Etiam illud abſurdum, quum dicit *ſi qui*; quaſi ulli viri boni ſint, qui propinquos ſuos claros atque honeſtos haberi nolint. Quod quum ita ſit, haud ſcio an non paulo commodius ita legeremus, ne dicam verius, *Quod jure optimo faciunt hi qui ſuos peopinquos, &c.* ut comparatione uti duplici videatur, hominum diſſolutorum cum avariſſimo, & eorum quibus ſuorum amicorum exiſtimatio cara eſt, cum eo qui eam pro nihilo putat; ut ſit ſenſus: Si jure optimo, & ſalvo amicitiæ officio id facere poſſunt hi, qui de amicorum exiſtimatione ſunt ſolliciti, ſi, inquam, appellare debitores ſuos poſſunt, neque tamen ullam in ea re faciunt ſuis amicis injuriam: cui probari poteſt, id facturum non fuiſſe Nævium, qui neque de amicitia, neque de propinquitate ulla laborat? cum eo videlicet, ut pro illa interrogationis oota, quæ ad verbum *faceret* adjuncta eſt, nota membri ſcribatur. Mihi quidem hæc lectio atque ſententia placeret. Quod ſi nihil mutandum exiſtimamus, vel *εἰρωνικῶς* hæc diei ſtatuemus, & feſtive ad Nævii improbitatem exagitandam: vel *vieos* diei *optimos* interpretabimur ex eo ipſo, quod propinquorum exiſtimationem caram habeant. Sed aſſumtio durior, oeque ſatis cohærere videbitur. Hottom.

Quod viri optimi faciunt) Nihil mutandum; recta eoim & incorrupta eſt lectio, *viei* autem *optimi*, qui ſcilicet ooo ſunt avari, neque Sexti Nævii ſimiles; tantum mox legendum, *& ſi qui*; deinde inſra; *claros & honeſtos*; ut & Hottom. ceuſuit, non, ut vulgo, *caros & hon.* Quod autem idem vult legi, *juee optimo*, pro *viri optimi*, noo placet. Quod vero, inſra, paucis verbis poſt, ita edidi, *qui uſque eo fervet; ferturque avaritia, ut de ſuis commodis aliquam partem amittere, ut aliquam part.* non, ut vulgo, *ne aliquam partem*, &c. præter auctoritatem librorum manuſcr. ratio quoque me, ut ita facerem, adduxit. Cicerouis enim hic ſenſus eſt, Nævium uſque adeo avarum eſſe, ut, ſi offeratur ei hæc conditio, ut vel aliquam partem ſuorum commodorum amittat, & parvam jacturam ſuæ rei familiaris faciat, vel aliquam partem ullius ornamenti propinquo ſuo Quintio relinquat, neque ſinat eum ſuis ornamentis omnibus ſpoliari, malit videre Quintium omnibus ſuis honeſtatibus nudatum ac ſpoliatum, quam aliquam partem ſuorum commodorum amittere. Quæ ſententia ea ſcriptura, quam ſecuti ſumus, plane exprimitur. Vult enim M. Tullius Nævii avaritiam maxime notare: quam tantam eſſe oſtendit, ut ea impulſus, inhumanum ſe atque impium in propinquum ſuum præbeat. Vulgatæ lectionis vero hæc ſententia eſt: Nævius uſque adeo avarus eſt, ut, quia cupit videre propinquum ſuum omnibus ornamentis ſpoliatum, quo id aſſequatur, nolit aliquam partem ſuorum commodorum amittere; quam qui non videt eſſe ineptam atque abſurdam, parum videt. Lambin.

Ita ne? quod viri optimi faciunt, ii qui ſuos, &c.) Reſtitutio debita libro Mureti, prodiditque eam lib. XVI. Var. lect. cap. 19. vulgati: *Itane eſt? q. v. o. f. ſi qui ſuos, &c.* Hottomannus hic mire hærebat. Gruterus. Vel optimi viri hoc faciunt: ergo multo magis Nævius avarus, & oequam. Facciol.

Si qui ſuos propinquos caros & honeſtos eſſe) Nihil muto, ſed *caritatis* mentio quorſum hoc loco pertineat, aut quam appoſite eam *honeſtate* conjungatur, non diſpicio. Fortaſſe rectius legeremus, *claros & honeſtos*. Nam *claros* dici video etiam pro integris & caſtis, & nulla malæ exiſtimationis labe contaminatis. Ipſe in Orat. pro Q. Roſc. *Quem tu, ſi ex cenſu ſpectas, eques Romanus eſt; ſi ex vita, homo clariſſimus eſt.* Nam eamdem

id Sex. Nævius non faceret, qui uſque eo fervet ferturque avaritia, ut de ſuis commodis aliquam partem nolit amittere, ne quam partem huic propinquo ſuo ullius ornamenti relinquat? Et is pecuniam, ſi qua deberetur, non peteret, qui, quia quod debitum numquam eſt, id datum non eſt, non pecuniam modo, verum etiam hominis propinqui ſanguinem vitamque eripere conatur? Huic tu moleſtus eſſe videlicet noluiſti, quem nunc reſpirare libere non finis? quem nunc interficere nefarie cupis, eum tu prudenter appellare nolebas? Ita credo; hominem propinquum, tui obſervantem, virum bonum, prudentem, majorem natu, nolebas, aut non audebas appellare. Sæpe, ut fit, cum ipſe te confirmaſſes, cum ſtatuiſſes de pecunia men-

dem paulo poſt *hominem honeſtum* appellat: *Nega, nega nunc equiti Romano homini honeſto credi oportere*. Vetera igitur exemplaria conſulantur, ſi qoa ſunt, (ut confido eſſe nonnulla) quæ meam conjecturam auctoritate ſua comprobent. HOTTOM. *Caros & honeſtos eſſe*) Recte neque ſecus MSi noſtri. Hottomanoi *claros*, probatum etiam Lambino, hic nou quadrat; ut enim loquitur Cicero de Finibus I. *Duo virtutis fructus laus, & caritas*. GVILIELMIVS.

Fervet ferturque avaritia) Pal. ſec. ac tert. *fervit*. quint. & ſext. *& ferturque*; fuit ſcilicet *efferturque*; itaque reſcribendum fortaſſe *fervit efferturque avaritia*. GRVTER. Non probo *effertur*. *Ferri* is dicitur, qui ſui eſt minime compos, ut *ferri cupiditate pecuniæ*. III. Tuſc. & *ferri libidine voluptatum*; ibid. nec non: *Quam cæcam crudelitate & ſcelere ferri videtis*. GRÆVIVS.

Vllius ornamenti relinquat) Hoc eſt, dignitatis, honeſtatis. HOTTOM. Ita, ut edidit Grævius, in Veneta ed. MCCCCLXXX. legitur (vide V. L.): niſi quod *ſi qui* cum plerìſque ibi ſervatur: quod ex MS. Mureti recte immutatum fuit. GARAT.

Et is pecuniam, ſi qua deberetur, non peteret) *Et* aptiſſima eſt exclamationi vocula. Virg.

Et quiſquam numen Iunonis adoret ---- Præterea?

Cic. pro L. Manil. *Et quiſquam dubitabit?* Virg. VI. Æn.

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Idem:

Et dubitant homines ſerere atque impendere curas?

Pro Milone: *Et ſunt, qui de via Appia loquantur, taceant de curia?* PASSERAT.

Sanguinem vitamque eripere) Id eſt, opes ac ſortunas, quibus vita ſanguiſque retinetur. HOTTOM. Comicus apud Stobæum:

Τ' αργυριον εϛιν αἷμα και ψυχη βροτοις
Ο'ϛις δε μη εχει τυτο, μηδε κτησατο,
Ουτος μετα ζωντων τεθνηκος περιπατει.

Argentum eſt ſanguis, anima mortalibus:
Qui non habet id, neque poſſedit,
Is inter vivos cadaver eſt. PASSERAT.

Reſpirare libere non ſinis) Non ſinis vivere, non ſinis ſpiritum ducere: item ut modo dixit: *Quem nunc vita privare vis*. HOTTOM. Ab iis eſt translatum, quorum fauces anguntur. GRÆV.

Prudenter appellare) Alii omnes *pudenter*: melius omnino meo judicio. Etenim contrarium contrario poſuit, cum dixit *nefarie interficere*, & *pudenter appellare*. *Nefarius* enim, qui religionem omnem reſpuit, at-

mentionem facere, cum paratus, meditatuſque veniſſes; homo timidus, virginali verecundia, ſubito ipſe te retinebas, excidebat repente oratio; cum cuperes appellare, non audebas, ne invitus audiret: id erat profecto.

12. Credamus hoc, Sex. Nævium, cujus caput oppugnet, ejus auribus peperciſſe. Si debuiſſet, Sexte, petiſſes ſtatim; ſi non ſtatim, paulo quidem poſt; ſi non paulo, at aliquanto; ſex quidem illis menſibus profecto; anno vertente ſine controverſia. Anno & ſex menſibus vero, cum tibi

que aſpernatur. *Vrrecundia* autem una ex omnibus maxime religioſorum hominum propria: quippe cuſtos virtutum omnium, ut idem ait in partitionibus. Hottom. Edd. veteres, de quibus Grævius in V. L. & Veneta noſtra *eum tu impudenter*. Legendum hinc videtur *eum tum pudenter*, ut ſibi reſpondeant invicem *nunc*, & *tum*, atque ut edidit Naugerius. Certum hoc pene dixerim. Garat.

Cum paratus meditatuſque) Παλλεπέμως ut Verr. IV. *Sed in Siciliam paratus ad prædam meditatuſque venire cupiebat*. Nec unquam aliter ſumitur. Sic *expertus* Orat. pro Corn. Balho: *Experta atque perſpecta virtus*. Passerat.

Virginali verecundia) Lib. I. de divin. *Virginalis modeſtia*. Tibullus:

Hic, quia fortis adeſt audacia, cepit: at illi
Virgineus tenera ſtat pudor ante genas.

Catullus:

Tardat ingenuus pudor.

Tibullus:

Vt juveni primum virgo deducta marito,
Inficitur teneras ore rubente genas.

Virgilius:

At ſi virgineum ſuffuderit ore pudorem
ventus erit. Idem.

Excidebat repente oratio) III. Verr. *Vti color immutatus eſt, vultus color, mens denique excidit*. Tibullus:

Cum tibi ſingultu fortia verba cadent.

Idem.

Cujus caput oppugnet, ejus auribus pepereiſſe) Feſtive & ridicule ex verborum ambiguitate: quaſi ad auriculas & caput hoc pertineat, cum de auditione quæ aures ferit, intelligat. Hottom. *Auribus parcere*. Sic Tib. Cæſar apud Suet. *Nam & parcetis oculis veſtris, & omnes intelligent me ſenatui interfuiſſe*. Parcere auribus eſt nolle obtundere. *Parce metu* noli metuere, abſtine metu. Passerat.

At aliquando) *Aliquanto* per t fortaſſe concinnius legeretur. Hottom. *Si non paullo: at aliquanto*) Sic reperi ſcriptum in libris manuſcr. atque ita legi debet; ſi non paullo, (inquit) at aliquanto, ſubint. poſt. Quod autem vulgo legitur, *at aliquando*, ferri non poteſt; quid eſt enim *aliquando*? aliquo tempore. At qui centum poſt annis, atque adeo ſexcentis annorum millibus petit, is aliquando, & aliquo tempore petit; ſignificat autem M. Tullius, Nævium non aliquando petere debuiſſe, quod quamdiu viveret, facere poterat, & biennio poſt mortem C. Quintii fecit; ſed *aliquanto*, id eſt, non multo poſt tempore, verbi gratia, ſex menſibus poſt C. Quintii mortem, aut certe, anno vertente. Lamb. Cic. in ſom. Scip. *Aliquantoque poſt ſuſpexit in cælum*. Orat. pro Cæcinna: *Aliquanto poſt jam argentaria diſſoluta*. Passer. *Aliquanto* etiam reppererat in in ſuo codice Muretus, & admonuerat Var. Lect. XVI. 19. Garat.

Anno vertente) *Annus vertens* quid ſit, Vitruvius his verbis oſtendit, lib. Archit. IX. *Sol*, inquit, *ſigni ſpatium, quod eſt duodecima pars mundi, menſe vertente vadens tranſit. Ita XII. menſibus XII. ſignorum intervalla peragrando, quum redit ad id ſignum,* unde

tibi quotidie poteſtas hominis fuiſſet admonendi, verbum nullum facis; biennio jam confecto fere appellas. Quis tam perditus ac profuſus nepos, non adeſa jam, ſed abundanti etiam pecunia, ſic diſſolutus fuiſſet, ut fuit Sex. Nævius? Cum hominem nomino, ſatis mihi videor dicere. Debuit tibi C. Quintius; numquam petiſti; mortuus eſt ille: res ad heredem venit; cum eum quotidie videres, poſt biennium denique appellas. Dubitabitur, utrum ſit probabilius, Sex. Nævium ſtatim, ſi quid deberetur, petiturum fuiſſe; an, ne appellaturum quidem biennio? Appellandi tempus non erat? At tecum plus annum vixit. In Gallia agi non potuit? At & in provincia jus dicebatur; & Romæ judicia fiebant. Reſtat, ut aut ſumma negli-

unde cœperit, *perficit ſpatium vertentis anni*. Eadem figura Plautus *menſem vertentem* dixit in Perſa, *Tu hunc ſi emeris*, *Numquam hercle hunc menſem vertentem*, *credo ſervibit tibi*. HOTTOM. Suet. Calig. 15. *Immenſas opes Tiberii non toto vertente anno abſumſit*. M. Tull. Cic. II. de Nat. Deor. *Mercurii ſtella anno fere vertente ſigniferum luſtrat orbem*. PASSERAT.

Poteſtas hominis admonendi) Cic. in Tuſc. *Admonitus hujus æris alieni nolui deeſſe ne tacitæ quidem flagitationi tuæ*. IDEM.

Tam profuſus nepos) *Nepos dicitur cui non major cura rei familiaris, quam ii, cui pater & avus vivunt*. Feſtus. Cic. Or. in Rull. *Non minus in Populi Romani patrimonio nepos, quam in ſuo*. IDEM.

Adeſa) Actius apud Cic. in II. Tuſc. *Cum vero adeſum inflatum renovatum eſt jecur*. Lucret.

At, quos effugium ſervaverat, corpore adeſo.

Eſt mutilato, ex parte conſumto. Sic *comedere bona* Horatio. Homerus Odyſſ. κατέδουσι βιαίως οἶκον Ὀδυσσῆος, *comedunt violenter domum Vlyſſis*. *Comedones* apud Feſtum. IDEM. Abſumta, per metaphoram, quo modo Tacitus dixit Annal. XIII. 21. *adeſis fortunis*. FACCIOL.

Diſſolutus) *Aſtricti* dicuntur avari, tenaces. Propert.

---- *quæ te*
Aſtrictus ploret ſæpe dediſſe pater.

Diſcinctus eſt profuſus. Apud Horat. *diſcinctus nepos*. Sic & *diſſolutus*. PASSERAT.

Plus anno vixit) Omnes prope libri veteres, *annum plus*; utrumque recte. Aliquid tamen apud nos tot veterum librorum valeat auctoritas. HOTTOMANNVS. *At tecum plus annum vixit*) Ita potiſſima pars Palatinorum, ita S. Vict. ita Grut. *anno plus* prius vulgabatur; quod item diſplicuerat Hottomanno. GRVTERVS.

In Gallia agi non potuit) Vtrum intermiſſis belli tempore judiciis, quum Prætor forum agere, & conventum habere non poſſet: cui bello præerat *C. Flaccus*, quem *Imperatorem* antea nominavit? HOTTOM.

At in provincia jus dicebatur) Vel hoc dicit, Si prætor fines provinciæ, bello diſtrictus jus non dicebat, Legatum habebat in provincia, qui quaſi Prætorii imperii vicarius, judicium ea de re conſtituere poterat, & judices de conventu dare. Vel hoc, ſi minus in Gallia peregrina, at in ea parte, quæ in provinciæ formam redacta, eſt, ubi jus a magiſtratibus dici ſolet. IDEM.

Romæ judicia fiebant) Hoc propterea dicit, quia propter civile bellum

gligentia tibi obſtiterit, aut unica liberalitas. Si negligentiam dices, mirabimur: ſi bonitatem, ridebimus; neque præterea quid poſſis dicere, invenio. Satis eſt argumenti, nihil eſſe debitum Nævio, quod tamdiu nihil petivit.

13. Quid ſi hoc ipſum, quod nunc facit, oſtendo teſtimonio eſſe, nihil deberi? Quid enim nunc agit Sex. Nævius? qua de re controverſia eſt? quod eſt hoc judicium, in quo jam biennium verſamur? quid negotii geritur, in quo ille tot & tales viros defatigat? Pecuniam petit. Nunc denique? verùmtamen petit; audiamus. De rationibus & controverſiis ſocietatis vult dijudicari. Sero; verum aliquando tamen: concedamus. *Non*, inquit, *id ago, C. Aquili, neque in eo nunc laboro; pecunia mea tot annos utitur P. Quintius; utatur ſane: non peto*. Quid igitur pugnas? an, quod ſæpe multis in locis dixiſti, ne in civitate ſit? ne locum ſuum, quem adhuc honeſtiſſime defendit,

quod hiſce temporibus flagrabat, judicia in urbe aliquamdiu intermiſſa fuerant. IDEM.

Si bonitatem] Liberalitatem. Cic. II. de Nat. Deorum: *Hinc jocus Dionyſii tyranni, uti ſe bonitate Deorum*. Orat. pro Roſcio: *Roſcium quidquam per avaritiam appetiſſe, & Fannium quidquam per ſe bonitate amiſiſſe*. PASSERAT. Ed. Ven. *aut ſ. n. tibi obſtiterit, aut unica liberalitate. Si negligentia dices, mirabuntur, ſi bonitate, ridebimus omnes*. Senſus non conſtat, niſi legas *obſtiteris*, & *mirabimur*. Sunt hæc depravata; tamen afferenda putavi. Eadem infra *qui tamdiu*. GARAT.

Satis eſt argumenti) Confirmationis pars altera. HOTTOM. Eſt autem argumentum inſitum a remotione partium. PASSERAT.

Oſtendo teſtimonio eſſe, nihil deberi] Quid ita? Quum, inquit, Quintii exitium & calamitatem, & omnium ejus fortunarum interitum petat, hoc ſignificat, atque adeo aperte oſtendit, ſe non ob pecuniam judicio contendere, ſed odium in illum conceptum effundere. Et, opinor, ex eo ratio ducitur, quod quibus pecuniæ debentur, ii dum ad ſuum pervenire poſſint, ſatis habent; neque quidquam amplius a debitore poſtulant: at qui ira acerbiore & intimo odio quempiam perſequuntur, non facile exſaturantur, niſi ſummum illi exitium & perniciem attulerint. HOTTOM.

Tot & tales viros defatigat) Vtrum Nævii advocatos, homines nobiles, an potius judicem, & eos qui illi in conſilio aderant? Sic opinor, ut ſuo more judicibus laudem aliquam adſpergat. IDEM.

Verumtamen petit) Si ſequendi Pall. codices, & S. Victoris, reſcribendum *petat*. GRVTER. Et ſic etiam Ven. MCCCCLXXX. quæ poſtea, *verum id aliquando*. GARAT.

De rationibus & controverſiis ſocietatis) Præclare. Huc autem *communi dividundo* judicium pertinebat, nondum enim res communes diviſæ fuerant. HOTTOM.

Non, inquit, id ago) Invidioſam affingit adverſario orationem. Sic pro Sext. Roſc. *Is a vobis judices hoc poſtulat, &c.* Sic infra: *Imo*, inquit, *abs te ſatis accipiam, tibi autem non ſatiſdabo*. PASSERAT.

Ne in civitate ſit) Non, ne in urbe ſit (neque enim qui vadimonii deſer-

ſendit, obtineat? ne numeretur inter vivos? decernat de vita & ornamentis ſuis omnibus? apud judicem cauſam priore loco dicat: &, eam cum orarit, tum denique vocem accuſatoris audiat? Quid? hoc quo pertinet? ut ocyus ad tuum pervenias? At, ſi id velles, jampridem actum eſſe poterat. Vt honeſtiore judicio conflictere? At ſine ſummo ſcelere P. Quintium, propinquum tuum, jugulare non potes. Vt facilius judicium ſit? At neque C. Aqui-

deſerti damnati erant, exilio multabantur) ſed ne numeretur inter cives. Hoc dicit propter ignominiam, qua afficiebantur, qui turpi judicio damnati eſſent. Namque hi poſt a Cenſoribus, ſi plebeji eſſent, in Cæritum tabulas referebantur, & ærarii fiebant, ut ad hoc eſſent cives tantum, ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderent. Aſconius. HOTTOM.

Ne locum ſuum, quem adhuc honeſtiſſime defendit, obtineat) Ne ordinem, quem ſatis amplis copiis rei familiaris tuetur, retineat, & conſervet. Inde fortaſſe dictus locuples, quia locum ſuum implet, & honeſtus habetur. An tranſlatum a loco & ordine, quem milites in acie tuentur. PASSERAT.

Ne numeretur in vivos) Quia qui aut judicio, aut lege, aut cenſorum nota civitatem amittit, cadaver vivum habetur, cui acerbiſſimum vivo videntique funus ductum eſt, ut alibi loquitur. Hinc & exſules dicuntur mortui. Ovid. III. el. 3. Triſt.

Cum patriam amiſi, tunc me periiſſe putato:
Et prior & gravior mors fuit illa mihi.

Et *jugulari*, qui ſic damnabantur, ut civitatem amitterent; ut ſtatim: *At ſine ſummo ſcelere P. Quintium propinquum tuum jugulare non potes*. Cum reſtituerentur, dicebantur *renaſci*, & dies reſtitutionis *natalis*, uti videre licet ex Orat. Cic. poſt reditum in ſenatum. Et in VI. ad Att. 6. reſtitutionem ſuam παλιγγενεσίαν vocat. GRÆVIVS.

Decernat de vita) Elate hæc dicuntur, & per amplificationem. HOTTOM. Dimicet de capite & fortunis. GRÆVIVS.

Eam cum orarit) *Perorarit*, meo judicio rectius & apertius legeretur. HOTT. *Et eam cum perorarit*) Aſſentior Hottomanno, qui ita legendum exiſtimat, cum libri vulgati habeant, *& eam cum orarit*. LAMBIN. *Et eam cum orarit*) Monente Hottomanno *perorarit*, rectius & apertius legi poſſe, id ſtatim in contextum recepit Lambinus, Alduſque Nepos, ſed invitis MSis *orarit*, id eſt, explicarit, ut *inorata cauſa* eſt *inexplicata*, pro Amerino. Sumſit ab Ennio, ut multa; is ſcripſit Achille: *Quo nunc incerta re atque inorata gradum Regredere conare?* teſtis Nonius. GVLIELM.

Vt honeſtiore judicio conflictere) Honeſtius hoc judicium eſt arbitrio *pro ſocio*. Nam illo damnati, infamia notantur. Hujus autem judicii exitus infamiam non affert. HOTTOM.

Iugulare non potes) Spoliare iis rebus, quibus anima & ſpiritus conſervatur. IDEM.

Vt facilius judicium ſit) Nam de facto tantum quæritur hoc judicio & conjectura, Sint ne poſſeſſa ex edicto bona: quum in judicium *Pro ſocio* de jure pleræque diſceptationes incidant, & longior ac difficilior ſit rationum ſubductio, & compenſationum, quæ in præſtationibus & ſocietatis nominibus plurimum fiunt, conſideratio. Ergo facilius, & dilucidius ſignificat, & brevius: quod quo quidque dilucidius eſt, eo minore negotio ac tempore explicatur. IDEM. Pro Cæcinna: *Faciliore & commodiore judicio ad jus ſuum perveniret*. PASSERAT.

Contra

Aquilius de capite alterius libenter judicat, & Q. Hortenſius contra caput non didicit dicere. Quid a nobis autem, C. Aquili, refertur? Pecuniam petit; negamus deberi; judicium fiat ſtatim: non recuſamus. Numquid præterea? ſi veretur, ut res judicio facto parata ſit, judicatum ſolvi ſatis accipiat, quibus a me verbis ſatis accipiet, iiſdem ipſe, quod peto, ſatiſdet; actum jam poteſt eſſe, C. Aquili; jam tu potes diſcedere liberatus moleſtia, prope dicam, non minore, quam Quintius. Quid agimus, Hortenſi? quid de hac conditione dicimus? poſ-

ſumus

Contra caput non didicit dicere) *Didicit*, conſuevit. Eadem figura uſus eſt Plautus in Amphitryone. *ALC. Cur negas? AMPH. Quia vere didici dicere. ALC. Haud æquum facit, Qui quod didicit, id dediſcit*. Et in Curc. THERAPONT. miles: *Non ego nunc mediocri incedo iratus iracundia, Sed ea ipſa illa, qua excidionem facere condidici oppidis*. Vatinius in epiſt. lib. V. *Si vales, bene eſt. Ego autem quem potius adoptem, aut invocem, quam illum, quo defendente, vincere didici?* Hic Noſter in Orat. pro Dejotaro: *Et venit vel evocatus, ut is qui Senatui parere didiciſſet*. HOTTOM.

Quid a nobis autem C. Aquili refertur) *Referre*, reſpondere, contradicere. Iuriſconſulti *replicare* poſtea dixerunt. Græci ἀνθυποφέρειν, id eſt, adverſus deſenſionem alterius opponere. In Orat. pro Cæcina: *Hic eſt mucro defenſionis tuæ: in eum ipſum cauſa tua incurrat neceſſe eſt: ego enim tibi refero, &c.* Et paucis poſt verſibus: *Idque me non ad meam defenſionem attuliſſe, ſed illorum defenſione retuliſſe*. Item in Partit. IDEM. Cic. in Lucullo: *Sic ego nunc tibi refero*. GRÆVIUS.

Numquid præterea) Ita ſolum Pal. ſept. nam quint. *Non quid*. Ceteri *ut quid*, quod & in S. Vict. & Grut. & edd. vett. forſan *ecquid præterea?* GRUTERUS.

Si veretur ut res judicio facto parata ſit) Ergo, quod in actionibus in perſonam, neceſſariam eſſe ſatiſdationem Iuriſconſulti negant, modo is qui cum agitur, judicium ſuo nomine ſuſceperit, ita intelligendum eſt, niſi ſi periculum ſit, ne ſolvendo reus non ſit, qua in cauſa etiam actor ſatiſdare viciſſim cogitur. Et hoc ipſum poſterius iterat his verbis: *Quo in loca conditionem tuli, ſi vellet pecuniam petere, P. Quintium judicatum ſolvi ſatiſdaturum, dum ipſe ſi quid peteret, pari conditione uteretur*. Sed moris tamen fuiſſe apparet, ut qui vadimonium deſeruiſſet, & cujus ex edicto bona poſſeſſa eſſe dicerentur, ſolus ſatiſdare cogeretur. HOTTOM. Aperit cauſſam ſatiſdationis. Nam ſatis ab eo petimus, quem non idoneum eſſe putamus, & cum metuimus, ne facto judicio, alio judicio judicatum quod erat proſequi cogamur. PASSERAT.

Quibus a me verbis ſatis accipiet) Certis enim verbis ſatiſdationum formulæ conſtabant. HOTTOM. Formula ſatiſdationis erat, cum is, quem dabat reus, a petitore interrogabatur hoc modo: *Quod judicatum erit nomen, P. Quinti, ſi is non ſolverit, id fide tua eſſe jubes? Iubeo*. ex tractatu de fidejuſſoribus in Pandectis. PASSERAT.

Iiſdem ipſe quod petò ſatiſdet) *Quod peto*, id ſignificat, Quod jam antea petii, quod ſæpe poſtulatum eſt: hoc enim advocati Quintii poſtularant, ut de re pecuniaria judicium fieret, & uterque inter ſe, aut neuter ſatiſdaret: ſupra. HOTTOM.

Quam Quintius) Quintius enim etſi agit verbo, re defendit, & ſunt *defenſionis labores*. I. Tuſcul. GRÆV.

Depen

ſumus aliquando, depoſitis armis, ſine periculo fortunarum de re pecuniaria diſceptare? poſſumus ita rem noſtram perſequi, ut hominis propinqui caput incolume eſſe patiamur? poſſumus petitoris perſonam capere, accuſatoris deponere? Immo, inquit, abs te ſatis accipiam: ego autem tibi non ſatiſdabo.

14. Quis tandem nobis iſta jura tam æqua deſcribit? quis hoc ſtatuit, quod æquum ſit in Quintium, id iniquum eſſe in Nævium? Quintii bona, inquit, ex edicto prætoris poſſeſſa ſunt. Ergo id ut confitear, poſtulas; ut, quod numquam factum eſſe judicio defendimus, id, proinde quaſi factum ſit, noſtro judicio confirmemus. Inveniri ratio, C. Aquili, non poteſt, ut ad ſuum quiſque quam primum ſine cujuſquam dedecore, infamia, pernicieque perveniat? Profecto, ſi quid deberetur, peteret: non omnia judicia fieri mallet, quam unum illud, unde hæc omnia naſcuntur. Qui inter tot annos ne appellarit qui-

Depoſitis armis) Criminatione. Lib. I. de Orat. *Quid iam neceſſarium, quam tenere ſemper arma, quibus vel tectus eſſe poſſis, vel provocare improbos, vel te ulciſci laceſſitus?* Propert.

Perſequar aut ſtudium linguæ, Demoſthenis arma. PASSERAT.

Sine periculo fortunarum) Ob bonorum poſſeſſionem, ubi fit omnium bonorum jactura. IDEM.

Poſſumus petitoris perſonam capere, accuſatoris deponere) Qui in publico judicio dicebatur *accuſator*, in privato eſt *petitor*: ſicut *reus* in publico, in privato *unde petitur*. Sic enim dicebatur, qui in jus erat vocatus. Sed de his dudum viri docti. GRÆVIUS.

Non ſatiſdabo) Veneta *ſatis non dabo*, & fortaſſe rectius. GARAT.

Quis nobis iſta jura tam æqua deſcribit?) Superius, *jus par, agendi poteſtas eadem*. II. de Off. *æqua juris deſcriptio*. Significat ἰσονομίαν, quam vertit æquabilem tributionem I. de Nat. Deor. *Deſcribere* ut *deſcribere æqualiter vectigal*. pro Flacco: *duodena deſcribit in ſingulos homines jugera*. II. Agrar. *bona deſcribere*, *dividere*. PASSERAT.

Inveniri ratio) Legendum fortaſſe eſt, *iniri ratio*, &c. LAMBIN.

Non omnia judicia) De vadimonio deſerto, de ſatiſdatione. GRÆVIUS.

Quam unum illud, unde hæc omnia naſcuntur) Dicit judicium *Pro ſocio*, unde omnes quæ annis abhinc duobus controverſiæ fuerunt, quaſi ex fonte fluxerunt. Itaque infra ſcribit in hanc ſententiam his verbis: *Deinde quod omnia judicia difficillima cum ſumma ſua invidia fieri mallet, quam illud unum pecuniarium judicium, ex quo uno hæc omnia nata & profecta eſſe concedit.* HOTTOM.

Inter tot annos) Elate: quum duo tantum anni ſint, ac ne ii quidem integri. De hac autem loquutione dicendum neceſſario fuerit Verrina II. & putidum eſt eadem ſæpius iterare. IDEM. *Inter duos annos* eſt per duos annos. Pro leg. Manilia: *Qui inter annos tot unus inventus ſit, quem ſocii in urbes ſuas admiſſum gauderent.* Titinnius in fullonibus apud Nonium in toga:

Quæ inter duos annos nequiſti unam togam detexere.

Aliud eſt *intra*, nam minus ſignificat.

quidem Quintium, cum poteſtas eſſet agendi quotidie: qui, quo tempore primum male agere cœpit, in vadimoniis differendis tempus omne conſumſerit: qui poſtea vadimonium quoque miſſum fecerit: hunc per inſidias vi de agro communi dejecerit: qui, cum de re agendi, nullo recuſante, poteſtas fuiſſet, ſponſionem de probro facere maluerit: qui, cum revocetur ad id judicium, unde hæc

cat. Passerat. *Inter tot annos*. Vix biennio. Fortaſſe legendum *inter duos annos*, vel, quod ego quidem malim, *integro anno*; quo anno ſimul vixere in Gallia. Nam cum Romam rediiſſent, agere Nævius cepit. Facciolatus.

Male agere cœpit) Hæc dicuntur ad tempus. Nam ſi hoc verum eſſet, quum antea mentionem dilati vadimonii interpoſuit, non eſt dubium quin de hoc quoque aliquid dixiſſet. Eſt autem ſenſus: Vbi ex amicis intellexit, male ſe hoc modo acturum eſſe, vadimonium diſtulit: ne ſi hac actione ad Prætorem uteretur, cauſa caderet. Ergo qui vadabantur, actionis ſuæ formulam adverſario edebant: quod ipſum ſignificare videtur Vlpianus, libro Pandectarum II. ſub tit. De edendo: *Qua quiſque*, inquit, *actione agere volet, prius eam edere debet; nam æquiſſimum videtur, eum qui acturus eſt, edere actionem, ut proinde ſciat reus utrum cedere, an contendere ultra debeat: & ſi contendendum putet, veniat inſtructus ad agendum, cognita actione, qua conveniatur*. Sed quid ſit male agere, oſtendit Cicero in in Partit. his verbis: *Plus petiſti, sero petiſti, non fuit tua petitio, non a me, non hac lege, non his verbis, non judicio*. Et Quinctilianus libro III. *In omnibus*, inquit, *fere cauſis, in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſunt quæſtiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere, & ſi qua ſunt talia*. Hottom. *Male agere* formula male concepta; lib. I. Rhet. ad Heren. *In privatæ actione prætoria exceptiones ſiunt, & cauſa cadit is, qui, quemadmodum oportet, non egerit*. Passerat.

Qui poſtea quoque vadimonium) Mendoſe legitur in omnibus libris vulgatis, *poſtea quoque*, cum legendum ſit, *poſtea quam*. Lamb. Superius in narratione: *Cum vadimonia ſæpe dilata eſſent, & cum aliquantum temporis in ea re eſſet conſumtum*. Et paullo poſt: *ſe neque vadari amplius, neque vadimonium deſerere*. Passer. Recte MSi & edd. ut hic legitur: Lallemandus etiam in ſuis ita reperit. Qui mutant igitur, codicem non habent ullum auctorem. Neque item ullam eos habere cauſam, quæ id neceſſario poſtulet, omnes puto intelligere. Garat.

Sponſionem de probro facere maluit) Ni bona Quintii ex edicto poſſeſſa eſſent, qua ſponſione civis Romani exiſtimatio in diſcrimen vocatur: nam qui vadimonii deſerti damnati erant, ignominia notabantur. Hottom. Sponſionem facere dicitur, qui ſtipulanti reſtipulatus eſt, ni bona Quintii ex edicto poſſeſſa eſſent. Quod ſi ſponſione viciſſet, judicatus eſſet Quintius deſeruiſſe vadimonium. Passer. Ex hoc loco manifeſtum fit, *ſponſionem facere* non minus actorem, quam reum dici: quod a ſummis viris non animadverſum video. Tullius hac oratione tam Quintium, quam Nævium dicit ſponſionem feciſſe. Et vero faciunt utrique, ſive ſponſionem intelligas promiſſionem, ſive ſtipulationem ſimul, & promiſſionem, ut eſt in l. 7. D. de verb. ſignif. Vnde Cato apud Gellium XIV. 2. *Si ſponſionem feciſſent Gellius cum Turio*, ut quidem ex MSo Regio reſtituit præclare Gronovius. Ambo enim feciſſent. Vt apud eumdem IX. 1. Quadrigarius: *Sagittarius cum Funditore ſpargunt &c.* quia utrique ſpargebant. Accurata, & antiqua locutio. Garat.

Con-

de hæc nata ſunt omnia, conditionem æquiſſimam repudiet, fateatur, ſe non pecuniam, ſed vitam & ſanguinem petere: is non hoc palam dicit: *mihi ſi quid deberetur, peterem, atque adeo jampridem abſtuliſſem? nihil hoc tanto negotio, nihil tam invidioſo judicio, nihil tam copioſa advocatione uterer, ſi petendum eſſet: extorquendum eſt invito atque ingratiis quod non debet: eripiendum atque exprimendum eſt: de fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt: potentes, diſerti, nobiles omnes advocandi ſunt, adhibenda vis eſt veritati: minæ jactentur, pericula intendantur, formidines opponantur, ut iis rebus aliquando victus & perterritus ipſe cedat.* Quæ mehercule omnia, cum qui contra pugnent video, & cum illum conſeſſum conſidero, adeſſe atque impendere videntur, neque vitari ullo modo poſſe; cum autem ad te, C. Aquili, oculos animumque retuli, quo majore conatu ſtudioque aguntur, eo leviora infirmioraque exiſtimo. Nihil igitur debuit, ut tu ipſe prædicas. Quid

Conditionem æquiſſimam repudiet) Vt quibus verbis a Quiotio ſatis accipiat, iiſdem ipſe verbis Quintio ſatiſdet. HOTTOM.

Fateatur, ſe non pecuniam, ſed vitam) Ipſe poſtea ſic interpretatur: *Si non verbo, re quidem ipſa fatetur*. IDEM.

Tanto negotio) Tam laborioſo, & tum Quintio, tum ipſi etiam judici gravi & moleſto. IDEM.

Tam copioſa advocatione) Tanta multitudine hominum nobilium, qui mihi præſentiam ſuam commodarent. Paullo poſt: *Potentes, diſerti, nobiles omnes advocandi ſunt*. PASSERAT.

Atque ingratiis) *Ingratiis*, gravate, illibenter. Terent. Heaut. *Ea coacta ingratiis, Poſt illa cœpit victum vulgo quærere*. Hic ipſe Verrioa VI. *Producam ceteros, reticebunt quæ poterunt libenter, dicent quæ neceſſe erit ingratiis*. HOTTOM. *Invito atque ingratiis*) Manavit a Cujacio; prius legebatur *ingratis* oon male, ſi littera penultima longior depingeretur; inclinabat tamen Guilielmius legere S. Victoris libri fide, *ingrato*, quod & in Pal. pr. GAVTER. *Ingratiis*, velit nolit. Donatus in illud Terentii, *ea coacta ingratiis*, *Ingratiis*, inquit, *dicitur aliquid facere, qui invitus vel coactus, ſeu præter voluntatem facit*. Sæpe apud Plautum legitur. PASSERAT.

Adhibenda vis veritati) Æquitati; quod jam ſæpe diximus. HOTTOM.

Ipſe cedat) Vltro fortunas relinquat. PASSERAT.

Illum conſeſſum conſidero) Nævii advocatorum: hominum nobilium & potentium. Græci dicerent *την παράταξιν*, ut in Orat. *κατα Κτησιφ*. HOTTOM. Erant ſubſellia judicum juxta & ante tribunal. In judicio publico ſubſellia accuſatorum a læva; reorum a dextra, & inter lævam dextramque teſtium; hic eſt conſeſſus judicii. PASSERAT.

Eo leviora infirmioraque exiſtimo) Minus apud te ponderis habitura. Tantum enim illorum & tam vehemens evertendi Quintii ſtudium documento tibi eſſe debebit, eos non æquitate, ſed cupiditate & libidine certare. HOTTOMAN. Eo enim magis erit judex præſidio ſolitudini & inopiæ adverſus vim, ut ſuperius dixit. PASSERAT.

Vt tu

Digitized by Google

Quid ſi debuiſſet? continuo ne cauſa fuiſſet, cur a prætore poſtulares, ut bona poſſideres? non opinor id quidem neque jus eſſe, neque cuiquam expedire. Quid igitur demonſtrat? vadimonium ſibi ait eſſe deſertum.

15. Antequam doceo, id factum non eſſe, libet mihi, C. Aquili, ex officii ratione, atque ex omnium conſuetudine rem ipſam & factum ſimul Sex. Nævii conſiderare. Ad vadimonium non venerat, ut ais, is, quicum tibi affinitas, ſocietas, omnes denique cauſæ, & neceſſitudines veteres intercedebant; illico ne ad prætorem ire convenit? continuo ne verum fuit poſtulare, ut ex edicto bona poſſidere liceret? ad hæc extrema, & inimiciſſima jura tam

Vt tu ipſe prædicas) Si minus verbo, re quidem ipſa. HOTTOM.

Quid ſi debuiſſet) Tertia pars confirmationis, in qua docet cauſam cur poſſeſſio peteretur, non fuiſſe. IDEM.

Neque jus eſſe, neque cuiquam expedire) Nec ratione vel more fieri, nec ex uſu cujuſquam eſſe. Expedire & jus eſſe nonnulli permiſcuerunt, ut in lib. III. de Orat. *Definitionis ſunt diſceptationes, ut cum quæritur, quid in communi mente quaſi impreſſum ſit, ut ſi diſſeratur, id ne ſit jus, quod maxime parti ſit utile.* Lib. III. de Officiis demonſtrat, nec expedire, nec utile eſſe, quod ſit injuſtum. PASSERAT.

Quid igitur demonſtrat?) Quam affert hujuſce conſilii ſui rationem; vulgus dicit, *allegat*. Galli dicunt, *remonſtrer*. HOTTOM.

Ex officii ratione) Officii ratio poſtulabat, ne eum homine & neceſſario, & affine tam crudeli, & inimico animo ageret Nævius, ut Cicero ſtatim indicat. *Omnium* autem *conſuetudinem* paullo poſt attingit, cum ait: *Prætores, ut conſiderate fieret, comparaverunt: viri boni &c.* Hinc Manutium in his explicandis hallucinatum patet. FERRAT.

Non venerat, ut ais, is) Sic me ediddiſſe, notandum putavi, quum poſt Stephanicam vehementer dubiæ hæreant edd. ac multæ exhibeant *ait*, ut major Lambini, quædam Gothofredinæ, & Gruteriana, quæque poſt iſtam ſunt exaratæ, & præter voluntatem MSorum & præter ſententiam. GRONOV. Errorem Typographicum, qui nimium tamen propagatus erat, ſecutus hunc Grævius quoque fuit, qui ſæpe, Gronovio non conſulto, in Gruterianis lectionibus acquievit. Itaque in textu corrigendum putavimus. GARATON.

Cauſæ & neceſſitudines veteres) Genus loquendi animadverſione dignum. Ita enim veteres loquebantur, ut *cauſa* præciſe dicerent, pro cauſa conjunctionis, amicitiæ, benevolentiæ. Idem in Epiſt. ad Ser. Sulpitium: *Cum Lyſone eſt mihi quidem hoſpitium vetus, quam ego neceſſitudinem ſanctam colendam puto: ſed ea cauſa etiam cum aliis compluribus, familiaritas tanta nullo cum hoſpite.* Item in ea de provinc. conſul. *Non alterum eſſe arbitror explicare breviter, quæ mihi ſit ratio & cauſa cum Cæſare.* HOTTOM.

Ad Prætorem ire convenit) *Convenit*, æquum fuit. Præteritum enim tempus demonſtrat: ut quod proxime ſequitur. IDEM.

Verum) Ed. MCCCCLXXX. *æquum* ex gloſſa, ut puto, habet. GARATON.

Ad hæc extrema) Ad jus ſummum. Pollio Aſin. ad Cic. X. epiſt. *Si nihil in Lepido ſpei ſit, deſcenſurum ad extrema,*

tam cupide decurrebas, ut tibi nihil in poſterum, quod gravius, atque crudelius facere poſſes, reſervares? Nam quid homini poteſt turpius, quid viro miſerius, aut acerbius uſu venire: quod tantum evenire dedecus, quæ tanta calamitas inveniri poteſt? Pecuniam ſi cuipiam fortuna ademit, aut ſi alicujus eripuit injuria, tamen, dum exiſtimatio eſt integra, facile conſolatur honeſtas egeſtatem. At non nemo aut ignominia affectus, aut judicio turpi convictus, bonis quidem ſuis utitur, alterius opes, id quod

ſma, & non modo nationes, ſed etiam ervitia concitaturum. PASSERAT.

Tam cupide decurrebas) Cic. pro Cæcin. *Nam cæteri tum ad iſtam hortationem decurrunt, cum ſe in cauſa putant habere æquum & bonum, quod defendant*. I. Tuſc. *Nunc video calcem, ad quem cum ſit decurſum, nihil præterea ſit extimeſcendum*. IDEM.

Quid viro miſerius) Ven. editio habet *Quid vero miſerius*: quod recte Victorius, ſeu Naugeriana recepit, Lambinuſque retinuit. Gruterum autem hic non modo Grævius, ſed etiam ſeverus ejus reprehenſor Gronovius parum caute ſecutus eſt. Optime Victorio Olivetus, & huic Lallemaudus adhæſit. GARATON.

Pecuniam ſi cuipiam fortuna ademit) Dicamus ἐν ἐπιτομῇ, quid hoc toto loco ſignificet, & velificemur ei κατορθώσει quam obtinere volumus. Hoc enim ad hujuſce loci ſenſum eruendum non mediocriter pertinebit. Quibus, inquit, adverſa fortuna eſt, ii aut pecuniam, ſalva exiſtimatione, aut exiſtimationem, ſalva pecunia, aut utrumque ſimul amittunt. Horum omnium poſtremi ſunt miſerrimi. Qui vero ſub præcone ſubjiciuntur, utrumque illud amittunt. Omnium igitur hi ſunt miſerrimi, quid amplius? Etiam mortuis miſeriores habendi ſunt, quum enim vel moriendo memoriam ſui penitus extinguere cupiant, id tamen non poſſunt: mori enim iis obſcure non licet. Hæc de loci ſententia ſummatim: nunc ſingula videamus. HOTTOM.

At non nemo) Scribamus *& non nemo*, vel *at non nemo*: ſic enim ſententia poſtulat, quam oſtendemus. IDEM.

Aut ignominia affectus, aut judicio turpi convictus) Alterum ad animadverſionem ac notam Cenſoriam: alterum ad res judicatas refertur, de quibus in oratione pro Cluent. *Quod ſi illud judicium putaretur*, inquit, *ut ceteri turpi judicio damnati in perpetuum omni honore ac dignitate privantur, ſic hominibus ignominia notatis neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus eſſet*. HOTTOMANNVS.

Bonis quidem ſuis utitur: alterius opes, id quod miſerrimum eſt, non exſpectat) Hujus loci caſtigationem ſenſus ipſe oſtendit, & vetuſti codicis auctoritas, in quo, pro *alterius*, ſcriptum eſt, *altiores*. Sic igitur legamus: *Qui dum bonis ſuis utatur, altiores opes, id quod miſerrimum eſt, non exſpectat*. Senſus autem apertus eſt. Non eſt, inquit, difficile reperire, quum exiſtimationem amiſerit, bona tamen retineat, ut qui Senatores judicio turpi convicti ſunt, & Senatu moti, aut Equites equo publico multati. Hos igitur miſeros quidem judicabimus, quod exiſtimationem amiſerint, ſed non uſque eo tamen, ut qui bonis etiam, & fortunis omnibus everſi ſunt. IDEM.

Alterius opes, id quod) Falluntur, qui hic aliquid mutandum cenſent; hæc enim lectio eſt integra, & incorrupta, & emendata: mirorque a doctis quibuſdam non eſſe ſatis intellectam. Comparat enim eum, qui ex divite pauper factus ſit, ſalva exiſtimatione, cum eo, qui ignominia affectus ſit, ſalvis & integris fortunis.

quod miſerrimum eſt, non exſpectat: hoc tamen in miſeriis adjumento, & ſolatio ſublevatur. Cujus vero bona venierunt, cujus non modo illæ ampliſſimæ fortunæ, ſed etiam victus, veſtituſque neceſſarius ſub præcone cum dedecore ſubjectus eſt, is non modo ex numero vivorum extur-

nis. Et poſteaquam oſtendit, utrumque miſerum quidem eſſe, ſed habere tamen aliquod ſuæ miſeriæ ſolatium, colligit, eum eſſe egregie calamitoſum, qui famam cum bonis omnibus amiſerit: qualis eſt is, cujus bona ex edicto prætoris voci præconis ſubjiciantur, & publice veneant. Aliquis (inquit) ex pecunioſo & divite pauper & egens factus eſt; grave hoc quidem eſt: verumtamen, dum exiſtimatio & fama ſalva eſt, habet unde egeſtatem ſuam conſolari poſſit; alius eſt, qui ignominia affectus eſt, omnemque honeſtatem ſuam perdidit: attamen bona ejus ſalva ſunt, neque ex alterius opibus vitæ ſuæ rationes ſuſpenſas habet, id eſt, non cogitur propemodum mendicare, & aliunde cibum petere; hæc eſt hujus loci ſententia: quam pluribus verbis expoſuimus, ne quis auctoritatem quorumdam ſecutus, ſanæ parti ſcalpellum adhibere conetur. LAMB. *Alterius opes non exſpectat*) Manuſcripti Hottomanni, *altiores*, ſed ſic nulli e noſtris, neque huic loco covenit: quotus enim quiſque eſt mortalium qui non exſpectet *altiores* opes? at *alterius opes*, nemo niſi hereditate proximus. GRUTER. Recte rejicit Hottomannum Gruterus, ſed mentem Ciceronis non cepit. *Opes non exſpectat* non eſt hereditatem non exſpectat, ſed non exſpectat alterius auxilium, non opus habet, ut alterius opem imploret in ſublevanda egeſtate qua premitur, ut recte Lambinus. Nam vere Satyricus:

Miſerum eſt aliena vivere quadra.

Quo alluſit Virgil.

Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis acervum.

Et Heſiodus:

Οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι.

Domi melius eſſe, quoniam damnoſum quod foris eſt. GRÆVIUS.

Adjumento & ſolatio) Quod bonis tamen, & fortunis ſuis fruuntur. HOTTOM. Hinc multi damnati turpi judicio, nihili faciebant, ſi ſalvæ eſſent fortunæ. Iuven. Sat. 1.

---- *Hic damnatus inani*
Iudicio, (quid enim ſalvis infamia nummis?)
Exſul ab octava Marius bibit, & fruitur Diis
Iratis.

vide Sueton. Iul. 42. GRÆV.

Victus veſtituſque neceſſarius ſub præcone cum dedecore ſubjectus eſt) Similis loquutio in Orat. pro domo ſua: *Cyprius Rex cum omnibus bonis ſub præcone ſubjiceretur.* Et translatio ſumta eſt ex conſuetudine præconum, qui de ſuperiore loco auctione vendebant. Stantes enim ſuper lapidem, quem Græci πωλητήριον appellant, res venales pronuntiabant, ut ex illo Plauti intelligitur, in Bacchidibus: *O ſtulte, ſtulte, neſcis nunc venire te. Atque in eo ipſo adſtas lapide, ubi præco prædicat.* Vnde in Piſoniana, Sex. Attilium & Q. Numerium Trib. pl. quos P. Clodius corruperat, Cicero *de lapide emtos dicit*, quod ei ſuum ſilentium pretio ac mercede vendiderant, & (ut ſæpe hac in re loquitur) addixerant: perinde quaſi ſilentium illorum ſimiliter venale fuiſſet, ac res quæ in auctionibus de lapide venales proclamantur. Eraſmus autem viliſſimos & vehementer obſcuros homines ea locutione ſignificari putavit, opinor eodem judicio, quo prope omnia Ciceronis ſcite & proverbialiter dicta interpretatus eſt. HOTTOMAN. In Orat. pro Sext. *Ut ſedens* (Rex Ptolemæus) *cum purpura & ſceptra, & inſignibus regiis præconi publico ſubjiceretur.* Et paullo poſt: *Vivus videns cum victu & veſtitu ſuo publi-*

exturbatur: ſed, ſi fieri poteſt, infra etiam mortuos amandatur. Etenim mors honeſta ſæpe vitam quoque turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit. Ergo hercule, cujus bona ex edicto poſſiden-

publicatus eſt. PASSERAT.

Infra etiam mortuos amandatur) Id eſt, deteriore conditione eſt, quam mortui. Nonnulli codices *mandatur*, quod abſurdum eſt. In orat. ad Quir. poſt reditum, eamdem loquutionem uſurpat: *Quum is inimicus ſpiritu dumtaxat viveret, re quidem infra omnes mortuos amandatus eſſet*. HOTTOM. Relegatur infra inferos ipſos. Eſt oxymoron, ut illud *nec capti potuere capi*: nihil enim eſt inferius. GRÆV.

Vita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit) Hoc loco mihi aqua hæret, ut ajunt. Nam qui vitam turpem interdum vita turpis antecedet? Nodus mihi quidem perdifficilis videtur: neque ſane quemadmodum expediri poſſit, ſatis intelligo. Quod ſi tamen conjecturæ locus eſt, fortaſſe ſic potius ab oratore ſcriptum fuit: *Vita hæc turpis, ne morti quidem obſcuræ locum relinquit*; primum quia generatim illud falſum eſt, niſi pronomen *hæc* interjiciamus; ut modo quum dicit, *Vita hæc turpis*, aperte intelligitur vita eorum, qui ſub præcone ſubjiciuntur. Deinde quum miſeram illorum conditionem eſſe affirmet, valde alienum eſt quod dicit, eos eſſe miſeros ob eam cauſam, quod honeſte mori non poſſint. Nam ne iis quidem, qui honeſtiſſime vivunt, ſemper id contingit, ut honeſtam mortem obeant. Et profecto ita eſt, ut quum quis & ſe tanta ignominia affectum videt, & ſuam turpitudinem ſermone omnium divulgari, & vero etiam ſua bona omnia diſtrahi ac dilacerari, non de honeſta morte tum cogitet, ſed de obſcura potius: nimirum quomodo ſui memoria funditus extingui, ac deleri poſſit; quod tamen ipſum aſſequi non poteſt, ut proxime oſtendit, quum ait: *De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe tacite obſcureque conceditur*. Et illud: *Huic vivo videntique funus ducitur*. Nam quibus *funus ducitur*, eorum non eſt obſcura & occulta mors. Eo accedit, quod illæ particulæ *ne quidem* verbum illud, quo referendæ omnino ſunt, *tantum abeſt*, ſi vulgatam lectionem retineamus, non habent: niſi forte hoc modo aliquis ſubaudiendum putet, Vita turpis tantum abeſt, ut vitæ honeſtæ locum relinquat, ut ne morti quidem honeſtæ: quo quid obtuſius dici poteſt? Nam ſi turpis eſt, quomodo honeſtæ vitæ locum relinquet? At hoc ſenſu, quem exponimus, relatio aperta eſt, ut ſit: Tantum abeſt, ut honeſtæ, ut ne obſcuræ quidem morti locum relinquat. Sed conſideretur locus, qui proxime ſequitur, qui quum aliud nihil præter horum verborum interpretationem contineat, tum vero nihil plane aliud declarat, quam quod modo diximus, iis qui ſub præcone ſubjiciuntur, ne obſcure quidem mori, & memoriam ſui extinguere licere. HOTTOM. *Etenim mors honeſta ſæpe vitam*) Ita impeditus & obſcurus eſt hic locus, ut doctiſſimi homines eum eſſe mendoſum exiſtimarint. Omnino ſententiam præ ſe fert, pene dicam, ſecum pugnantem, &, ut Græci dicunt, ἀσύστατον; verumtamen nullum in eo mendum ſubeſt, quod illi putaverunt: neque quidquam eſt mutandum. Sic igitur eum explico: *mors honeſta ſæpe vitam quoque*, &c. id eſt, ſi quando evenerit, ut is, qui turpiter vixerit, honeſte moriatur, puta, pro patria, pro aris & focis, & pro libertate mortem oppetat, talis mors vitam etiam turpem exornat: *vita turpis ne morte quidem*, &c. id eſt, ſed non eſt credibile, neque ſperandum, eum, qui turpiter vivat, honeſte moriturum; nam vitam turpem non niſi mors turpis conſequi poteſt. Si tamen fors ita ferat, ut, qui turpiter vixerit, honeſte moriatur, hæc mors honeſta vitam anteactam, alioqui turpem, honeſtabit. Vitæ autem Quin-

dentur, hujus omnis fama, & exiſtimatio cum bonis ſimul poſſidetur: de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem tacite, obſcureque concedi-

tii turpis futura eſt, ſi ejus bona voci ſubjicientur præconis: atque hoc modo ne morti quidem honeſtæ locum relictura eſt, cum ei vivo & videnti funus ducatur. Quidam tamen legi volunt, *exiſtimatio turpis ne morti q. &c.* ſortaſſe non male. LAMBIN. *Etenim mors honeſta*) Non video cur mendoſus hic locus videri quibuſdam debeat: miſeria enim ejus, qui honeſtate & bonis careat, non finitur morte, ſed ſequitur eum etiam mortuum, immo in poſtrema mortuorum ſorte ponit. Illud autem *ſæpe* refertur ad eos, qui turpes quidem ſunt, at non in egeſtate, quibus ſæpe accidit mors honeſta. F. URSINUS. *Ne morti quidem honeſtæ*) Hottomannus divinat, *quidem obſcuræ*; non neceſſario, ut pluribus oſtendi ad illud Taciti libro XI. Annal. cap. 37. f. *Suadebatque, ne percuſſorem opperiretur, tranſiſſe vitam: neque aliud quid, quam morti decus quærendum. Sed animo per libidines corrupto, nihil honeſti inerat.* GRUT. Equidem hæc ſententia, ſi ſic ſcripſit Cicero, ut ſcripſiſſe videtur, Cicerone indigna eſt, quæ magis conveniat declamatori inanes acuminum fumos captanti, quam diſertiſſimo Romuli nepotum. Quomodo enim mors honeſta poteſt vitam exornare turpem, ſi vita turpis non relinquit locum honeſtæ morti, hoc eſt, ſi qui turpiter vixit, nullo modo poteſt honeſte mori? Num turpius vivit, cujus bona poſſidentur ex edicto, quam qui in ſtupris, popinis, & aliis flagitiis ætatem conſumit? Si is poteſt honeſta morte turpitudinem delere, cur non & cujus bona poſſidentur? Eſt ſane hic inanis ſententia verborum ſtrepitus. Talia non numquam excidiſſe Tullio, ſui quaſi immemori, veteres jam obſervarunt. Qualis eſt ille locus ex oratione in Piſonem: *Cumque ipſe nudus in convivio ſaltaret, in quo ne tum quidem, cum illum ſaltatorium verſaret orbem, fortunæ rotam pertimeſcebat*; quæ merito veteres irriſerunt tamquam inepta. Inde Quinctilianus notavit, Tullium nonnullos ſuorum temporum homines auſos eſſe inceſſere, ut tumidiorem, & Aſianum, & redundantem. Vide & auctorem dialogi de cauſis corruptæ eloquentiæ c. 18. & c. 23. ac quæ ibi notavit vir maximus Hermannus Rhabodus Schelius, cujus memoria mihi ſemper erit ſanctiſſima. GRÆVIUS. Potius cum Hottomanno mendoſum locum hunc exiſtimo; nec idem tamen remedium adhibeo. Ego ſic malim: *vita ita turpis*. Facile enim fieri potuit, ut Librarii trium illarum litterarum concurſum, veluti vanam repetitionem, averſati, vocem *ita* ſuſtulerint. Simile aliquid in orat. pro Roſc. Amer. cap. 9. contigiſſe contendit Lambinus. Erit itaque ſenſus: *vita ita turpis*, qualis a me deſcripta modo eſt, qualiſque erit vita Quinctii, ſi condemnabitur, *ne morti quidem honeſtæ locum relinquit*. Quia qui ita vivit, jam inter mortuos numeratur: *huic* enim *acerbiſſimum vivo, videntique funus ducitur*. FACCIOL. *Ita turpis* emendabat Clericus Art. crit. III. c. 8. eadem ſententia, in qua hyperbolen quidem ait eſſe, ſed non κακοζηλίαν. Sed rectius, & probabilius Facciolatus: qui non, ut Clericus, imbiberat, dictantem audientis vitio tribuenda eſſe ſimilia. GARATON.

Ergo hercule) *Ergo* ſic accipio quaſi diceret, *Et ſane*: ut ſit confirmandi nota, non concludendi, ut infra: *Qui locus igitur abſentis defendendi procuratori primus datus? quum proſcribebas. Ergo adfuit.* Apud Plautum in Epidico.

MIL. *Quæ te intemperiæ tenent? Quas tu mihi tenebras cudis? quin fidicinam produci jubes.*

PERIP. *Hæc ergo eſt fidicina: hic alia nulla eſt.* Idem in Bacchid.

LYD. *Non hic placet mihi ornatus.*

PIST. *Nemo ergo tibi hic apparuit, mihi paratum eſt, cui placet.* HOTT.

De quo libelli) Superius: *Libelli dejiciuntur*. Senec. IV. de Benef. 12. *Suſpenſum amici bonis libellum dejicio, creditoribus ejus me obligaturus*. PASSER.

Ne perire quidem certe tacite) Vox *certe* ab omnibus abeſt antiquis exempl-

plari-

ceditur: cui magiſtri fiunt, & domini conſtituuntur, qui, qua lege, & qua conditione pereat, pronuncient; de quo homine præconis vox prædicat, & pretium conficit, huic acerbiſſimum vivo videntique funus ducitur: ſi funus id haben-

pluribus, & certe non admodum opportuna videtur hoc loco. Mihi tamen ſine magna cauſa religio eſt quidquam immutare. HOTTOM. Sed vide Manutium. *Huic ne perire quidem certe tacite obſcureque conceditur*) Nihil horum agnoſcit Pal. ſec. aut terr. extat quidem in aliis, ſed abſque dictione *certe*, quæ viſitur tantum in editionibus antiquis, itaque non video cur ferre deinceps debeamus. GRVTER. Et in Franc. & in Dreſdenſi abeſt quoque *certe* quod merito delevi. GRÆV. Vocem *certe* ignorant codices noſtri, & recte expunxit Grævius. LALLEMAND.

Cui magiſtri fiunt) Theophilus homo Græcus, qui Iuſtiniani Inſtitutiones in Græcum ſermonem convertit, *magiſteum* in auctionibus appellatum ſcribit, unum aliquem lectum de creditoribus, qui debitoris bonis auctione divendendis præeſſet. Quod Cicero etiam ſignificat in epiſtola ad Atticum prima: *Vna*, inquit, *agebant ceteri creditores, in quibus erat Lucullus, & P. Scipio, & is, quem putabant magiſtrum fore, ſi bona venirent, L. Pontius*. Et ſane vel hic locus argumento eſt, *magiſtrum* in auctione dici ſolitum, qui bonis alicujus vendendis ita præeſſet, ut ei, qui plurimo liceretur, rem addiceret. Notus eſt Ciceronis in Pletorium Fonteii accuſatorem jocus, de quo meminit Quinctilianus lib. VI. *Ejus*, inquit, *matrem dixit, cum vixiſſet, ludum, poſtquam mortua eſſet, magiſteos habuiſſe. Dicebantur autem, dum vixit, infames feminæ ad eam convenire ſolitæ: poſt mortem, ejus bona venibant: quamquam hic ludus per tranſlationem dictus eſt, magiſtri, per ambiguitatem*. Hæc Fabius. HOTTOM. *Cui magiſtei fiunt*) Magiſtros intelligit eos, qui venditioni bonorum, quæ per creditores fiebat, permiſſu prætoris, præerant. LAMBIN. Videtur *Curator bonorum* appellari in l. 3. D. de Curatore bonis dando. De bonis poſſidendis, magiſtris faciendis, & vendendis ex edicto poſtulari ſolet. PASSER.

Qui qua conditione pereat) Quo pretio ſuæ res veneant, atque addicantur. HOTTOM.

Vivo videntique funus ducitur) Proverbium uſitatum, quum quis valens & incolumis ſibi ſuas fortunas eripi & videt, & patitur. Terentius Eunucho; *Vivus videnſque pereo, nec quid agam ſcio*. Cicero pro Sextio: *Ille Cyprius miſer vivus, ut ajunt, & videns cum victu ſuo ac veſtitu publicatus* Et DVCITVR eleganter, ut ex ſententia perſpicitur, quum impreſſi nonnulli *indicitur* ſcriptum habeant: *indicebantur* quidem funera per præcones, ea ſcilicet quæ ſimpludiaria non erant: ſed quibus funus ducebatur, iis, opinor, ipſis funera non indicebantur. HOTT. *Huic acerbiſſimum vivo videntique funus ducitur*) Tranſtulit hoc a Græcis, & ab Homero in primis, apud quem eſt, Iliad. A. 88.

Ουτις εμευ ζωντος και επι χθονι δερκομενοιο.

Me vivo, & in terra vidente. F.VRS. Sophocles in Antigona ſic dixit *εμψυχον νεκρον, vivum cadaver*. Lucianus *εμψυχον τινα ταφον, vivum ſepulcrum*. *Ducere* autem *funus* eſt ſequi elatum. Cic. II. de Orat. *Memmius in Scaurum, cum funus duceretur, vide, inquit, Scaure*. Propert.

Ex hac ducentur funera noſtra domo.

PASSER. Perperam igitur Gruterus, qui ex nonnullis Pall. & editis recepit *funus indicitur*. Indicitur enim vivis ut funus proſequantur, ſed ei ducitur funus, qui effertur. Vnde Servius in illud IV. Georg. *Et triſtia funera ducunt, ducere & duci propeium funeris, cum exſequialis pompa ſequitur*: unde Perſius: *Nevio jam tertia ducitur uxor*. Dixit igitur Cicero, Quintius vivus effertur. GRÆV. Lucretius III. 1059. *Mortua quoi vita eſt prope jam vivo*; *atque*

habendum ſit, quo non amici conveniunt ad exſequias cohoneſtandas, ſed bonorum emtores, ut carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas, & diſtrahendas.

16. Itaque majores noſtri raro id accidere voluerunt: Prætores, ut conſiderate fieret, comparaverunt. Viri boni, cum palam fraudantur, cum experiundi poteſtas non eſt, timide tamen, & pedetentim iſtuc deſcendunt, vi, ac neceſſitate coacti, inviti, multis vadimoniis deſertis, ſæpe illuſi, ac deſtituti. Conſiderant enim, quid, & quantum ſit, alterius bona proſcribere. Iugulare civem, ne jure quidem quiſquam bonus vult: mavult enim commemorare, ſe, cum poſſet perdere, peperciſſe, quam, cum parcere potuerit, perdidiſſe. Hæc in homines alieniſſimos, denique inimiciſſimos, viri boni faciunt, & hominum exiſtimationis, & communis humanitatis cauſa; ut, cum ipſi nihil

atque videnti. Notetur hæc ſententia. Nonne aperte conſequitur: ergo hic non poteſt vitam turpem honeſtare morte, quia moritur quodammodo ante mortem? Quod ſupra dicebam. FACCIOLAT.

Ad exſequias cohoneſtandas) Supremi diei celebritatem. Et notanda verborum vicinitas *exſequias*, & *reliquias*, quam figuram Rhetores *agnominationem* appellant. HOTTOM.

Ad reliquias vitæ lacerandas) H. e. laniandas & diſſipandas; quod reliquum eſt e rogo. Virg. VI. Æn. 227.

Reliquias vino ac bibulas lavere favillas

PASSERAT.

Prætores ut conſiderate fieret comparaverunt) Vlp. in l. 4. §. prætor ait, D. de dam. infect. *Dum ei qui aberit prius domum denunciari jubeam. Abeſſe autem videtur & qui in jure non eſt. Verecunde autem prætorem denunciari jubere, non extrahi de domo ſua: ſed domum, in qua degit, denunciari, ſic accipere debemus, ut etſi in aliena domo habitet, ibi ei denuncietur. Quod ſi nec habitationem habeat, ad ipſum prædium erit denuntiandum, vel procuratori ejus, vel certe inquilinis.* HOTT. *Comparaverunt*, hoc eſt, ſtatuerunt. Cic. pro Muræna: *Quare nec plebi Romanæ eripiendi ſunt fructus ludorum, & ſpectaculorum, quæ majores noſtri comparaverant*. Ad Cornific. lib. IV. *Bene majores noſtri hoc comparaverunt, ut neminem Regem, quem armis cepiſſent, vita privarent*. PASSER.

Cum palam fraudantur) A debitoribus, cum negant deberi quidquam, aut nolunt ſolvere. Cic. XIII. Phil. *Creditorum fraudator Trebellius*. Id. pro Flacc. *Fraudatorum & inficiatorum impudentia*. IDEM.

Cum experiundi poteſtas non eſt) Latitante nimitum adverſario. HOTTOM. *In jus vocare*, eſt juris experiendi cauſa vocare. Paullus l. 1. D. de in jus vocando. PASS.

Iugulare hominem) Spoliare iis rebus, quibus anima, & ſpiritus retinetur. HOTTOM.

In homines alieniſſimos) Nulla cognatione aut affinitate conjunctos. Nam *alieni* verbum in eo homine ponitur. Cicero pro Cæcina: *Ne forte quæratis, num propinquus? nihil alienius*. IDEM.

Communis humanitatis cauſa) Quo quaſi vinculo omnes inter ſe homines natura colligavit. Cicero de Offic. III. *Natura*, inquit, *præſcribit, ut homo homini, quicumque ſit, ob eam cauſam, quod is homo ſit, conſultum velit*. IDEM. Ovid.

Conveniens homini eſt hominem ſervare voluptas.

GREVIUS.

Nihil

nihil alteri ſcientes incommodarint, nihil ipſis jure incommodi cadere poſſit. Ad vadimonium non venit: quis? Propinquus. Si res iſta graviſſima ſua ſponte videretur, tamen ejus atrocitas neceſſitudinis nomine levaretur. Ad vadimonium non venit: quis? Socius: etiam gravius aliquid ei deberes concedere, quicum te aut voluntas congregaſſet, aut fortuna conjunxiſſet. Ad vadimonium non venit: quis? Is, qui tibi præſto ſemper fuit. Ergo in eum, qui ſemel hoc commiſit, ut tibi præſto non eſſet, omnia tela conjeciſti, quæ parata ſunt in eos, qui permulta male agendi cauſa, fraudandique fecerunt? Si dupondius tuus ageretur, Sex. Nævi, ſi in parvula re captio-

Nihil ipſis jure incommodi cadere poſſit) Nihil ipſis merito incommodi accidere poſſit. *Cadere* pro accidere. Tibull. *vota cadunt*, pro accidunt, eveniunt. Pass. Non inepte Dreſdenſis MSus: *Nihil in ſe jure incommodi cadere poſſit*. Sic I. de Divinat. *Sortes eductæ in rem apte cadere poſſunt*. Sed nec vulgatam damno. II. de Orat. *Hoc cecidit mihi peropportune*. Et in ep. ad Att. *Quoquo modo ea res huic quidem cecidit*: & alibi. Graev.

Si res iſta graviſſima ſua ſponte videretur) Malefacta alia *ſua ſponte*, & naturali interpretatione, alia diſputatione Iuriſconſultorum dicuntur. Aſconius. Ergo vadimonium deſerere in poſtremi generis loco ac numero ponendum oſtendit. Hottom. Cic. I. de Leg. *Sponte ſua jus & honeſtum eſt*. Pass.

Aut voluntate congregaſſet, aut fortuna) Late ſocietatis vocabulum accepit, ut infra: *Cum eo tu voluntariam ſocietatem coibas, qui te in hereditaria ſocietate fraudarat*. Nam ſocii non omnes proprie appellantur, inter quos res communicata eſt: niſi animo ſocietatis communitatem contraxerint. Heres vero ſocii ſocius non eſt, ut ſuperius demonſtratum eſt. Vlp. lib. Dig. XVII. *Vt ſit pro ſocio actio, ſocietatem intercedere oportet. Non enim ſufficit rem eſſe communem, niſi ſocietas intercedat. Communiter autem res agi poteſt, etiam citra ſocietatem: puta, quum non affectione ſocietatis incidimus in communionem, ut evenit in re duobus legata: item, ſi duobus ſimul emta res ſit, aut ſi hereditas, vel donatio communiter nobis obveniat*. Hottom.

Male agendi) Aliud eſt ſupra, *quo tempore male agere cœpit*. Illic ſermo eſt de Nævio, hic de Quintio. Hic *male agere* eſt mala fide verſari in re aliqua. Vnde III. de Off. *Inter bonos bene agier oportet, & ſine fraude*: qui fraudat ergo male agit. Passer.

Si de prædiis tuis ageretur, Sex. Nævi) Vidi multos codices manuſcriptos, in quibus omnibus, extra unum antiquiſſimum, ita legitur: *Si dupondius tuus gereretur*: in altero: *Si dupondius unus ageretur*. Vidi etiam complures impreſſos, in quibus ſcriptum ita eſſet, *Si dupondius tuus ageretur*; quam lectionem reperio præterea in veteribus impreſſis libris Iulii Rufiniani. In hac diſſenſione tam multiplici, quæ potius ſequenda ſcriptura ſit, difficile eſt exiſtimare. Illud tamen affirmare liquido poſſumus, quum in perſona furaciſſimi & avariſſimi hominis loquatur, maximeque aridi atque avidi (talem enim antea Nævium deformavit) alienum videri, prædiorum mentionem, perinde quaſi de re parvula, fieri, ac levi momento æſtimanda, & ſumi argumentum ex comparatione prædiorum, quaſi rei minoris, cum jure amicitiæ, quaſi re, quam illa, majore; præſertim quum antea dixerit, *nullum eſſe officium tam ſanctum atque ſolemne*,

ptionis aliquid vererere, non ſtatim ad C. Aquilium, aut ad eorum aliquem, qui conſuluntur, concurriſſes? Cum jus amicitiæ, ſocietatis, affinitatis ageretur: cum officii rationem atque exiſtimationis duci conveniret, eo tempore tu

lemne, quod non avaritia comminuat: & hunc ipſum Nævium jam dixerit aliquam commodi ſui particulam multo pluris facere, quam omnem Quintii exiſtimationem. Quæ quo attentius conſidero, eo magis adducor equidem in opinionem, non *de prædiis tuis*, ut vulgo legimus, ſed *dupondius unus*, ut in vetuſto libro ſcriptum eſt, legi potius oportere; quum præſertim de re, vel ipſius Nævii confeſſione, parvula & leviſſima loquatur. *Dupondius* autem, ſive *dupondium* duos aſſes valebat, ut ſcribit Varro, quæ ſumma perexigua eſt: reſpondet enim octo Gallicæ pecuniæ numis denariolis, ut Budæus docet, qui hanc ipſam lectionem comprobat, & iiſdem verbis hunc locum citat, libro de Aſſe quinto. Dum hæc ſcriberemus, animadvertimus contrarium huic vitium in Plutarcho, quod & Latino & Gallico interpretibus viris doctiſſimis, errorem objecit. Plutarchus enim quum in vita Coriolani ſic ſcripſiſſet: *Μαρκιων οικος εν Ρωμη, των πατρικιων πολλυς παρεσχεν ενδοξυς ανδρας. ω και Μαρκιος ην Αγκος ο Νεμα θυγατριδυς·* id eſt, *Martiorum familia patricios complures edidit, viros illuſtres: in his Ancum Martium, Numæ ex filia nepotem*: quum, inquam, Plutarchus ſic ſcripſiſſet, id quod ex Livio, & alibi ex Plutarcho ipſo intelligitur, in libris tamen quos vidi omnibus, ita ſcriptum eſt, *Μαρκιος ην Γαϊος ονομα θυγατριδυς*: id eſt, (id quod interpretes etiam converterunt) *Martius Gaius, nomine Nepos*; quum tamen Plutarchus de quo loquatur, perſpicue oſtendat. Poſt Tullum, inquit, Hoſtilium regnavit. HOTTOM. *Si dupondius unus ageretur, &c*.) Hæc eſt vera & ſincera ſcriptura, quam & in codicibus manuſcriptis reperi, & Budæus noſter multis ante annis, conjectura ductus, reſtituerat; niſi quod *tuus*, non *unus*, ut legi debet, legi poſſe exiſtimaverat: quomodo & apud Rufinianum libro de Figuris legitur: *Dupondius* autem valet duos aſſes, ſeu duas libras æris; as enim libram æris pendebat. LAMB. *Si de prædiis tuis ageretur*) Vetus liber *ſi dupondius tuus ageretur*, pro eo quod alii habent, *dupondius unus*. F. URSIN. *Si dupondius tuus ageretur*) Qui ſcilicet tibi provenire ſolebat ex præconio; ita MSi noſtri omnes, præter Pal. ſeptimum; in eo erat *ſi de prædiis tuis*: quod recentiſſimæ eſt editionis, puta Petri Victorii, aut alterius. Certe vetuſtiores omnes *dupondius tuus*, ſed littera ultima *dupundius*. GRUT. Editio prima: *Si dupondius tuis gereretur*. Sed Mediol. *Si dupondius tuus ageretur*. GREV. *Si dupundius tuus gereretur*, etiam Ven. MCCCCLXXX. GARAT.

Si in parvula re) Et, tua ipſius confeſſione, *parvula*: neque enim vim habet interrogatio confeſſionis, niſi quum ex perſonæ ratione veriſimilitudinem accepit. HOTTOM.

Concurriſſes) Male quidam editi, *cucurriſſes*. Qui interpolarunt veterum codicum ſcripturam, crediderunt *concurrere* non niſi de pluribus dici. Sed unus homo dicitur Latinis *concurrere*, qui modo hunc, modo illum adit & compellat, ſive ambiendi, ſive conſulendi, ſive alius negotii cauſa; & ſic *concurſare* ſæpe etiam accipitur. Senec. VII. de Benef. 14. *Hic benigniſſimus, qui cum te viderit concurſantem, & ſollicitum, & anxium, dicat: mitte hanc de pectore curam*. Liv. XXXV. *Utinam ſubjicere oculis veſtris, Achæi, poſſem, concurſationem regis magni, a Demetriade, nunc Lamiam in concilium Ætolorum, nunc Chalcidem*. Cicer. I. ad Fam. ep. 1. *Libonis & Hypſei non obſcura concurſatio, & contentio, omniumque Pompeii familiarium ſtudium, in eam opinionem rem adduxerunt*. GRÆVIUS. Idem ille Rufinianus cap. X. qui optimam lectionem habet hic *dupondius*, habet etiam *cucurriſſes*: quod non facile ſpernerem,

Digitized by Google

re tu non modo ad C. Aquilium , aut L. Lucullum , ſed ne ipſe quidem ad te retuliſti: ne hæc quidem tecum locutus es: *horæ duæ fuerunt*. *Quintius ad vadimonium non venit* ,

nerem , etſi alterum probum puto : neque recentem hanc varietatem exiſtimarem. Veneta hoc verbum prorſus omiſit. Garat.

Non modo ad C. Aquilium , aut L. Lucullum) Corrigendum putarem , *Non modo aut C. Aquilium* : licet omnes libri diſſentiant . L. autem Lucullum Juriſconſultum intelligit , de quo in lib. de Clar. Orat. Hottom. *Tu non modo C. Aquilium*) Sic legendum , non , *ad C. Aquilium* , ut habent nonnulli libri vulgati; nam præpoſitio , *ad* , ſupervacanea eſt, nec reperitur in duobus libris manuſcriptis : licet tamen legere etiam hoc modo , quo modo habent nonnulli libri alii vulgati , *tu non modo aut C. Aquilium , aut &c.* Lambinus. Manutius , cum verba illa *ex offi.ii ratione* , de quibus ſupra egimus, non adverterit quo referenda eſſent, hic putat legendum *L. Lucilium*. Primum quod ait, hunc L.Lucullum ne cire ſe ICtum fuiſſe : eſſe ſciat in Tullii Bruto L. Lucullum. quemdam nominatum, *acutum , & juris tum publici , tum peivati peritum* . Sed non fuerit . Quî ſcimus an Quintilius , & Marcellus , quos paullo poſt Cicero cum Lucullo conjungit , ICti fuerint ? Erant ergo iſti quoque delendi . Sed, cum in Aquilii conſilio eſſent , ICtos eos omnes credere poſſumus : non eſt tamen neceſſe credere . Arguit enim Tullius a comparatione minorum . Si de re pecuniaria, Nævi , ageretur , aliquem conſuluiſſes : ergo multo magis debebas conſulere , *cum jus amicitiæ, ſocietatis , affinitatis ageretur* . De re pecuniaria , de captione, quam timemus , quem conſulimus? Certe juris peritum . Ergo bene Cicero pro prima parte argumenti : *ſtatim ad C. Aquilium &c.* Deinde tranſit ad ſecundam partem . Si vero de jure amicitiæ &c. agatur, quis eſt conſulendus ? Eorum quiſpiam , qui *officii eationem* norunt : hinc recte , *tu non modo &c. ſed ne ipſe quidem ad te retuliſti*. An officis rationem minus Lucullus, Quintilius, Marcellus noverant, quod ICti non eſſent ? An ſoli ICti ſcire poſſunt, quid amico, ſocio , & affini præſtandum ſit? Ferrat.

Sed ne ipſe quidem te conſuluiſti) Abeſt hoc totum a vetere libro , & recte, ut mihi videtur. Infra pro *Conſilio dediſſes* , in eodem manuſcripto eſt , *dediſſet*. F. Vrsin. *Sed ne ipſe quidem te conſuluiſti*) Hæc aperte ſunt ſpuria , interpretamentum videlicet *ad te eetuliſti* . Quid quod primum illud *ſed* , in nullo repertum eſt MSorum noſtrorum? Fulvius vero addit, abeſſe ſuo præterea , *ne ipſe quidem te?* legendum igitur erat , *tu non modo ad C. Aquilium , aut L. Lucullum ne ipſe quidem ad te retuliſti*. Sic neque opus erit emendatione Hottomanni , liquebitque quam egregios libros conſuluerit Lambinus. Grut. Ut Grurerus emendandum cenſuit, legitur in Franci primo. Certe iſta interpretatio *τῦ ad ſe referre* eſt delenda, quod ſecutus optimum codicem feci . Græv. Depravate Veneta editio , ſed ita , ut depravationis argumenta confirmet . Sic enim: *non modo AD C. Aquil. aut AD L. Lucull. ne ipſe quidem te conſuluiſti , ſed ne ipſe quidem ad te retuliſti*. Alterum illud *AD* ante *Lucullum*, recte primum quoque adeſſe magis probat , cum præſertim poſt *AUT* collocetur, & ideo ſtatim *retuliſti* ſequi debere, non *conſuluiſti* ; illudque libenter retinerem. Garat.

Ne ipſe quidem ad te ertuliſti) *Referre ad aliquem* eſt ſententiam ejus exquirere . *Referre ad ſenatum* dicuntur Conſules , cum in deliberatione ſenatorum ſententias exquirunt. In ep. ad Att. *Qui , cum ei peæſcriptum eſſet , ne quid ſine Sextii ſententia ageret , neque ad illum , neque ad quemquam noſtrum retulit*. Passer.

Horæ duæ fuerunt) Vide Manut. Græv. Ajebat Nævius , vadimonium fuiſſe factum Nonis Februar. h. e. quinto die ex quo Quintius Roma e-

venit, *quid ago*? Si mehercule hæc tecum duo verba feciſſes, *quid ago*? reſpiraſſet cupiditas atque avaritia paullulum: aliquid loci rationi & conſilio dediſſes: tu te collegiſſes: non in eam turpitudinem veniſſes, ut hoc tibi eſſet apud tales viros confitendum, qua tibi vadimonium non ſit obitum, eadem te hora conſilium cepiſſe hominis propinqui fortunas funditus evertere.

17. Ego pro te nunc hoc conſulo poſt tempus, & in aliena

greſſus fuerat, ut eſt in cap. 18. Itaque ſtitit ſe illius diei horis, quibus, Prætore ſedente, aſſerebat vadimonium eſſe obeundum: de quibus horis loquitur Cicero. Neque vero contrahit quatriduum in duas horas, ut putant Manutius, & eum ſecutus Grævius; quod non adverterint cap. 18. Facciol. In diem tertium, ſeu perendinum vadimonia dabantur. Ergo Quintius arguebatur deſeruiſſe vadimonium triduo poſt Non. Febr. quibus factum dicebatur, h. e. VIII. Idus Februar. De hac die ſtatim loquitur Cicero: *qua tibi vadimonium non ſit obitum, eadem te hora &c.* Ferrat.

Quid ago?) Formula eſt conſilii petendi; itaque Terent. in Phormione Demiphonem conſilium a tribus Iureconſ. petentem his verbis facit: *Videtis quo in loco res ſit: quid ago? dic Hegio.* Hotoman.

Tu te collegiſſes) Hoc quid ſit declarat Cicero Tuſculana quarta extrema: *Quid eſt*, inquit, *ſe ipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſum in ſuum locum cogere?* Idem. Eſt hic ſe colligere, a cupiditate ſua revocari ad rationem, ut a metu. I. de Divin. *Is primo perterritus ſomnio ſurrexit: deinde cum ſe collegiſſet.* Passer.

Conſilium cepiſſe hominis propinqui fortunas funditus evertere) *Conſilium capere* cum infinitivo, rara locutio & obſervanda, qua uſum eumdem alibi reperio, in Ver. IV. *Capit conſilium de amicorum ſententia non adeſſe ad judicium.* Et ad Att. epiſt. lib. XIV. *Nec alia cauſa profectionis mihi ulla fuit tum, quum conſilium cepi legari ab Cæſare.* Hotom. Notaverat jampridem hanc locutionem Macrobius de different. & ſocietate Gr. Latinique verbi p. 689. ed. Gronov. ubi tamen neſcio, an Macrobii ipſius, an excerptoris negligentia vox *propinqui* omiſſa eſt. Garaton.

Primum nunc hos conſulo) Sic reſtitui, cum in omnibus libris & vulg. & manuſcriptis legatur, *hoc conſulo*, plane mendoſe: quemadmodum & paullo poſt, ubi eſt, *quod*, repoſui, *quos*; quæ ſcriptura ita recta & plana eſt, ut non egeat neque confirmatione, neque explicatione. Quid enim? Ea, quæ ſtatim ſequuntur, declarant ita eſſe legendum: *Hæc*, inquam, *quæro abs te, C. Aquili, &c. En tibi C. Aquilium, L. Lentulum, P. Quintilium, M. Marcellum conſulit M. Tull. in aliena re, id eſt, non ſua, quos Nævius in ſua conſulere neglexit.* Lambin. *Nunc hoc conſulo poſt tempus, & in aliena re, quod tu &c.*) Copulam immiſi MSis omnibus volentibus, item vetuſte cuſis; qui omnes habent præter Pal. pr. & tert. *quoniam tu*; ſolum, inquam *quod* in pr. nam tert. *cum*; interim non diſplicet mihi Lambinianum, *hos conſulo*, item *quos tu*; quod & venit in mentem Mureto lib. XVI. Var. Lect. cap. 19. Grut. Rufinianus de figuris cap. 10. *Ego nunc pro te hos conſulo*, & deinde, *quoniam tu in tua re*. Lambinum miror, qui Rufinianum hoc capite citavit pro verbo *dupondius*, ex Hottomanno citaſſe, nec legere ipſum voluiſſe. Si enim legiſſet, ex hoc potius, quam ex conjectura *hos* reſtituiſſet. Muretum etiam, & Gruterum hic locus latuit. Sed ut ex eo legendum omnino eſt *hos*, ita etiam *quoniam*, quod Gruteri MSis & ed. Ven. MCCCCLXXX.

aliena re, quod tu in tua re, cum tempus erat, conſulere oblitus es. Quæro abs te, C. Aquili, L. Lucullе, P. Quintili, M. Marcelle: vadimonium mihi non obiit quidam ſocius & affinis meus, quicum mihi neceſſitudo vetus, controverſia de re pecuniaria recens intercedit: poſtulo ne a prætore, ut ejus bona mihi poſſidere liceat? an, cum Romæ domus ejus, uxor, liberi ſint, domum potius denuntiem? Quid eſt, quod hac tandem de re vobis poſſit videri? Profecto ſi recte veſtram bonitatem atque prudentiam cognovi, non multum me fallit, ſi conſulamini, quid ſitis reſponſuri: primum, exſpectare: deinde, ſi latitare, ac diutius ludificare videatur, amicos convenire, quærere, quis procurator ſit, domum denuntiare: dici vix poteſt, quam multa ſint, quæ reſpondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem extremam neceſſariam devenire. Quid ad hæc Nævius? ridet ſcilicet noſtram

MCCCCLXXX. confirmatur, non vero *quos*, ut Lambinus conjicit. Has lectiones vulgatis anteponendas eſſe doctiſſimus Ruhnkenius ad Rufinian. intellexit, & nemo Latinis excultus litteris inficiabitur. GARATON.

C. Aquili, L. Lucullе, P. Quintili, M. Marcelle) C. Aquilius juratus judex in hac cauſa ſumtus, de quo initio diximus. Ei aderant in conſilio alii tres Iuriſperiti: in his L. Lucullus, quem Cicero in Bruto acutum, & juris tum publici tum privati peritum appellat. De ceteris nihil reperio. HOTT.

Socius & affinis) *Oratorie*, nam revera ſocius non erat: ut ſuo loco diximus. IDEM.

Domum potius denuntiem) Vt paulo ante diximus ex l. 4. de dam. inf. IDEM. Vlpianus D. de agn. & al. lib. 1. §. 1. *Permittit igitur mulieri parentive, &c. domum denuntiare ſi nullius eorum copiam habeat. Domum accipere debemus hoſpitium, ſi in civitate maneat; quod ſi non ſit, ſed in villa, vel in municipio: illic, ubi larem matrimonio collocarant.* PASS.

Cognovi) Rufinianus l. c. habet *agnovi*, qui hunc locum male ex oratione pro Sextio citavit, eumque a Geſnero, Capperonnerio, Rangio fruſtra quæſitum in hac tandem reperit Ruhnkenius. GARATON.

Exſpectare) Hæc omnia verba ad poſtremum verbum *oportere* referuntur. HOTTOM.

Quærere quis procurator ſit) Placet, *ecquis procurator*. F. VRS.

Quam ad hanc rationem extremam & neceſſariam convenire) Nihil muto; ſed ſi neceſſaria hæc ratio eſt, non video, cur non ſtatim amplectenda ſit. Fortaſſe, *nec neceſſariam*, rectius legeretur, ut ſit ſenſus: Ad hanc extremam & inimiciſſimam rationem decurrere, præſertim quæ non ſit neceſſaria. Neque eſt ullum mendum in antiquis libris frequentius, quam ut e duabus geminis vocibus, altera omittatur. HOTTOM. *Quam ad hanc rationem extremam, ac neceſſariam*) Sic eſt legendum, non, ut eſt in libris vulgatis, *extremam neceſſariam*, ſine copulatione, *ac*: nec ut volunt quidam *extremam, nec neceſſariam*. Nam rationem extremam, ac neceſſariam intelligit, rationem poſtulandi a prætore, ut bona poſſidere liceat; ſic infra: *Ad hæc*

Digitized by Google

ſtram amentiam, qui in vita ſua rationem ſummi officii deſideremus, & inſtituta bonorum virorum requiramus. *Quid mihi*, inquit, *cum iſta ſumma ſanctimonia, ac diligentia? viderint*, inquit, *iſta officia viri boni: de me autem ita conſiderent: non, quid habeam, ſed quibus rebus invenerim, quærant: & quemadmodum natus, & quo pacto educatus ſim, memini: vetus eſt: de ſcurra multo facilius divitem,*

Ad hæc extr. & neceſſaria jura tam cupide decurrebas, ut tibi nihil in poſterum, quod gravius faceres, reſervares? & paullo ante: *Timide tamen, & pedetentim iſtuc deſcendunt, vi, ac neceſſitate coacti, &c.* Lambin. *Quam ad hanc rationem extremam, neceſſariam devenire*) Pal. quint. ac ſept. *neceſſariamque*. Gruterus *neceſſitatem*; unde cui ſuſpicio oriri poſſet, *extremam neceſſitatem*, a librariis adſcriptum ad verbum *rationem*. Sic infra cap. ſequenti. *nihil eſſe quare ad iſtam rationem perveniretur*. Haud diſplicet tamen Hottomanni conjectura, *nec neceſſariam*. Guilielmius malebat, *neceſſario*, vel, *neceſſariam inde devenire*. Grut. Franc. prim. & editiones antiquiores tuentur vulgatam, niſi quod in prima legatur *orationem*. Conjecturam Hottomanni *nec neceſſariam*, quæ Grutero non diſplicebat, firmat codex Iannoctii: qui cum ad criticas rationes auctor accedat, nihil requirendum amplius puto. Obſtaret fortaſſe locus Tullii a Lambino laudatus, niſi tunc ille memoria vacillaſſet. Eſt enim ex hac oratione cap. 15. ubi non *extrema, & neceſſaria jura* legitur, ſed *extrema, & inimiciſſima*. Garaton.

Rationem ſummi officii) Id quod rectum eſt & honeſtum. Pass.

Cum iſta ſumma ſanctimonia & diligentia) Cum hac honeſtate vitæ & induſtria. Idem. Ed. Ven. *cum iſta ſanctimonia, ac ſumma diligentia?* Melius videtur: eo enim adjectivo magis diligentia hic indigere, quam ſanctimonia, exiſtimari poteſt. Infra cap. 19. officium ſervatum dicitur *ſumma cum diligentia*. Garaton.

Viderint iſta officia) Omnes ad unum libri veteres, quibuſcum etiam poſteriores nonnulli conſentiunt, *Viderint*, inquit, *iſta officia*. Hott. Lib VI. ad Att. *Sed hæc fortuna viderit*. In Lucullo: *Epicurus hoc viderit*. In Læl. *Quam id recte faciam, viderint ſapientes*. Passer.

De me autem ita conſiderent) Vetus liber non habet, *ita conſiderent*, & recte, ut videtur; ſed pro *memini* habet infra *meminerint*. F. Urs.

Non quod habeam, ſed quibus rebus invenerim) Ne me ex meis opibus virum bonum bonumque patremf. judicent. Ex hoc loco intelligi poteſt, *viros bonos* dici ſolitos patresf. locupletes; quod etiam confirmat Aſconius, qui divites a veteribus appellatos ſcribit *bonos & honeſtos*. Hott.

Et quemadmodum natus, & quo pacto educatus ſim) Verba hæc ſunt omnia non Ciceronis, ſed Nævii, Et, *quemadmodum natus*, dixit pro *quibus parentibus generatus*. Itaque idem in Partitionibus ſic inquit: *Quamobrem omnis vis laudandi vituperandique ex his ſumetur virtutum vitiorumque partibus: ſed in toto quaſi contextu orationis hæc erunt illuſtranda maxime, quemadmodum quiſque generatus, quemadmodum educatus, quemadmodum inſtitutus*. Quinctilianus autem lib. V. in eamdem ſententiam: *Argumenta*, inquit, *ducuntur ex genere. Nam ſimiles parentibus ac majoribus ſuis filii plerumque creduntur: & nonnunquam ad honeſte turpiterque vivendum inde cauſæ fluunt; item ex educatione & diſciplina; quoniam refert a quibus, & qua quiſque modo ſit inſtitutus*. Idem.

Et quemadmodum natus, & quo pacto educatus ſim) Ut nos edidimus, & interpunximus, verbum, *memini*, ad ſuperiora referendum eſt. Et ſane ita in omnibus libris impreſſum eſt; ſed quidam ſic interpungi, & legi volunt, *& quo pacto educatus ſum*. In

qua

tem , quam patremfamilias fieri poſſe. Hæc ille , ſi verbis non audet , re quidem vera palam loquitur. Etenim ſi vult virorum bonorum inſtituto vivere , multa oportet diſcat, atque dediſcat: quorum illi ætati utrumque difficile eſt.

18. Non dubitavi , inquit , cum vadimonium deſertum eſſet, bona proſcribere. Improbe: verum , quoniam tu id tibi arrogas , & concedi poſtulas , concedamus. Quid ſi numquam deſeruit? ſi iſta cauſa abs te tota per ſummam fraudem , & malitiam ficta eſt? ſi vadimonium omnino tibi cum P. Quintio nullum fuit? Quo te nomine appellemus? improbum? at , etiam ſi deſertum vadimonium eſſet , tamen in iſta poſtulatione & proſcriptione bonorum improbiſſimus reperiebare: num malitioſum? negas: fraudulen-

qua ſcriptura , & interpunctione , verbum , *quærant* , repetendum eſt *ἀπὸ κοινοῦ* ſuperne ; *memini*, vero , ad ea , quæ ſequuntur , referendum , & cum iiſdem conjungendum , ut hoc totum , quod ſequitur ab eo verbo , ad unam, eamdemque ſententiam pertineat . Vulgo autem ſic interpunctus, & diſtinctus eſt totus hic locus, ut edidimus : *& quemadmodum natus , & quo pacto educatus ſim , memini . Vetus eſt, &c.* in qua ſcriptura , verbum , *memini* , ad ſuperiora referendum eſt ; neque verbum , *quærant*, *ἀπὸ κοινοῦ* repetendum, ut diximus. Et vero ita legit Aquila Romanus lib. de figur. ſententiarum cap. IV. LAMBIN.

Multo facilius divitem quam patrem familias fieri poſſe) Id eſt, difficilius patremf. quamvis navum , atque induſtrium , divitias parare quam ſcurram. HOTT. Proverbii meminit Porphyrio ad illud Horatii , *ſcurra vagus* ep. 15. lib. I. PASSER.

Dediſcat) Id Themiſtocles doceri volebat , tamquam rem difficilem. Antiſthenes quoque rogatus a quodam , quid faciendum , ut vir bonus evadat; ſi mala , inquit , dedidiceris, & didiceris bona a peritis. Horat.

Virtus eſt vitium fugere , & ſapientia prima
Stultitia caruiſſe . PASSER.

Quorum illi ætati utrumque difficile eſt) Minuitur enim memoria ſenibus , ut ipſe in Catone ſcribit . Denique veriſſima illa ſunt Diphili apud Stobæum:

Ἅπαντα δ' ἐργαζόμενος ἀσθενέστερα
Πολιὸς τεχνίτης ἐστιν ὁ χρόνος, ὦ ξένε.
Χαίρει μεταπλάττων πάντας ἐπὶ τὰ χείρονα.
Sed omnia reddens infirmiora
Canus artifex tempus eſt , o hoſpes
Gaudetque omnes in deteriorem tranſformare ſtatum .

De juventute contra Plato in Theæteto ſic ſcribit : *Τῷ γὰρ ὄντι ἡ νεότης , εἰς πᾶν ἐπίδοσιν ἔχει . Re quidem vera juventus ad omnia proficit*. HOTTOM. Vetulum gladiatorem dixit ſupra Virg.

Omnia fert ætas, animum quoque .

Lib. XII. ad Att. *γεροντικώτερον eſt memoriola vacillare* . PASSER.

Si iſta cauſa) Si hic prætextus . Terent. And. *Tandem inventa eſt cauſa*. Eunuch. *Iamdiu aliquam cauſam quærebat ſenex* . Idem rurſus in Andria :

Si libitum fuerit , cauſam ceperit ,
Quo jure , quave injuria præcipitem in piſtrinum dabit . IDEM.

Improbiſſimus reperiebare) Inveniebare , & videbare . Pro Flacco : *Hoc maxime moliuntur , ut veſtræ mentes optimo cuique infeſtiſſimæ reperiantur* . In epiſt. ad Brutum : *Facilius in timore benigni , quam in victoria irati reperimur* . PASS.

Num malitioſum? non negas) Hunc locum ſane feliciter , ſola conjectura ductus , reſtitui , qui ſic legitur in libris

dulentum? jam id quidem arrogas tibi, & præclarum putas: audacem? cupidum? perfidioſum? vulgaria & obſoleta ſunt: res autem nova, atque inaudita. Quid ergo eſt? Vereor mehercule, ne aut gravioribus utar verbis, quam natura fert, aut levioribus, quam cauſa poſtulat. Ais eſſe vadimonium deſertum. Quæſivit a te ſtatim ut Romam rediit Quintius, quo die vadimonium iſtuc factum eſſe diceres: reſpondiſti ſtatim, Nonis Februariis. Diſcedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus ſit; ad ephemeridem revertitur: invenitur dies profectionis, prid. Kal. Februar. Nonis Februariis

bris vulgatis: *Num malitioſum? negas*: qua lectione quid ineptius, atque adeo a ſenſu Ciceronis alienius? vult enim Cicero, Nævium eſſe impudenter, & improbe, & ſine ulla diſſimulatione malitioſum ac fraudulentum. LAMB. *Num malitioſum? negas*) Lambinus negativam ſuam recepit in contextum, deque ea mire gloriatur, *non negas*; ſed ſic nulli ſcripti; noſtri ſane omnes *non malitioſum negas*, & vero minime fit veroſimile admiſiſſe Nævium id convitii. GRUT. Recte Lambinus, *non negas*, ut infra, *arrogas tibi*; deſcribit enim hominem, qui vitia ſibi tamquam virtutes aſſumit. Sic Plauti Ballio in Pſeudolo I. 3. v. 126.

Pſeud. *Impudice*. Ba. *Ita eſt*. P. *Sceleſte*. *dicis vera*. P. *verbero*.
Ba. *Quippini*. P. *Buſtirape*. Ba. *certe*. CA. *Furcifer*. B. *Factum optume*.
CA. *Sotio fraude*. Ba. *ſunt mea hæc iſta*. Pſ. *parricida*. Ba. *Perge tu*.
Pſ. *Sacrilege*. Ba. *fateor*. CA. *perjure*. Ba. *vetera vaticinamini*.
CA. *Legirupa*. Ba. *valide*. Pſ. *pernicies adoleſcentum*. Ba. *acerrume*;

& quæ ibi ſequuntur plura. PASS. Ed. prima *non malitioſum negas*. Sed Mediol. vulgatæ lectioni ſubſcribit. GRAEVIUS. Lambino, & Paſſeratio etiam ſine MSis aſſentiendum videtur. Alioquin vis omnis orationis peribit. At egregie dicetur Nævius alterum non negare, alterum etiam ſibi arrogare. Nec dubito, quin aliquando ita in MSSis inventuri ſimus. Quid autem, ſi quædam hic trajectio contigerit? *Improbum*, & alia hujuſmodi ſine *num*, aut alio ullo adjuncto Tullius dicit. Cur hic tantummodo eſt hoc *num*? Pro eo *nam* editio MCCCCLXXX. & altera MCCCCLXXII. a Grævio inſpecta diſerte *non*. Scriptum itaque potuit eſſe: *malitioſum? non negas*. Unde loco remota negatione, *non mal. negas* primum Librarii fecerint, deinde *non* in *num* abierit. Sic infra cap. 21. ubi Tullius certe ſcripſit, *dicturum arbitror, non fuiſſe &c*. SS. ed. MCCCCLXXX. negatione tranſpoſita, ſenſum plane pervertit: habet enim, *dicturum non arbitror, fuiſſe*. Illuſtria trajectionum exempla vide apud ſummo virum ingenio Ruhnkenium ad Rutil. Lup. pag. 107. GARAT.

Res autem nova & inaudita) Omnes libri veteres, quibuſcum etiam poſteriores nonnulli conſentiunt: *Atque inaudita*. HOTTOM.

Ad ephemeridem revertitur) Quum dies ſingulos res geſtæ ſcribuntur, ea hiſtoria Græco vocabulo ἐφημερὶς dicitur: cui Latinum verbum reſpondet, quod apud Gellium Sempronius Aſellio *diarium* appellat. Sed aliæ ſunt quotidianæ tabulæ, in quibus accepta & expenſa perſcribuntur, quæ Cicero *adverſaria* nominat: de quibus in oratione pro Q. Roſcio explicabimus. IDEM. Ephemerides Latinis diarium & acta diurna. Græcum nomen ſignificat, quod in diem ſcribatur. Calendarium etiam vocatur. In eum commentarium referebant rationum breviaria. Properr. Me

rliis ſi Romæ fuit, cauſæ nihil dicimus, quin tibi vadimonium promiſerit. Quid? hoc inveniri qui poteſt? profectus eſt una L. Albius, homo cum primis honeſtus: dicet teſtimonium. Proſecuti ſunt familiares & Albium, & Quintium, dicent hi quoque teſtimonium: litteræ P. Quintii, teſtes tot, quibus omnibus cauſa juſtiſſima eſt, cur ſcire potuerint, nulla, cur mentiantur, cum adſtipulatore tuo comparabuntur. Et in hac ejuſmodi cauſa P. Quintius laborabit? & diutius in tanto metu miſer periculoque verſabitur? & vehementius eum gratia adverſarii perterrebit, quam

Me miſerum! his aliquis rationem ſcribit avarus,
Et ponit ducas inter ephemeridas.
Passerat.

Cauſæ nihil dicimus) Non recuſamus, non inficiamur; nota locutio, de qua ſupra. Hottom. Terent. *Non cauſam dicam, quin, quod meritus eſt, fiat*. Passeratius.

Profectus eſt una L. Albius, homo cum primis honeſtus) Omnes tum manuſcripti, tum impreſſi veteres: *Profectus eſt una L. Albius, homo cum primis honeſtus.* Et paulo poſt: *Proſecuti familiares & Albium, & Quintium.* In hac varietate alii quod ſequantur arbitrio ſuo deligere poterunt. Mihi ſi tam multorum librorum, præſertim qui inter ſe concordiſſime ſentiunt, tantam conjunctionem & quaſi conſpirationem negligerem, temeritati, opinor, ac ſtultitiæ verteretur. Hottom. Gruterus etiam ex ſuis MSis hanc ſcripturam firmat & probat, uti & Paſſeratius, qui addit: Proſequi peregre diſcedentes moris erat. Cic. pro Plancio: *Is me in diſceſſu meo, non ſolum ſuis lacrymis, ſed animo, corpore, copiis proſecutus eſt*. Virg.
—— *Neu omine tanto*
Proſequere in duri certamina Martis euntem. Passer.
Vide Var. Lect. Ibi lectionem ipſam Venetæ, & Naugerianæ videbis. Nec puto tot editiones contra MSos peccaſſe, cum earum lectio nihil abſurdi habeat. Fuerit hæc antiqua varietas. Garat.

Cum adſtipulatore tuo comparabuntur) Hoc eodem verbo uſus eſt in oratione in Piſonem: *Quaſi vero non modo ego, qui multis ſæpe auxilio fuiſſem, ſed quiſquam tam inops fuerit umquam, qui iſto non modo propugnatore tutiorem ſe, ſed advocato, aut adſtipulatore paratiorem fore putaret*. Ex hoc autem loco apertiſſime intelligitur, eum *adſtipulatorem* a Cicerone appellari, qui vadimonii facti teſtis ſit. Sed origo hujus vocabuli ſubobſcura eſt: niſi forte quum *adſtipulari* pro aſſentiri vulgo dicatur, argumentemur, *adſtipulari* proprie idem valere, quod *ſpondere* vel promittere; ut *adſtipulatores* ii ſint, qui alteri anteſtanti & interroganti, teſtes ne futuri ſint, vadimonium ab aliquo promiſſum, reſpondeant (ut in lite conteſtanda) *teſtes*. Sed in epiſtola ad Octavium, *adſtipulator* alia in re ponitur: in Vitellio Suetonii, *ſtipulator*; de quo quidem alias quum erit otium, explicabimus. Hott. Si quid eſt mei judicii, adſtipulatur is, qui ſtipulanti Nævio adfuit, cum vadaretur Quintium. Et ſic etiam accipitur in oratione ad Piſonem, in loco ab Hottomanno allato. Vnde per translationem pro eo, qui aſſentitur, *Stoicorum adſtipulator Antiochus*, in Lucullo. Idem eſt in epiſtola ad Octavium *adſtipulator*. Passer. Me ſane, ut adſtipuler Paſſeratio, induxit Feſtus, qui oſtendit, quæ ſit differentia inter ſtipulatorem, & adſtipulatorem: *Reus ſtipulandi, inquit, eſt idem, qui ſtipulator dicitur, quippe ſuo nomine ab altero quid ſtipulatus eſt, non is, qui alteri adſtipulatus eſt*. Grev.

Virit

Digitized by Google

quam fides judicis conſolabitur ? Vixit enim ſemper inculte atque horride : natura triſti ac recondita fuit : non ad ſolarium, non in campo, non in conviviis verſatus eſt : id egit,

Vixit autem ſemper inculte atque horride) Suſpicioſe in Nævii advocatos. Nam hoc totum eo ſpectat, ut adverſarii gratiam imminuat. Vult enim non honeſtis rationibus partam illorum amicitiam videri, ſed luxu & profuſis ſumtibus. Quare hic ſenſus eſt, Non, ſi non adeo gratioſa & potenti amicitia Quintius inſtructus eſt, debet hoc tamen illius cauſam lædere; malis enim illa rationibus parta atque conciliata eſt. HOTTOM. *Inculte atque horride*, eſt aſpere & moroſe, translatum ab agris incultis, qui horreſcunt ſentibus & carduis : infra *vita horrida atque arida*. PASSER.

Natura triſti ac recondita fuit) Fuit ſeverior, & ſolitudinem amavit, ſibi vixit domi ſuæ conditus, alienus a conventibus & conviviis hominum. Sic *triſtes ſenes*, ſunt ſeveriores apud Comicum, & apud Noſtrum II. Verr. *Judex triſtis & ſeverus*. Cic. I. de Off. 30. *In C. Lælio multa hilaritas, in ejus familiari Scipione ambitio major, vita triſtior*. Vt vetus inſcriptio matronam dicit *domiſedam*, ſic Cicero Quintium reconditum, non κρυψίνουν, ſed ſuarum rerum ſatagentem, aliorum convivia non captantem, nec conviviis aliorum gratiam. GRÆV.

Non ad ſolarium, non in campo, non in conviviis verſatus eſt) Solarium, inquit Varro, *dicunt id, in quo horæ in ſole inſpiciebantur*. Eumdem Plinius ſcripſiſſe auctor eſt, *ſolarium ſtatutum in publico ſecundum Roſtra in columna*. Cenſorinus autem lib. de Die nat. c. XIX. *Illud ſatis conſtat ſolarium Romæ nullum in foro prius fuiſſe, quam id quod M. Valerius ex Sicilia advectum ad roſtra in columna poſuit*. *Ad ſolarium* igitur celebris aliquis locus fuiſſe debuit, in quo nobiles & otioſi homines animi gratia otiabantur : item ut *in faucibus macelli* : ſicuti paulo ante dictum eſt. Conjecturam adjuvat quod ſcribit Macrobius, capite de jocis Auguſti, *Quid ergo?* inquit, *ut melius populus R. dicat bene cultum, in ſolario ambulaturus ſum?* Non ignoramus alias eſſe *ſolarii* ſignificationes : ſed hanc huic loco convenire ſolam arbitramur. HOTTOM. *Ad ſolarium* certus locus videtur Romæ vocatus eſſe, valde celeber & frequentatus, ut ſuſpicor, quia illic in pariete aliquo ratio horarum deſcripta foret. *Ad ſolarium* autem, ut *in campo*, id eſt in loco propinquo ipſi, cujus hic mentio fit. Nec non Cornificius IV. ad Heren. *Ita petulans es atque acer, ut ne ad ſolarium quidem idoneus, ut mihi videtur, ſed penes ſcenam, & in ejuſmodi loci exercitus ſis*. P. VICTOR. Corraſius Miſc. III. 14. exiſtimat illum locum *ad ſolarium* in foro fuiſſe, ubi horæ ad ſolem conſpectæ fuerint, ut ex Plinio conſtat. GRÆV. Vide Indicem Erneſti.

Non in campo) Martio : in quo ludi & exercitationes omnium generum præbebantur. Cicero de Off. II. *Suppeditat*, inquit, *campus noſter ſtudia venandi, & honeſta exempla ludendi*. Genera ludorum Horatius his verſibus deſignat, Carm. I. 8. v. 5.

Cur neque militaris
Inter æquales equitet? Gallica nec lupatis
Temperet ora frænis?
Cur timet flavum Tyberim tangere? cur olivum
Sanguine viperino
Cautius vitat? neque jam livida geſtat armis
Brachia, ſæpe diſco,
Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito?

Strabo vero libro Geogr. V. de campo Martio ſcribit in hanc ſententiam, quam de Græco ſermone ſic expreſſimus; *Magnam ornamentorum partem campus Martius continet; qui præter ea, quibus ſua ſponte ac natura abundat, aliis etiam ex arte & induſtria ornamentis atque inſignibus inſtructus eſt. Etenim admirabilis campi magnitudo, quum equiria & alias equeſtres pugnas ſuppe-*

egit, ut amicos obſervantia, rem parſimonia retineret; antiquam officii rationem dilexit, cujus ſplendor omnis his moribus obſolevit. At ſi in cauſa pari diſcedere inferior videretur, tamen eſſet non mediocriter conquerendum. Nunc in cauſa ſuperiore, ne ut par quidem ſit, poſtulat: inferiorem eſſe ſe patitur, dumtaxat uſque eo, ne cum bonis, fama, fortuniſque omnibus Sex. Nævii cupiditati, crudelitatique dedatur.

19. Docui quod primum pollicitus ſum, C. Aquili, cauſam omnino cur poſtularet non fuiſſe, quod neque pecunia debebatur, &, ſi maxime deberetur, commiſſum nihil eſſet, quare ad iſtam rationem perveniretur. Attende nunc, ex edicto Prætoris bona P. Quintii poſſideri nullo modo potuiſſe. Recita edictum. QVI FRAVDATIONIS CAVSA LATITARIT. Non eſt is Quintius: niſi ſi latitant, qui ad

ſuppeditet, locum tamen tam multis pilæ, circo, palæſtra ſeſe exercentibus, vacuum relinquit. Opera autem quibus cinctus eſt, ſolum herbis confertum omni tempore anni, collium denique vertices theatri ſpeciem & ornatum ad alveum uſque fluminis præ ſe ferentes, ſpectaculum præbent ita amœnum, ut ægre & invitus ab eo abſcedas. HOTTOMANNVS.

Inferiorem eſſe patitur) Magis placeret, *inferior*. F. VRSIN. Franc. *Inferiorem ſe patitur*. Sed in ed. prima & Mediol. *Inferiorem eſſe patitur*. Sed Francii liber veram lectionem nobis retinuit. GRAV.

Sex. Nævii cupiditati crudelitatique dedatur) Vt impune permittatur lacerari & jugulari. Eſt translatio ab iis, quæ noxæ deduntur. Dedere enim noxæ eſt animal mancipiumve vivum tradere ei, cui noxam pauperiemve dedit. l. 1. §. 6. D. ſi quad. paup. Cic. pro Sext. Roſcio: *Non recuſamus, quin illorum libidini Sex. Roſcii vita dedatur*. Liv. *Obrui Ætnæ ignibus, aut mergi ferro ſatius illi inſulæ eſſe, quam veluti dedi noxæ inimico Conſuli*. Dicuntur etiam *addici*. Vell. Paterc. II. 18. *C. Mario poſt LXX. annum omnia imperia, & omnes provincias concupiſcenti addixit*. Iuſtin. XXII. 3. *Inſuper civitates ſociorum eidem titulo pacis addictas*. Id ipſum ibidem dicit *donare hoſtibus*: *A quo infeſtiſſimo hoſti fortunæ ſociorum, interpoſita pactione, donatæ ſint*. Hinc & prævaricatores dicuntur *cauſam donare adverſariis*, cum illam male defendunt, ut adverſarii vincant. l. 249. de V. S. *Prævaricatores eos appellamus, qui cauſam adverſariis ſuis donant, & ex parte actoria in partem rei concedunt*. GRÆVIVS.

Docui quod ad primum) Tranſitio ad ſecundum partitionis membrum. HOTT.

Commiſſum nihil eſſe) *Nihil eſſet*, ſententia poſtulat: & quum veritate adductus ſic emendaſſem, poſtea opinionem meam Aldinus codex comprobavit. IDEM. Reſtitui ex codice Francii, ut reſtituendum exiſtimavit ex conjectura Hottomannus. GRÆVIVS.

Poſſidere nullo modo potuiſſe) Nonnulli *poſſideri*, rectius omnino meo judicio. HOTTOM. *Poſſideri* eſt quoque in Franc. primo. GRÆV.

Qui fraudationis cauſa latitarit) Vt in illo Epicrate Bidino, de quo Verrina quarta dicitur, quod ex Sicilia metu Verris profugerat: *Inſimulant*, inquit, *hominem fraudandi cauſa diſceſſiſſe, poſtulant ut bona poſſidere liceat*. Vlp.

ad negotium ſuum, relicto procuratore, proficiſcuntur. CVI HERES NON EXTABIT. Ne is quidem. QVI EXSVLII CAVSA SOLVM VERTERIT. Quo tempore exiſtimas oportuiſſe,

Vlp. lib. Pand. XLII. l. 2. §. 4. ff. Quib. ex cauſ. in poſſ. eat. verba hæc ex edicto perpetuo interpretans; *Non ſufficit*, inquit, *latitare: ſed & neceſſe eſt fraudationis cauſa id fieri. Quid autem ſit latitare videamus. Latitare eſt non* (*ut Cicero definit*) *turpis occultatio ſui; poteſt enim quis latitare non turpi de cauſa: veluti qui tyranni crudelitatem timet, aut vim hoſtium, aut domeſticas ſeditiones; ſed & is qui fraudationis cauſa latitat, non tamen propter creditores, etſi hæc latitatio creditores fesudet, in ea tamen erit cauſa ne hinc poſſideri bona ejus poſſint: quia non hoc animo latitat, ut fesudet creditores; animus enim latitantis queritur, quo animo latitet, ut fraudet, an alia ex cauſa*: Hæc ille. Quod autem ita *latitare* verbum a Cicerone definitum ſcribit, ut omnino ac ſimpliciter diceret eſſe turpem occultationem ſui, ob eamque cauſam eum reprehendit, primum hoc ubi a Cicerone dictum ſit, non video: deinde ut dictum ſit, non eſt tamen cur reprehendi debeat; quum turpem illam occultationem creditores fraudandi cauſa ſuſcipi edicti verba demonſtrent: *ubi fraudationis cauſa latitaris*, ſcriptum aperte eſt. HOTTOM.

Niſi ſi latitant) Omnes libri veteres, *Niſi ſi latitant*. IDEM. *Niſi ſi latitant*) Adjeci *ſi* volentibus omnibus MSis & antiquis cuſis. GRVT. Ed. MCCCCLXXX. *niſi ſi latitarunt*. GAR.

Cui heres non extabit) Hac de cauſa lege Ælia Sentia latum eſt, ut teſtatoribus, qui ſolvendo non eſſent, liceret ſervum unum cum libertate heredem inſtituere: *Vnde*, inquit Iuſtinianus, *qui facultates ſuas ſuſpectas habent, ſolent ſervum ſuum primo, aut ſecundo, aut etiam ulteriore gradu heredem inſtituere: ut ſi creditoribus ſatis non fiat, potius ejus heredis bona, quam ipſius teſtatoris a creditoribus poſſideantur, & vel diſtrahantur, vel inter eos dividantur*. HOTTOM.

Qui exſulii cauſa ſolum verterit) Id eſt, ſedem ac locum mutarit: ut ipſe interpretatur in oratione pro Cæcina, & pro Domo ſua: *Qui erant*, inquit, *rerum capitalium damnati, non prius civitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc eſt, mutandi ſoli cauſa venerant*. Ergo addidit *exſulii cauſa*: quod etiam ſua ſponte ſolum vertere, & in aliam civitatem migrare cuivis licebat. De exilio vero dicemus in oratione pro Cæcina. IDEM.

Verterit. Quo tempore exiſtimas) Ante hæc verba deſiderantur hæc omnia, quæ tibi lector ex libro manuſcripto perantiquo reſtituimus: *Dici id non poteſt. Qui abſens judicio defenſus non fuerit ne id quidem*. Ad hæc autem omnia etiam illud ſubaudiendum eſt, ejus bona poſſideri vendique jubebo. Hoc enim in edicto Prætoris perpetuo legimus apud Vlpianum, eo quem ſupra dixi libro. Edicti autem hæc verba ſunt: *In bona ejus, qui judicio ſiſtendi cauſa fidejuſſorem dedit, ſi neque poteſtatem ſui faciet, neque defendetur, iri jubebo*. Et alibi: *Qui fraudationis cauſa latitarit, ſi boni viri arbitratu non defendetur, ejus bona poſſideri vendique jubebo*. Dicet aliquis: Sed cum eorum, quibus ignis & aqua interdicebatur, bona publicarentur, quomodo bonorum illorum poſſeſſio creditoribus dabatur? Reſpondendum, quia id demum quod æri alieno ſupereſt, in ærarium olim, poſtea in fiſcum redigebatur. l. 1. §. 1. & l. non poſſunt. 11. D. de jur. fiſ. IDEM. *Dici hoc de P. Quintio non poteſt. Qui abſens judicio defenſus non fuerit. Ne is quidem*) Hæc verba deſiderantur in omnibus libris vulgatis; reſtituimus autem in manuſcriptis reperta: neque tamen reperimus ea Ciceronis verba, quæ teſtatus Hottomannus, ſe una cum verbis edicti reperiſſe, *ne hoc quidem*; neque vero ſunt neceſſaria. LAMB. SOLVM VERTERIT.

* *Quo tempore*) Locum aſteriſco notant

ſe, Nævi, abſentem Quintium defendi, aut quomodo? tum cum poſtulabas, ut bona poſſideres? nemo adfuit: neque enim quiſquam divinare poterat, te poſtulaturum: neque quemquam attinebat id recuſare, quod Prætor non fieri, ſed edicto ſuo fieri jubebat. Qui locus igitur abſen-

tant prudentiores; & jam ego; nam certe Lambinianum adfuturum, *Dici hoc de Quintio non poteſt*. QVI ABSENS IVDICIO DEFENSVS NON FVERIT. *Ne is quidem*. *Quo tempore*; natum procul dubio ex illo Hottomanni, SOLVM VERTERIT. *Dici id non poteſt*. QVI ABSENS IVDICIO DEFENSVS NON FVERIT. *Ne id quidem*. *Quo tempore*, *&c.* Fuerit id in ipſorum MSis non eſt in Pall. octo, non in Grut. non in S. Victoris, non in edd. exoletis: & proferat Hottomannus, proferat Lambinus membranas, in quibus tale quid compareat: viros dixero. Ego puto nihil deeſſe omnino; ſed Ciceronem ea pronunciatione elocutum illa: QVI EXSVLII CAVSA SOLVM VERTERIT; ut Judices atque corona facile intellexerit, iſtud non convenire Quintio. GRVTERVS. Grævius *exſulii* edidit. Scio ex Lipſio, quid hoc ſit: tamen ex MSis & edd. hic ederem *exſilii*. Senſus etiam hic omnino poſtulat, ut aliquid ex edicto præceſſerit de iis, qui abſentes defenſi non fuere. Cur vero Hottomanno, & Lambino, viris optimis, eam dicam impingamus, ut codices hic ipſi ſibi confinxiſſe vulgo exiſtimari debeant: cauſam ſatis honeſtam nullam reperio. An eos antiquis, & probis MSis uſos fuiſſe neſcimus? An etiam codex aliquis ceterarum rerum negligens, una in re diligens eſſe non potuit? Unde lacuna iſta profluxerit, ſatis eſt manifeſtum: ex repetitione ſcilicet earum vocum: *Ne is quidem* & ſimilium. Lacunam dico, inviſo Grutero. Is enim non cogitavit, de Quintii abſentis defenſione dicere Tullium incipere, nec tamen quid ea de re in edicto eſſet, ante recitari. Quod quidem caput eſt: hoc enim Nævius urgebat. GARAT.

Neque quiſquam divinare poterat, te poſtulaturum) Quippe quum nec cauſa, cur poſtulares eſſet, nec cuiquam id te facturum denuntiaſſes. HOTTOM.

Neque quemquam attinebat id recuſare, quod Prætor non fieri, ſed ex edicto ſuo fieri jubebat) In omnibus, quos quidem viderim, & ſcriptis & impreſſis ita legitur: *Quod Prætor non fieri, ſed ex edicto ſuo fieri jubebat*. In quo tamen quis ſit ſenſus, non facile dixerim. Nam quod ita nonnulli emendarunt, ut ſcriberent, *Quod Prætor non modo fieri*, ſententiam corrumpit. Neque enim verum eſt, Prætorem ex edicto ſuo juſſiſſe Nævium bona Quintii poſſidere; ſiquidem earum cauſarum, quæ in edicto comprehenſæ ſunt, nulla erat, cur id juberet. Quamobrem ita legendum potius arbitrarer: *Quod Prætor fieri, ſed non ex edicto ſuo fieri jubebat*. Nam quod ait: *Neque quemquam attinebat*, ſic interpretor, nullius intererat. Quum enim contra edictum hoc fieret, paratum erat Tribunorum auxilium, aut collegæ; ut Ver. III. *Itaque*, inquit, *L. Piſo*, *multos codices implevit earum rerum*, *in quibus ita interceſſit*, *quod iſte aliter, atque ut edixerat, decreviſſet*. HOTT. *Quod Prætor fieri non ex edicto*, *&c.*) Mirum in modum hic locus depravatus eſt in codicibus vulgatis: in MSis paullo integrior reperitur; vulgati enim partim ſic habent: *quod Prætor*, *ſed ex edicto ſuo jubebat*: partim ſic: *quod Prætor non modo fieri*, *ſed ex edicto ſuo fieri jubebat*: partim ſic: *quod Prætor fieri*, *ſed non ex edicto ſuo fieri jubebat*; quibuſcum conſentiunt aliquot manuſcr. Alii quidam manuſcr. habent non ita mendoſe: *quod Prætor non fieri*, *ſed ex edicto ſuo*, *fieri jubebat*. Hanc igitur ſcripturam ſic in integrum reſtituo: *quod Prætor fieri*, *non ex edicto ſuo*, *jubebat*. Natum primo mendum eſt ex trajectione verborum, cum librarius fortaſſe, qui ſibi

ſentis defendendi procuratori primus datus eſt? Cum proſcribebas? Ergo adfuit : non paſſus eſt : libellos dejecit Sex.

ſibi ſapere videretur , inverſo ordine, ſcripſiſſet , *quod Prætor non fieri* , pro, *fieri non* : ex qua deinde ſcriptura , hæc nata eſt , *quod Prætor non fieri , ſed ex edicto , &c.* poſtremo addiderunt inepti , & leviter docti quidam, *modo*, & ita ſcripſerunt, *quod Prætor non modo fieri , ſed ex edicto , &c.* Ita hic locus miſerabilem in modum depravatus eſt ; poſteaquam ſemel a vero & recto deerratum eſt , ut temeritate hominum & ſtultitia ſolent propagari falſa & prava . Hunc igitur locum ſic e me reſtitutum , ita declaro ; hæc erant edicti verba : QVI FRAVDATIONIS CAVSA LATITARIT : CVI HERES NON EXTABIT : QVI EXSVLII CAVSA SOLVM VERTERIT : QVI ABSENS IVDICIO DEFENSVS NON FVERIT , EIVS BONA POSSIDERI IVBEBO. At Quintius non latitavit : Quintio heres extitit : Quintius non exſulavit : Quintius abſens a procuratore ſuo Alpheno judicio deſenſus eſt . Cum igitur Prætor Quintii bona poſſideri jubebat, ſeu decernebat , non ex edicto ſuo , ſed contra edictum ſuum decernebat. Neque quiſquam divinare poterat , eum hoc decreturum : non igitur attinebat hoc recuſare : id eſt , non erat opus hoc recuſare, prætertim cum paratum eſſet aut a collega , aut a tribunis pleb. auxilium, adverſus iniquum decretum Prætoris . LAMB. *Quod Prætor non fieri , ſed ex edicto ſuo fieri*] Sic extare in MSis & impreſſis omnibus , fatetur Hottomannus; neque aliter eſt in Pal. ptimo ; nam ceteris , ut & S. Victoris , item Grut. nec non primitus impreſſis abeſt vocula *ex* . Id Hottomannus maluit , *quod Prætor fieri , ſed non ex edicto ſuo fieri jubebat* ; quod ſtatim arripuit Lambinus , & Aldus Iunior ; verum nos revocavimus exoletam ſcripturam, rationibus iis præterea moti, quas prodidit Cujacius libro X. Obſervationum cap. 31. Bone Deus? vel unius tantum opus eſt auctoritate , ut ſincera lectio vel in perpetuum inquinetur . GRVT. Cujacius , cum expoſuiſſet varias cauſas , propter quas creditores crediti ſervandi cauſa ex edicto Prætoris mittantur in poſſeſſionem bonorum omnium debitoris , ac docuiſſet , creditorem , etiamſi decreto Prætoris non indigeat , ut mittatur in poſſeſſionem , juſſu tamen permiſſuque Prætoris indigere , qui nullus ſit , niſi nominatim concipiatur , ſubnectit : Non eſt opus decreto , id eſt , cauſæ cognitione , quia hoc omne ex ordine & ex edicto poſtulatur , permittiturque, ſicut actiones & exceptiones ; & vero etiam Prætor non permittit ſimpliciter bona poſſideri , ſed poſſideri ex edicto, quod in Quintiana hac belliſſime expreſſum legeremus , niſi novi emendatores depravaſſent : *Neque quemquam* (inquit). *attinebat id recuſare , quod Prætor non fieri , ſed ex edicto fieri ſuo jubebat* . & paullo poſt : *Prætor te quemadmodum poſſidere juſſit? opinor ex edicto* . Hæc Cujacius . Quæ cum veriſſima ſint , probo ſcripturam librorum veterum , quos conſuluit Gruterus , & quibus aſſentitur Dreſdenſis , *quod Prætor non fieri, ſed edicto ſuo fieri jubebat* ; quod Prætor non fieri decreto jubebat , ſed edicto ſuo dudum juſſerat fieri . Et ſic clare vetus anni 1472. editio . GRÆV. Sic etiam ed. MCCCCLXXX Fertatianæ interpretationi omnino præferenda eſt ea , quam Facciolatus cum viro immortali, barumque rerum judice ſummo, Cujacio conſentiens dedit his verbis : Nemo putavit recuſandum, quod Prætor fieri jubebat , non ſimpliciter, ſed EX EDICTO ſuo , hoc eſt , ex verbis ſui edicti, quibus certe Quintius non comprehenditur. GARAT.

Attinebat id recuſare) Moris erat, ut primum petitor apud Prætorem verba faceret , qui dicebatur poſtulare : tum reus , qui recuſare dicebatur . At poſtea Iuriſconſulti poſtulandi verbum utriuſque commune eſſe voluerunt. HOTTOM.

Cum proſcribebas) Tum enim id ſcire

Digitized by Google

Sex. Alphenus: qui primus erat officii gradus, ſervatus eſt a procuratore ſumma cum diligentia. Videamus quæ deinde ſint conſecuta. Hominem P. Quintii deprehendis in publico, conaris abducere: non patitur Alphenus, vi tibi adimit; curat, ut domum reducatur ad Quintium. Hic quoque ſumme conſtat procuratoris diligentis officium. Debere tibi dicis Quintium: procurator negat. Vadari vis, promittit. In jus vocas, ſequitur. Iudicium poſtulas, non recuſat. Quid aliud ſit abſentem defendi, ego non intelligo. At quis erat procurator? Credo aliquem ejectum hominem, egentem, litigioſum, improbum, qui poſſet ſcurræ divitis quotidianum convicium ſuſtinere. Nihil minus. Eques Rom. locuples, ſui negotii bene gerens: denique is, quem, quoties Nævius in Galliam profectus eſt, procuratorem Romæ reliquit.

20. Et audes, Sex. Nævi, negare, abſentem defenſum eſſe Quintium, cum eum defenderit idem, qui te ſolebat? &, cum is judicium acceperit pro Quintio, cui tu & rem, & famam tuam commendare proficiſcens, & concredere ſolebas: conaris hoc dicere, neminem exſtitiſſe, qui Quintium judicio defenderet? *Poſtulabam*, inquit, *ut ſatisdaret.* Injuria poſtulabas. *Ita jubebare*. Recuſabat Alphenus. *Ita: verum*

ſcire procurator potuit. IDEM.

Hominem P. Quintii deprehendis) Servum. Catullus: *Comparaſti ad lecticam homines*; Et poſt: *Non poſſem octo homines parare rectos*. PASSERAT.

Vadari vis) Vades ab eo poſcis ſiſtendi in judicio, vadimonium vis ut ſubeat. GRAV.

Ejectum hominem) Virg.

Ejectum littore, egentem excepi.

Ejectum; naufragum, inquit Servius, ut etiam in illum verſum lib. I. Æn.

Qi quibus ejectus ſylvis aut urbibus errat. PASSERAT.

Qui poſſet ſcurræ divitis quotidianum convicium ſuſtinere) Qui, quæ quotidie in eum jactantur a Nævio maledicta, poteſt perferre. *Maledictio nihil habet propoſiti præter contumelias, quæ ſi petulantius jactatur, convitium, ſin facetius, urbanitas vocatur*. Cic. pro Cælio. PASSERAT.

Sui negotii bene gerens) Rem ſuam bene adminiſtrans, εὐ πράττειν. Horat. *Celſo gaudere & bene rem gerere*. Alludit ad geſtorem negotiorum. IDEM.

Iudicium acceperit) Quid eſt judicium accipere? Pati a Prætore dari in eam rem Iudices, de qua movetur controverſia. HOTTOM.

Poſtulabam ut ſatiſdaret) Iudicatum ſolvi. IDEM.

Ita videbare) Manifeſtum mendum. Corrigendum putarem, *jubebare*, ut etiam adjuvetur conjectura, de qua diximus ſupra Nævium poſtulaſſe, ut Alphenus procurator ſatiſdaret, non ſuo, ſed Quintii nomine: & ob eam cauſam ſic loquutus ſit, ut diceret, juſſum Quintium ſatiſ-

Digitized by Google

ſentis defendendi procuratori primus datus eſt? Cum proſcribebas? Ergo adfuit : non paſſus eſt : libellos dejecit Sex.

ſibi ſapere videretur, inverſo ordine, ſcripſiſſet, *quod Prætor non fieri*, pro, *fieri non*: ex qua deinde ſcriptura, hæc nata eſt, *quod Prætor non fieri, ſed ex edicto, &c.* poſtremo addiderunt inepti, & leviter docti quidam, *modo*, & ita ſcripſerunt, *quod Prætor non modo fieri, ſed ex edicto, &c.* Ita hic locus miſerabilem in modum depravatus eſt; poſteaquam ſemel a vero & recto deerratum eſt, ut temeritate hominum & ſtultitia ſolent propagari falſa & prava. Hunc igitur locum ſic e me reſtitutum, ita declaro; hæc erant edicti verba: QVI FRAVDATIONIS CAVSA LATITARIT : CVI HERES NON EXTABIT : QVI EXSVLII CAVSA SOLVM VERTERIT : QVI ABSENS IVDICIO DEFENSVS NON FVERIT, EIVS BONA POSSIDERI IVBEBO. At Quintius non latitavit : Quintio heres exſtitit ; Quintius non exſulavit : Quintius abſens a procuratore ſuo Alpheno judicio defenſus eſt. Cum igitur Prætor Quintii bona poſſideri jubebat, ſeu decernebat, non ex edicto ſuo, ſed contra edictum ſuum decernebat. Neque quiſquam divinare poterat, eum hoc decreturum: non igitur attinebat hoc recuſare : id eſt, non erat opus hoc recuſare, prætertim cum paratum eſſet aut a collega, aut a tribunis pleb. auxilium, adverſus iniquum decretum Prætoris. LAMB. *Quod Prætor non fieri, ſed ex edicto ſuo fieri*) Sic extare in MSis & impreſſis omnibus, fatetur Hottomannus; neque aliter eſt in Pal. primo; nam ceteris, ut & S. Victoris, item Grut. nec non primitus impreſſis abeſt vocula *ex*. Id Hottomannus maluit, *quod Prætor fieri, ſed non ex edicto ſuo fieri jubebat*; quod ſtatim arripuit Lambinus, & Aldus Iunior; verum nos revocavimus exoletam ſcripturam, rationibus iis præterea moti, quas prodidit Cujacius libro X. Obſervationum cap. 31. Bone Deus! vel unius tantum opus eſt auctoritate, ut ſincera lectio vel in perpetuum inquinetur. GRVT. Cujacius, cum expoſuiſſet varias cauſas, propter quas creditores crediti ſervandi cauſa ex edicto Prætoris mittantur in poſſeſſionem bonorum omnium debitoris, ac docuiſſet, creditorem, etiamſi decreto Prætoris non indigeat, ut mittatur in poſſeſſionem, juſſu tamen permiſſuque Prætoris indigere, qui nullus ſit, niſi nominatim concipiatur, ſubnectit : Non eſt opus decreto, id eſt, cauſæ cognitione, quia hoc omne ex ordine & ex edicto poſtulatur, permittiturque, ſicut actiones & exceptiones; & vero etiam Prætor non permittit ſimpliciter bona poſſideri, ſed poſſideri ex edicto, quod in Quintiana hac belliſſime expreſſum legeremus, niſi novi emendatores depravaſſent : *Neque quemquam* (inquit). *attinebat id recuſare, quod Prætor non fieri, ſed ex edicto fieri ſuo jubebat.* & paullo poſt : *Prætor te quemadmodum poſſidere juſſit? opinor ex edicto.* Hæc Cujacius. Quæ cum veriſſima ſint, probo ſcripturam librorum veterum, quos conſuluit Gruterus, & quibus aſſentitur Dreſdenſis, *quod Prætor non fieri, ſed edicto ſuo fieri jubebat*; quod Prætor non fieri decreto jubebat, ſed edicto ſuo dudum juſſerat fieri. Et ſic clare vetus anni 1472. editio. GRÆV. Sic etiam ed. MCCCCLXXX. Ferratianæ interpretationi omnino præferenda eſt ea, quam Facciolatus cum viro immortali, harumque rerum judice ſummo, Cujacio conſentiens dedit his verbis : Nemo putavit recuſandum, quod Prætor fieri jubebat, non ſimpliciter, ſed EX EDICTO ſuo, hoc eſt, ex verbis ſui edicti, quibus certe Quintius non comprehenditur. GARAT.

Attinebat id recuſare) Moris erat, ut primum petitor apud Prætorem verba faceret, qui dicebatur poſtulare : tum reus, qui recuſare dicebatur. At poſtea Iuriſconſulti poſtulandi verbum utriuſque commune eſſe voluerunt. HOTTOM.

Cum proſcribebas) Tum enim id ſcire

Sex. Alphenus: qui primus erat officii gradus, ſervatus eſt a procuratore ſumma cum diligentia. Videamus quæ deinde ſint conſecuta. Hominem P. Quintii deprehendis in publico, conaris abducere: non patitur Alphenus, vi tibi adimit; curat, ut domum reducatur ad Quintium. Hic quoque ſumme conſtat procuratoris diligentis officium. Debere tibi dicis Quintium: procurator negat. Vadari vis, promittit. In jus vocas, ſequitur. Iudicium poſtulas, non recuſat. Quid aliud ſit abſentem defendi, ego non intelligo. At quis erat procurator? Credo aliquem ejectum hominem, egentem, litigioſum, improbum, qui poſſet ſcurræ divitis quotidianum convicium ſuſtinere. Nihil minus. Eques Rom. locuples, ſui negotii bene gerens: denique is, quem, quoties Nævius in Galliam profectus eſt, procuratorem Romæ reliquit.

20. Et audes, Sex. Nævi, negare, abſentem defenſum eſſe Quintium, cum eum defenderit idem, qui te ſolebat? &, cum is judicium acceperit pro Quintio, cui tu & rem, & famam tuam commendare proficiſcens, & concredere ſolebas: conaris hoc dicere, neminem exſtitiſſe, qui Quintium judicio defenderet? *Poſtulabam*, inquit, *ut ſatisdaret*. Injuria poſtulabas. *Ita jubebare*. Recuſabat Alphenus. *Ita: verum*

ſcire procurator potuit. IDEM.

Hominem P. Quintii deprehendis) Servum. Catullus: *Comparaſti ad lecticam homines*; Et poſt: *Non poſſem octo homines parare rectos*. PASSERAT.

Vadari vis) Vades ab eo poſcis ſiſtendi in judicio, vadimonium vis ut ſubeat. GRÆV.

Ejectum hominem) Virg.

Ejectum littore, egentem excepi.

Ejectum; naufragum, inquit Servius, ut etiam in illum verſum lib. I. Æn.

Si quibus ejectus ſylvis aut urbibus errat. PASSERAT.

Qui poſſet ſcurræ divitis quotidianum convicium ſuſtinere) Qui, quæ quotidie in eum jactantur a Nævio maledicta, poteſt perferre. *Maledictio nihil habet propoſiti præter contumelias, quæ ſi petulantius jactatur, convitium, ſin facetius, urbanitas vocatur*. Cic. pro Cælio. PASSERAT.

Sui negotii bene gerens) Rem ſuam bene adminiſtrans, εὐ πράττειν. Horat. *Celſo gaudere & bene rem gerere*. Alludit ad geſtorem negotiorum. IDEM.

Judicium acceperit) Quid eſt judicium accipere? Pati a Prætore dari in eam rem Iudices, de qua movetur controverſia. HOTTOM.

Poſtulabam ut ſatiſdaret) Iudicatum ſolvi. IDEM.

Ita videbare) Manifeſtum mendum. Corrigendum putarem, *jubebare*, ut etiam adjuvetur conjectura, de qua diximus ſupra Nævium poſtulaſſe, ut Alphenus procurator ſatiſdaret, non ſuo, ſed Quintii nomine: & ob eam cauſam ſic loquutus ſit, ut diceret, juſſum Quintium ſatiſ-

verum Prætor decernebat. Tribuni igitur appellabantur; *Hic te*, inquit, *teneo*: *non eſt iſtud judicium pati*, *neque judicio defendere*, *cum auxilium a Tribunis petas*. Hoc ego, cum

ſatiſdare; non autem in tertia perſona, Alphenum. IDEM. *Ita jubebare*) Adprobata Hottomanni conjectura ſic edendum curavimus. Nam libri vulgati habent, *ita videbare*. Sententia autem hujus ſcripturæ, quam ſecuti ſumus, *Ita jubebare*, hæc eſt, jubebaris a prætore ſatiſdare. LAMBINUS. Hic obſecutus ſum Hottomanno, & Lambino, ſententia id liquido poſtulante, quamvis libri omnes refragentur. GRÆV. Nimiam mutationem, nullo certo fundamento, inducunt. Illud inſuper accedit incommodi, quod ea, quæ ſtatim ſequuntur, *verum Prætor decernebat*, nihil novi habent, & videntur quodammodo gratis addi. Iuvit me quoque divinare aliquid: ſcilicet hoc, *ita videbat*. Verba autem hæc non Nævio, ſed Ciceroni tribuo: quo mihi videntur tricæ omnes conſtructionis, & ſenſus facile expediri. Primum enim Nævius ait: *poſtulabam*, *ut ſatiſdaret*. Reſponder Cicero: *injuria poſtulabas*, *ita videbat*, *recuſabat Alphenus*. Vrget Nævius: *ita &c.* Facillime fieri potuit, ut vocem *videbat* Librarii auxerint ſyllaba *re*, qua incipit vox conſequens *recuſabat*: quod ſæpe accidit, eadem ſyllaba, quam vox inchoat ſequens, antecedentem abſolvi. Affinitas quoque *t*, & *r*, mendas frequentes parit. FACCIOL. Atqui ſenſus idem, ac dialogi eadem ratio ex vulgata, MSorum, ne Pariſienſibus quidem exceptis, quos ſe Lallemandus deferuiſſe fatetur, & edd. omnium lectione conficitur. Quid enim intereſt, utram legas: *injuria poſtulabas*, *ita videbare*, *recuſabat Alphenus*: an vero; *ita videbat*, *recuſabat Alphenus*? Non vidit hoc vir minime ineptus. Imo concinnius eſſe, *ita videbare*, qui Latine ſciunt, conceſſuros facile opinor. Cicero, cum dixiſſet, *injuria poſtulabas*, addidit, *ita videbare*, modeſtiæ cauſa, ne in litigantium concertatione narranda judicium ipſe ferret. Neque enim hoc loco demonſtrandum ſumſerat, ſatisdationem a Nævio injuria poſtulatam fuiſſe. Sed illud erat ei propoſitum, ab Alpheno Quintium judicio defenſum oſtendere. Ait igitur: quia injuria poſtulabas, aut ſaltem injuria id facere Alpheno videbare, hic recuſabat. Vox autem *ita* nonne repetita a Nævio ex Tullii reſponſo poteſt exiſtimari? Quaſi dixerit Nævius: *ita videbar*, *verum &c.* Adde quod *videbare* recte convenit cum *poſtulabas*: nam de eodem homine dicitur. At *jubebare* non recte cum *ſatiſdaret*: quod item de eodem. Itaque Lambinus edidit *ſatiſdares*: ſed MSi repugnant, & edd. veteres, quæ quidem, eaſque inter noſtra Veneta, rectius habent, mea ſententia, *ſatiſdaretur*. GARAT.

Verum Prætor decernebat) Ex hoc loco apparet, inter *juſſum*, & *decretum Prætoris* quid interſit; & hoc ipſum etiam oſtenditur ſupra. Recuſatio enim contra juſſum interponitur. Decreto vero aut parere neceſſe eſt, aut ab eo appellare. Celſus l. 14. ff. De re judic. *Quod juſſit vetuitve Prætor*, *contrario imperio tollere & remittere poteſt*; *ſed de ſententiis contra*. Qui locus noſtris interpretibus mirificas tragœdias excitavit. HOTTOM. At ex propria emendatione hoc deducere, æquum non videtur: cum ea evidens plane non ſit. De alio loco, qui cap. 8. habetur, vide ibi Facciol. GARAT.

Tribuni igitur appellabantur) Tribunis pl. reliquorum omnium Magiſtratuum decretis intercedendi poteſtas erat: appellantur ergo ut intercederent: niſi intercedant, decreto parere neceſſe eſt. HOTTOM.

Non eſt iſtud judicium pati, *neque judicio defendere*) Revera hic Cicero tenetur. Atque hic totius cauſæ ac defenſionis Hortenſii firmamentum eſt; ut in argumento demonſtravimus. Nam (ut ait Vlpianus) *Recte defendi*, *hoc eſt*, *judicium accipere*, *vel per ſe*, *vel per alium*, *ſed cum ſatiſda-*

cùm attendo qua prudentia ſit Hortenſius, dicturum eſſe eum non arbitror. Cum autem antea dixiſſe audio, & cauſam ipſam conſidero, quid aliud dicere poſſit non reperio. Fatetur enim libellos Alphenum dejeciſſe, vadimonium promiſiſſe, judicium quin acciperet in ea ipſa verba, quæ Nævius edebat, non recuſaſſe; ita tamen, more, & in-

ſiſdatione. l. 63. D. de judic. IDEM. *Pati judicium*; eſt judices accipere, quos dat actor. Verr. V. *Recuperatores ſe de cohorte ſua daturum minanabatur. Illi ſe judicium paſſuros eſſe dicebant*. PASSER. *Judicium pati*, quod Ariſtoteles dixit Politic. V. 12. ὑπομένειν δίκην. FACCIOL.

Cum auxilium a tribunis petas) Non eſt, inquit, iſtud, judicium pati, neque judicio defendere, facere quod te feciſſe dicis, nempe auxilium a tribunis petere. LAMBIN. In hoc accuſatur ab Hortenſio Alphenus, quaſi vero judicium per eos declinare voluerit. *Tuebantes jura Tribuni*, inquit Lucanus I. 177. FACCIOL.

Judicium quin acciperet in ea ipſa verba, quæ Nævius edebat) Erant enim formulæ omnibus de rebus conſtitutæ, ad quas privata quæque lis accommodaretur: ut in Orat. pro Comœdo. Has autem formulas, quibus litigatores ſuas actiones concipiebant, quum in jus ventum eſſet, ipſi edebant. Tum enim aut in ea verba conceptum Prætor judicium conſtituebat, ſi reus non recuſaret: aut, ſi recuſaret, quod non his verbis agi oportere diceret, & recte recuſaret, petitor cauſa cadebat. Cicero de Invent. II. *Et ita*, inquit, *jus civile habemus conſtitutum, ut cavſa cadat is, qui non quemadmodum oportet egerit*. Idem Verr. V. *Recuperatores ſe de cohorte ſua daturum minabatur. Quærebant, quæ in verba Recuperatores daret; reſpondebat: Si petiſſet adverſus edictum feciſſe, quæ in judicio dictarum eſſe dicebat*. Vlpian. *Qua quiſque actione agere volet, prius eam edere debet. Eum quoque edere Labeo ait, qui producat adverſarium ſuum ad album & demonſtret quid dictaturus eſt, vel id dicendo, quo uti velit*. Hæc ille l. 1. D. de edendo. Eas autem Labeo ſignificat actiones, quæ cum a Prætore inſtitutæ eſſent, ejus in edicto atque albo perſcriptæ ac propoſitæ fuerant. HOTTOM. *Edere judicium vel actionem* eſt profiteri & enunciare, qua actione ſimus uſuri. Iulian. D. *Ratam rem haberi ſi procurator judicium de hereditate ediderit, deinde tuum fundum petierit*. Sic *edere actionem* eſt copiam deſcribendi facere: vel in libello complecti, & dare, vel dictare, vel adverſarium noſtrum producere ad album Prætoris, & demonſtrare quid dicturi ſimus. PASSERAT.

In ea ipſa verba) Concipiebatur formula judicii ab actore, probabatur a reo, vel improbabatur. Tum Prætor edebat, *ſi paret*. IDEM.

Non recuſaſſe) Hic omiſſa ſunt a ſcriptore librario verba aliquot: nempe hæc; *cum ſatiſdare a Prætore juberetur, recuſaſſe*; occaſionem hujus errati ei præbuit verbum, *recuſaſſe*, bis a M. Tullio poſitum: cum ille minus attendens, ab hoc loco, *non recuſaſſe*, ad alterum *recuſaſſe*, quod ſequebatur, oculis tranſvolaſſet. Omiſſa autem eſſe hæc verba, ex eo intelligere licet, quod, qui non recuſabat, quin judicium acciperet, tribunorum auxilio non egebat: ſed is tribunos appellabat, qui ſe judicium idcirco accipere nolle jurabat, quod ſibi æquo jure cum adverſario contendere non liceret. Cum igitur Alphenus judicium accipiebat, non appellabat tribunos: ſed cum ſatiſdare a Prætore, a quo adverſarius omnia iniqua impetrabat, ipſe nihil æqui obtinere poterat, jubebatur: tum, inquam, ad tribunos confugiebat. LAMB. Suſpicor ſcriptum fuiſſe: *At eecuſaſſe ſatiſdare; ita tamen*. GRÆV. Guilielmius tentabat, non *recuſaſſe ita; tamen*.

& inſtituto, per eum magiſtratum, qui auxilii cauſa conſtitutus eſt. Aut hæc facta non ſint neceſſe eſt: aut C. Aquilius, talis vir, juratus, hoc jus in civitate conſtituat, cujus procurator non recuſarit omnia judicia, quæ quiſque in verba poſtularit: cujus procurator a Prætore Tribunos appellare auſus ſit, eum non defendi: ejus bona recte poſſideri poſſe: ei miſero, abſenti, ignaro fortunarum ſuarum, omnia vitæ ornamenta per ſummum dedecus

tamen. GRUTER.

Per eum magiſtratum, qui auxilii cauſa conſtitutus eſt) Tribunum plebis, de quo apud Ciceronem ſcriptum ſic eſt: *Plebes, quos pro ſe contra vim auxilii ergo decem creaſſit, Tribuni ejus ſunto*. Auxilium autem adverſus patrum injurias intelligitur, quemadmodum alibi docuimus. HOTTOM.

Talis vir, juratus, hoc jus) Partem enim Iuris quamdam Rhetores *judicatum* numerant. Alioqui privati homines jus non conſtituunt. Et, *talis vir*, dicit ſuo more, laudationem judici breviter aſpergens. IDEM. Plato in Critia juratos judices ſedere, & jurare ſolitos in leges tradit. Iudicem autem datum jurare conveniebat, cum Prætor ipſe juratus ſederet. Cic. II. Verr. *Nunc tamen eo animo ſumus, ut eo judice, quam prætore hanc rem tranſigi malim: & jurata ſuam, quam injurato aliorum tabellas committere*. PASSER.

Cujus procurator non omnia judicia acceperit) Contra aperte dixit, & modo paulo ante, & vero etiam pagina proxima. Quare ſine negatione legendum putarem: *Cujus procurator omnia judicia acceperit*. Vlp. l. 34. de jurejur. *Sufficit ad plenam defenſionem, ſi defenſor paratus ſit judicium accipere*. HOTTOM. *Cujus procurator omnia*) Sic legendum, non ut in aliis libris vulgatis omnibus, *non omnia*: quod vidit Hottom. Idem paullo poſt recte judicat, tollendam eſſe præpoſitionem, *ad*, ante vocem, *tribunos*: idque ex auctoritate librorum manuſcr. LAMBIN. *Cujus procurator non omnia judicia acceperit quæ quiſque in verba poſtularit*) Vetus liber *cujus procurator omnia judicia acceperit quæque quis in verba poſtularis*. URSIN. *Cujus procurator non omnia judicia acceperit*) Putabat legendum ſine negatione Hottomannus, probante Lambino. cum extet in edd. & MSis omnibus; qui MSi, & quæ edd. Vett. non agnoſcunt vocem *acceperit*, præter Pal. ſeptimum. GRUT. Primus Francii: *cujus procurator non recuſarit omnia judicia*. Ed. prima & Mediolan. *cujus procurator non omnia judicia, quæ*. Francii libri ſcriptura ceteris eſt anteferenda. Hæc enim illam præſtat ſententiam, quam deſiderari Hottomannus, & Lambinus pertendunt. GRÆVIUS.

A Prætore ad Tribunos appellare) In omnibus antiquis libris, *a Prætore Tribunos appellare*, quod valde probo: nec (opinor) uſquam aliter loquutus eſt. HOTTOM. Sane *ad* non agnoſcit etiam vetuſtiſſima editio, alioqui non damnarem, ſi libri hanc voculam retinerent. Nam ſic quoque locutus eſt lib. XIII. ad Att. *At tribunos quod appellas, valde probo*. GRÆVIUS.

Et miſero abſenti) *Miſerum* pro innocente dici nonnunquam, ſcribit Aſconius. Ego hoc loco ita accipi opinor oportere. HOTTOM.

Et miſero abſenti, ignaro fortunarum ſuarum) Vox *omnia* inter *ignaro*, & *fortunarum* interjecta eſt in libro vetuſtiſſimo; quam lectionem; ut veram & germanam recipio, ut ſit: *Ei miſero, abſenti, ignaro, omnia fortunarum ſuarum, &c.* IDEM. *Ignaro fortunarum ſuarum*) Vetus liber Hottomanni, *ignaro, omnia fortunarum, &c.* quod recepit Lambinus, & Aldus Nepos. Guilielmius adhæreſcebat vulgato,

cus & ignominiam diripi convenire. Quod ſi probari nemini poteſt: illud certe probari omnibus neceſſe eſt, defenſum eſſe judicio abſentem Quintium. Quod cum ita eſt, ex edicto bona poſſeſſa non ſunt. At enim, tribuni plebis ne audierunt quidem. Fateor, ſi ita eſt, procuratorem decreto prætoris oportuiſſe parere. Quid ſi M. Brutus interceſſurum ſe dixit palam, niſi quid inter ipſum Alphenum, & Nævium conveniret? videtur ne interceſſiſſe appellatio tribunorum, non moræ, ſed auxilii cauſa?

21. Quid

to; confirmabatque illo pro Amerino cap. 35. pr. *ignarum caſus ſui*; & vero cum nuſquam extet in noſtris ſcriptis, cur mutemus? GRVT. Valde quidem blanditur *omnis fortunarum ſuarum*; ſed merito vulgatam tuetur Gulielmius. *Fortunæ* hic accipitur ut apud Plautum in Rudente: *O ſcirpe, ſcirpe, laudo fortunas tuas*: & apud Cic. pro Sex. Roſcio: *Niſi fortunas ſuas accuſare velint*: Idem in poſt redit. in Senat. *Lugere fortunas meas bonos viros malim, quam ſuis deſperare*. GRÆVIVS.

Ex edicto bona poſſeſſa non ſunt) Enumeratis partibus, totum concluſit: Quoniam earum cauſarum, quibus de cauſis daturum ſe Prætor bonorum poſſeſſionem edixerat, nulla omnino eſt, non dedit igitur; aut ſi dedit, non ex edicto. HOTTOM.

Tribuni plebis ne audierunt) *Audire* cum effectu accipiendum, ut in epiſtolis: *Dii meas preces audiverunt*. PASS.

Decreto Prætoris oportuiſſe) Addidit *Romani*, non quo provinciarum non eadem ratio eſſet (nam iis ne Tribuni quidem erant, qui intercederent, ut ex Verrina IV. & Aſconio intelligimus) ſed augendi cauſa, ut ſupra: *Cujus ex edicto Prætoris Romani bona poſſeſſa ſunt*. HOTTOM. *Decreto Prætoris oportuiſſe*) Sic S. Victoris, neque recedunt Pal. sec. tert. quam quod iis duabus litteris *P. R.* unde alii *Prætoris Romani*; male: conjungenda potius fuerant P.R. quod eſſet *Prætoris*. GRVT.

M. Brutus) Tribunus plebis. Et (opinor) is ipſe eſt, quem Cn. Pompejus Ciſalpinam Galliam tenentem bello perſequutus interfecit. HOTTOM.

Non more, ſed auxilii cauſa) Quod a magiſtratu inique fit, hoc fieri dicitur, *non more*, vel *nullo more*, ſive *nullo exemplo*. Innumera exempla Verrina accuſatio ſuppeditat. Poſtulabat autem Alphenus, ut Tribuni intercederent, ne qui (ut Nævius quidem contendebat) vadimonium deſeruerat, ejus bona poſſideri juberentur. Ergo Prætori hoc decernenti Tribunus intercedebat, ſed contra Tribunorum omnium inſtituta, & omnino improba atque iniqua ratione. Hoc quum apertum planumque ſit, tamen nonnulli non *more*, ſed *moræ* cum diphthongo legendum putarunt, itaque impreſſerunt. Cicero pro Cæcina: Et *C. Piſone domo tectiſque ſuis prohibito, Prætor quemadmodum more & exemplo opitulari poſſit non habebit*. IDEM. *Non moræ, ſed auxilii cauſa*) Sic eſt omnino legendum, quidquid alii dicant: & ita ſcriptum eſt in duobus libris manuſcr. & in quibuſdam vulgatis. Sed contemnamus ſane librorum veterum, aliorumque auctoritatem, & conſenſum, niſi veritas ipſa hanc ſcripturam poſtulet. Hoc igitur ipſum oſtendamus; hoc objiciebat Nævius, tribunos plebis ne audiviſſe quidem Alphenum, nedum interceſſiſſe: atque ita tribunos plebis appellatos eſſe morandi & prolatandi judicii, non auxilii obtinendi cauſa, hoc falſum eſſe ſic probat Cicero. Brutus tribunus plebis interceſſurum ſe dixit palam, niſi, &c. Interceſſit ergo appellatio tribunorum non moræ, id eſt, non morandi judicii, ſed auxilii cauſa. Quod autem ajunt illi, id, quod a magiſtratu fit inique, hoc fieri dici non more, & novo exemplo,

eſto.

21. Quid deinde fit? Alphenus, ut omnes intelligere poſſent, judicio defendi Quintium, ne qua ſubeſſe poſſet aliena aut ipſius officio, aut hujus exiſtimatione ſuſpicio, viros bonos complures advocat: teſtatur, iſto audiente, ſe pro

eſto. Sed quid hoc ad rem? hac de re non agit Cicero, neque hæc ejus ſententia eſt: ſed boc vult oſtendere, falſum eſſe, quod arguebat Nævius, appellationem tribunorum fuiſſe interpoſitam ad eludendum, aut morandum judirium, non ad auxilium implorandum. Ita igitur hoc oſtendit, videtur ne interreſſiſſe appellatio tribunorum non moræ, ut tu dicis, Nævi, ſed auxilii cauſa, quod licuit more majorum, cum Alphenus a prætore nihil æqui impetrare poſſet, & potentia, gratiaque Nævii opprimeretur? rerte videtur. Nam hic, *ne*, reſponſionem ajentem, ſeu affitmantem poſtulat; ſic loquitur M. Antonius apud M. Tull. lib. II. de Orat. *Sentin' ſenem tactum eſſe triginta minis?* & item locis innumerabilibus Lucret. *Jamne vides, &c.* & Terent. in prologo Andr. *Faciuntne intelligendo, ut nihil intelligant?* id eſt, nonne faciunt intelligendo, &c. LAMB. *Non moræ ſed auxilii cauſa*) Hottomannus omnino voluit *more*; & ita edidit Aldus Nepos; ego *more* retineo, quod ſic ſcribatur in Pall. aliquot, (ut & in Dreſdenſi) aliique præſerant *morte*, quemadmodum & antiquirus cuſi; quod quiſque videt natum ex illa diphthongo *æ*: ſed & alioquin noſtrum egregie tuetur Briſſonius libro II. de Formulis & ſolemnibus popul. Rom. verbis cap. 173. GRUT. Franc. tamen primus & ed. prima: *more*. GRÆV. *M. Brutus interceſſurum ſe dixit palam, niſi quid inter ipſum Alphenum, & Nævium conveniret*. Quid porro inter ipſos convenit? *ut Idib. Septembr. P. Quintium ſiſti Sex. Alphenus promitteret*, ut cap. 7. babetur. Ergo appellatio non attulit moram judicio, ſed auxilium innocenti, cum effecerit, ut ſex menſes judicium illud differretur? Hoc quidem nihil dici poteſt abſurdius. Nunc, quid ego ſentiam expono. Si quis judicio convictus Tribunos pl. appellaret, ne condemnaretur, direbatur eſſe illa appellatio contra leges, & morem majorum: quod objicit Vatinio Cicero Orat. in ipſum habita, quaſi facinus omnium turpiſſimum. At, ſi Prætor iniquum decretum fareret, licebat more majorum appellare Tribunos. Quod ad rem noſtram attinet, duo arguebat Nævius: tum appellatos Tribunos ab Alpheno intercedere noluiſſe: tum etiam appellationem ipſam fuiſſe contra leges, & morem majorum. Cicero primum illud confutat allatis verbis: *Quid ſi M. Brutus &c.* Alterum diluit ab effectis. Cum enim contra morem majorum ſit diſturbare judicium appellando Tribunos: conſtet autem Brutum appellatum non judicium illud ſuſtuliſſe per interceſſionem, ſed ſolum effeciſſe, ne abſens Quintius iniquo judicio opprimeretur; idque etiam Alpheno placuerit, ut hic, & ſæpe alias oſtenditur, & capite inprimis 28. iis verbis: *neque eum, ſi Tribunos appellarit, idcirco minus judicium pati paratum fuiſſe*: ſequitur neceſſario, illam interceſſiſſe appellationem more majorum ad injuriam vitandam, non autem auxilii contra leges obtinendi cauſa, utque judicium omnino diſturbaretur: quod ab aliis factum Cicero ipſe ſæpe reprehendit. FERRAT. Neſcio tamen, an confici umquam poſſit, *morem majorum*, & *auxilium* inter ſe opponi. Vide auctorum locos apud Briſſonium l. c. Nec ea ſuperiori capite Tullius oppoſuiſſe videtur, cum ait: *more, & inſtituto, per eum magiſtratum, qui auxilii cauſa conſtitutus eſt*. Sed video, quid illi *moræ* obſtes. Salva eſſent omnia, ſi legere liceret, *non more, nec auxilii cauſa*. Tunc etiam *moræ* ferre poſſemus: quæ re vera conſecuta eſt, quam ne ſatiſdaret, vel ut Quintius exſpectaretur, poterat Alphenus quærere; verum contra MSos nihil tento. Hunc igitur alii nodum ſolvant. GAR.

Pro

ſe pro communi neceſſitudine id primum petere, ne quid atrocius in P. Quintium abſentem ſine cauſa facere conetur: ſin autem inimiciſſime atque infeſtiſſime contendere perſeveret, ſe paratum eſſe omni recta atque honeſta ratione defendere, quod petat non deberi: ſe judicium id, quod edat, accipere. Ejus rei conditioniſque tabellas obſignaverunt viri boni complures: res in dubium venire non poteſt: fit, rebus omnibus integris, neque proſcriptis, neque poſſeſſis bonis, ut Alphenus promittat Nævio, ſiſti Quintium. Venit ad vadimonium Quintius: jacet res in controverſiis iſto calumniante biennium, uſque dum inveniretur, qua ratione res ab uſitata conſuetudine recederet, & in hoc ſingulare judicium cauſa omnis concluderetur. Quod officium, C. Aquili, commemorari procuratoris poteſt, quod ab Alpheno præteritum eſſe videatur? Quid affertur, quare P. Quintius abſens negatur eſſe defenſus? An

Pro communi neceſſitudine) Et Quintii, & Nævii, & ipſius Alpheni, qui domi iſtius erat educatus. PASSER.

Se judicio id quod edat accipere) Corrige *judicium*, ut & ſententia poſtulat, & omnium librorum veterum auctoritas. HOTTOM. *Se judicium in id, quod edat*) Primum, libri omnes manuſcripti habent *judicium*, non, ut vulgati, *judicio*: deinde ego conſuetudinem Latine loquentium, & ipſius Ciceronis morem ſecutus, præpoſitione, *in*, addita, *in id, quod edat*; repoſui. *In id, quod edat*, autem eſt, in ea verba, quæ edat; ſic enim paullo ante loquitur: *Judicium quin acciperet in ea ipſa verba, quæ Nævius edebat, non recuſaſſe*; & item alibi. LAMB. *Se judicium id quod edat accipere*) Octavius Pantagathus delet, *id*: & paullo poſt: *Tu aliquem patronum invenies*: pro *aliquem*, legit *neminem*, ſine interrogationis nota; infra, *volitabas*, pro *velitabaris*. URSIN. Lambini emendationem merito repudiarunt viri docti, & quia ſcripti codices repugnant, & editio prima, & quia recte dicitur *judicium accipere*, & *judicium edere*, ut vidimus in præcedentibus. GRÆV.

Tabulas obſignaverunt) Hæc eſt quam *teſtationem* appellabant; unde illud Ovid. lib. de Pont. IV.

Confiteor, teſtare licet, ſignate Quirites:
Nil opus eſt legum viribus, ipſe loquor.

Inde etiam, *Tabellis obſignatis agere*. HOTTOM. Vide Briſſon. de Formulis lib. V. GRÆV.

Iſto calumniante biennium) Supra dixit *vadimonia differente*, quod male agere cœpiſſet. Et *biennium*, oratorie: quum antea *annum* & *ſex menſes* dixiſſet, *calumniante* autem, id eſt ludificante, tergiverſante. HOTTOM.

Ab uſitata conſuetudine) Ab eo judicio, quod uſurpari ſolet in ejus generis controverſiis, nimirum de re pecuniaria. IDEM. A more judiciorum & actione rei pecuniariæ, ſeu arbitrio Pro ſocio. PASS.

In hoc ſingulare judicium) Unum judicium. HOTTOM. Contineretur hoc uno judicio, quod pluribus fieri oportuit. *Singularis filia* pro unica. XI. ad Att. *Concluderetur*, eſt translatio ab iis, qui in anguſtias rediguntur vel in ſepta, aut carcerem. Cic. pro Roſc. Comœd. *Concludi in anguſtiſſimam formulam ſponſionis*. PASSER.

Abſens negatur) *Negetur*, fortaſſe concinnius legeretur, &, ut opinor, rectius.

An vero id, quod Hortenſium, quia nuper injecit, & quia Nævius ſemper id clamitat, dicturum arbitror, non fuiſſe Nævio parem certationem cum Alpheno illo tempore, illis dominantibus? quod ſi velim confiteri, illud, opinor, concedent, non procuratorem P. Quintii neminem fuiſſe, ſed gratioſum fuiſſe. Mihi autem ad vincendum ſatis eſt, fuiſſe procuratorem, quicum experiri poſſet. Qualis is fuerit, ſi modo abſentem defendebat per jus & per magiſtratum, nihil ad rem arbitror pertinere. Erat enim, inquit, illarum partium. Quid ni? qui apud te eſſet educatus, quem tu a puero ſic inſtituiſſes, ut nobili ne gladiatori quidem cederet: ſicut tu ſemper ſumme concupi-

ctius. HOTTOM. Libri tamen omnes, tam MSi quam edd. *negatur*. GRAV.

Quia nuper injecit) Sic ad Atticum lib. II. *Sed illud quid ſit, quod jacis obſcure, ſcire cupio.* HOTT. *Injecit*, leviter mentionem fecit; & perſtrinxit. Trebonius ad Cic. ep. 12. *Cum mihi in ſermone injeciſſet, ſe velle Aſiam viſere.* Sic *jacere verba*. Prop. *Muta jace verba favillæ*. PASSER.

Semper id clamitat) Aptum verbum præconi. Nam qui res venales voce ſignificat, *clamitare* dicitur. Cic. lib. II. de Divin. *Quidquam in portu Caricas Cauno advectas venales Cauneas clamitabat*. PASSER.

Nævio parem certationem) Iniquiores fuiſſe tribunos Sext. Nævio, populares videlicet homines, apud quos gratioſus fuerat Alphenus, gratioſus Quintius, uterque Marianarum partium, & popularis. Qui tribunos appellabant, jurabant ſe ideo judicium recuſare, quod æquo jure uti non poſſent: ut ante docuimus. HOTT. Vetus poeta in Niobe in II. de Natura Deorum: *Nequaquam iſtuc iſtac ibit, magna ineſt certatio*. Sic infra: *Hæc eſt iniqua certatio*, &: *Ea re tibi cum Alpheno par certatio erat*. PASSER.

Illo tempore) L. Scipione, C. Norbano Coſſ. qui urbem in dominatu ſuo tenebant, & bellum acerrimum cum L. Sulla gerebant. HOTT.

Non procuratorem P. Quintii neminem fuiſſe) Supra: *Non nemo turpi judicio convictus ſuis bonis utitur*. PASS.

Qui cum experiri) Iure agere, & judicio contendere. IDEM. Integra locutio eſt: *legibus experiri*. GRAV.

Per jus & magiſtratum) Non per Procuratorem, ſed *per jus*; id eſt, modo nihil injuria decerneret. HOTTOM. Per jus defendit, qui in jus vocantem ſequitur, quamvis judicis poſtulata non recipit. At ſi decernit injurias Prætor, ab eo appellat tribunos, & ita per magiſtratus defendit. PASSER. Optime Dreſd. *Si per jus & per magiſtratum*. GRÆVIUS.

Erat, inquit, illarum partium) Omnes quos vidi veteres, & ſcripti, & impreſſi, *Erat enim, inquit, &c.* quod valde placet. Nam hæc particula *enim*, uſitata eſt in objectionibus, ſed in re perſpicua putidum eſt exempla cumulare. HOTT. Sic & Dreſdenſis MSus, & editio antiquiſſima. GRAV.

Illarum partium) Populi partium adverſus Sullam; hoc enim tempore civilis diſſenſionis flamma civitas ardebat. HOTTOM.

Ut nobili, ne gladiatori quidem hæreret) Depravatus aperte locus. Mihi valde placeret ut ſic legeretur, *Ne gladiatori quidem cederet*. Omnes tamen, quos vidi, libri diſſentiunt. Burrienum autem Prætorem ſignificat, nobilem, quem gladiatorem ſuo more appellat, hominem videlicet habitu corporis prægrandi, & robuſtum. Sed quid omnibus de libris affirmamus,

cupiſti, idem volebat Alphenus: ea re tibi cum eo par contentio erat. Bruti, inquit, erat familiaris: itaque is intercedebat. Tu contra Burrieni, qui injuriam decernebat: omnium denique illorum, qui tum & poterant per vim, & ſcelus plurimum, & quod poterant, id audebant. An

mus, quum in Lugdunenſibus impreſſis anno MDXV. non *hæreret*, ſed *cederet* planiſſime ſcriptum inveniamus? IDEM. *Vt nobili ne gladiatori quidem cederet*) Sic reſtituit Hottom. & recte, nam quis non videt mendoſam eſſe lectionem vulgatam, *ut nobili ne gladiatori hæreret?* quam tamen doctiſſimi quidam viri tuentur, & ſic explicant, ut ne cum gladiatore quidem nobili umquam verſaretur. Ego a me impetrare non poſſum, ut probem; quis enim umquam bonus Latinitatis auctor ita locutus eſt? *hærere alicui*; pro verſari cum aliquo? Omnino genus eſt loquendi, mihi quidem, inauditum. LAMB. *Vt nobili ne gladiatori quidem hæreret*) *Faveret* habet vetus liber: pro quo *cederet* legit Hottomannus F. VRS. *Vt nobili, ne gladiatori quidem hereret*) Eſt ab editione Victorii; priores *ſederet*; primæ *vereretur*; quod item extat in Pal. quart. ſext. ſept. & Grut. nam pr. *vereret*; ſec. ac S. Victoris *veret*. tert. *uteretur*; quint. *vereretur*. (Sic ed. prim.) Vrſini liber, *faveret*: veniebat mihi in mentem *parceret*, ſed aliud quid latet. GRVTERVS. Franc. prim. *concederet*, non male. Gladiatores ſæpe dicuntur homines ſævi, & crudeles, quales ſunt gladiatores, qui adverſarium, cum quo committuntur, occidunt. Pro Sext. Roſcio: *Homines ſicarii & gladiatores*. In Piſon.: *Si mihi cum illo buſtuario gladiatore decertandum fuiſſet*. GRÆV.

Injuriam decernebat) Dreſd. *contra injuriam decernebat*. Alius liber: *injuria decernebat*, quod probat Manutius. Sed nihil immutandum. *Injuriam decernere*, eſt inique, injuſte decernere, injuſtam ſententiam ferre; ut contra *jus decernere*, eſt juſtum & æquum decernere, ut *jus poſtulare*, eſt æquum poſtulare apud Noſtrum, & alios, & contrarium apud Plaut. Pœn. *injuriam poſtulare*. *Injuriam illic inſignite poſtulat*; hoc eſt rem injuſtiſſimam. Cic. *Hoc mihi jus videbatur*: &: *Negat jus eſſe, qui miles non ſit, pugnare cum hoſte*. IDEM.

Omnium denique illorum) Omnes interpretes, qui locum hunc attigerunt, putant hæc verba ad nobiles Sullanos eſſe referenda: quod Nævius Sullanarum partium eſſet, Alphenus Marianarum. Sed cum hoc affirmarunt, quam deinde laborant, ut oſtendant, Sullanos tunc plurimum potuiſſe, cum revera Mariani dominarentur, ſicut paullo ante affirmavit Cicero, & conſtat ex hiſtoria. Ego itaque refero verba hæc ad Marianos, quaſi dicat orator: Tu familiaris eras Burrieni, & omnium Marianorum, qui tum dominabantur, & plurimum audebant: Erat enim eo tempore etiam Nævius Marianus, ſed poſtea per ſummam perfidiam tranſiit ad victores Sullanos, ut ex cap. 22. colligitur: *Tu; poſtquam, qui tibi erant amici, non poterant vincere, ut amici tibi eſſent, qui vincebant, effeciſti*. Ecce igitur quare ſtatim dicat: *an omnes tu iſtos vincere volebas &c. aude id dicere &c.* Hoc eſt; tu nolebas, nobiles iſtos Sullanos victoriam de Marianis referre: nec palam audebis contrarium dicere, quia nos te perfidiæ, ac mendacii arguemus. Adde huc verba illa ex cap. 22. *Neque enim inter ſtudium veſtrum quidquam, ut opinor, interfuit*. Ideſt, uterque veſtrum ſtudebat Marianis. Quem locum interpretationi ſuæ adverſari intelligens Hottomannus, repoſuit *aliud* pro *quidquam*. Ita belle Ciceronem ad ſententiam ſuam, non ſe ad Ciceronis ſententiam accommodat. FACCIOL.

Qui tum & poterant per vim, &c.) Nam etſi Conſules diverſarum partium eſſent, tamen quum jam tum in Italia eſſet Sulla (ut ex hiſtoria intelli-

An omnes tu iſtos vincere volebas, qui nunc, tu ut vincas, tantopere laborant? aude id dicere non palam, ſed his ipſis, quos advocaſti. Tamen etſi nolo eam rem commemorando renovare, cujus omnino rei memoriam omnem tolli funditus ac deleri arbitror oportere.

22. Vnum illud dico : ſi propter partium ſtudium potens

telligimus) & urbi propinquaret, veriſimile eſt, nobiles, qui in urbe reliqui erant, animos erexiſſe; quamquam non eſt dubium, quin oratorie potentiam illorum, verbis majorem faciat. Omnis autem hæc nobilitas, quæ in urbe manſerat, anno inſequenti a L. Damaſippo Prætore urbis in curia interfecta eſt : Florus, Appianus, Plutarchus. Hott.

An omnes tu iſtos vincere volebas) Quum contrarias partes ſequereris, & in urbe eſſes cum adverſariæ partis hominibus; & ſumme cuperes ut Conſules vincerent. Sed quid illud erit, quod infert, *aude id dicere, non palam, ſed his ipſis, &c. Nolebas* igitur legamus, ſi modo ſenſum aliquem elicere volumus. Nam mihi quidem de hoc toto loco attentius cogitanti ſic videtur, figuram eſſe quam Græci *ἀνάκλασιν* vocant, quam (ut ait Rutilius) id quod ab altero dictum eſt, non in eam mentem, qua intelligitur, ſed in aliam, aut contrariam excipitur. Quum enim diſparem ſibi Nævius fuiſſe cum Alpheno contentionem diceret, ſic Cicero detorte & oratorie hoc interpretatus eſt : Fuit (inquit) ſane diſpar atque diſſimilis. Sed quæ fuit iſta diſparitas? una illa ſcilicet, quod Alphenus, quarum partium bello civili fuit, eas partes omni ſtudio ſequutus eſt, contrarias aperte oppugnans : tu contra (inquit) perfidioſe cum iſtis tuis defenſoribus colludebas, eoſque tu cum ceteris Sullanis oppugnare ac vincere nolebas. Idem.

An omnes tu iſtos, &c.) Quidam legi volunt, *vincere nolebas*? ego nihil muto; *vincere*, autem, id eſt, ſuperiores, & victores eſſe : iſtos, vero, nempe Sullanos, & nobiles, ad quos tu te tandem contuliſti, victis Marianis, quibus favebas, & quos ſequebaris ante victoriam. Lamb.

Aude id dicere) Dic audacter & libere hoc interfuiſſe. Revera enim hoc interfuit : quod ille omnes Sullanos oppugnabat, tu cum iſtis colludebas : & quum in urbe & exercitu hoſtili verſareris, hoſce tamen tuos fautores ex hoſtium numero excipiebas. Hotom.

Non palam) Ne perfidiæ & ſceleris arguare. Idem.

His ipſis quos advocaſti) Qui tuæ perfidiæ ſunt conſcii. Idem. Imo vero, qui non ſunt conſcii, ideoque tibi favent in hac cauſa. His tamen ipſis non audebis dicere, quia omnibus notum eſt, te ſecutum eſſe non cauſam, ſed victoriam. Facciol.

Tametſi nolo) Conſideretur locus, & judicetur, ſatis ne ſententiæ cohæreat : an potius ante *tametſi*, ſex verſus a capite *neque enim*, reponendi ſint. Nam mihi quidem accurate locum hunc totum perpendenti ſic videtur. Primum quæ hæc *ἐπιδιόρθωσις* familiaris Ciceroni, quum de Sullanorum temporum calamitate loquutus eſt, inepte hoc loco ante malorum & calamitatis mentionem ponitur. Quum autem & de iis, qui periere, loquutus eſt, & de iis item, qui vicerunt : quoniam recentem adhuc Reip. cicatricem refricare videbatur, commodiſſime ſubjungi poſt illos verſus, quos modo notavimus, potuit. Hotom. Dreſd. S. Vict. & Pall. duo *tamen etſi nolo*; hoc ſcioli reſpuerunt, veteribus tamen erat frequens. IV. epiſt. 15. *Sed tamen etſi antea ſcripſi, quæ exiſtimavi ſcribi oportere, tamen hoc tempore breviter commendandum putavi, ne quo periculo te proprio exiſtimares eſſe*. Verum de hac particula ſæpius corrupta dudum monuerunt doctos homines Cujacius, Muretus, aliique. Graev.

Potr.}

Digitized by Google

tens erat Alphenus: potentiſſimus Nævius. Si fretus gratia poſtulabat aliquid iniquiùs Alphenus: multo iniquiora Nævius impetrabat. Neque enim inter ſtudium veſtrum quidquam, ut opinor, interfuit. Ingenio, vetuſtate, artificio tu facile viciſti: ut alia omittam, hoc ſatis eſt. Alphenus cum iis, & propter eos periit, quos diligebat: tu, poſtquam qui tibi erant amici non poterant vincere, ut amici tibi eſſent, qui vincebant, effeciſti. Quod ſi tum par tibi jus cum Alpheno fuiſſe non putas, quia tamen aliquem contra te advocare poterat: quia magiſtratus aliquis reperiebatur, apud quem Alpheni cauſa conſiſteret: quid hoc tempore Quintio ſtatuendum eſt? cui neque magiſtratus

Potentiſſimus erat Nævius) Ita legendum, cum in aliis deſit verbum *erat*. F. VRSIN.

Neque enim inter ſtudium veſtrum, quidquam, ut opinor, interfuit) *Aliud interfuit*, legendum eſſe, quis non videt? quum & interfuiſſe aliquid, & quid illud ſit, quod interfuit, manifeſto demonſtret. HOTTOM. Quidam legi volunt, *aliud interfuit*; ego nihil addo; nam revera nihil interfuit inter ſtudium Nævii, & Alpheni; earumdem enim partium ſtudio tenebantur, nempe Marianarum. Ingenio, vetuſtate, artificio aliquid interfuit. Nævius enim his Alphenum ſuperabat. LAMBIN.

Ingenio, vetuſtate) *Vetuſtate* dictum pro *calliditate*; quomodo etiam *Veterator* dicitur; ſicuti *callidus*, *cujus* (ut ſcribit Cicero) *tamquam manus opere, ſic animus uſu concalluit*. HOTTOM. Turnebus, & Muretus emendabant *venuſtate*, ſed contra MSos omnes, & edd. Eos tamen ſecutus eſt Lallemandus. GARAT.

Artificio) Virg. XI. Æn.

Vel cum ſe pavidum contra mea jurgia fingit
Artificis ſcelus.

Cic. pro Cæl. *Artificio ſimulationis eruditus*. Cæſar in epiſt. ad Oppium lib. IX. ad Att. *Debebat Pompeium hortari, ut malit mihi amicus eſſe, quam iis, quorum artificiis factum eſt, ut reſp. in hunc ſtatum perveniret*. Propert. *fallaciam* dixit.

At vos, deductæ quibus eſt fallacia curæ. PASSER.

Alphenus cum iis, & propter eos periit) Alphenus enim proſcriptus fuerat, ejuſque bona publice a Sulla vendita; ut patet paulo poſt. HOTTOM.

Vt amici tibi eſſent effeciſti) Hoc eſt quod infra ſignificat: *Ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam devolare*. IDEM.

Par tibi jus) Hoc quam apte cum illo ſuperiore loco conſentiat, quam male cum proximo cohæreat, nemo, opinor, qui attente conſiderabit, non apertiſſime perſpiciet. IDEM. *Par jus*, ſuperius *par contentio*. GRAV.

Quia tamen aliquem) Sic ſupra: *Bonis ſuis utitur, hoc tamen in miſeriis ſolatio ſublevatur*. PASSERATIVS. Ed. prim. *quare tamen aliquem*. GRAVIVS. Sic etiam ed. MCCCCLXXX. Quid inde? mendum manifeſtum. Non diſplicet potius, quod infra eadem habet: *non denique ulla interceſſit umquam poſtulatio*. GARATON.

Apud quem Alpheni cauſa conſiſteret) Inveniret apud quem ſine præjudicio cauſa poſſet agi. Non longe aliter paullo ante: *Multis injuriis jactatam atque agitatam æquitatem in hoc tandem loco conſiſtere & confirmari patiamini*. Item: *Veritas ubi conſiſtat locum reperire non potuit*. GRAV.

Neque

tus adhuc æquus inventus eſt , neque judicium redditum eſt uſitatum; non conditio, non ſponſio, non denique ulla umquam interceſſit poſtulatio, mitto æqua, verum ante hoc tempus ne fando quidem audita. De re pecuniaria cupio contendere: *non licet*. At ea controverſia eſt. *Nihil ad me attinet : cauſam capitis dicas oportet*. Accuſa, ubi ita neceſſe eſt. *Non* , inquit, *niſi tu ante*, *novo modo*, *priore loco dixeris*: *dicendum neceſſario eſt*: *præſtituendæ horæ ad arbitrium noſtrum*: *judex ipſe arceſſetur*. *Quid tum?* *Tu*

Neque judicium, redditum eſt uſitatum) Quum enim de re pecuniaria judicandum eſſet , de proòro tamen judicari Prætor juſſit. Hottom. Committitur juris dicendi poteſtas Prætori a populo . Hæc ut res commiſſa & ei credita ab unoquoque poſtulari poteſt. Horat. ep. 16. lib. I.

Qui dedit hoc hodie , cras , ſi volet , auferet , ut ſi
Detulerit faſces indigno , detrahet idem .

Dicit autem ideo *judicium inuſitatum* , quia arbitri ſoluta & libera admodum poteſtas eſt, qui injuratus ſententiam fert, nec ſit ab eo appellatio . Pass. *Judicium reddi* eſt judicium conſtitui, ſæpius apud Iuriſconſultos in D. ut *reddere actionem* Prætor dicitur , cum agendi dat poteſtatem . Grev.

Non conditio , non ſponſio) Nam quæ conditio mihi a Prætore delata eſt , ut aut ſatiſdarem , aut ſponſione certarem , ea fuit iniquiſſima . Iniquiſſima præterea ſponſio , quæ priore loco cogat me cauſam dicere . Hottom. *Non conditio* , nulla pactio aut ſtipulatio . Hoc autem dicit , quia conditionem æquiſſimam repudiavit ſibi ut ſatiſdet, & ſatiſaccipiat . De ſponſione itidem ſuperius : *Sponſionem porro ſi ejuſmodi faceret ſe (id quod evenit) de capite ſuo priore loco cauſam eſſe dicturum* . Grævius .

Interceſſit poſtulatio) Quum Nævius poſtularet, ut ſolus ſatiſdarem . Hottom.

Ne fando quidem audita) Cic. I. de Nat. Deor. *Ne fando quidem auditum eſt , crocodilum , aut felem , aut ibin violatum eſſe ab Ægyptio* . Plaut. in Amphitruone:

Quæ neque fieri poſſunt , neque fando accepit quiſquam
Profers Carnifex . Pass.

De re pecuniaria cupio contendere) I. judicio *communi dividundo* , & actione *pro ſocio* . Hottom.

Non licet) Per injuriam Prætoris . Pass.

Cauſam capitis dicas) De fama & exiſtimatione labores . Idem .

Ubi ita neceſſe eſt) Poſtquam ita cogor . Idem . Prim. Franc. Dreſd. & prim. ed. *tibi ita neceſſe eſt* . Grev.

Præſtituendæ horæ ad arbitrium noſtrum) *Conſtituendæ* vetus liber ; & paulo poſt , *arcebitur* , pro *arceſſetur* . F. Ursin. *Conſtituendæ* etiam MSus Iannoctii. Præfero tamen *præſtituendæ* , tum quia ſic ſupra cap. 9. tum quia *præſtituo* vim magis exprimit , & adverſæ partis arbitrium . *Conſtituo* enim de rebus , quæ ex duorum conſenſu geruntur , frequenter uſurpatur , ut obſervare licet in locis de hoc verbo plurimis apud ſummum Gronovium I. Obſervat. I. Ed. Veneta nobis accedit . Habet *reſtituendum* : quod per errorem ex *præſtituendæ* certe manavit . Garaton.

Iudex ipſe arceſſetur) Ad Prætorem, ut nobis tempus, quamdiu diceremus, præſtituat . Hottom. *Iudex ipſe arceſſetur*) Duo libri manuſcr. habent , *arcebitur* : (ſic & Franc. prim. & Dreſd. & ed. prima) ego nihil muto . Verumtamen non celabo lectorem, ex hoc , *arcebitur* fortaſſe , *arcibitur* , elici poſſe ; *arceo* enim idem valet , quod *accio* , ſeu *arceſſo* ; *ar* , pro *ad*, antique . Lambin. Ed. Veneta cum MSis

Digitized by Google

Tu aliquem patronum invenies, hominem antiqui officii, qui ſplendorem noſtrum & gratiam negligat? pro me pugnabit L. Philippus, eloquentia, gravitate, honore florentiſſimus civitatis: dicet Hortenſius, excellens ingenio, nobilitate, exiſtimatione: aderunt autem homines nobiliſſimi, ac potentiſſimi, quorum frequentiam & conſeſſum non modo P. Quintius, qui de capite decernit, ſed quivis, qui extra periculum ſit, perhorreſcat. Hæc eſt iniqua certatio, non illa, qua tu contra Alphenum velitabaris: huic ne ubi conſiſteret quidem con-

tra

MSis plurimis retinet *arcebitur*. Tanto conſenſu nonnihil hercule moveor. Sed omnino judex Aquilius arceſſitus ad Prætorem hac de cauſa fuit, ut cap. 9. perſpicue narratur. Cui ergo venire in mentem potuit, ut arceretur? Aut itaque *arceſſetur* cum Naugerio, aliiſque permultis legendum eſt, aut *arcibitur*, ut ad Attic. V. 1. *arcivero*, ubi hoc verbum multis nititur MSis. Sane antiquum verbum, & pene inauditum ſi cum notiore Librarii permutarint, ſi etiam aliquis, qui interpretaretur, exſtiterit, unde *arceſſetur* exortum ſit, nihil novum, aut adeo mirum contigiſſe putabimus. Quare Lambinum acute vidiſſe, mihi facile perſuadeo; an etiam vere viderit, ignorabo, uſque dum aliquo in MSo diſerte legatur *arcibitur*. GARATON.

Quid tum? tu aliquem) Editio SS. ſic (nec male) interpungit. *Quid? tum tu aliquem &c.* IDEM.

Hominem antiqui officii) Antiquitas proxime accedit ad Deos, ut idem ſcribit libr. de legibus I. Itaque de antiquis fere ita loquitur, quaſi omnes æquabiliter eſſent viri boni; unde in Orat. II. Verr. *tres homines veteres* pro gravibus & ſeveris interpretatur Aſconius. Similiter hoc loco *antiquum officium*, pro ſincero & minime fallaci: ut in orat. pro Sexto Roſcio: *In qua muliere veſtigia antiqui officii remanent*. Item eadem oratione: *Homines antiqui, qui ex ſua natura ceteros fingerent*. Terentius in Adelphis:

Ne illiuſmodi jam nobis magna civium
Penuria eſt: homo antiqua fide & virtute. HOTTOM.

Qui ſplendorem noſtrum & gratiam) Qui non deſit laboranti contra tam ſplendentem virum, & tam gratioſum. GRÆV.

L. Philippus) De L. Philippo Cicero in Bruto his verbis: *Duobus igitur ſummis Craſſo, & Antonio L. Philippus proximus accedebat: ſed longo intervallo tamen proximus*. Et paulo poſt: *Sed tamen erant ea in Philippo, quæ, qui ſine comparatione illorum ſpectaret, ſatis magna diceret, ſumma libertas in oratione, multæ facetiæ, ſatis creber in reperiendis, ſolutus in explicandis ſententiis. Erat etiam in primis, ut temporibus illis, Græcis doctrinis inſtitutus, in altercando cum aliquo, aculeo & maledicto facetus*. Hic eſt, de quo ſcribit Horatius in epiſtolis: *Strenuus & fortis, cauſiſque Philippus agendis Clarus*. Epiſtola eſt 7. lib. I. lectu digniſſima. HOTTOM.

Quorum frequentiam) Veteres nonnulli, *ut eorum*, ſed nihil muto, IDEM. Edit. SS., *ut quorum*. MSi *ut eorum*. Per hos gradus ab *ut eorum* fluxiſſe *quorum* aliquis dixerit. Quid ſi contra evenerit? Vulgatam enim lectionem hanc mirifice diligo. GARATON.

Contra Alphenum velitabaris) Celeriter, quomodo velites digladiari ſolent, altercabaris. *Velites* autem, expediti pedites, quaſi volitantes. Ex quo factum, ut *velitari* pro leviter altercari uſurpetur. Plautus Menæch. *Neſcio quid velitati eſtis inter vos duos*. Sex Pompeius: *Advelitatio, inquit, jactatio quædam verborum figurata*,

Digitized by Google

tra te locum reliquiſti. Quare aut doceas oportet, Alphenum negaſſe ſe procuratorem eſſe, non dejeciſſe libellos, judicium accipere noluiſſe: aut, cum hæc ita facta ſint, ex edicto te bona P. Quintii non poſſediſſe concedas.

23. Etenim ſi ex edicto poſſediſti: quæro, cur bona non venierint: cur ceteri ſponſores, & creditores non convenerint. Nemo ne fuit, cui deberet Quintius? Fuerunt, & complures fuerunt: propterea quod C. frater aliquantum æris alieni reliquerat. Quid ergo eſt? Homines erant ab hoc omnes alieniſſimi: & iis debebatur: neque tamen quiſquam inventus eſt tam inſignite improbus, qui violare P. Quintii exiſtimationem abſentis auderet. Vnus fuit, affinis, ſocius, neceſſarius, Sext. Nævius, qui, cum ipſe ultro deberet, quaſi eximio præmio ſceleris expoſito, cupi-

rata, ab haſtis velitaribus. Velites dicuntur expediti milites, quaſi volites, id eſt volitantes. Hottom.

Cum hæc facta ſint) Omnes libri veteres, *Cum hæc ita facta ſint*: quos ſequor. Idem.

Cur ceteri ſponſores) Fidejuſſores, quibus ſpondentibus pecuniæ cuipiam creduntur. Apparet has pecunias Quintium ſatiſdato debuiſſe. Idem. *Cur ceteri ſponſores*) Placet *poſſeſſores*, ut eſt in antiquo libro, pro *ſponſores*. F. Vrsinus.

Erant ab hoc omnes alieniſſimi) Supra: *Hæc in homines alieniſſimos, denique inimiciſſimos viri boni faciunt*. Pass.

Tam inſignite improbus) Non. Marcellus, *Inſignite*, inquit, *cum indicio notæ*. Cic. lib. de Orat. II. *Nec improbum notari ac vituperari inſignite poſſe*. Hæc Nonius. Sic etiam Plautus locutus eſt in Pœnulo, Act. III. ſcen. 6. Hottom. *Tam inſignite improbus*) *Inſigniter*, rectius, vetus liber. F. Vrsin. Cic. II. de Orat. *Nec improbus notari aut vituperari ſine vitiorum cognitione ſatis inſignite atque aſpere poſſit*; ubi legunt vulgo *inſigniter*. Plautus Menæchm. *Non ſinas in me inſignite fieri tantam injuriam*. Lib. I. de Divin. *In quibus tamquam inſignitæ notæ veritatis apparent*. Pass.

Qui cum ipſe ultro deberet) Deeſt, opinor, verbum *defendere*: ut ſit, *Vltro defendere deberet*. Hottom. *Qui cum ipſi nihil deberetur, ultro, &c.*) Secutus ſum quorumdam doctorum virorum conjecturam: quæ, ut ſpecioſa ſit, non eſt tamen mihi quidem plane certa, aut a ſcrupulo vacua. Nam vulgata ferri non poteſt. Primum enim Nævius nihil Quintiis debebat: deinde, ſat aliquid debuiſſe: ſi hoc ſentiret Cicero, non ita loqueretur: *cum ipſe ultro deberet*: ſed ita potius, *cum ipſe ei deberet*. Poſtremo quid hic valet vox, *ultro*? Omnino hæc lectio non eſt ferenda. Hottomannus putat deeſſe verbum *defendere*, ut ſic legi velit, *qui cum eum ipſe ultro defendere deberet, &c.* ego propius accedens ad ſcripturæ veteris veſtigia, ſic putarim potius legendum, *qui cum ipſe ei ultro conſulere deberet, &c. ultro autem*, id eſt, non rogatus, *αὐτεπάγγελτος, αὐτόματος*. Lambin. *Quin cum ipſe ultro deberet*) Mire hic paratragœdiatur Lambinus; ſed quid opus erat? Secutus eſt auctor Plautum in Aulularia III. 5. v. 55. *Vbi diſputata eſt ratio cum argentario; Etiam ipſus ultro debet argentario, &c.* Guilielmius. Gruter. Vltro hic non eſt ſponte, ſed inſuper, ut exponit Servius ad illud Virgilii, *miſereſcimus ultro*. *Vltro*, inquit, *non eſt ſponte, ſed*

cupidiſſime contenderet, ut per ſe afflictum atque everſum propinquum ſuum non modo honeſte partis bonis, verum etiam communi luce privaret. Vbi erant ceteri creditores? denique hoc tempore ubi ſunt? quis eſt, qui fraudationis cauſa latuiſſe dicat? quis, qui abſentem defenſum neget eſſe Quintium? nemo invenitur. At contra omnes, quibuſcum ratio huic aut eſt, aut fuit, adſunt, defendunt: fides hujus multis locis cognita. Ne perfidia Sex. Nævii derogetur, laborant. In hujuſmodi ſponſionem teſtes dare oportebat ex eo numero, qui hæc dicerent: Vadimonium mihi deſeruit: me fraudavit: a me nominis ejus, quod inficiatus eſſet, diem petivit: ego experiri non potui;

te, ſed inſuper. Et venit ab eo quod eſt ultra, quia plus quam rogaverat præſtiterunt. Hæc Servius, quæ ſunt veriſſima. Terent. Phorm. *O audaciam! etiam me ultro accuſandum venit.* Plin. Paneg. *Solus ergo ad hoc ævi pro munere tanto paria accipiendo feciſti, imo ultro dantem obligaſti*; hoc eſt, inſuper etiam obligaſti. Sic h. l. cum inſuper Nævius ipſe deberet Quintio. Vbi enim Nævium Quintio non debuiſſe legitur? GRÆVIUS.

Quaſi eximio præmio ſceleris expoſito) Quaſi ſpoliis opimis propoſitis ob hominem jugulatum. Sic ſupra: *Vt Hortenſius expoſita habeat, ad quæ reſpondeat.* In Bruto: *Capita multa expoſita, nec explicata.* PASS.

Per ſe afflictum atque everſum) Sua opera perculſum & proſtratum, judicio ſuo oppreſſum. IDEM. Nondum tamen erat afflictus & everſus. Itaque Manutius varias explicandi rationes init, quas apud illum videbis. Sed præterita hic accipienda pro futuris, pro per te affligendum & evertendum, ſi per te hoc judicio fuerit perditus Quintius; ſicut *victus* recte magnus doctor meus I. Fr. Gronovius expouit apud Livium lib. IX. *Adulationes etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus*, h. e. etiamſi victi eſſent; illum vide ad Liv. XXX. 42. Sic cap. ſeq. *quem ſpoliatum fama fortuniſque arbitrabare*; hoc eſt, ſpoliandum eſſe. GRÆV.

Communi luce privaret) Elate; nam hoc ipſum eſt, quod ſupra dixit: *Non modo ampliſſimis fortunis, ſed etiam victu veſtituque neceſſario privare.* HOTT.

Fides hujus multis locis cognita ne perfidia Sex. Nævii derogetur) Latine ſane dicitur derogare fidem alicui. Cic. II. de Divin. *Quomodo iſti, ſi ſomnium verum evaſit aliquod, non ex multis potius uni fidem derogant, quam ex uno innumerabilia confirmant?* Pro Fonteio: *Quorum virtuti & rebus geſtis fidem in teſtimonio inimicitiarum ſuſpicio derogavit.* Diſtinguendum cum editione prima, & Mediol. *Fides hujus multis locis cognita. Ne perfidia Sex Nævii derogetur laborant*, aut ei ſubaudiendum, aut excidit, ac ſcribendum: *ne perfidia Sex. Nævii ei derogetur.* GRÆVIUS.

A me nominis ejus, quod inficiatus eſſet, diem petivit) Opinor, hic ſenſus eſt: Quum debitum, quod inficiatus erat, probaſſem, & ſe condemnatum iri videret, petiit a me, ut petitionem differrem, & diem ei longiorem, qua diſſolveret, conſtituerem. HOTTOM. Recte Hottomannus. *Diem petere*, eſt petere ut liceat debitum ſolvere certo, quod petit, tempore. *Dies* enim pro ſolutionis die ſæpe ponitur. Phædrus lib. I. Fab. 16. *Vbi vos requiram, cum dies advenerit*; quo nimirum debitum licet exigere. Vlpianus lib. I. Regularum in L. 213. de verb. ſignif. *Cedere diem ſignificat incipe-*

potui: latitavit: procuratorem nullum reliquit. Horum nihil dicitur. Parantur teſtes, qui hæc dicant. Verum, opinor, viderimus, cum dixerint. Vnum tamen hoc cogitent, ita ſe graves eſſe, ut ſi veritatem volent retinere, gravitatem poſſint obtinere: ſi eam negligent, ita leves ſint, ut omnes intelligant, non ad obtinendum mendacium, ſed ad verum probandum, auctoritatem adjuvare.

24. Ego hæc duo quæro: primum, qua ratione Nævius ſuſceptum negotium non tranſegerit; hoc eſt, cur bona, quæ ex edicto poſſidebat, non vendiderit: deinde, cur ex tot creditoribus aliis ad iſtam rationem nemo acceſſerit: ut neceſſario confiteare, neque eorum tam temerarium quemquam fuiſſe, neque te ipſum id, quod turpiſſime ſuſcepiſſes, perſeverare, & tranſigere potuiſſe. Quid ſi tu ipſe, Sex. Nævi, ſtatuiſti, bona P. Quintii ex edicto poſſeſſa non eſſe? Opinor, tuum teſtimonium, quod in aliena re leve eſſet, id in tua, quoniam contra te eſt, graviſſimum debet eſſe. Emiſti bona Sex. Alpheni, L. Sulla dictatore vendente: ſocium tibi in hujus bonis edidiſti

cipere deberi pecuniam. Venire diem ſignificat, eum diem veniſſe, quo pecunia peti poſſit. GRÆV.

Ita ſe graves eſſe) Quamvis ſint graves, niſi tamen verum dixerint, levem eorum auctoritatem fore. Significare videtur auctoritate præditos homines teſtimonium dicturos. HOTTOM.

Si eam negligent) Edd. recentiores ſin. Ed. MCCCCLXXX. *Si eam neglexerint*. GARAT.

Ad obtinendum mendacium) Ad efficiendum ut mendacio credatur. *Obtinere mendacium*, facere ut mendacium vincat, ut *obtinere cauſam*. PASS.

Auctoritatem adjuvare) De auctoritate teſtium cupidiorum in judiciis elevata ipſe Cicero pro Flacco, & pro Sexto Roſcio; & Valer. Max. lib. VIII. 5. IDEM.

Id perſeverare) Pro quo vulgatius dicunt, *in eo perſeverare*, ſed id imitati ſunt ſcriptores poſteriores. Symmachus lib. I. ep. 90. *perſevera diligentiam*; & Iulius Firmius lib. V. Math. *Iras ſuas perpetuis indignationibus perſeverantes*. GRÆV. *Id* pendet a ſecundo verbo *tranſigere*, fitque per ζευγμα. Non enim ſatis mihi probat Grævius, Ciceronem tribuiſſe quartum caſum verbo *perſevero*, quamvis deterioris latinitatis auctores tribuere non dubitaverint. FACCIOL.

In tua) Omnes alii, *id in tua*. HOTTOMANNVS. *Id in tua* etiam ed. MCCCCLXXX. GARAT.

Graviſſimum debet eſſe) Pantagathus legit, *debere eſſe*. F. VRSIN. Superius: *Cujus in altera re cauſæ, quin ſecus judicaret ipſe de ſe, quod judicium graviſſimum eſt*. Pro Qu. Roſcio: *A C. Fannio ipſo teſtimonium ſumo, hanc pecuniam ei non deberi*. PASSER.

L. Sulla dictatore vendente) L. Sulla rerum potitus, eorum, qui a contrariis partibus ſteterant, nomina publice in tabula ſcribi juſſit, ut ad cædem

diſti Quintium. Plura non dico. Cum eo tu voluntariam ſocietatem coibas, qui te in hereditaria ſocietate fraudarat? & eum judicio tuo comprobabas, quem ſpoliatum fama, fortuniſque omnibus arbitrabare? Diffidebam mehercule, C. Aquili, ſatis animo certo & confirmato me poſſe in hac cauſa conſiſtere. Sic cogitabam, cum contra dicturus eſſet Hortenſius, & cum eſſet attente auditurus Philippus, fore, uti permultis in rebus timore prolaberer. Dicebam huic Q. Roſcio, cujus ſoror eſt cum P. Quintio, cum a me peteret, & ſumme contenderet, ut ſuum propinquum defenderem, mihi perdifficile eſſe contra tales oratores non modo tantam cauſam perorare, ſed omnino verbum facere conari. Cum cupidius inſtaret, homini pro amicitia familiarius dixi, mihi videri ore duriſſimo eſſe, qui præſente eo geſtum agere conaretur: qui vero

cædem quærerentur, præmio etiam percuſſoribus propoſito; & bona in foro publice vendidit. Dictaturam autem Sulla anno ſuperiore extremo cederat, & totum hunc annum geſſit, quo hæc oratio habita eſt, id eſt, Tullio & Dolabella Coſs. Nam Conſules hi ad ſpeciem & dicis tantummodo cauſa creati ſunt, ut Appianus auctor eſt. Depoſuit autem anno, qui proximus antecedit, Servilio Iſaurico, Claudio Pulcro Coſs. ergo recenti re hæc dixit de bonis Alpheni venditis: & apparet Nævii & Quintii caritas & gratia in Alphenum, cujus opera quum ſemper antea uſi fuiſſent, nunc ejus interemti bona per ſummam injuriam a tyranno crudeliſſimo mercantur. HOTTOM. Verr. V. *Sulla tantum potuit, ut nemo eo invito nec bona, nec patriam, nec vitam retinere poſſet. Tantam autem habuit animi audaciam, ut dicere in concione non dubitarit, cum bona civis Romani venderet, ſe ſuam prædam vendere.* III. De Fin. *Rectius magiſter populi, is enim eſt dictator, quam Sulla, qui trium peſtiferorum vitiorum, luxuriæ, avaritiæ, crudelitatis magiſter fuit.* PASSERAT.

Edidiſti Quintium) *Edere* eſt libello complecti, & legendum dare. Sic *edere patrimonium* l. 1. D. de off. præf. urb. IDEM.

Me poſſe in hac cauſa conſiſtere) Permanere in defenſionis gradu. Translatum ab iis qui gradu non moventur, qui non cedunt hoſti. IDEM.

Et cum eſſet attente auditurus) Nonnulli, *& eum*: quam lectionem ſententia manifeſto repudiat. HOTTOM. Sed recte MSus Dreſdenſ. in V. L. Græv. & ed. MCCCCLXXX. *& cum me eſſet* &c. GARAT.

Cujus ſoror eſt cum P. Quintio) Ei eſt nupta. Sic l. 1. Orat. *Quo cum erat noſtra matertera.* Interdum tamen paullo obſcœnius apud Comicos uſurpatur. PASS.

Cum a me peteret) S. Victoris & Pall. plures, *cum & me pet.* forſan *cum ex me*, inquit Guilielmius. GRVTERVS.

Qui præſente eo geſtum agere) Similiter in Cæſaris perſona lib. de Orat. II. *Solea*, inquit, *ſæpe mirari eorum impudentiam, qui agunt in ſcena geſtum ſpectante Roſcio.* Sed de Roſcio plena ſunt omnia: verum illud inſigne, quod quum eſſet oculis perverſiſſimis, ita tamen a Q. Catulo, quem principem civitatis fuiſſe conſtat, mirabiliter diligebatur, ut illud exſtet de eo carmen in lib. de Natur.

Digitized by Google

vero cum ipſo contenderent, eos, etiam ſi quid antea recti, aut venuſti habere viſi ſunt, id amittere: nequid mihi ejuſmodi accideret, cum contra talem artificem dicturus eſſem, me vereri.

25. Tum mihi Roſcius, & alia multa confirmandi mei cauſa dixit: & mehercule, ſi nihil diceret, tacito ipſo officio & ſtudio, quod habebat erga propinquum ſuum, quemvis commoveret. Etenim, cum artifex ejuſmodi ſit, ut ſolus dignus videatur eſſe, qui in ſcena ſpectetur: tum vir ejuſmodi eſt, ut ſolus dignus videatur, qui eo non accedat. Verum tamen *quid ſi*, inquit, *habes ejuſmodi cauſam, ut hoc tibi planum ſit faciendum, neminem eſſe, qui poſſit biduo, aut ſummum triduo, ſeptingenta millia paſſuum ambulare? tamen ne vereris, ut poſſis hæc contra Hortenſium contendere?* Minime, inquam. Sed quid id ad rem? *Nimirum*, inquit, *in eo cauſa conſiſtit*. Quo modo? Docet me

Deor. II.

Conſiteeam, exorientem auroram forte ſalutans,
Quum ſubito a leva Roſcius exoritur.
Pace mihi liceat, Cæleſtes, dicere veſtra,
Mortalis viſus pulcrior eſſe Deo.

Hottom.

Quod adhibebat erga propinquum ſuum) Sic valde placet. Omnes tamen alii codices, *habebat*. Idem. Sic & quos ego conſului; a quibus non recedo. Si recte dicitur *honorem habere alicui*, ut Cicero ſæpius loquitur, cur non & recte dicatur, *officium & ſtudium alicui habere*, pro ſtudio & officio proſequi? Grævius.

Dignus videatur, qui eo non accedat) Hiſtrionum ars apud Romaoos turpis habebatur. Prætoris in edicto hæc verba ſunt libro Pand. II. *Infamia notatur, qui artis ludicræ, pronuntiandive cauſa in ſcenam prodierit*. Itaque, ut ex Livio & Valerio Max. didicimus, & tribu movebantur, & a militaribus ſtipendiis repellebantur. Suetonius autem in vita Tiberii: *Et ex juventute utriuſque ordinis profligatiſſimus quisque, quo minus in operæ ſcenæ arenæque edendæ Senatuſconſulto tenerentur, famoſi judicii notam ſponte ſubibant*. Livius tamen & Valerius tradunt, Atellanorum genus vacuum nota fuiſſe. Idem.

Septingenta millia paſſuum ambulare) Hoc eſt emetiri currendo. lib. IX. epiſt. ad Attic. *Si ambulavit recte is, qui tibi hanc epiſtolam tulit*. Lib. VIII. *Eo modo ambulat Cæſar, ut timeam ne citius Beunduſium, quam opus ſit, acceſſerit*. Passeratius.

Nimium, inquit, in eo cauſa conſiſtit) Nonnulli ſic impreſſerunt: *Nimirum, inquit, in eo cauſa conſiſtit*. Sed libri veteres cum hac noſtra conſentiuot; neque video cur mutari debeat; quum & ſententia bona ſit, & bonis elata verbis. Nam *nimium* pro *valde* & pro *vehementer* plerumque uſurpatur. Terentius in Eunucho: *Tum equidem iſtuc os tuum impudens videre nimium velim*. Hottom.

Nimirum, inquit, in eo, &c.) Alii libri habent, *Nimium, inquit, in eo cauſa conſiſtit*: *nimium*, autem, interpretaotur valde; ego hanc lectionem magis probo. Lamb. Quam & Franc. & ed. prim. tuetur. Grævius. Adde ed. MCCCCLXXX. Garat.

Ejuſ-

me ejuſmodi rem, & factum ſimul Sex. Nævii, quod ſi ſolum proferretur, ſatis eſſe deberet. Quod abs te, C. Aquili, & a vobis, qui adeſtis in conſilio, quæſo, ut diligenter attendatis: profecto intelligetis, illinc ab initio cupiditatem pugnaſſe, & audaciam: hinc veritatem, & pudorem, quoad potuerit, reſtitiſſe. Bona poſtulas, ut ex edicto poſſidere liceat, quo die? te ipſum, Nævi, volo audire: volo, inauditum facinus ipſius, qui id commiſit, voce convinci. Dic Nævi diem. *Ante V. Kal. intercalares*. Bene agis, quam longe eſt hinc in ſaltum veſtrum Gallicanum? Nævi, te rogo. *DCC. millia paſſuum*. Optime. De ſaltu dejicitur Quintius, quo die? poſſumus hoc quo-

Ejuſmodi rem & factum) Sic ſupra: *Libet mihi rem & factum ſimul Sex. Nævii conſiderare*. Res eſt in naturæ ipſius conditione, quæ fieri non poteſt, factum in ſcelere. PASSERAT.

Cupiditatem pugnaſſe & audaciam) *Cupiditatem* pro audacia jam ante uſurpavit; paullo inferius: *o cupiditatem inconſideratam*! Superius: *reſpiraſſet cupiditas & avaritia paululum*. Huic ſubjungit audaciam. *Nam ex luxuria avaritia naſcitur, ex avaritia audacia, inde omnia ſcelera ac maleficia gignuntur*. Pro Sex. Roſc. PASS. Ed. MCCCCLXXX. *illum ab initio cupiditate pugnaſse, & audacia: huic &c.* Sed ut alterum membrum priori apte reſponderet, dicere oportebat, *hunc veritate, & pudore*. GARAT.

Hinc veritatem & pudorem) Veritas multis locis eſt æquitas. At animus æquus a cupiditate longe abeſt. Quare veritas recte opponitur cupiditati, ut pudor audaciæ. PASSERAT.

Inauditum facinus) Non, ut ſupra *inaudita criminatione*, id eſt nondum audita: ſed *inauditum*, id eſt ſingulare, & ante hoc tempus non auditum. HOTTOM.

Ante v. Kalend. intercalares.) Decemviri, qui XII. legum tabulas conſcripſerunt, inſtituerunt, ut Februarius menſis ſecundus eſſet; Intercalarius autem poſt Terminalia, hoc eſt poſt diem Februarii viceſimum tertium interjiceretur, ut quo die viceſimus quartus Februarii numerandus eſſet, eo die Kalendæ intercalares dicerentur. Quod cum ita ſit, quod hoc loco ſcribit Cicero *ante V. Kal. intercalares*, ſic intellige, viceſimo die Februarii. Nam viceſimus tertius dicitur, pridie ſive ſecundo Kal. quoniam, ut ſuperius diximus, illa locutione ante V. Kal. is ipſe Kalendarum dies primus numeratur. IDEM. *Ante diem quintum Kal. intercalares*] Id eſt, ipſo die quinto ante Kal. intercalares, qui dies eſt menſis Februarii ordine viceſimus: quamtumvis alii aliter dicant; fiebat enim intercalatio inter viceſimum tertium, & viceſimum quartum diem Feb. A die igitur viceſimo menſis Febr. uſque ad diem intercalatum, ſeu uſque ad Kalend. intercalares priores numerantur dies quinque, quibus continetur dies ille viceſimus, & dies intercalatus: deinde a Kal. interc. ſecundis uſque ad Kal. Martias intercedunt dies totidem, in quibus non numerantur Kalendæ Martiæ. Ita colligere licet, diem quintum Kalendas intercalares eſſe viceſimum diem Febr. præter omnium fere ſententiam. LAMB. Numa cum inſtituiſſet annum 355. dierum, ut lunaris annus reſponderet ſolari, alternis annis quatuor mercedonios, ſive intercalares menſes, duos binum, duos ternum & viginti dierum interpoſuit. Talis menſis inter-

quoque ex te audire? Quid taces? dic, inquam, diem: pudet dicere. Intelligo: verum & ſero, & ne quidquam pudet: dejicitur de ſaltu, C. Aquili, pridie Kalen. intercalares: biduo poſt, aut ut ſtatim de jure aliquis cucurrerit, non toto triduo DCC. millia paſſuum conficiuntur.

26. O rem incredibilem! o cupiditatem inconſideratam! o nuntium volucrem! Adminiſtri, & ſatellites Sex. Nævii Roma trans Alpes in Sebuſianos biduo veniunt. O hominem fortunatum, qui ejuſmodi nuntios, ſeu potius Pegaſos habeat. Hic ego, ſi Craſſi omnes cum Antoniis exſiſtant, ſi tu, L. Philippe, qui inter illos florebas, hanc cau-

intercalaris fuerunt hæ Kalendæ. Vide Macrob. I. Saturn. 15. & I. Fr. Gronov. obſervat. II. 18. GRÆV.

Et ſero & ne quidquam pudet) Plaut. Epidico:

Plerique homines, ubi nihil refert pudent, ubi pudendum eſt,
Ibi eos deſerit pudor cum uſus eſt, ut pudeat.

Terent. Andria:

---- Attamen ubi fides
Si rogas, nihil pudet. Hic ubi opus eſt
Non verentur, ubi nihil opus eſt, ibi verentur. PASSERAT.

Pridie Kal. intercalares) Viceſimo tertio die Februarii. HOTTOMAN.

Ut ſtatim de jure aliquis cucurrerit) *Jus etiam locus dicitur, in quo Prætor jus dicit*, ut ſcribit Paulus Iuriſcon. io l. ult. D. de juſt. & jur. Unde *in jus vocare* dicimus, & *ex jure manu conſertum vocare*. Ergo *currere de jure*, currere de loco, in quo jus dicitur; ut Verrina III. *Currere de concione*; & apud Plautum, *Currere de veſtibulo*. Puerilis adnotatio, fateor; ſed quanto puerilior eſt illorum qui ſic interpretati ſunt: *Aliquis de jure*, id eſt, *mediocris aliquis Juriſconſultus*, vel hoc modo: *hoc videtur proverbialiter dici, pro eo quod eſt, ad ſummum exegeris*. HOTTOM.

Adminiſtri & ſatellites) Sic in Catilin. *C. Manlius audaciæ ſatelles atque adminiſter tuæ*; & *ſatelles ſcelerum & miniſter cupiditatum*. De Prov. Conſ. V. Verr. *Miniſtri ſcelerum & ſatellites cupiditatum Verris*. PASSERAT.

In Sebuſianos) *Sebuſianos*, probo ut eos ſignificet de quibos Cæſar libro I. ſic ſcribit: *Inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Sebuſianos exercitum ducit. Hi ſunt extra provinciam trans Rhodanum primi.* Quibus ex verbis apparet eos ſignificari quos hodie *Breſſæos* appellant. Sed apud auctores admodum incerta & varia eſt ſcriptio hujus vocabuli. Plinius enim *Secuſianos* appellat. *In Lugdunenſi*, inquit, *Galliæ ſunt Secuſiani, liberi; in quorum agro, colonia Lugdunum.* Strabo vero Σεγοσιανες. Προκαθηται δε, inquit, τε εθνες των Σεγοσιανων ἡ πολις αὑτη (de Lugduno loquitur) κειμενη μεταξυ τε Ροδανε, και τε Δεβιος. *Eminet apud Secuſianos urbs hæc poſita inter Rhodanum & Dubim.* HOTTOMANNUS. Sebuſiani, pagus Æduorum, nunc *pays de ceux d'Autun*. GRÆV. Recta ſcriptura eſt *Secuſiani*, ut apud Strabonem; & in vetuſtis lapid. Vide Oudendorp. ad Cæſ. de B. G. I. 10. GARAT.

Pegaſos) Catullus: *Non ſi Pegaſeo ferar volatu*. GRÆV.

Si Craſſi omnes cum Antoniis exſiſtant) Qui ſex ab hinc annos Octavio & Cinna Coſs. interfecto Octavio Coſ. & urbe a Mario oppreſſa, occiſi ſunt; Craſſus quidem quum ipſe ſua manu filium occidiſſet; Antonius, quum eos milites, qui ad eum interficiendum miſſi erant, longa & luculenta oratione ita prodoxiſſet, ut pene, quid ſibi imperatum eſſet.

cauſam voles cum Hortenſio dicere, tamen ſuperior ſim neceſse eſt. Non enim, quemadmodum putatis, omnia ſunt in eloquentia: eſt quædam tamen ita perſpicua veritas, ut eam infirmare nulla res poſſit. An, antequam poſtulaſti, ut bona poſſideres, miſiſti qui curarent, ut dominus de ſuo fundo a ſua familia vi dejiceretur? Vtrum libet, elige: alterum incredibile eſt, alterum nefarium; & ante hoc tempus utrumque inauditum. Septingenta millia paſsuum vis eſse decurſa biduo? dic: negas? ante igitur miſiſti: malo. Si enim illud diceres, improbe mentiri viderere: cum hoc confiteris, id te admiſiſſe concedis, quod ne mendacio quidem tegere poſſis. Hoc conſilium Aquilio, & talibus viris, tam cupidum, tam audax, tam temerarium probabitur? Quid hæc amentia, quid hæc feſtinatio, quid hæc immaturitas tanta ſignificat? non vim? non ſcelus? non latrocinium? non denique omnia potius, quam jus, quam officium, quam pudorem? Mittis injuſſu Prætoris, quo conſilio? juſſurum ſciebas. quid? cum juſſiſſet,

eſſet, obliti eſſent. HOTTOM. *Exſiſtant* eſt exoriantur tamquam ab inferis excitati. Cic. III. in Verr. *Quid exſpectas? an dum ab inferis ille Malleolus exſiſtat?* Pro Corn. Balbo: *Exſiſtat ille parumper cogitatione, qui re non poteſt*. De Mario II. de divin. *Exſtitit in capite corona de herbis*. PASSERAT.

Eſt quædam tamen ita perſpicua veritas) Similis ſententia in oratione pro Cælio, quam non alienum eſt huic loco ſubſcribere: *O magna vis*, inquit, *veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraque fictas hominum inſidias facile ſe per ſe ipſa defendat*. HOTTOM. Miror unde *iſta* irrepſerit in editiones pleraſque, cum prim. Franc. prim. ed. & aliæ vetuſtiores, ac ipſa Victorii recte legant *ita*. GRÆV. Revocaverat hanc lectionem ex optimis edd. etiam Gronovius. GARAT.

An, antequam poſtulaſti) Hucuſque a capite *Biduo poſt*, priorem hanc partem intellige, Vtrum DCC. millia paſſuum biduo decurſa ſunt, ut hanc conjungas, *An antequam*; & quod ſequitur, *Vtrumlibet elige*, de utraque hac parte intelligamus. GRÆV.

Improbe mentiri) Impudentiſſime. PASSER.

Quid hæc feſtinatio) Similis locus eſt pro Sex. Roſcio: *Occiſus eſt a cœna rediens: nondum lucebat, cum Ameriæ ſcitum eſt . . . quid hæc tanta celeritas feſtinatioque ſignificat?* IDEM.

Quid hæc immaturitas tanta ſignificat?) *Immaturitas* eſt ante tempus properatio. Quod tempeſtive, & ſuo tempore fit, mature dicitur fieri. Vt *maturate fugam* ap. Virg. &

Multa forent quæ mox cælo properanda ſereno
Maturare datur.

Immaturum dicitur, quod intempeſtivum eſt. Translatio a frugibus. In Bruto: *Damnum illius immaturo interitu res Romanæ Latinæque litteræ fecerunt*. Quæ Virgilio *matura viro*, Horatio eſt *tempeſtiva viro*. IDEM.

Juſſurum ſciebas) Eo conſilio miſiſti, quia ſciebas, Prætorem juſſurum. Suſtuli interrogandi notam, ut membrum hoc recte cohæreret cum eo, quod ſequitur: *poſtulaturus eras*. .

ſiſſet, tum mittere nonne poteras? Poſtulaturus eras. Quando? poſt dies xxx. Nempe ſi te nihil impediret, ſi voluntas eadem maneret, ſi valeres, denique ſi viveres. Prætor juſſiſſet. Opinor, ſi vellet, ſi valeret, ſi jus diceret, ſi nemo recuſaret, qui ex ipſius decreto & ſatisdaret, & judicium accipere vellet. Nam, per deos immor-

FACCIOL. Tollenda omnino interrogatio. GARAT.

Poſtulaturus eras) Poſſeſſionem. PASSERAT.

Poſt dies xxx.) Subaudi, Quam emiſſarius Nævii profectus eſſet. Et accipe dictum ὑπερβολικῶς, pro diebus compluribus, ut infra dicit, quum hæc eadem aliis verbis iterat. *Sex. Nævium diebus compluribus ante poſſeſſionem miſiſſe*. Nam idem eſt ut quum dicimus, Poſt tres menſes, vel poſt quindecim annos. Nam elate, ut dixi, hoc pronuntiandum eſt, & per irriſionem. HOTTOM.

Si jus diceret) Ius dicit prætor, cum dat judices, emancipat, manumittit, adoptat, dat tutores, reſtituit in integrum, & maxime cum dat poſſeſſionem. Vlpianus l. imperium. D. de juriſdictione. Mixtum eſt imperium, cui etiam juriſdictio ineſt, quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit. Nam ut Conſtantinus lib. I. tit. 4. ſtatuit: Τὸ γὰρ διδόναι διακατοχὴν δικαιοδοσίας ἐστιν. *Bonorum poſſeſſionem dare juriſdictionis eſt*. PASSERAT.

Si nemo recuſaret, quin ex ipſius decreto & ſatisdaret, & judicium accipere vellet) Sic eſt legendum etiam invitis libris omnibus; hanc enim ſcripturam poſtulat Latini ſermonis conſuetudo: atque ita locutus eſt ſupra, ibi: *Non recuſabat Quintius, quin ita ſatisdaret, &c.* velim præterea hic legi, *& judicium acciperet*, non, ut vulgo, *accipere vellet*; quod natum eſſe puto ex ſimili loco, qui paullo poſt ſequitur, ibi, *tibi tum ſatisdaret, & judicium accipere vellet*. LAMBIN. *Si nemo recuſaret, qui ex ipſius, &c.*) Lambinus, *quin ex decreto ipſius & ſatisdaret & judicium acciperet*. *Nam*: invitis libris omnibus, prudentior Guilielmius, qui tentabat, *& ſatisdare*; infraque linea tertia delebat *vellet*. GRUT. Legendum cum Lambino *quin*. Non ſolum enim ſic locutus eſt in loco laudato a Lambino, ſed & paullo ſuperius: *Iudicium quin acciperet in ea ipſa verba quæ Nævius edebat non recuſaſſe*. PASSERAT. Veriſſime, quidquid obſtrepat Gruterus. GRÆV. Lambini, Paſſeratii, Græviique mutatio & invitis omnibus libris fit, & ſententiam ut mihi quidem videtur totam depravat. Prætor enim juſſiſſet, bona Quintii poſſideri, ſi nemo eſſet, qui ſatiſdando recuſaret, atque impediret quod jubebatur. Quod ſi legamus: *Prætor juſſiſſet, ſi nemo recuſaret, quin ſatisdaret &c.* ſenſus hinc omnino contrarius exſiſtit, valetque idem, ac ſi diceretur: Prætor juſſiſſet, ſi aliquis vellet ſatiſdare, ac judicium accipere: quo ſane nihil poteſt excogitari abſurdius. Eatenus enim bona debitoris latitantis poſſidebantur Prætoris edicto, quatenus nemo erat, qui ſatiſdaret, & pro illo judicium acciperet. Porro non eſt, cur Lambinus nobis objiciat conſuetudinem loquendi. In hac enim ipſa Orat. cap. 19. verbum *recuſo* eodem fere modo adhibetur: *neque quemquam attinebat id recuſare, quod &c.* Ipſa enimvero Lambini lectio videtur eſſe præter Latini ſermonis conſuetudinem. Non enim recte dixerim: *ſi nemo recuſaret, quin ſatisdare vellet*: ſed, *ſi nemo recuſaret, quin ſatisdaret*. Siquidem ſatis apparet, eum velle, qui non recuſat. Quod cum ipſe quoque animadvertiſſet, conatus eſt ſubmovere τὸ *vellet*. Sed profecto nimis multa ſibi licere arbitratur. FACCIOL.

Si nemo recuſaret) Recuſavit tamen Alphe

mortales, ſi Alphenus, procurator P. Quintii, tibi tum ſatiſdaret, & judicium accipere vellet: denique omnia, quæ poſtulares, facere voluiſſet, quid ageres? revocares eum, quem in Galliam miſeras? At hic quidem jam de fundo expulſus: jam a ſuis diis penatibus præceps ejectus: jam (quod indigniſſimum eſt) ſuorum ſervorum manibus, nuntio, atque imperio tuo, violatus eſſet. Corrigeres hæc ſcilicet tu poſtea. De cujuſquam vita dicere audes, qui hoc concedas neceſſe eſt, ita te cæcum cupiditate, & avaritia fuiſſe, ut, cum poſtea quid futurum eſſet ignorares, accidere autem multa poſſent, ſpem maleficii præſentis

Alphenus, appellavit tribunos. Sed id ante non poterat divinare Nævius. Hotrom.

Tibi tum ſatiſdaret, & judicium accipere vellet) Vſitata immutatio temporis, pro *ſatiſdediſſet & voluiſset*. Pleni ſunt exemplorum libri: ſed unum in præſentia proferre ſatis erit: In Orat. pro Cluentio: *Itaque*, inquit, *nunc quemadmodum audiat, ſentio ... At tum ſi dicerem, non audirer: non quod alia res eſset, immo eadem, ſed tempus aliud; id adeo ſic cognoſcite. Quis tum auderet dicere nocentem condemnatum eſse Oppianicum?* & quæ ſequuntur. Idem.

Iam a ſuis diis penatibus præceps ejectus) Sui cuique civi ac patrifamilias dii in aliqua parte domus erant, quos ipſe, familiaque ejus privatim coleret. Plautus: *Dii penates meum parentum, familiæ lar pater.* Ii modo *penates*, modo *domeſtici*, modo *lares familiares* dicebantur. Demipho apud Terentium: *At ego Deos penates hinc ſalutatum domum devortar.* Et in Adelph. *Abi domum, ac deos comprecare.* *Penates* autem, ut Cicero ſcribit, libro de Nat. Deor. II. *a penu dicti ſunt, (eſt enim omne quo veſcuntur homines, penu) aut ab eo quod penitus inſident, ex quo etiam Penetrales a Poetis vocantur.* Hæc ille. His ara & focus conſecratus erat, ex quo illud, *Pro aris & focis pugnare.* Virgil. lib. Æn. II.

Ædibus in mediis, nudoque ſub ætheris axe
Ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus
Incumbens aræ, atque umbra complexa penates.

Cicero pro domo ſua: *Quid eſt ſanctius, quid omni religione munitius, quam domus uniuſcujuſque civium? his aræ ſunt, hic Dii penates, hic ſacra religionis ceremoniæ continentur, hoc perfugium eſt ita ſanctum omnibus, ut inde arripi neminem fas ſit.* Fiebant autem privata his diis ſacra, quæ in familia perpetuo manebant, & privatis feriis agebantur. Erant autem *privatæ feriæ*, ut Sex. Pompeius ſcribit, *ſacrorum propriorum, ut dies natales.* Sedes ubi *lares* erant poſiti, *lararium*, appellabantur; fuerunt & penates laresque publici de quibus Dionyſius. Hal. l. II. Idem. Cic. pro Sext. *Exterminabit cives Romanos edicto Conſul a ſuis diis penatibus, expellet a patria.* Idem pro domo ſua: *Illi dii penates ac familiares mei per vos in domum meam erunt reſtituti.* Passer.

Nuntio, atque imperio tuo) Litteris & juſſu. Herilia enim verba apud Tacit. *Auctor ſum, jubeo, cogo, impero.* Idem.

De cujuſquam vita dicere audes) Et fraudatorem appellare Quintium. Idem.

Vt, cum poſtea quid futurum eſset) Legendum fortaſſe eſt, *ut, cum, quid poſtea futurum.* Lamb.

Accidere autem multa poſsent) Hoc eſt, quod paullo ante dixit: *Si valeres, denique ſi viveres.* II. Philipp. *Si quid mihi humanitus accidiſset.* Et II. de

ſentis in incerto reliqui temporis eventu collocares? Atque hæc perinde loquor, quaſi ipſo illo tempore, cum te Prætor juſſiſſet ex edicto poſſidere, ſi in poſſeſſionem miſiſſes, debueris, aut potueris P. Quintium de poſſeſſione deturbare.

27. Omnia ſunt, C. Aquili, ejuſmodi, quivis ut perſpicere poſſit, in hac cauſa improbitatem, & gratiam cum inopia, & veritate contendere. Prætor te quemadmodum poſſidere juſſit? opinor ex edicto. Sponſio quæ in verba facta

II. de Invent. *Si quid pupillo accidiſſet*. Vide leg. 126. de verb. ſignif. PASSER.

In incerto reliqui temporis eventu) *Eventus dicitur, cum ſic aliquid accidit, ſic evenit, ut vel non cadere atque evenire, vel aliter cadere atque evenire potuerit*. Cic. II. de Divinat. IDEM.

Si in poſseſſionem miſiſſes) Si delegaſſes in Galliam ad fundum poſſidendum. IDEM.

Atque hæc perinde) Locus eſt difficillimus, quem interpretes omnes declinarunt, præter unum Hottomannum, a quo tamen ipſo ego cogor diſcedere, etſi non libenter faciam, in re præſertim legali. (Eum vide infra ſtatim). In hujuſmodi igitur cauſſis duplex interveniebat Prætoris decretum, quorum unum dicebatur *primum*, alterum *ſecundum*: per illud Prætor *mittebat in poſseſſionem*, per hoc *jubebat poſſidere*, L. 15. D. de damno inſ. Quæ tamen duæ loquendi formulæ promiſcuæ habentur, præſertim in oratoribus. Primum porro decretum dabatur cuſtodiæ cauſa, quod conſtat tum ex verbis ipſius decreti, quæ infra habentur apud Cic. tum ex l. 12. D. quib. ex cauſ. *Cum bona poſſidere Prætor permittit, non poſſidemus, ſed magis cuſtodiam rerum, & obſervationem nobis concedit*. Secundum dabatur veræ poſſeſſionis, ac venditionis gratia: quique ex illo poſſidebat, poſſeſſor *juris* dicebatur, quemadmodum alter poſſeſſor *facti*, ut eſt in L. 3. §. ult. D. de acq. poſſ. Ergo Nævius, qui nondum obtinuerat, niſi primum decretum, non poterat Quintium de bonis ſuis detrudere, ſed una cum illo poſſidere debebat, tamquam cuſtos, donec propoſitis per XXX. dies libellis, & a nemine dejectis, *ſecundum* decretum poſtularet ad Quintiana bona vere poſſidenda, ac vendenda. Contraria vero hic dicit Hottomannus iis, quæ ipſe habet in commentario ad L. 11. Cod. de judic. FACCIOL.

Potueris P. Quintium de poſſeſſione deturbare) Hac de re ſuperius ita diſputatum eſt, ut intelligeretur, cum Prætor in poſſeſſionem mittit, non licere dominum detrudere: at cum poſſidere jubet, licere. l. 7. l. 12. l. 15. de damno inſ. His autem in cauſis, quibus ob latitationem datur poſſeſſio, unum decretum interponi ſolitum Vlp. in l. Fulcinius, 7. D. quib. ex cauſſ. in poſſ. manifeſto declarat. Cum enim ea vendi jubeat, quomodo non invitus detruderetur? HOTTOM.

Prætor te quemadmodum poſſidere juſſit) Ante hæc verba, juſſi ſpatium inane relinqui, ut lector minus attentus intelligat aliquid deeſſe. Deeſt autem, niſi fallor, principium tertii membri concluſionis, cum brevi commonitione judicis, hoc modo: Docui, C. Aquili, quod ſecundo loco pollicitus ſum, ex edicto Prætoris bona P. Quintii Nævium poſſidere nullo modo potuiſſe, quod neque fraudationis cauſa latitarit, neque exſulii cauſa ſolum verterit, neque abſens judicio defenſus non fuerit, neque bona ejus venierint: ex quibus etiam id, quod erat tertium, intelligere licet, Nævium bona Quintii non poſſediſſe; quod tamen mihi per-

facta eſt? SI EX EDICTO PRÆTORIS BONA P. QVINTII POSSESSA NON SINT. Redeamus ad edictum. Id quemadmodum jubet poſſidere? Num quid eſt cauſæ, C. Aquili, quin, ſi longe aliter poſſedit, quam Prætor edixit, iſte ex edicto non poſſederit, ego ſponſione vicerim? Nihil opi-

perfacile eſt ex ipſius edicti verbis oſtendere. *Prætor te quemadmodum, &c.* LAMB.

Opinor, ex edicto) Secundum edictum, ſicuti ſe juſſurum edixerat, HOTT.

Sponſio quæ in verba facta eſt?) Quæ eſt ſponſionis formula? IDEM.

Ni ex edicto Prætoris bona P. Quintii poſseſsa non ſint) Omnes alii, *Si ex edicto*, quorum auctoritate moveri me fateor, præſertim quum tanta ſine ulla varietate ſit conſenſio. Sponſionem igitur non Quintii, ſed ipſius Nævii exaudiemus ſcilicet, ſi vulgatam lectionem retineamus, qua ſane (ut verum dicam) noſtra hæc mihi quidem multo probabilior videtur. HOTTOM. *Si ex edicto, &c.* Ita ad unum edd. omnes & MSi noſtri, & quos excuſſit Hottomannus; qui tamen magis probabat, *Ni ex edict.* quod deinde receptum fuit ab editoribus neotericis. GRVT. Supra: *Iubet P. Quintium ſponſionem cum Sex. Nævio facere, niſi bona ſua ex edicto Prætoris Burrieni poſseſsa non eſsent;* ubi tamen legitur *ſi* & *non* abeſt ab aliis libris. Sed utrumque minus recte, cum de ſponſione facta a Quintio illic legatur. At hoc loco poteſt intelligi reſtipulatio Nævii, ut ita loquatur: *Si ex edicto Prætoris bona tua poſseſsa ſunt, te tum dare ſpondes?* Vel ſi retinemus negationem, erit tamquam reſponſio, non reſtipulatio. *Dabo ſi poſseſsa non ſunt*. PASSERAT. Ferri vulgata lectio hoc loco poteſt. Neque enim Quintius, ut ſupra cap. 8. dicitur feciſſe ſponſionem: ſed *ſponſio facta eſt*. Indefinitum hoc eſt, & Nævii ſponſionem poſſumus intelligere. Tullius Nævium alloquitur: *Prætor te &c.* Quid vetat intelligere: *ſponſio abs te &c.*? Poſtea etiam pergit de Nævio loqui. Poſtremo legenti patet, Tullium ſponſionis verba ſua facere, deque univerſa ſponſione ſumta proferre. Si de Nævio ſumat, directa utetur argumentatione: quæ ſequuntur, *Num quid eſt cauſæ &c.* ſponſionis verbis quam aptiſſime reſpondebunt; res tota clarior erit, & diligentior. Si vero ſumat de Quintio, propoſitio e contrario petita ſequetur, non ea ſane improbanda, ſed, cum directa æque uti liceret, loco quidem, quo de agimus, non præferenda. Verum duo magnopere obſtant. Primum formula: nam hic omnino NI eſſe deberet: inauditum in formula SI NON. Alterum, quod ſponſiones dum narrantur, de actore ſumi videntur. Sic in Verr. III. 59. ut alia mittam exempla. Qua re nihil ſane moverer, ſi codices exſtarent, in quibus NI *poſſeſſa ſint* haberemus. At hi NON ſumma conſtantia retinent. Vnde NI NON malebat Hottomannus, ne in formulam peccaretur. Deinde editores, qui cap. 8. idem tentanti Lambino reſtiterant, hi NI NON contra MSos recepere. Lallemandus, & Iannoctius, cum jam ſic edi viderent, nihil adnotarunt: ex quo tamen conjici poſſet, idem in ſuis codicibus eos reperiſſe. Incommodum profecto eſt illud NON: neque enim cum SI admodum recte conjungitur; neque, ſi ad NI acceſſerit, illa effugiet, quæ ad cap. 8. diſſeruimus. GARATON.

Num quid eſt cauſæ) Id eſt, Poteſt ne negare, ac defendere ſe non poſſediſſe? De hac locutione ſupra. HOTTOM.

Ego ſponſione vicerim) Pro Cæcina: *Oſtendo ſi ſine armatis hominibus dejectus ſit, eot, qui fateatur ſe dejeciſſe, vincere ſponſione;* ubi vulgo perperam *ſponſionem*. Et infra: *Vincat tamen ſponſione, ſi planum facit, ſe illum aut vi, aut clam, aut precario poſſe-*

opinor : cognoſcamus edictum. QVI EX EDICTO MEO IN POSSESSIONEM VENERINT. De te loquitur, Nævi, quemadmodum tu putas : ais enim te ex edicto veniſſe : tibi quid facias definit, te inſtituit, tibi præcepta dat. EOS ITA VIDETVR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE. Quomodo? QVOD IBIDEM RECTE CVSTODIRE POTERVNT, ID IBIDEM CVSTODIANT, QVOD NON POTERVNT, ID AVFERRE & ABDVCERE LICEBIT. Quid tum? DOMINVM, inquit, INVITVM DETRVDERE NON PLACET. Eum ipſum, qui fraudandi cauſa latitet, eum ipſum, quem judicio nemo defendat, eum ipſum, qui cum omnibus creditoribus ſuis male agat, invitum

poſſediſſe. Dixit tamen *vincere cauſam* pro Dejotaro ; & III. Verr. *vincere judicium*. PASSERAT.

Cognoſcamus edictum) Antea de cauſis mittendi in poſſeſſionem verba recitata, nunc de modo poſſidendi. IDEM.

Qui ex edicto meo in poſſeſſionem venerit) *Venerint*, corrigendum putarem ; itaque omnino poſtulat, quæ ſequitur, oratio. Sed difficilior dubitatio eſt in eo, quod perſpicue Prætor vetare videtur hoc edicto, ne dominus invitus detrudatur. Gui ſuperiora fere omnia repugnant. Neque dubium eſt, quin ſi duo decreta in his cauſſis interponi ſolerent, non vel Prætor Burrienus interpoſuiſſet, vel interpoſita non fuiſſe Cicero conqueſtus eſſet. Difficilis quidem hic nodus eſt, ut dixi, qui tamen ita diſſolvi non incommode poterit, ſi dicamus, hanc edicti partem non de iis fuiſſe ſcriptam qui latitarant : ſed de iis qui abſentes non defendebantur. Aliud eſt enim latitare, aliud abſentem non defendi, ut Vlpian. docet in l. 12. D. quib. ex cauſſ. in poſſ. HOTTOM. *In poſſeſſionem venerint*) Sic conjecerat Hottomannus, expreſſereque Palatini omnes fere, item Grut. & liber S. Victoris ; vulgata, *venerit*. GRVT. Forte *in poſſeſſionem iverit*. Nam verba edicti profert, l. 7. D. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur : *In bona ejus qui judicio ſiſtendi cauſa fidejuſſorem dedit, ſi neque poteſtatem ſui faciet, neque defendetur, iri jubebo*. PASSER.

Recte custodiet) Recte interdum eſt arbitrio boni viri l. 73. de verb. ſignific. GRÆV.

Id auferre & abducere) Caius lib. III. ad leg. XII. Tab. *Ferri proprie dicimus ; quæ quis ſuo corpore bajulat : portari ea ; quæ quis jumento ſecum ducit : agi ea, quæ animalia ſunt*. HOTTOM. *Auferre* de immobilibus, *abducere* de ſeſe moventibus. PASSERAT.

Qui fraudandi cauſa latitet) Hæc ex artificio Rhetorico, non e jure Civili depromta eſſe paulo ante monui. Repugnant enim vendi latitantis bona licere, & detrudi eum non licere. HOTT. Atqui impudens ſane Rhetoricum artificium, per quod ſibi licere putas M. Tullius tam diſerte, atque explicate loqui contra veritatem, & leges, & verba edicti, coram hoc judice, hiſque adverſariis. Deceptus nempe fuit Hottomannus ab L. *Fulcinius*. Sed eam de ſecundo decreto agere, communis doctorum ſententia eſt : & vero, ne iis, quas ſupra attulimus, Legibus repugnet, ita debet intelligi. Vide etiam Echolt. in Pandectas XXXIX. 2. 10. FACCIOL.

Qui cum omnibus creditoribus ſuis male agat) Supra : *Qui permulta male agendi fraudandique cauſa fecerit*. Iterum : *Dic Nevi diem V. Kal. intercalares. Bene agis*. Et : *Inter bonos bene agier, & ſine fraude oportet*. III. de Off. PASSERAT.

Poſſ-

vitum de prædio detrudi vetat. Proficiſcenti tibi in poſſeſſionem Prætor ipſe, Sex. Nævi, palam dicit: ita poſſideto, ut tecum ſimul poſſideat Quintius: ita poſſideto, ut Quintio vis ne afferatur. Quid? tu id quemadmodum obſervas? mitto illud dicere, eum, qui non latitarit, cui Romæ domus, uxor, liberi, procurator eſſet: eum, qui tibi vadimonium non deſeruiſſet: hæc omnia mitto; illud dico, dominum expulſum eſſe de prædio; domino a familia ſua manus allatas eſſe ante ſuos Lares familiares: hoc dico. * * * * * * * * * * * * *

28. Nævium ne appellaſſe quidem Quintium, cum ſimul

Proficiſcenti tibi in poſſeſſionem) At miſit, qui dejiceret, neque ipſe profectus eſt. IDEM.

Vt Quintio jus non auferatur) *Vis non afferatur*; vetus codex, quam lectionem tamquam perſpicue meliorem & veriorem amplector. HOTTOM. *Vt Quintio vis ne afferatur*) Vetus Hottomanni codea, *vis non afferatur*; inde natum alterum iſtud hodie receptum: cum tamen in noſtris ad unum omnibus reſtet olim publicatum, *jus ne aufreatur*. GRVT. Firmat emendationem Hottomanni clariſſimis verbis Francii primus. GRÆVIVS. Quia Quintius erat poſſeſſor *juris*, ut dictum eſt, ideo recte, *ut ei jus non auferatur*. Malo enim veterem lectionem retinere, MSis apud Gruter. omnibus confirmantibus, quam Hottomanni, & Grævii codicibus obſequi. FACCIOLATVS. Egregie autem ed. MCCCCLXXX. *ut Quintio jus ne auferatur*. Vocula *ne* & hinc, & ea MSis Gruteri omnino retinenda, ut bene Grævius. Solent in MSis *vis*, & *jus* ſæpe invicem mutari, ſæpe ob ductuum affinitatem ita confundi, ut diſtingui non poſſit, utrum eorum legendum ſit: quod jamdiu viri docti notarunt, quos Drakenborchius ad Livium III. 38. recenſet, & ipſe idem paſſim obſervat. Hic, ubi ex tam oppoſitis verbis rectum eſt utrumvis, non eſt facile rem indicare. Affines enim in ſcriptione ſunt etiam *auferre*, & *afferre*: unuſquiſque, prout *jus* aut *vis* legerit, lectioni ſuæ alterum verbum ſtatim potuit accommodare. GARATON.

Domino a familia ſua) Lambiniani, *domi*, ſed nolentibus editionibus prioribus, MSisque noſtris. GRVT.

Hoc dico) Multa deſunt. Itaque vidi librum manuſcriptum, non pervetuſtum, in quo ad marginem ſic ſcriptum eſſet: *Hic in vetuſto exemplari duo folia erant abſciſſa*. Deſiderantur autem omnia, quæ ad caput partitionis tertium pertinebant: in quo non poſſediſſe Nævium docebat. Deinceps ſequebatur epilogus, quam hæc ανακεφαλαιωσις antecedit. HOTTOM. *Hoc dico*) Hic deſiderantur ea omnia, quæ ad tertium diviſionis membrum, nempe Nævium non poſſediſſe, pertinebant: & præterea pauca quædam ea principio epilogi. LAMBIN. *Hoc dico* **) Liber unus Hottomanni præfert hic abſciſſa eſſe duo folia; & multa deſunt; noſtri tamen ſecuti vulgatos iſthæc omnia continuant; ſolum Pal. pr. habet: *hoc dico Nævium ne appellaſſe quidem*; ceteri; *hoc edicti unum ne appellaſſet quidem*; vel, *hoc edicti num ne appellaſſet*, &c. GRVTER. Vnde id ſaltem patet, temere hic edi *appellaviſſe*, quod mutavi ea fide MSorum, præſertim cum & Lambino hic neſcio unde notarentur. GRONOV. Franc. prim. *cum hoc edicti nomine ne appellaſſet quidem Quintium*. Sic & edit. prima. & Franc. ſec. niſi quod non in his legatur *cum*. GRÆVIVS.

Omnia

opinor : cognoſcamus edictum. QVI EX EDICTO MEO IN POSSESSIONEM VENERINT. De te loquitur, Nævi, quemadmodum tu putas : ais enim te ex edicto veniſſe : tibi quid facias definit, te inſtituit, tibi præcepta dat. EOS ITA VIDETVR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE. Quomodo? QVOD IBIDEM RECTE CVSTODIRE POTERVNT, ID IBIDEM CVSTODIANT, QVOD NON POTERVNT, ID AVFERRE & ABDVCERE LICEBIT. Quid tum? DOMINVM, inquit, INVITVM DETRVDERE NON PLACET. Eum ipſum, qui fraudandi cauſa latitet, eum ipſum, quem judicio nemo defendat, eum ipſum, qui cum omnibus creditoribus ſuis male agat, invitum

poſſediſſe. Dixit tamen *vincere cauſam* pro Dejotaro ; & III. Verr. *vincere judicium*. PASSERAT.

Cognoſcamus edictum) Antea de cauſis mittendi in poſſeſſionem verba recitata, nunc de modo poſſidendi. IDEM.

Qui ex edicto meo in poſſeſſionem venerit) *Venerint*, corrigendum putarem ; itaque omnino poſtulat, quæ ſequitur, oratio. Sed difficilior dubitatio eſt in eo, quod perſpicue Prætor vetare videtur hoc edicto, ne dominus invitus detrudatur. Cui ſuperiora fere omnia repugnant. Neque dubium eſt, quin ſi duo decreta in his cauſſis interponi ſolerent, non vel Prætor Burrienus interpoſuiſſet, vel interpoſita non fuiſſe Cicero conqueſtus eſſet. Difficilis quidem hic nodus eſt, ut dixi, qui tamen ita diſſolvi non incommode poterit, ſi dicamus, hanc edicti partem non de iis fuiſſe ſcriptam qui latitarant : ſed de iis qui abſentes non defendebantur. Aliud eſt enim latitare, aliud abſentem non defendi, ut Vlpian. docet in l. 12. D. quib. ex cauſſ. in poſſ. HOTTOM. *In poſſeſſionem venerint*) Sic conjecerat Hottomannus, expreſſereque Palatini omnes fere, item Grut. & liber S. Victoris ; vulgata, *venerit*. GRVT. Forte *in poſſeſſionem iverit*. Nam verba edicti profert, l. 7. D. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur : *In bona ejus qui judicio ſiſtendi cauſa fidejuſſorem dedit, ſi neque poteſtatem ſui faciet, atque defendetur, iri jubebo*. PASSER.

Recte cuſtodire) Recte interdum eſt arbitrio boni viri l. 73. de verb. ſignific. GRÆV.

Id auferre & abducere) Gaius lib. III. ad leg. XII. Tab. *Ferri proprie dicimus ; quæ quis ſuo corpore bajulat : portari ea, quæ quis jumento ſecum ducit : agi ea, quæ animalia ſunt*. HOTTOM. *Auferre* de immobilibus, *abducere* de ſeſe moventibus. PASSERAT.

Qui fraudandi cauſa latitet) Hæc ex artificio Rhetorico, non e jure Civili depromta eſſe paulo ante monui. Repugnant enim vendi latitantis bona licere, & detrudi eum non licere. HOTT. Atqui impudens ſane Rhetoricum artificium, per quod ſibi licere putat M. Tullius tam diſerte, atque explicate loqui contra veritatem, & leges, & verba edicti, coram hoc judice, hiſque adverſariis. Deceptus nempe fuit Hottomannus ab L. *Fulcinius*. Sed eam de ſecundo decreto agere, communis doctorum ſententia eſt : & vero, ne iis, quas ſupra attulimus, Legibus repugnet, ita debet intelligi. Vide etiam Echolt. in Pandectas XXXIX. 2. 10. FACCIOL.

Qui cum omnibus creditoribus ſuis male agat) Supra : *Qui permulta male agendi fraudandique cauſa fecerit*. Iterum : *Dic Nævi diem V. Kal. intercalares. Bene agis*. Et : *Inter bonos bene agier, & ſine fraude oportet*. III. de Off. PASSERAT.

Proſſ-

vitum de prædio detrudi vetat. Proficiſcenti tibi in poſſeſſionem Prætor ipſe, Sex. Nævi, palam dicit: ita poſſideto, ut tecum ſimul poſſideat Quintius: ita poſſideto, ut Quintio vis ne afferatur. Quid? tu id quemadmodum obſervas? mitto illud dicere, eum, qui non latitarit, cui Romæ domus, uxor, liberi, procurator eſſet: eum, qui tibi vadimonium non deſeruiſſet: hæc omnia mitto; illud dico, dominum expulſum eſſe de prædio; domino a familia ſua manus allatas eſſe ante ſuos Lares familiares: hoc dico. * * * * * * * * * * * * *

28. Nævium ne appellaſſe quidem Quintium, cum ſimul

Proficiſcenti tibi in poſſeſſionem) At miſit, qui dejiceret, neque ipſe profectus eſt. IDEM.

Vt Quintio jus non auferatur) *Vis non afferatur*; vetus codex, quam lectionem tamquam perſpicue meliorem & veriorem amplector. HOTTOM. *Vt Quintio vis ne afferatur*) Vetus Hottomanni codex, *vis non afferatur*; inde natum alterum iſtud hodie receptum: cum tamen in noſtris ad unum omnibus reſtet olim publicatum, *jus ne auferatur*. GRVT. Firmat emendationem Hottomanni clariſſimis verbis Francii primus. GRAVIVS. Quia Quintius erat poſſeſſor *juris*, ut dictum eſt, ideo recte, *ut ei jus non auferatur*. Malo enim veterem lectionem retinere, MSis apud Gruter. omnibus confirmantibus, quam Hottomanni, & Grævii codicibus obſequi. FACCIOLATVS. Egregie autem ed. MCCCCLXXX. *ut Quintio jus ne auferatur*. Vocula *ne* & hinc, & ex MSis Gruteri omnino retinenda, ut bene Grævius. Solent in MSis *vis*, & *jus* ſæpe invicem mutari, ſæpe ob ductuum affinitatem ita confundi, ut diſtingui non poſſit, utrum eorum legendum ſit: quod jamdiu viri docti notarunt, quos Drakenborchius ad Livium III. 38. recenſet, & ipſe idem paſſim obſervat. Hic, ubi ex tam oppoſitis verbis rectum eſt utrumvis, non eſt facile rem indicare. Affines enim in ſcriptione ſunt etiam *auferre*, & *afferre*: unuſquiſque, prout *jus* aut *vis* legerit, lectioni ſuæ alterum verbum ſtatim potuit accommodare. GARATON.

Domino a familia ſua) Lambiniani, *domi*, ſed nolentibus editionibus prioribus, MSiſque noſtris. GRVT.

Hoc dico) Multa deſunt. Itaque vidi librum manuſcriptum, non pervetuſtum, in quo ad marginem ſic ſcriptum eſſet: *Hic in vetuſto exemplari duo folia erant abſciſſa*. Deſiderantur autem omnia, quæ ad caput partitionis tertium pertinebant: in quo non poſſediſſe Nævium docebat. Deinceps ſequebatur epilogus, quam hæc ανακαιφαλαιωσις antecedit. HOTTOM. *Hoc dico*) Hic deſiderantur ea omnia, quæ ad tertium diviſionis membrum, nempe Nævium non poſſediſſe, pertinebant: & præterea pauca quædam ex principio epilogi. LAMBIN. *Hoc dico* **) Liber unus Hottomanni præfert hic abſciſſa eſſe duo folia; & multa deſunt; noſtri tamen ſecuti vulgatos iſthæc omnia continuant; ſolum Pal. pr. habet: *hoc dico Nævium ne appellaſſe quidem*; ceteri; *hoc edicti unum ne appellaſſet quidem*; vel, *hoc edicti num ne appellaſſet*, &c. GRVTER. Vnde id ſaltem patet, temere hic edi *appellaviſſe*, quod mutavi ex fide MSorum, præſertim cum & Lambino hic neſcio unde notarentur. GRONOV. Franc. prim. *cum hoc edicti nomine ne appellaſſet quidem Quintium*. Sic & edit. prima, & Franc. ſec. niſi quod non in his legatur *cum*. GRAEVIVS.

Omnia

mul eſſet, experiri poſſet quotidie: deinde quod omnia judicia difficillima cum ſumma ſua invidia, maximoque periculo P. Quintii fieri mallet, quam illud pecuniarium judicium, quod uno die tranſigi poſſet; ex quo uno hæc omnia nata, & profecta eſſe concedit. Quo in loco conditionem tuli, ſi vellet pecuniam petere, P. Quintium judicatum ſolvi ſatisdaturum; dum ipſe, ſi quid peteret, pari conditione uteretur. Oſtendi, quam multa ante fieri convenerit, quam hominis propinqui bona poſſideri poſtularentur: præſertim cum Romæ domus ejus, uxor, liberi eſſent, & procurator æque utriuſque neceſſarius. Docui, cum deſertum eſſe dicat vadimonium, omnino vadimonium nullum fuiſſe: quo die hunc ſibi promiſiſſe dicat, eo die ne Romæ quidem eum fuiſſe: id teſtibus me pollicitus ſum planum facturum, qui & ſcire deberent, & cauſam, cur mentirentur, non haberent. Ex edicto autem non potuiſſe bona poſſideri, demonſtravi: quod neque fraudandi cauſa latitaſſet, neque exſilii cauſa ſolum vertiſſe diceretur. Reliquum eſt, ut eum nemo judicio defenderit; quod contra copioſiſſime defenſum eſſe contendi, non ab homine

Omnia judicia difficillima] *Difficillima judicia* dicuntur, quæ difficiliter & gravate a judicibus fiunt: tametſi non magnam cauſa difficultatem habeat: ut quum civis R. caput agitur. Itaque his judiciis, ſi videretur reus abſolvendus, ſtatim, id eſt prima actione, abſolvebatur; ſi condemnandus, non ſtatim ſed ampliata ſemel ac ſæpius cauſa, judicium fiebat, quum judices admodum ægre de capite civis R. judicarent; ipſe in Orat. pro Cæcina, & Aſconius in Verr. HOTTOM. Superius: *Vt facilius judicium ſit? At neque C. Aquilius de capite alterius libenter judicat, & Q. Hortenſius contra caput non didicit dicere.* Idem paulo ante: *Quod eſt hoc judicium, in quo jam biennium verſamur? quod negotii geritur, in quo ille tot & tales viros defatigat?* GRÆVIUS.

Ex quo uno hæc omnia nata) Superius: *Profecto ſi quid deberet, non omnia judicia fieri mallet, quam unum illud, unde hæc omnia naſcuntur.* Item: *Qui cum revocetur ad id judicium, unde hæc nata ſunt omnia.* IDEM.

Pari conditione uteretur) Alioqui enim ut non cogebatur actor ſatiſdare, ſic neque reus cogi poterat; hoc ex jure conſuetudineque veterum, quemadmodum ſcribit Iuſtinianus tit. de Satiſdat. lib. Inſt. IV. HOTTOM.

Cum deſertum eſſe dicat vadimonium omnino] Legendum fortaſſe eſt, *tum omnino*, &c. LAMBIN.

Quod neque fraudandi cauſa latitaſſet) Legendum fortaſſe eſt, *latitaſſe*. IDEM.

Reliquum eſt, ut) Tertiam partem, utpote Quintio vivo ſupervacaneam prætermittit: Si heres non extabit. HOTTOMAN.

Quod contra) Sic loquitur Lucretius lib. I. *Illud in his rebus vereor ne forte rearis, &c. quod contra ſæpius olim*

ne alieno, neque ab aliquo calumniatore, atque improbo: ſed ab Equite Romano propinquo, & neceſſario ſuo, quem ipſe Sex. Nævius procuratorem relinquere antea conſueſſet: neque eum, ſi tribunos appellarit, idcirco minus judicium pati paratum fuiſſe: neque potentia procuratoris Nævio jus ereptum: contra iſtum potentia ſua tum tantummodo ſuperiorem fuiſſe, nunc nobis vix reſpirandi poteſtatem dare.

29. Quæſivi, quæ cauſa fuiſſet, cur bona non veniſſent, cum ex edicto poſſiderentur: deinde illud quoque requiſivi, qua ratione ex tot creditoribus nemo neque tum idem fecerit, neque nunc contra dicat, omneſque pro P. Quintio pugnent; præſertim cum in tali judicio teſtimonia creditorum exiſtimentur ad rem maxime pertinere. Poſtea ſum uſus adverſarii teſtimonio, qui ſibi eum nuper edidit ſocium, quem, quo modo nunc intendit, ne in vivorum quidem numero tum demonſtrat fuiſſe. Tum illam incredibilem celeritatem, ſeu potius audaciam, protuli: confirmavi neceſſe eſſe, aut biduo DCC. millia paſsuum eſſe decurſa, aut Sextum Nævium diebus compluribus ante in poſseſſionem miſiſse, quam poſtularet, uti ei liceret bona poſſidere. Poſtea recitavi edictum, quod aperte dominum de prædio detrudi vetaret: in quo conſtitit, Nævium ex edicto non poſsediſse, cum confiteretur ex prædio vi detruſum eſse Quintium. Omnino autem bona poſſeſſa

olim Religio peperit ſceleroſa, atque impia facta. LAMBIN. Sicut autem hic dicit *copioſiſſime defendere*, quod eſt plurimis argumentis, ſic II. ad Q. fratrem: *copioſe abſolvere*, & ſuperius *copioſa advocatio*. PASSER.

Iudicio pati) Corrige ſic, *judicium pati*: item ut ceteris in libris omnibus. HOTTOM. *Iudicium pati paratum*) Sic legi voluit Hottomaunus, & exſtabat in aliquot editionibus medii ævi; at enim antiqq. diſerte *judicio pati*, neque aliter Victorius, aut adeo noſtri omnes, præter Pal. pr. in quo, *judicio parare paratum*, quomodo item emendatum calamo recenti in quarto. GRVT. *Iudicium pati*, eſt in primo Francii; Superius: *Hic te, inquit, teneo. Non eſt iſtud judicium pati*. GRAEVIVS.

Nævio jus ereptum) Ademtam uſitatam agendi facultatem. Plautus in Rudente:

Ius meum ereptum eſt mihi. IDEM.

Pro Quintio pugnent) Adſint, defendant, laborent. PASSERAT.

Quomodo nunc intendit) Arguit, & objicit abſolute. Pro Milone: *Intendere actionem*. Supra: *Minæ jactantur, pericula intenduntur*. Sic in ſtatu intentio & depulſio. PASSER.

Omnino autem bona poſſeſſa non eſſe con-

ſeſsa non eſse conſtitui: quod bonorum poſseſſio ſpectetur non in aliqua parte, ſed in univerſis, quæ teneri ac poſſideri poſſint. Dixi, Romæ domum fuiſse, quo iſte ne adſpirarit quidem: ſervos complures, ex quibus iſte poſsederit neminem, ne attigerit quidem: unum fuiſse, quem attingere conatus ſit, prohibitum fuiſse, quieviſse. In ipſa Gallia cognoſtis in prædia privata Quintii Sex. Nævium non

conſtitui) *Omnino*, id eſt denique. Et ſic probo, contra aliorum librorum varietatem, in quibus *omnia* pro *omnino* vitioſe, meo judicio, legitur. Percurrit enim ea breviter, quæ partitionis capite III. docuit, non eſſe poſſeſſa bona, quod cuncta poſſeſſa non eſſent. HOTTOM. *Omnino autem bona*) Eſt a libris Hottomanni; nam noſtri ſubſcribunt receptæ ſcripturæ, *omnia autem*, &c. GRUTER.

Quod bonorum poſſeſſio ſpectetur non in aliqua parte, ſed in univerſis) Id eſt poſſideri bona ex edicto non dicuntur, niſi univerſa omnino poſſideantur. Nam, ut ſupra diximus, hæc erat improbe latitantium pœna, atque ignominia, ut univerſa eorum bona dies XXX. poſſeſſa & proſcripta (id eſt palam propoſitis libellis, quibus omnes creditores admonerentur, ut certo die adeſſent ad auctionem) publice divenderentur ac diſtraherentur. Et hoc illud eſt quod ſupra dixit: *Cujus vero victus veſtituſque neceſſarius ſub præcone ſubjicitur*: Etenim aliud eſt, in quorumdam bonorum poſſeſſionem mittere, aliud bonorum poſſeſſionem dare. Hanc enim bonorum venditio ſequitur: illam, non item: quemadmodum ex multis Iuriſconſultorum reſponſis intelligimus, ſub titulo, *Quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur*, præſertim ex illo Celſi reſponſo, de quo mentio eſt in l. Fulcinius, fere in extremo; quum ait: *Si quis abſens non defendatur, commodius ſe exiſtimare, in fundum poſſeſſione mittendum, quam bona ejus poſſideri.* Sed jam illa quæſtio exoritur, Dimiſſis creditoribus, & ære alieno diſſoluto, quum quid ſuperaret, quid eo fieret? Nuſquam equidem quidquam diſerte ſuper ea re ſcriptum, aut reſponſum invenio: ſed quum tam crebro in hac oratione Nævium aperte criminetur, ad hanc rationem cupiditate & avaritia adductum eſſe, & in hoc uno laboraſſe, ut homini propinquo *vitam ac ſanguinem*, id eſt fortunas omnes eriperet, facile adducor in hanc opinionem, ut ei qui bonorum poſſeſſionem poſtulaſſet, quæcumque reliqua eſſent, addicerentur: ita tamen ut ſi qui poſtea creditores alii reperirentur, confugere nominum ſuorum cauſa ad ipſum poſſent. HOTTOMANNUS.

In univerſis quæ teneri ac poſſideri poſſint) Aliud enim *tenere* eſt, aliud *poſſidere*. *Tenere* dicitur, quæ quis naturaliter accepit: *Poſſidere*, quæ civiliter, animo & corpore; ex quo etiam quædam tenere dicimur, quæ non poſſidemus: quædam etiam poſſidere, quæ non tenemus. Itaque rem aut nobis commodatam, aut apud nos depoſitam tenere dicimur; non poſſidere. At theſaurum, qui nobis ignorantibus in agro noſtro eſt, poſſidemus potius quam tenemus, l. poſſideri, D. de acq. poſſ. *uſum autem & uſumfructum, & ceteras ſervitutes magis*, inquit Ulpianus, *tenemus, quam poſſidemus*. l. 1. D. Quod legat. IDEM.

Quo iſte ne aſpirarit quidem) Non modo non acceſſit, ſed ne aſpiravit quidem. Utrumque ſic interpretatur Aſconius. *Accedere*, inquit, eſt proximum fieri: *aſpirare*, in eam partem, qua quid quæſitum eſt, vultum & oculos ac ſpiritum oris advertere. IDEM.

Ex

non veniſse. Denique ex ipſo ſaltu, quem, per vim expulſo ſocio, poſsedit, ſervos privatos Quintii non omnes ejectos eſse. Ex quo, & ex ceteris dictis, factis, cogitatiſque Sex. Nævii quivis poteſt intelligere, iſtum nihil aliud egiſse, neque nunc agere, niſi uti per vim, per injuriam, per iniquitatem judicii, totum agrum, qui communis eſt, ſuum facere poſſit.

30. Nunc cauſa perorata, res ipſa, & periculi magnitudo, C. Aquili, cogere videtur, ut te, atque eos, qui tibi in conſilio ſunt, obſecret, obteſteturque P. Quintius per ſenectutem, ac ſolitudinem ſuam, nihil aliud, niſi ut veſtræ naturæ bonitatique obſequamini: ut, cum veritas cùm hoc faciat, plus hujus inopia poſſit ad miſericordiam, quam illius opes ad crudelitatem. Quo die ad te judicem venimus, eodem die illorum minas, quas ante horrebamus, negligere cœpimus. Si cauſa cum cauſa conten-

Ex ipſo ſaltu) Ed. Ven. *ex hoc ipſo ſaltu*. GRAV.

Ex quo & ex ceteris dictis) Locus non cohæret. Deeſſe quidpiam videtur. IDEM.

Nunc cauſa perorata) Sola concluſione, ſeu anacephalæoſi conſtare perorationem Cicero putat. Dixerat enim in fine partitionis: *hæc tria cum docuero, perorabo*. Nunc vero jam ait *cauſam eſſe peroratam*: quod eſt maxime advertendum. Alii, qui in hac ſententia fuerunt, ut amplificationem a peroratione excluderent, ideo fuerunt, quod affectus movendos non putarent, ut eſt apud Quinctilianum Inſt. Orat. VI. 1. Ariſtoteles III Rhetoric. cap. ult. partes quatuor perorationi tribuit, & ex his poſtremum locum anacephalæoſi. Cicero noſter II. de Orat. 19. refert opinionem eorum, qui amplificationem admittunt, non tamquam perorationis partem, ſed tamquam egreſſionem a cauſa, quæ perorationem antecedat. Hoc loco amplificatio & a peroratione diſtinguitur, & eam conſequitur. FACC.

Qui tibi in conſilio ſunt) Lambinus *adſunt*; ſed contraeuntibus edd. aliis & MSis noſtris. GRVT.

Veſtræ naturæ bonitatique obſequamini) Natura enim alterius ad lenitatem, alterius ad crudelitatem atque aſperitatem ſua ſponte ducitur. Laudabilis autem illa, & cum humanitate conſentiens: hæc magis vituperatur, ut ad ferarum & belluarum naturam propius accedens. Eſt igitur honeſta laudatio judicis, & aſſeſſorum, ſine ſuſpicione aſſentationis: & tacita cohortatio ad miſericordiam. HOTTOM. Cic. in Catone: *Omnia quæ ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis*. Lib. I. de Off. *Naturam ſi ſequamur ducem, numquam aberrabimus*. III. de Fin. *Congruenter naturæ convenienterque vivere*. Horat. *Vivere naturæ ſi convenienter oportet*. PASSER.

Cum hoc faciat) Eſt puto a Victorio; certe antiquæ edd. *cum veritas hæc faciat*; neque aliter MSi noſtri omnes; an voluit, *huc faciat*? GRVT. *Cum hoc faciat*, eſt pro Quintio pugnet. Horat. *Et ſapit, & mecum facit, & Iove judicat æqua*. Pro Cæc. *Auctoritas graviſſimorum hominum nobiſcum facit*. PASSERATIVS.

tenderet, nos noſtram perfacile cuivis probaturos ſtatuebamus. Quod vitæ ratio cum ratione vitæ decerneret, idcirco nobis etiam magis te judice opus eſſe arbitrati ſumus. Ea res enim nunc in diſcrimine verſatur, utrum ne poſſit ſe contra luxuriam, ac licentiam ruſticana illa atque inculta parſimonia defendere: an deformata, atque ornamentis omnibus ſpoliata, nuda, cupiditati petulantiæque addicatur. Non comparat ſe tecum gratia P. Quintius,

Si cauſa cum cauſa contenderet) Neque enim nunc æquitate cauſæ, ſed gratia & potentia certatur. HOTTOMANNVS.

Quod vitæ ratio cum ratione vitæ decerneret) Quia Nævii vita omni voluptatum genere diffluens, profuſis ſumtibus amicorum copiam ei conciliavit, Quintii vero ruſticana atque inculta vita nobilium & principum virorum amicitias ab illo alienavit; & nunc amicorum potentia & gratia certatur, ut quodammodo vitæ ratio cum ratione vitæ decernere, atque contendere videatur. IDEM. Sententia eſt, quod mores Nævii cum moribus Quintii committantur. PASSERAT.

Non in diſcrimen verſatur) Pal. ſextus non admiſit vocem *verſatur*; ceteri eam habent, ſed præterea *in diſcrimine*, legunt, quod item in S. Victoris, & Grut. Iidem codd. ſtatim tranſponunt, *utrum poſſit ne*; habentque item vetuſtius cuſi; ſolummodo vulgatæ ſavet Pal. pr. GRVT. *In diſcrimen* ed. quoque MCCCCLXXX. Nemo ignorat, auctores optimos ita ſæpe locutos contra communem uſum latinitatis. Vide, ne ſexcentos nominem, viros doctos ad Livium II. 14. De Cicerone ipſe Gellius I. 7. Adde Paſſeratium ad cap. 5. huj. Orat. & ad 17. pro Roſc. Com. Idem in antiquis inſcriptionibus ſactitatum præter alios docet hæc inter monumenta libertorum domus Auguſtæ ed. Gorii p. 215. BATHVLLVS. ÆDITVVS. TEMPLI. D. AVGVSTI. ET. D. AVGVSTÆ. QVOD. EST. IN. PALATIVM. quæ optimi ævi eſt. Itaque reprehendi hoc, quod & antiquum, & a Græcis petitum eſt, nullo modo poteſt. Verum non temere, aut magnis ſine cauſis adſciſcendum. Hic neque numerus orationis, quem allegat Gellius, nec literæ *m* in extremo vocabulo facilis prætermiſſio, nec MSorum conſenſus, neque ulla alia demum ratio quartum caſum requirit. Porro *res in diſcrimine verſari*, aut *eſſe* dicitur, quæ ancipitem adhuc habet eventum, atque in eo eſt, ut decidatur. Eleganter de pugna Livius III. 28. *rem eſſe* dixit *in diſcrimine*. Quod autem in tot MSis & edd. legitur *utrum poſſit ne*, firmatur loco Terentii Adelph. III. 3. 28. *Vtrum ſtudio ne id ſibi habet, an laudi putat fore* &c. ubi Donatum conſule. GARATON.

Contra luxuriam ac licentiam) *Licentia* eſt extremum vitioſum libertatis. Cic. pro domo ſua: *Tu in civis domo ſimulacrum non libertatis publicæ, ſed licentiæ collocaſti*. Horat. *Et evaganti frena licentiæ injicit*. Luxuries quoque extremum eſt liberalitatis. Lib. I. de Off. *Hæc luxuriæ potius, quam beneficientiæ pareat*. II. de Orat. *Avaritiam tollere ſi velis, mater ejus eſt tollenda luxuries*. PASSERAT. Ed. SS. bene *luxuriem*. GARATON.

An deformata) Cic. de aruſp. reſp. *Pompeius ornat, an potius deformat*. PASSER.

Cupiditati petulantiæque addicatur) *Addicere quempiam alterius cupiditati*, genus eſt dicendi, quod crebris ſermonibus uſurpat, nos ſemel explicabimus. Translatio ex eo more, qui tum erat, ducta videtur, ut qui pecuniæ damnati judicatum facere non poſ-

tius , Sex. Nævi : non opibus , non facultate contendit: omnes tuas artes , quibus tu magnus es , tibi concedit. Fatetur , ſe non belle dicere , non ad voluntatem loqui poſſe: non ab afflicta amicitia transfugere , atque ad florentem aliam devolare , non profuſis ſumtibus vivere , non ornare magnifice, ſplendideque convivium , non habere domum clauſam pudori , & ſanctimoniæ , patentem , atque adeo expoſitam cupiditati, & voluptatibus : contra , ſibi officium , fidem , diligentiam , vitam omnino ſemper horridam , atque aridam cordi fuiſſe : iſta ſuperiora eſſe, ac plurimum poſſe his moribus ſentit. Quid ergo eſt? non uſque eo tamen , ut in capite fortuniſque hominum honeſtiſſimorum dominentur ii , qui relicta bonorum virorum diſciplina , & quæſtum , & ſumtum Gallonii ſequi maluerunt , atque etiam , quod in illo non fuit , cum audacia ,

poſſent , nexi creditoribus in ſervitutem addicerentur : unde etiam *addicti* dicebantur . Vt igitur cui quis addictus eſt , is pro ſuo jure , arbitratu ſuo , addicto item ut ſervo uti , atque abuti poteſt , eodem modo qui per alteſius gratiam atque potentiam iniquo judicio damnatur atque opprimitur , tranſlato vocabulo , *addici alterius cupiditati libidinique* dicitur . HOTTOMANNVS . *Petulantiæque addicatur*) Adnotatum eſt ad oram Pal. quart. deeſſe duas dictiones perſcribendas poſt *addicatur* , ſed eas non ponit ; neque inveni in membranis reliquis ; in quibus tamen omnibus (præterquam pr.) vacuum relictum erat , trium quatuorve dictionum ; imo ſext. ac ſeptimus linea integra vacabat ; quod idem videre eſt in editione anni CCCCLXXX. GRVT. *Addicatur* , eſt luxuriæ & licentiæ tradatur tamquam ſerva & damnata . PASSER.

Quibus tu magnus es) In ep. ad Att. *miſeriis noſtris magnus es* . IDEM .

Se non belle dicere) Non facete , non urbane . IDEM .

Non ad voluntatem loqui) Sic in Paradox. *Loquitur ad voluntatem : quidquid nunciatum ſit , facit* . HOTTOM. *Non ad voluntatem loqui poſſe*) Legendum fortaſſe , *non ad voluptatem loqui poſſe* : quod Græci dicunt , *προς χαριν* , & *προς ἡδονην* . LAMBINVS . Male . Cic. in Paradoxis : *Hereditatis ſpes quid iniquitatis in ſerviendo non ſuſcipit , quem nutum locupletis orbi ſenis non obſervat , loquitur ad voluntatem , aſſentatur , aſſidet* . PASSER.

Non ab afflicta amicitia) Marianorum: vide ſupra . HOTTOM.

Non habere domum clauſam pudori & ſanctimoniæ) Cujus domo non prohibeatur pudor & vitæ integritas . IDEM .

Horridam atque aridam) Sine condimentis . In orat. pro Sext. Roſc. *In ruſticis moribus , in victu arido , in hac horrida incultaque vita iſtiuſmodi maleficia gigni non ſolere* . Terent. *Sed habet patrem quemdam avidum , miſerum , atque aridum* . Plaut. in Aulul. *Pumex non æque eſt aridus* . PASSERAT. Ed. Ven. *ſemper ſibi horridam* , non inconcinne . Infra *ſequi maluere* . GARATON.

Et quæſtum & ſumtum Gallonii ſequi maluerunt) *Quæſtum Gallonii* ; quia præco Gallonius , item ut Sex. Nævius ,

dacia, perfidiaque vixerunt. Si licet vivere eum, quem Sex. Nævius non vult: ſi eſt homini honeſto locus in civitate, invito Nævio: ſi fas eſt reſpirare P. Quintium contra nutum, ditionemque Nævii: ſi quæ pudore ornamenta ſibi peperit, ea poteſt contra petulantiam, te defendente, obtinere, ſpes eſt & hunc miſerum atque infelicem aliquando tandem poſſe conſiſtere. Sin & poterit Nævius id, quod libet, & ei libebit, quod non licet, quid agendum eſt? qui deus appellandus eſt? cujus hominis fides imploranda eſt? qui denique queſtus, qui mœror dignus inveniri in calamitate tanta poteſt?

31. Mi-

vius, de quo Horat. lib. Serm. II.

Galloni preconis erat acipenſere menſa
infamis.

Sumtum autem, quia ventris & gutturis vitio mirabiliter addictus in cupedias & ſuaviſſimos quoſque cibos profuſos ſumtus faciebat; de quo Lælius apud Lucilium:

O Publi, o gurges Galloni, es homo miſer, inquit; *Cœnaſti in vita numquam bene, quum omnia in iſta Conſumis ſquilla, atque acipenſere cum decumano.* Hos verſus retulit Cicero in lib. II. de Finib. ubi ſic ſcribit: *Recte ergo is negat umquam bene cœnaſſe Gallonium, recte miſerum; quum præſertim in eo omne ſtudium conſumeret, quem libenter cœnaſſe nemo negat. Cur igitur non bene? quia quod bene, id recte, frugaliter, honeſte, ille porro male, prave, nequiter, turpiter cœnabat.* Non igitur nec lapathi ſuavitatem acipenſeri Gallonii Lælius anteponebat, ſed ſuavitatem ipſam negligebat. HOTTOM. *Gallonii*) Hic eſt ille Gallonius, de quo Lucilius apud Tullium lib. II. de Finibus, multaque ibidem de hoc Gallonio. Commemorat eumdem Q. Horatius ſat. 2. lib. II. LAMB.

Vivere eum) *Eum vivere*, ed. SS. melius. GRAV.

Contra nutum, ditionemque) Contra voluntatem & arbitrium. GRAV. Vide ad Cic. de Legibus II. 7. GARATON.

Aliquando tamen poſſe conſiſtere) Omnes alii, *aliquando tandem*. Quam lectionem recipio; quamquam TAMEN pro TANDEM plerumque ab hoc eodem uſurpari, alio loco docuimus: ſed hoc loco durior videtur illa ſignificatio. HOTTOM. Superius: *Multis injuriis jactatam atque agitatam æquitatem conſiſtere & confirmari patiamini.* Item: *Qua aliquis reperiebatur, apud quem ejus cauſa conſiſteret.* PASSERATIUS.

Quod non licet) *Licere id dicimus, quod legibus, quod more majorum inſtitutiſque conceditur. Nec enim quod quiſque poteſt, id ei licet.* Cic. XIII. Phil. II. Tuſc. V. *Peccare nemini licet, ſed ſermonis errore labimur. Id enim licere dicimus, quod cuiquam conceditur.* IDEM.

Qui denique queſtus) In Pal. ſec. nulla eſt lacuna; ſed in ceteris occurrit vacuum quatuor, octo, decem verborum; adeo ut aliquid deſit; plane adnotatum ad oram quarti, *deficiunt due lineæ*; idem ſupra poſt illud *perfidiaque vixerunt* adſcripſerat, *deficiunt due dictiones, vel una.* GRUT.

Qui mœror dignus inveniri in calamitate tanta poteſt?) Vocula *in* abjecta a Lambino & Aldo Iuniore, ſed exſtat in noſtris ad unum omnibus: placebat Guilielmio; qui adnotarat ad *dignus*, id eſt *idoneus*. IDEM. *Mœror dignus* eſt, quem meretur tanta calamitas, qui reſpondeat tantæ calamitati. GRÆV. Voculam *in* retinet etiam

31. Miſerum eſt exturbari fortunis omnibus , miſerius eſt , injuria : acerbum eſt ab aliquo circumveniri , acerbius, a propinquo: calamitoſum eſt bonis everti , calamitoſius, cum dedecore: funeſtum eſt a forti, atque honeſto viro jugulari , funeſtius ab eo , cujus vox in præconio quæſtu proſtitit : indignum eſt a pari vinci , aut ſuperiore, indignius , ab inferiore , atque humiliore : luctuoſum eſt tradi alteri cum bonis, luctuoſius , inimico: horribile eſt cauſam capitis dicere , horribilius , priore loco dicere. Omnia circumſpexit Quintius , omnia periclitatus eſt , C. Aquili: non Prætorem modo , a quo jus impetraret , invenire non potuit , atque adeo ne unde arbitratu quidem ſuo poſtularet : ſed ne amicos quidem Sex. Nævii , quorum

ſiam ed. MCCCCLXXX. GARATONIVS.

Miſerius eſt, injuria) Ovid.

Leniter ex merito quidquid patiare ferendum eſt,
Quæ venit indigno pœna dolenda venit. PASSERAT.

Cujus vox in præconio quæſtu proſtitit) Revocatum iſtud volebat fide S. Victoris ſui Guilielmius, quanto magis id præſtare debui, qui eadem quoque reperi in omnibus Pall. & Grut. ne dicam edd. Veteres, ac Victorianam; nuper natæ excluſerant præpoſitiunculam *in*. GRVT. *Non mirum ſi is, qui vocem venalem habuerat, ea, quæ voce quæſierat, magno ſibi quæſtui fore putabat*, ſupra c. 3. PASSERATIVS. Latuit fere hactenus in ed. MCCCCLXXX. lectio hæc ſatis proba, *cujus vox in præconio quæſtum præſtitit*: quamquam ſic poſtea ediderat Naugerius, ſic Pariſienſis ejus editionis repetitio an. MDXXXIX. ſic denique Camerarius. Neque eſt hoc certe dictum ineleganter: ſed alterum vehementius, & in Nævium acerbius. Hujus varietatis origines inveſtigabit is, cui erunt in eam rem adjumenta GARAT.

Ab inferiore & humiliore) Vti præcone, & abjectiore homine. Vnde qui in municipiis præconium faciebant, vetabantur eſſe decuriones; lib. VI. ad Fam. in epiſt. ad Leptam. PASSERATIVS.

Omnia circumſpexit Quintius) Pal. pr. ſec. tert. habent hic iterum lacunam duorum verborum. GRVT.

Invenire non potuit) Si ſtandum eſt auctoritati MSorum noſtrorum novem, item antique cuſis (etiam ed. MCCCCLXXX.), abjicienda hinc erit negatio. Et ſic ſæpe ſæpius locuti auctores boni, etiam noſter. GRVT. Negationem pariter ignorant tres e noſtris codicibus. *Non modo* pro *non modo non* ſæpiſſime legi apud veteres, notum eſt. Vide Mureti var. lectiones X. 7. LALLEMAND.

Ne unde arbitratu quidem ſuo poſtularet) *Poſtulare a Prætore jus* dicitur, qui quid ad juriſdictionem ejus pertinens ſive in agendo, ſive in defendendo poſtulat: hoc autem dicit, quia quum de re pecuniaria contendere cuperet, non licuit. HOTTOM. *Ne unde arbitratu quidem ſuo poſtularet*) a quo judicii formulam ex ſententia peteret. Poſtulationes erant liberæ. Cic. lib. VII. ep. ad Att. *Meo ne inquam* (Cicero) *arbitratu? An tibi, inquit* (Cæſar) *ego præſcribam?* Suo igitur arbitratu poſtulat, qui judicium pecuniarium ſibi reddi petit. Hoc eſt, quod dixit ſupra: *De re pecunia-*

rum ſæpe, & diu ad pedes jacuit ſtratus, obſecrans per Deos immortales, ut aut ſecum jure contenderent, aut injuriam ſine ignominia ſibi imponerent. Denique ipſius inimici vultum ſuperbiſſimum ſubiit: ipſius Sex. Nævii lacrymans manum prehendit, in propinquorum bonis proſcribendis exercitatam: obſecravit per fratris ſui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipſius conjugem, & liberos, quibus propior P. Quintio nemo eſt, ut aliquando miſericordiam caperet aliquam, ſi non propinquitatis, at ætatis ſuæ; ſi non hominis, at humanitatis rationem haberet; ut ſecum aliquid, integra ſua fama, qualibet, dummodo tolerabili, conditione tranſigeret. Ab ipſo repudiatus, ab amicis ejus non ſublevatus, ab omni magiſtratu agi-

cuniaria contendere cupio, non licet. Passerat.

Lacrymans manum prehendit) Mos antiquorum, quum vehementius quempiam rogarent, ut ejus manum prehenderent. Plautus in Amphit. IV. *Per dextram tuam te Alcmena oro, obſecro, Da mihi hanc veniam, ignoſce, irata ne ſies.* Et in Captivis: *Hæc per dexteram tuam, te dextera retinens manu obſecro infidelior mihi ne fuas; quam ego ſum tibi.* Sic in epiſtola Platonis VII. quum Theodotem referret a Dionyſio ſuppliciter deprecantem nequid in Heraclidem gravius conſuleret: *Προπετέστων δ' αὐτῷ ὁ Θεοδότης, λαβόμενος τῆς χειρὸς ἐδάκρυσε καὶ ἱκέτευε μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν*· i. e. *Prolapſus ad pedes Dionyſii Theodotes, manu prehenſa lacrymabatur, & obſecrabat, nequid tale admitteret.* Hottomannus.

Per fratris ſui mortui cinerem) Veteribus mos erat propinquorum ſuorum cineres in urnis aſſervare. His Tullius oratorie ſenſum tribuit; ut Verr. VII. *Non ex litibus æſtimatis tuis pecuniam, domum, ſed ex tua calamitate cineri atque oſſibus filii ſui ſolatium vult reportare.* Idem. Tibull. lib. II.

Parce per immatura tuæ precor oſſa ſororis,
Sic bene ſub tenera parva quieſcat humo.
Illius ad tumulum fugiam, ſupplexque ſedebo,
Et mea cum muto fata querar cinere. Passer.

Per ipſius conjugem & liberos) Nam P. Quintii conſobrinam habet in matrimonio Nævius, & ex ea liberos. Hottom.

Miſericordiam caperet) Exhibui ſcripturam ſcriptorum editorumque ante Lambinum, qui oggeſſit nobis, *miſericordia caperetur*; ſed quibus libris ſuffragantibus? mihi vix dubium ſit, par illud verborum *miſericordiam caperet*, eſſe librariorum gloſſam ad voces ſequentes. Grut. Ven. ſic interpungit: *miſericordiam caperet aliquam; ſi non &c.* Garat.

At ætatis ſuæ) Virg. *Dauni miſerere ſenectæ.* Supra: *Obſecro vos per ſenectutem.* Passeratius.

Ab ipſo repudiatus) Supplex repulſus. *Repudiare lacrymas* pro Sextio. *Obſecrationem repudiavit* pro Fonteio. *Preces & vota* pro Cluentio. Idem.

Ab amicis ejus non ſublevatus) Lib. X. ad

tu agitatus, atque perterritus, quem, præter te appellet, habet neminem: tibi ſe, tibi ſuas omnes opes, fortunaſque commendat: tibi committit exiſtimationem, ac ſpem reliquæ vitæ. Multis vexatus contumeliis, plurimis jactatus injuriis, non turpis ad te, ſed miſer confugit: e fundo ornatiſſimo dejectus, ignominiis omnibus appetitus, cum illum in ſuis paternis bonis dominari videret, ipſe filiæ nubili dotem conficere non poſſet, nihil alienum tamen vita ſuperiore commiſit. Itaque te hoc obſecrat, C. Aquili, ut, quam exiſtimationem, quam honeſtatem in judicium tuum prope acta jam ætate decurſaque attulit, eam liceat ei ſecum ex hoc loco efferre: ne is, de cujus officio nemo umquam dubitavit, ſexageſimo denique anno, dedecore, macula, turpiſſimaque ignominia notetur: ne ornamentis ejus omnibus Sex. Nævius pro ſpoliis abutatur, ne per te ferat, quo minus, quæ exiſtimatio P. Quintium uſque

X. ad Att. *Is qui nos quondam ad pedes ſtratos ne ſublevabat quidem*. Ergo proprie. GRÆV.

Atque perterritus) Legendum putant quidam, *proterritus*, hoc eſt, *longe territus*. Terent. Heautont. *proterruiſti hinc*. Ego nihil muto. LAMB. *Perterritus*) Sic & Plautus Moſtellaria, & Trinummo. GVLIELM.

Multis vexatus contumeliis, plurimis jactatus injuriis) II. De Natur. Deor. *Nauſiphanem Epicurus vexat omnibus contumeliis*. Pro Cæl. *Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliam, quæ ſi petulantius jactatur, convicium nominatur; ſi facetius, urbanitas*. *Injuria* genus eſt, *contumelia* ſpecies, a contemtu. Vide Vlpianum l. 1. D. de injuriis. Contumelia eſt acerbior injuria, inquit Nonius. Pacuvius: *Patior facile injuriam, ſi eſt vacua a contumelia*. PASSER.

E fundo ornatiſſimo) Inſtructiſſimo. Sic *ornata jumenta* in l. §. D. de Æd. Ed. frenis & ephippiis inſtructa. *Ornati aſini* apud Catonem. IDEM.

Ignominiis omnibus appetitus) Omni dedecore oppugnatus. Tibullus:

---- *Lavare nec ullam*
Poſſum ego, quin oculos appetat illa meos.

Liv. lib. VII. *Levat ſe alis, unguibus, & roſtris os oculoſque hoſtis appetit*. IDEM.

Filiæ nubili dotem conficere non poſſet) Plautus Aulularia:

---- *Pauperiem meam conqueror,*
Virginem habeo grandem, dote caſſam, atque inlocabilem,
Neque eam queo locare cuiquam.

IDEM.

Eam licet) Sic, quod monſtro ſimile, & Gruteriana, & infames illæ hujus errorum pediſſequæ Leidenſis, Londinenſis, Baſileenſis. Pudeat tantæ ſocordiæ. GRONOV.

Pro ſpoliis abutatur) *Abuti* eſt utendo conſumere. Nævius luxurioſus abutetur ſpoliis, quæ comedet & profundet. PASSERAT.

Ne per te ferat) Nævius. Id eſt, ne hoc abs te auferat: ne abs te diſcedat beneficio illo affectus. HOTTOM. Non poſſum ferre verbum *feras*, ſu-

 ſpicor

uſque ad ſenectutem perduxit, eadem uſque ad rogum proſequatur.

ſpicor legendum eſſe, *ne per te fiat*, pro quo dixit paullo ante, *ut liceat ei eum* exiſtimationem *ex hoc loco efferre*. PASSERAT. Audiendus hic erat Hottomannus; *Ferre* eſt accipere. Plaut. Merc. II. 3. *quod poſtea feres*. *Ne per te ferat* ſcilicet hanc pœnam: Sic *calumniam ferre*, eſt calumniæ damnari in epiſtola Cælii apud Ciceronem, ut recte I. F. Gronovius exponit ad Senecæ II. controv. IX. GRAEVIVS.

Digitized by Google

M. T. CICERONIS
PRO
SEX. ROSCIO AMERINO.
ORATIO SECVNDA.
ARGVMENTVM P. MANVTII.

L. *Chryſogonus, Sullæ dictatoris libertus, Sex. Roſcii Amerini interfecti bona, tamquam unius e proſcriptorum numero, coemerat: cumque Roſcium a Sulla proſcriptum non fuiſſe ſatis exploratum haberet, verereturque, ne quando filius ejus, pro quo hæc habita oratio eſt, paterna bona repeteret, induxit C. Erutium, qui eum de parricidio accuſaret, parricidiique cauſam afferret, quod eum pater, in prædia ruſtica amandatum, exheredare cogitaret. Roſcium Cicero defendit, non minore animo, quam ingenio: libere enim in Chryſogonum, Sullæ libertum, valdeque gratioſum, eſt invectus. Calumniam autem refellit tribus argumentis: primum, quod Roſcio, cur patrem odiſſe, ac ſe tam nefario ſcelere adſtringere deberet, causæ nihil eſſet: deinde, quod in duos potius Roſcios, Capitonem, & Magnum, cum quibus patri Roſcio veteres inimicitiæ fuerant, ejus maleficii ſuſpicio caderet: poſtremo, quod Chryſogonus, potentia ſua fretus, Roſcii patris bonis ab haſta minimo emtis, omni vi atque ope contenderet, ut, ejus unico filio, quo incolumi patrimonium tam amplum & copioſum ſe poſſe obtinere non arbitraretur, damnato, & ejecto, tutius ea bona, nullo litis metu, perpetuo poſſideret. Abſolutum eſſe Roſcium, nemo, ut arbitror, dubitabit, qui verba illa in Bruto legerit:* Prima cauſa publica pro Sex. Roſcio dicta tantum commendationis habuit, ut non ulla eſſet, quæ non noſtro digna patrocinio videretur. *Et illa lib. II. Off.* Maxime autem & gloria paritur, & gratia defen-

ſenſionibus, eoque major, ſi quando accidit, ut ei ſubveniatur, qui potentis alicujus opibus circumveniri urgerique videatur: ut nos & ſæpe alias, & adoleſcentes, contra L. Sullæ dominantis opes, pro Sex. Roſcio Amerino fecimus. *Acta cauſa eſt L. Sulla II. Q. Metello Pio coss. quæſitore M. Fannio, cum annos Cicero XXVII. natus eſſet, ut Gellius Aſconium ſecutus oſtendit* (1).

ARGV-

(1) De hac parricidii quæſtione pluribus differit in argumeoto Menardus. Ego I. Gorhoſredo aſſentior, qni ad L. ult. C. Th. ad L. Coro. de falſo, tria fuiſſe capita exiſtimat unius Corneliæ Legis, de ſicariis ſcilicet, de parricidio, de veneficiis: qui enim in alia eunt, mihi non ſatisfaciunt. A ſieariis potiſſimum denominatam eam legem, quod ea res latius pateat, facile poteſt exiſtimari: unum etiam Prætorem tribus quæſtionibus conſtirutum, quemadmodum in Roſcii cauſa Fannius, qui cognoſcere dicitur *inter ſicarios* cap. 5. cur enim parricidii Prætor, ipſo latore legis Sulla dominante, non appellatur? Certe ita debuit nominari, ſi diviſæ quæſtiones illæ lege fuerant tam recenti. Aliquando tameo ioter plures Prætores dividi potuerunt extra ordinem, præſertim poſt latam Legem Pompeiam, quæ parricidia unice complexa eſt, graduſque cognationis, ad quos id crimen pertineret, accurate definivit, qui in remotiore commiſerint eos pro ſicariis tantummodo haberi voluit, Legeque Cornelia teneri. Inſtit. IV. 18. §. 6. Sed verius etiam eſt, Prætores, qui de ſicariis cognoſcerent, in magna quæſtionum copia, Quæſitores parricidii, & veneficii ſæpe conſtituiſſe: quam nemo ignorat antiquam conſuetudinem judiciorum. Hinc poſteriores ICti, & judices, & Leges ex una Coroelia plures fecerunt, veluti Pomponius L. 2. §. 32. D. de orig. jur. Noſtram etiam ſententiam videtur confirmare Marcianus L. 1. D. de parricid. qui Lege Pompeia cautum dicit, ut parricida *pœna ea teneatur, quæ eſt Legis Corneliæ de ſicariis.* Ex quo cum illod conſequitur unam de ſicariis legem ad parricidas pertinuiſſe, tum etiam nihil a Pompeio veteri parricidarum pœnæ fuiſſe additum, de quo vide ad cap. 25. in f. Niſi mutila Marciani verba in Pandectas relata putamus, atque ex cit. §. Inſtiturionum eſſe ſupplenda: quod tamen rationes noſtras infirmare non poterit. Nam qui pro *ſicariis* ibi *parricidiis* ponunt, ſatis temere agunt. Vide Hoffmannum Hiſt. jur. tom. I. p. 112. De ſicariis autem latam a Sulla fuiſſe legem, antequam Tullius pro Roſcio cauſam dixerit, probabilibus argumeotis oſtendit Ioh. Fr. Ramos *del Manzano* in errorib. Triboniani de pœna parr. ioit. lib. IV. etſi non omnia, quæ in hanc rem attulit, mihi placeant: cui fere omnes adſtipulantur. Quod ſi ita eſt, & Pompeius ex d. Lege 1. nihil Sullanæ pœnæ addidit, ſequetur, neque Sullam culleo quidquam, qui ſolus a Tullio nominatur, addidiſſe: cetera proinde a Cæſare, qui de parricidarum bonis quædam graviora conſtituit, teſte Svetonio in cjus vita cap. 42. ſequentibuſve Imperatoribus fuiſſe addita: niſi auctorum veterum ævi Tulliani ſilentium ita contemnamus, ut omnes L. 9. D. eod. & d. §. Inſt. deſcriptas pœnas *more majorum* jampridem receptas exiſtimemus. Qua in re an aliquid ex Plutarchi Graccho, ubi C. Villii ſupplicium narrat, confici poſſit, aliis expendendum relinquo. Tam denſa huic hiſtoriæ particulæ offuſa caligo eſt, ut nihil judicare ſatius mihi videatur. GARAT.

ARGVMENTVM HOTTOMANNI.

L. Sulla II. Q. Metello Coſſ. C. Erutius Sex. Roſcium municipem Amerinum, Equitem R. parricidii reum apud M. Fannium Quæſitorem inter ſicarios fecit, eumque ita accuſavit, ut diceret cauſam ei maleficii ſuſcipiendi fuiſſe, primum odium patris, qui & ab ſeſe illum amandarat, & in prædia ruſtica relegarat, neque umquam domi ſuæ habuerat: & hoc amplius, exheredare illum in animo habebat. M. Tullius annum tum agens ætatis ſeptimum & viceſimum, Roſcium hac oratione defendit, in qua hæc fere capita complexus eſt. Primum abhorrere a tanti ſceleris atrocitate vitam Sext. Roſcii honeſtiſſime atque integerrime tranſactam: patri autem cauſam nullam fuiſſe, cur eum odio haberet, atque exheredare vellet. Quod vero rei eum ruſticæ præpoſuerat, id non modo non odii ac malevolentiæ, ſed etiam amoris & benevolentiæ paternæ ſingulare teſtimonium exſtitiſſe: incredibile eſſe, hoc crimen in quemquam humana ſpecie, ac figura præditum cadere potuiſſe, niſi tamquam ea, quæ oculis cernuntur, expreſſa ſceleris veſtigia exſtarent: facultatem denique perficiendi maleficii nullam Roſcio fuiſſe, qui neque Romæ tum fuiſſet, quum cædes facta diceretur, neque ullum liberum hominem noſſet, per quem negotium tranſigeret: ſervos vero ipſum etiam in quæſtionem poſtulare, quum ii ne dentur, adverſarii magnopere recuſent. Secundo loco ita reum purgat, ut etiam in T. Roſcium quemdam, cognomento Magnum, crimen conferat, quod & veteres & capitales inimicitias cum Sexti patre exercuerit, & Romæ tum fuerit, quum ille occiſus dicatur: verus præterea ſicarius & gladiator ſit, ac ſæpe in cæde verſatus. Deinde L. Chryſogonum, L. Sullæ libertum, & apud eumdem gratioſiſſimum interfecti bona quaſi proſcripti coemiſſe, poſſidere, partem T. Roſcio communicaſſe: & quia nunc Sexti hujuſce vitam uterque ſibi ad ea bona fruenda obſtare atque officere intelligit, Erutium, accuſatorem veterem & exercitatum appoſuiſſe, qui crimen callide confingeret, accuſationemque ſuſciperet. Reum

autem

Digitized by Google

autem Roſcium non modo nullum emolumentum ex nece patris, ſed etiam ſummam egeſtatem atque inopiam reportaſſe : iniquum eſſe, ut cujus injuria patriis fortunis omnibus ſit everſus, atque ad ſummam inopiam redactus, ejus nunc potentia per ſummum dedecus ſummamque injuriam vita privetur. Cauſa publica eſt : hoc eſt, accuſator non privatam alicujus, ſed læſæ totius Reipublicæ injuriam perſequitur. Acta eſt in foro (ut moris erat publice, & in conſpectu populi, circum ſubſellia judicum coronam facientis hæc capitis judicia fieri) ad M. Fannii Prætoris tribunal, qui quæſtioni inter ſicarios præerat, quum ei in conſilio Iudices ex ordine Senatorio, qui tum ſolus lege Cornelia judicabat, aſſiderent. Et acta eſt, ut Gellius teſtatur, L. Sulla iterum, & Q. Metello Coſſ. anno poſt cauſam P. Quintii; *ex quo, quod initio de ætate Ciceronis diximus, licet intelligi. Nam a Q. Cæpione, & Q. Serrano, quibus Coſſ. Cicero natus eſt, ad illos Coſſ. totidem anni numerantur, quo magis Feneſtellam erraſſe miror, quem Aſconius (auctore Gellio) merito reprehendit, & Fabium Quinctilianum, qui lib. XII. putavit, Ciceronem ſex & viginti natum annos hanc cauſam dixiſſe : ſed hoc eos, opinor, in errorem induxit, quod annum Cæpionis & Serrani non numerabant : ut plerumque uſu venit,* cum ſatis conſtet III. Nonas Ianuarii natum Ciceronem fuiſſe : *ut in ſuperioris Orationis initio demonſtravimus. Prima autem hæc cauſa eſt, quam publicam egit, ut ex oratione intelligitur, & in Bruto docet his verbis :* Itaque prima cauſa publica pro Sex. Roſcio dicta tantum commendationis habuit, ut non ulla eſſet, quæ non noſtro digna patrocinio videretur. *De hac Oratione in lib. Offic. II. ſic ſcribit :* Maxime autem & gloria paritur & gratia defenſionibus : eoque major quando accidit, ut ei ſubveniatur, qui potentis alicujus opibus circumveniri urgerique videatur : ut nos, & ſæpe alias, & adoleſcentes, contra L. Sullæ dominantis opes pro Sext. Roſcio Amerino fecimus : quæ (ut ſcis) exſtat oratio.

ARGU-

ARGVMENTVM LAMBINI.

Hæc pro Sex. Roſcio Amerino oratio ante orationem pro P. Quintio locanda videtur, quoniam ante eſt habita, quam orat. pro Quintio (1). *Quod ita eſſe cum poſſim pluribus argumentis demonſtrare, hoc uno ero contentus. Orat. pro Sex. Roſcio habita eſt, L. Sulla etiam tum dictaturam gerente: idque perſpicuum eſſe poteſt cum ex ea ipſa oratione, tum ex iis, quæ ſcribit l. II. de Off.* Adoleſcentes contra L. Sullæ dominantis opes pro Sex. Roſcio Amerino diximus, *At oratio pro P. Quintio habita eſt vel Sulla mortuo, vel certe poſt depoſitam ab eo dictaturam: idque intelligere licet ex eo' quod in ea dicit M. Tullius:* Emiſti bona Sex. Alpheni, L. Sulla dictatore vendente: *non dixiſſet hoc, ut cenſet Seb. Corradus, Sulla aut dictatore, aut etiam ſi non dictatore, attamen vivo; vereretur enim, ne illum denuo offenderet. Sed credi-*

(1) Examinandus eſt locus Ciceronis ex hac oratione cap. 44. *Opinor enim eſſe in Lege, quam ad diem proſcriptiones, venditioneſque fiant: nimirum ad Kal. Iunias. Aliquot poſt menſes & homo occiſus eſt, & bona veniſſe dicuntur.* Lex Valeria de dictatura Sullæ, de proſcriptione civium, deque bonorum venditione lata eſt poſt victum Teleſinum, Mariumque juniorem Coſ. interfectum, ad Kal. Novembr. ut colligitur ex Paterculo, & aliis. Fuitque in ea perſcriptum, ne poſt Kal. Iunias anni, quo Coſſ. fuerunt Decula, & Dolabella cujuſquam proſcripti bona venderentur. Cum igitur aliquot poſt menſes occiſus fuerit Sex. Roſcius pater, & multo poſt accuſatus de parricidio filius, ſequitur, anno ſequenti, Sulla II. & Metello Coſſ. habitam fuiſſe orationem pro Roſcio, cum anno ſuperiore dixiſſet Cicero pro Quintio in judicio privato. Neque Lambini conjecturæ ponderis multum habent. Nam Sulla Coſ. omnia ad arbitrium ſuum gerebat, ut recte Tullius *ejus dominantis opes* commemoret. Illa vero verba de bonis Alpheni cur Cicero, Sulla dominante, non dixerit? Neque enim eſt ea reprehenſio, cum Sulla inimicorum bona, & eorum, qui Reip. hoſtes putarentur, lege venderet. Ille igitur injuria hæc ſe facere arbitraretur? aut illum offenderent, qui illius acta probarent? Quod ſi poſt mortuum Sullam Lepido, & Catulo Coſſ. ut ex Floro IV. 23. colligitur, tum demum Quintium Cicero defendit, cur in Græciam ſeceſſiſſet Sullæ metu, ut narrat auctor graviſſimus Plutarchus? Denique ſic Tulliana tempora omnia perturbarentur, cum anno poſt Lepidum Coſſ. Quæſtor in Siciliam iverit Cicero, ut ex Verrinis patet. Qui enim Græco itineri locus relinquetur? Sed Lambinus hic reprobare quodammodo ipſe ſuam ſententiam videtur, quam ſummo ſtudio defendere ceperat. FERRAT. Gellium, ex quo harum orationum annos non obiter, ſed ſtudioſe habemus expoſitos, miror a Lambino, & Ferratio præteritum. GRATON.

credibilius eſt, Quintium in judicio privato, ante Roſcium Amerinum in judicio publico, defenſum eſſe, cum conſtet, M. Tullium, Roſcio abſoluto contra L. Sullæ dominantis opes, Athenas ſeceſſiſſe, trienniumque Roma abfuiſſe.

ARGUMENTUM ANONYMI.

Sextus Roſcius Amerinus locuples fuit; hic cum haberet Roſcium filium rigidioris naturæ in paternis prædiis commorantem; & haberet duos inimicos municipes ſuos, Roſcium Magnum, & Capitonem. Hic Sulla dominante etiam proſcriptione finita, ad balneas Pallacine (1) *rediens a cœna, occiſus eſt; de morte ejus primus nuntiavit Ameriam Glauciæ quidam Roſciorum cliens. Delatum eſt ad Sullam nomen; occiſi bona venierunt, emta a Chryſogono Sullæ liberto; in ſocietate cum Roſcis poſſidere cœpta ſunt, filio* (2) *expulſo Amerino: legatos ad Sullam miſerunt, qui dicerent bona Roſcii non debuiſſe venire, obreptumque ipſi eſſe, cum eſſet Roſcius injuriam paſſus; inducti a Chryſogono ſunt, promittente emtionem remiſſurum. Interim Sextus Roſcius adoleſcens parricidii accuſatus eſt ab Erutio quodam ex novis accuſatoribus, & abſolutus. Duplicis conjecturæ cauſam diſpoſitione naturali proſequitur. Nam cum defendit filium, regerit crimen in Roſcios, comparando perſonas, cauſas, ceteraque, quæ aut oriuntur ex illis, aut* (3) *illa referuntur; & tuetur reum, ut intelligi facile ſit accuſatore ſuppoſito periclitantem; multum itaque*

(1) Facillimum eſt emendare *ad balneas Palatinas*, ut fecit Verburgius. Sed quid eſt, quod hic idem Anonymus ex hujus orationis deperdita particula hæc affert verba, *in vico Pallacine?* Locum eſſe ait, ubi cœnavarat Roſcius. Hujus vici neque in illa percelebri Gruteriana inſcriptione p. CCL. neque apud Rufum mentio ulla eſt: imo lex tantummodo videntur in ea regione viei fuiſſe, quorum omnium nomina, nec in his *Pallacine*, cognoſcimus. An hoc fuit poſt Ciceronem nomen immutatum? Eſt tamen Chriſtianus apud Reineſium XX. 146. ſæculi IV. lapis, in quo Lector quidam nominatur DE PALLACINE. Videtur hic vicus exſtitiſſe: fortaſſe in hoe etiam argumento, atque hoe ipſo loco, memorabatur: quod tamen ita mutilum, maleque habitum eſt, ut ab affirmando, atque ab emendando deterreat. GARAT.

(2) Leg. expulſo. Amerini legatos. I. FR. GRONOV.

(3) F. ad illa referuntur. GRAEV.

que circa Erutium terrorem calumniæ movens urbaniſſimis ſalibus inſignis actio libertate patrono; quam evitari non potuiſſe publicis temporibus apparet Sulla dominante. Placet igitur Ciceroni excurſus ille juvenilis; de ſuppliciis parricidarum ad annos ſuos ad exiſtimationem tam floride partes inter medias hæc oratio ponitur. Status conjecturæ, transfuſio per (1) anticatbropeian; non ego feci parricidium, ſed vos: genus cauſæ admirabile; nata primo admirabilitas ex adverſo tempore, ex potentia Sullana, ex magnitudine parricidii.

(1) Forte ἀντικατηγορίαν. I. Fr. Gronov.

I. Credo ego vos, Iudices, mirari, quid ſit, quod, cum tot ſummi oratores, hominesque nobiliſſimi ſedeant, ego potiſſimum ſurrexerim, qui neque ætate, neque ingenio, neque auctoritate ſim cum iis, qui ſedeant, com-

ANONYMI.

Credo ego) Pleonaſmus eſt in elocutione; nam cum dixiſſet *credo*, adjecit *ego*.

Mirari) Modo eadem partem recurat; quod nullus oratorum ceterorum ad defenſionem acceſſit, potiſſimum ipſe ſurrexit. Sed dum vult eos timoris excuſare, quod ſciat eos timuiſſe, ſe damnavit audacia.

Ego potiſſimum ſurrexerim) Duo ſunt, quæ quæruntur in oratore, auctoritas & eloquium: auctoritas ex nobilitate: eloquium ex doctrina; ut ait Virgilius ex auctoritate: *tunc pietate gravem ac meritis*; ex eloquio: *ille regit dictis animos*.

VARIORUM.

Credo ego vos Iudices) Hoc principio benevolentiam a ſua perſona conciliat, quod hominis miſeri & innocentis cauſam a ceteris omnibus propter defenſionis periculum deſertam, officio adductus ſuſceperit. IVDICES autem, Senatores intellige: ut paulo poſt: *Ex civitate in Senatum, ex Senatu in hoc conſilium delecti eſtis*. Antea judicia penes Equites R. erant: nunc Sulla victor duos abhinc annos in ordinem ea Senatorum tranſtulerat. Et IVDICES, privati homines ex Iudicum decuriis dati ab accuſatore & reo, qui M. Fannio Prætori, & judici quæſtionis pro tribunali ſedenti, in ſubſelliis jurati adſidebant, ſententiam ad Prætoris urnam perorata cauſa laturi. HOTTOMANNVS.

Hominesque nobiliſſimi ſedeant) De hoc more initio ſuperioris orationis diximus: unde, quæ ad hunc locum pertinebunt, ſumere licebit. Homines autem nobiliſſimos dicit Scipiones, Servilios, Metellos. IDEM.

Ego potiſſimum ſurrexerim) Stantes enim & oratores in foro cauſam: & ſenatores in curia ſententiam dicebant. IDEM.

Is qui neque ætate) Pronomen IS abeſt ab omnibus aliis, quos vidi & antiquis & impreſſis libris: & abeſt tantum meo judicio, non deeſt. IDEM. Retinuit tamen ex duobus MSis Pariſienſibus Lallemandus. Sic infra cap. 13. *Chryſogonus autem, is, qui plurimum poteſt, potentia pugnat.* GARATON.

Neque

Digitized by Google

comparandus. Omnes enim hi, quos videtis adeſſe in hac cauſa; injuriam novo ſcelere conflatam putant oportere defendi, defendere ipſi propter iniquitatem temporum non audent: ita fit, ut adſint, propterea quod officium ſequuntur: taceant autem idcirco, quia periculum metuunt. Quid ergo? audaciſſimus ego ex omnibus? minime: at tanto officioſior, quam ceteri? ne iſtius quidem laudis ita ſum cupidus, ut aliis eam præreptam velim. Quæ me igitur res præter ceteros impulit, ut cauſam Sex. Roſcii reciperem? quia, ſi quis iſtorum dixiſſet, quos videtis adeſſe, in quibus ſumma auctoritas eſt, atque amplitudo, ſi verbum de repub. feciſſet, id quod in hac cauſa fieri neceſſe eſt: multo plura dixiſſe, quam dixiſſet, putaretur; ego etiamſi omnia, quæ dicenda ſunt, libere dixe-

Neque ætate) Annorum, ut ante dixi, XXVII. HOTTOM.

Neque auctoritate) Nam auctoritas bene gerenda Rep. conciliatur: ipſe autem nondum ad Remp. acceſſerat. IDEM.

ANONYMI.

Omnes hi quos videtis) Debet conciliare orator cauſam, quaſi non ſolus defendat.

Quid ergo audaciſſimus) (1) Antiptoſis.

An tanto officioſior) Officioſiores dicuntur, qui volunt ad ſuum officium proprie pertinere, ut rapiant cauſas defendendas.

VARIORUM.

Omnes enim hi) Rationis ſubjectio novo modo, & omnino præter conſuetudinem poſita. Nam particula ENIM cauſam cur mirarentur, afferri debebat: nunc cur alii ſedeant, oſtendit. IDEM.

Injuriam defendi) Propulſari: & ſic loquutus eſt lib. de Offic. III. *Etenim ſi is qui defendit injuriam, neque propulſat a ſuis, quum poteſt, injuſte facit, &c.* IDEM. Cic. Cat. Majore: *Et nimios ſolis defendit ardores*. Vid. Gell. IX. 3. & Lipſ. II. Var. lect. 21. GRÆV.

Novo ſcelere) Accuſatorum. Et NOVVM ſic accipio, inauditum, ſingulare, nefarium. Terentius:

Neque hujus ſis veritus feminæ primariæ,
Novo modo ei quin faceres contumeliam.

HOTTOM. Quia qui patrem Roſcii revera occiderant, filium accuſant parricidii. FACCIOL.

Propter iniquitatem temporum) Propter Sullæ potentiam, cujus offenſionem metuunt. HOTTOM.

Quod officium ſequuntur) Faciunt, quod honeſtum eſt & decet. PARASCHIVS.

At tanto) Cod. Iannoctii *aut*. Scholiaſtes *an*. Vtrumque vulg. *at* melius mihi videtur: jamque *an*, Scholiaſte non inſpecto, conjecerat Facciolatus. GARATON.

Si verbum de Rep. feciſſet) Id eſt, de rebus a Sulla in Republ. geſtis: de proſcriptis, eorumque bonis venditis. HOTTOMANNVS.

Multo plura dixiſſe) Nam qui hoc Sullæ renuntiarent, rem verbis majorem facerent. HOTTOM.

ANO-

(1) F. Anteroſis, L. FA. GRONOV.

dixero, nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit: deinde, quod ceterorum neque dictum obſcurum poteſt eſſe propter nobilitatem, & amplitudinem, neque temere dicto concedi propter ætatem, & prudentiam: ego ſi quid liberius dixero, vel occultum eſſe propterea, quod nondum ad remp. acceſſi, vel ignoſci adoleſcentiæ meæ poterit: tametſi non modo ignoſcendi ratio, verum etiam cognoſcendi conſuetudo

ANONYMI.

Ignoſce adoleſcenti) Inter ignoſcere & cognoſcere hoc intereſt; ignoſcere eſt: erravi, da veniam; cognoſcere eſt: non erravi, audi me. Modo vero in hac civitate non modo cognoſcendi ratio ſublata eſt, ſed etiam ignoſcendi.

VARIORUM.

Oratio mea exire atque in vulgus emanare) Hoc dicit, non tanti fiet ut ad Sullam perferatur: quippe habita ab homine adoloſcente, nulla auctoritate prædito. Verum hæc eum ſpes fefellit; coactus eſt enim Sullæ offenſionem veritus in Græciam proficiſci. Et quoniam ea de re Plutarchi verba magnopere ad hunc locum pertinent, melius erit ea ſubjicere: Εν δε τῳ χρονῳ τυτῳ, Χρυσογονος απελευθερος Συλλα, προσαγγειλαντος τινος υσιαν ὡς εκ προγραφης αναιρεθεντος, αυτος εωνησατο δισχιλιων δραχμων. επει δε Ρ'ωσκιος ὁ ὑιος και κληρονομος τυ τεθνηκοτος ηγανακτει, και την υσιαν απεδεικνυε πεντηκοντα και διακοσιων ταλαντων υσαν αξιαν. Ο', τε Συλλας ελεγχομενος εχαλεπαινε, και δικην πατροκτονιας επηγε τῳ Ρ'ωσκιῳ, τυ Χρυσογονυ κατασκευασαντες, εβοηθει δ' υδεις, αλλ' απετρεποντο, τυ Συλλα την χαλεποτητα δεδοικοτες· ὑτω δη δι' ερημιαν τυ μειρακιυ τῳ Κικερωνι προσφυγοντος, οἱ φιλοι συμπαρωρμων, ὡς υκ αν αυτῳ λαμπροτεραν αυθις αρχην προς δοξαν ἑτεραν υδε καλλιω γενησομενην. αναδεξαμενος υν την συνηγοριαν και κατορθωσας, εθαυμασθη. δεδιως τον Συλλαν απεδημησεν εις την ἑλλαδα. Hoc eſt: Per id tempus Chryſogonus libertus, Sulla publicante bona cujuſdam quaſi ex proſcriptione interfecti, emit ea bona duobus millibus drachmarum, quod quum Roſcius, filius & heres defuncti, ægre ferret, demonſtraretque ea bona eſſe ducentorum quinquaginta talentorum, Sulla redargui ſe graviter & acerbe tulit, Roſciique nomen de parricidio deferendum curavit; cujus rei tranſactore & adminiſtro Chryſogono uſus eſt, Roſcio vero nemo ſubveniebat; quin potius omnes abhorrebant, Sullæ offenſionem pertimeſcentes. Itaque adoleſcens ab omnibus deſertus, ad Ciceronem confugit. Suadebant id amici; dicebant, non alium ad gloriam neque illuſtriorem, neque ſplendidiorem aditum poſtea oblatum iri. Itaque ejus patrocinium ſuſcepit; & quum præclare eam cauſam egiſſet, magnam apud omnes admirationem ſui concitavit. Veritus autem Sullam, in Græciam profectus eſt. Hæc Plutarch. In quibus quod μειρακιον Roſcium appellat, intelligendum eſt eum aut falli, cum illum majorem annis quadraginta Cicero poſtea fuiſſe dicat; aut Ciceronem oratorie loquutum eſſe. HOTTOM.

Temere dicto concedi) Eſt ignoſci; lib. VI. ep. 6. ad Cæcinnam: *Non putat ſe ſuſtinere poſſe cauſas multorum, ſi tibi, cui juſtius videtur iraſci poſſe, conceſſerit.* h. e. Si tibi ignoverit. Orat. pro Marcello: *Cum M. Marcellum ſenatui populoque Romano conceſſiſti.* Sic concedere delicta, delictis ignoſcere, & illorum pœnam remittere. Suet. Neron. 29. *Ideoque profeſſis apud ſe obſcœnitatem, cetera quoque conceſſit delicta.* GRÆVIUS.

Non modo ignoſcendi, verum & cognoſcendi) Hoc ſignificat. Si quid ad Sullam, quaſi de ipſo liberius dictum, perfertur, non modo ei qui dixerit

tudo jam de civitate ſublata eſt. Accedit illa quoque cauſa, quod a ceteris forſitan ita petitum ſit, ut dicerent, ut utrumvis ſalvo officio ſe facere poſſe arbitrarentur: a me autem ii contenderunt, qui apud me & amicitia, & beneficiis, & dignitate plurimum poſſunt, quorum ego neque benevolentiam erga me ignorare, nec auctoritatem aſpernari, nec voluntatem negligere debeam.

2. His de cauſis ego huic cauſæ patronus exſtiti, non electus unus, qui maximo ingenio, ſed relictus ex omnibus, qui minimo periculo poſſem dicere: neque uti ſatis firmo præſidió defenſus Sext. Roſcius, verum uti ne omnino deſertus eſſet. Forſitan quæratis, qui iſte terror ſit, & quæ tanta formido, quæ tot ac tales viros impediat,

non ignoſcitur, ſed etiam incognita cauſa damnatur. Videtur autem ad illud Terentianum alluſiſſe; *Nam & cognoſcendi, & ignoſcendi dabitur peccati locus* HOTTOM. *Cognoſcere* eſt audire aliquem in judicio. Videtur imitatus Terentianum illud in Eunucho prol. verſ. 42. *Æquum eſt, vos cognoſcere, atque ignoſcere*. FACCIOL.

ANONYMI.

Accedit illa cauſa) Anadiploſis.

Quod a ceteris forſitan) Si quis amicus petat a me defenſionis officium, ſi præſtitero, habeo gratiam, ſalvo officio; ſi noluero, habeo officium ſalvum ſine gratia: ergo utrum velim in poteſtate mea eſt. Si quis vero frater petierit; quia propter potentiam ſui Sulla ſatis timebatur, tamen omnimodo frater eſt, cui præſtandum eſt. Poſſumus hic dicere, in poteſtate habemus, utrum velimus, an nolimus: omnimodo neceſſe eſt velle; a ceteris ergo ſic petitum eſt, ut in poteſtate habeant, utrum velint; a me autem hi petiverunt.

Maximo ingenio) Meſſalam maxime ſignificat, cujus maxime exſtant orationes.

Forſitan quæratis) Particularis narratio; loco principiorum cedit; narranda cauſa fuerat; admirabilitas ſumma fuerat, quia nullus alter erat defenſor; quare nullus alter acceſſit; & quia præparandus eſt judex in principio benignitate & benevolentia, cauſæ vero redditio, particularis narratio eſt.

Quæ tot) Ex numero.

Ac tales viros) Ex perſona.

VARIORUM.

Ita petitum ſit) Roſcius ab iis forſitan petiit, ut vel ipſi pro ſe cauſam agerent, vel, qui eamdem ſuſciperet, patronum quempiam reperirent. Idcirco putarunt, ſatis a ſe Roſcio factum iri, ſi cauſam Ciceroni demandaſſent, ipſi vero adeſſent advocati. Non enim probo, quod Manutius ait, ea de cauſa licuiſſe viris nobilibus Roſcii cauſam, ſalvo officio, non ſuſcipere; quia non, ut a Cicerone, *contenderunt ii, qui &c.* neque hanc video eſſe oratoris ſententiam. Quodnam igitur erat virorum nobilium officium? Scilicet clientis, & hoſpitis vitam defendere: idque præſtare debebant, uno Roſcio rogante, etiamſi ab iis nemo alius eam rem contenderet. Quodnam autem ipſius Ciceronis officium? Ei cum non eſſet cum Roſcio aut hoſpitium, aut conſuetudo, non in gratiam Roſcii cauſam illius ſuſcipere, ſed talium virorum, a quibus rogabatur, auctoritatem non aſpernari. Omnia hæc ſatis manifeſta ſunt. FERRAT.

ANO-

diat, quo minus pro capite, & fortunis alterius, quemadmodum conſuerunt, cauſam velint dicere. Quod adhuc vos ignorare non mirum eſt, propterea quod conſulto ab accuſatoribus ejus rei, quæ conflavit hoc judicium, mentio facta non eſt. Quæ res ea eſt? bona patris hujuſce Sex. Roſcii, quæ ſunt ſexagies: quæ de viro fortiſſimo & clariſſimo, L. Sulla, quem honoris cauſa nomino, duobus millibus nummum ſe dicit emiſſe adoleſcens vel potentiſſimus

ANONYMI.

Quæ res ea eſt) Hic non narratio incipit, ſed eſt quædam excuſatio.

Lucio Sulla) Debet ſervare dignitatem; eſt enim magna perſona.

Potentiſſimus) Ideo hic effert, ut eludat; ideo adjecit poſtea, *Cornelius*; hoc dixit irriſione; qua libertinum hominum interpoſita ferme patronorum nomina gloriantur.

VARIORUM.

Pro capite & fortunis) Hoc loco plane ac Latine loquitur; nam hic *caput* non exiſtimationem ſignificat, ut in Orat. pro Quintio; ſed more Romano, PRO CAPITE, id eſt pro vita: in cujus diſcrimen Sex. Roſcius adductus eſt. Nam in parricidas extremum & ſummum ſupplicium conſtitutum eſt. HOTOMAN.

Quemadmodum conſuerunt) Hoc ad illorum laudem pertinet. Nam (ut ex Verrina prima conſtabit,) accuſatorum nomen odioſum; defenſorum vero laudabile & gratioſum erat. Id quod libro de Officiis II. pluribus verbis commemorat. IDEM.

Quæ ſunt ſexagies) Hac defectione uſus eſt etiam Plautus. Subauditur autem *ſeſtertium*. Et infra plene loquutus eſt: *Hæc bona*, inquit, *H-S ſexagies, emuntur duobus millibus nummum*. Etiam alia defectio, quum dicimus *H-S ſexagies*, hoc ſubintelligimus, Centena millia; ut ſit, *ſexagies centena millia ſeſtertium*. De qua quidem locutione diximus in Orat. Verrina III. Sunt autem noſtratis pecuniæ, ut Budæus probavit, aureorum centum quinquaginta millia; & eidem ſummæ reſpondet, quod ſcribit Plutarchus de ducentis quinquaginta talentis. IDEM. Recte ſubducta eſt ratio: *ſexagies* eſt ſexagies centena millia ſeſtertium, ut recte hoc genus dicendi expoſuit vir magnus Ioannes Fridericus Gronovius, quem vide in lib. I. de Vetere Pecunia. *Sunt* autem eſt, æſtimantur. Cic. III. Verr. *Cum in Sicilia ſeſtertiis binis tritici modius eſſet*, hoc eſt, æſtimaretur. Cic. IX. ad Att. 13. *Id ego volui Q. ſed pluris eſt*, hoc eſt, æſtimatur. Sic *ειναι* apud Græcos: Ælian. Var. Hiſt. l. 20. *Τυ αγαλματος τυ Διος περιειλε και τον κοσμον, ὁς ην, φασι, χρυσιυ πεντε και ογδοηκοντα ταλαντων*. *Statuam Iovis veſtitu & omnibus ornamentis ſpoliavit, quæ octoginta quinque auri talentis erant*. Sic recte viri docti legendum hunc locum ex MSo oſtenderunt. GRÆV.

Duobus millibus nummum) Id eſt ſeſtertiorum: nam & *nummus* dicitur præciſe, & *ſeſtertius*, & *nummus ſeſtertius*. Reſpondet autem hæc ſumma noſtratis pecuniæ aureis ſcutatis quinquaginta. HOTTOM. Sic etiam Erneſtus, & antea Manutius, qui Plutarchi diſſenſum primus notaſſe videtur. Is enim in vita Cic. cap. 3. *δισχιλιων δραχμων* habet, quod vertitur *octo millibus nummum* a Xylandro, *XX. millibus æris* ab aliis, quæ ſummam eamdem conficiunt. Itaque Scaliger, aliique permulti Plutarchum exiſtimant vehementer erraſſe. Sed digniſſima lectu eſt Ioh. Rualdi, qui Plutarchi errores caſtigabat, animadverſio XXVII. qua eum hac in re tuetur diligentiſſime, Tulliumque putat, non hic ſeſtertios, ſed denarios ſignificaſſe, quorum duo millia ſeſtertios faciunt octies millenos: acute ve-

mus hoc tempore noſtræ civitatis, Luc. Cornelius Chryſogonus. Is a vobis, judices, hoc poſtulat, ut, quoniam in alienam pecuniam tam plenam, atque præclaram nullo jure invaſerit, quoniamque ei pecuniæ vita Sex. Roſcii obſtare, atque officere videatur, deleatis ex animo ſuo ſuſpicionem omnem, metumque tollatis: ſeſe, hoc incolumi, non arbitratur hujus innocentis patrimonium tam amplum, & copioſum poſſe obtinere: damnato, & ejecto, ſperat ſe poſſe, quod adeptus eſt per ſcelus, id per luxuriam effundere, atque conſumere. Hunc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies noctesſque ſtimulat, ac pungit, ut evel-

te vero inſolentem hunc loquendi modum ex vetuſtis auctoribus elicit, ex Plautoque potiſſimum. Quid ni rem Cicero ambiguo verbo, a quo mendacium abeſſet, extenuare voluerit? Si tamen Plutarchus adhuc eſt errare cogendus, erroris certe fontem in hac ambiguitate conſpicimus. GARATON.

ANONYMI.

In alienam pecuniam) Id eſt, in alienum patrimonium; pecuniam dicit univerſitatem rei familiaris.

Suſpicionem omnem) Vide, quemadmodum ad invidiam & odium ducit verba ipſius, & poſtulationem nequiſſimam.

Damnatum & ejectum) Modo movetur quæſtio; ſi parricida in culleum ſuitur, quare dixit, *ejecto*? quia oratoris eſt minus dicere pœnam rei, ut dicat exilium.

VARIORUM.

Luc. Cornelius Chryſogonus) Sullæ libertus, & *Chryſogonus*, ſervi nomen, quaſi dicas, *aureus fœtus*, vel *ſemen aureum*; *L. Cornelius*; patroni. Nam qui libertate donabantur, in ejus nomen tranſibant a quo libertate donati eſſent. L. Sulla victor proſcriptorum ſervis, qui firmis corporis viribus, & ætate integra eſſent, amplius decem millibus libertatem dedit, eoſque cives Romanos eſſe, & *Corneliorum* nomine appellari voluit, vide Verrin. V. De hoc ipſo Chryſogono operæ pretium eſt Plinii verba ſubſcribere ex libro XXXV. cap. 17. *Eſt*, inquit, *& viliſſima creta, qua circum producere ad victoriæ notam, pedeſque venalium trans mare advectorum denotare inſtituerunt majores. Talemque in catasta videre majores noſtri Chryſogonum Sullæ, &c. alioſque deinceps, quos enumerare jam non eſt, e ſanguine Quiritum, & proſcriptionum licentia ditatos.* HOTTOM.

Vel potentiſſimus) Particula *vel* hoc loco idem valet ac *facile*, *procul dubio*. FACCIOL. Affert in exemplum Chariſius inter Grammaticos Putſchii pag. 90. GARAT.

Is a vobis) Locus benevolentiæ ab adverſariorum perſona conciliandæ: cum eorum potentiam, ſcelus, & audaciam oſtendit: demonſtratque, eorum avaritia crimen hoc in hominem innocentem conflatum fuiſſe. HOTTOM.

In alienam pecuniam) Hoc ad Iuriſconſultorum obſervationem pertinet, qui ſcribunt, veteres *pecuniæ nomine fortunas omnes intellexiſſe*. IDEM.

Tam plenam) Pro tam copioſam. Sic *plenæ* urbes, Cic. in Piſon. 27. ſunt opulentæ: *plenum convivium*, Sueton. eſt lautum & copioſe inſtructum. GRÆV.

Hunc ſibi ex animo ſcrupulum) Scrupulus eſt lapillus in calceo latens, & preſſus pedem offendens. Hinc ægritudinem eam cogitatione, *ſcrupulum* appellamus. Terentius in Phormione: *Monſtri, ita me di ament, ſimile.*

evellatis, poſtulat, ut ad hanc ſuam prædam tam nefariam adjutores vos profiteamini. Si vobis æqua, & honeſta poſtulatio videtur, judices; ego contra brevem poſtulationem affero, &, quomodo mihi perſuadeo, aliquanto æquiorem.

3. Primum a Chryſogono peto, ut pecunia, fortuniſque noſtris contentus ſit, ſanguinem, & vitam ne petat: deinde a vobis, judices, ut audacium ſceleri reſiſtatis, innocentium calamitatem levetis, & in cauſa Sex. Roſcii, periculum, quod in omnes intenditur, propulſetis. Quod ſi aut cauſa criminis, aut facti ſuſpicio, aut quælibet denique vel minima res reperietur, quamobrem videantur illi nonnihil tamen in deferendo nomine ſecuti; poſtremo ſi præter eam prædam, quam dixi, quidquam aliud cauſæ in-

le. P. *Injeci ſcrupulum*. Noſter in Orat. pro Cluent. *Hic tum injectus eſt hominibus ſcrupulus, & quædam dubitatio, quidnam eſſet actum*. HOTTOM.

ANONYMI.

Ego contra brevem poſtulationem) Affert illius poſtulatio, quia indignanter poſita fuerat; invidioſe locutus eſt.

Primum a Chryſogono) Oſtendit potentiam Chryſogoni, & in magnam invidiam adducit adverſarium ſupplicando ipſi.

Quod ſi a cauſa criminis) Iudicium bonæ cauſæ eſſe voluit; quod ſponſionem quamdam apud judices facere auſus eſt; ut vel tenui argumento convictus, damnationem criminis non excuſet. Item tria conſiderantur in conjectura, cauſa, perſona, factum.

In deferendo) In accuſando; quoniam nomen ad prætorem detulit.

VARIORUM.

Ut ad hanc ſuam prædam) Magis placeret, *& ad hanc*. HOTTOM. *Ut ad hanc ſuam prædam*) Sic Pall. & S. Victoris & vetuſte cuſi; coniecit Hottomannus, *& ad hanc*, quod arripuit avide Lambinus, aliique. GRUTERUS. Recepit & Manutius etiam. GRÆV.

Audacium ſceleri) Ed. Ven. *audaciſſimo ſceleri*. GARAT.

Periculum quod in omnes intenditur) Hoc declarat infra his verbis: *An vero, judices, vos non intelligitis, nihil aliud agi, niſi ut proſcriptorum liberi quavis ratione tollantur; & ejus rei initium in veſtro jurejurando, atque in Sex. Roſcii periculo quæri?* HOTTOM.

Nonnihil tamen) Translatum a venatoribus videtur, qui ferarum veſtigia ſequuntur. Senſus eſt: quamobrem videantur non penitus hoc crimen confinxiſſe, ſed argumenta & veſtigia quædam ſceleris animadvertiſſe, quæ illi nunc ſequuntur: ut crimen e tenebris educere poſſent. IDEM. *Quamobrem videantur illi nonnihil*) Sic omnes quidem lib. habent: ſed Io. Paſſeratius, homo ſummo ingenio, & ſumma doctrina præditus, arbitratur legendum: *quam rem videantur illi tamen ſecuti, &c.* deleta voce, *nonnihil*; cui plane aſſentior. LAMBIN.

In deferendo nomine) *Deferri nomen* dicitur, quum is qui accuſare vult quempiam apud Prætorem, interrogat: *Ajo te patrem interfeciſſe*, ut ſi neget, ejus nomen in reos referatur, & inſtituatur accuſatio. Aliud ergo *deferre nomen* eſt, aliud *accuſare*; quod ego non dicerem, niſi homines non imperitos aliter ſcripſiſſe animadvertiſſem. HOTTOM.

ſæ inveneritis, non recuſamus, quin illorum libidini Sex. Roſcii vita dedatur: ſin aliud agitur nihil, niſi ut iis nequid deſit, quibus ſatis nihil eſt: ſi hoc ſolum hoc tempore pugnatur, ut ad illam opimam, præclaramque prædam damnatio Sex. Roſcii velut cumulus accedat, nonne cum multa indigna, tum vel hoc indigniſſimum eſt, vos idoneos habitos, per quorum ſententias, juſque jurandum id aſſequantur, quod antea ipſi ſcelere & ferro aſſequi conſuerunt? Qui ex civitate in ſenatum propter dignitatem, ex ſenatu in hoc conſilium delecti eſtis propter ſeveri-

ANONYMI.

Qui ex civitate) (1) Laudem judicum, ut benevolentiam capiat; novimus quia a Sulla ſenatus electus fuerat, ut judex eſſet; de civitate ergo fit ſenatus; de ſenatu judices.

VARIORUM.

Conſuerunt) Ed. Ven. *conſueverunt*: quod plenioris numeri gratia malebat Facciolatus. GARATON.

Qui ex civitate in Senatum) *Cenſores* enim, ut ſcribit Feſtus, *ex Equeſtri ordine optimum quemque curiatim in Senatum legebant, unde etiam Allecti dicti ſunt; nimirum quod propter Senatorum penuriam ex Equeſtri ordine in Senatorum numerum aſſumebantur*. Et alibi: *Conſcripti dicebantur, qui ex Equeſtri ordine Patribus adſcribebantur, ut numerus Senatorum expleretur*. HOTTOM.

Propter dignitatem) Hoc loco a perſona judicum benevolentia quæritur: cum quanta eorum judicii & auctoritatis exſpectatio ſit, oſtenditur. IDEM.

Ex ſenatu in hoc conſilium) Nam, ut paulo ante poſui, Senatus hoc tempore judicabat. Ex Senatu autem Iudices ex cenſu legebantur, anno ætatis XXXV. treſque illorum decuriæ fiebant. Singulis autem decuriis per vices annua vacatio erat. Plutarchus, Plinius, Suetonius. Quæ igitur Senatorum decuria hoc anno judicaret, judicio a M. Fannio Prætore conſtituto, accuſator primum ex ea decuria Iudices dedit, dedit & reus: datorum nomina in urnam miſſa ſunt, ut de pluribus neceſſarius numerus confici poſſet; non enim omnes judicabant, ſed ad eum numerum, qui lege, verbi gratia, repetundarum, ambitus, de ſicariis, majeſtatis, definitus erat. Poſt ſortitionem accuſator, & reus, quos viſum fuit, rejecerunt: poſt rejectionem Prætor Fannius ex aliis ſubſortitus eſt, quibus judicum legitimus numerus compleretur: ex quibus omnibus Conſilium conſtabat. Atque ita intelligendum eſt, quod dicit: *Ex Senatu in hoc conſilium delecti eſtis*. Unde illa pervulgata: *Cum conſilio cognoſcere*, *De conſilii ſententia pronuntiare*, *Advocare conſilium*, *Dimittere conſilium*, *Mittere in conſilium*; & ut ipſe in hac oratione extrema demonſtrat, more majorum hoc *Publicum conſilium* appellabatur. IDEM. Quæ hic notat Hottomannus, judices, quos accuſator dederit & reus, in urnam miſſos fuiſſe, ut de pluribus neceſſarius numerus conficeretur, falſa ſunt. Lege Glaucia licebat accuſatori centum edere judices, reo quinquaginta, ſed ii non in urnam conjiciebantur, ſed ſine ſortitione cauſam cognoſcebant, ita tamen, ut accuſatori liceret ex judicibus, quos reus ediderat, ſibi ſuſpectos rejicere, & reo idem jus erat rejiciendi ex judicibus ab accuſatore editis ſuſpectos: uterque alios ſublegebat. Prætor autem cum judices daret, omnium decuriarum nomina in urnam mittebat, ut numerus is exiret judicum, qui

(1) L. Laus judicum. GRAV.

veritatem, ab his hoc poſtulare homines ſicarios, atque gladiatores, non modo ut ſupplicia vitent, quæ a vobis pro maleficiis ſuis metuere, atque horrere debent: verum etiam ut ſpoliis Sexti Roſcii hoc judicio ornati, auctique diſcedant?

4. His de rebus tantis, tamque atrocibus, neque ſatis me commode dicere, neque ſatis graviter conqueri, neque ſatis libere vociferari poſſe intelligo. Nam commoditati ingenium, gravitati ætas, libertati tempora ſunt impedimento. Huc accedit ſummus timor, quem mihi natura, pudorque meus attribuit, & veſtra dignitas, & vis adverſariorum, & Sex. Roſcii pericula. Quapropter vos oro, atque obſecro, judices, ut attente, bonaque cum venia verba mea audiatis. Fide, ſapientiaque veſtra fretus plus oneris ſuſtuli, quam ferre me poſſe intelligo: hoc onus ſi vos aliqua ex parte allevabitis, feram, ut potero, ſtudio & induſtria, judices: ſin a vobis, id quod non ſpero, deſerar; tamen animo non deficiam, & id, quod

qui lege ad judicandum de hoc crimine erat definitus. Remotis ab accuſatore & reo ſuſpectis, fiebat ſubſortitio, ſed tum non edebantur ab accuſatore & reo judices. GRAVIUS.

ANONYMI.

Nam commoditati) Proantidoſis; tribus enim ſuperioribus totidem infra retulit. *Commode* autem dicere nunc hoc ſignificat, pertinenter, utiliter, ornate.

Summus timor) Oſtendit quantum ſit timor; pudor morum.

Venia) Promta benignitate, auxilio, ut Virgilius: *orantes veniam*.

Hoc onus) Permanſit in translatione propter Sullanum tempus; & quid ſubaudimus perſeram me onere malo; melius eſt, ut opprimat me invidia Sullani temporis, quam taceam.

VARIORUM.

Homines ſicarios atque gladiatores) Per abuſionem, inquit Fabius Quinctilianus: *ſicarios* etiam omnes vocamus, qui cædem telo quocumque commiſerint. HOTTOM.

His de rebus tantis) Hinc attentio comparatur, cum etiam de atrocibus, atque inuſitatis flagitiis ſe dicturum oſtendit. IDEM.

Summus timor) Vide locum Divinationis illum: *Quum illius diei mihi venit in mentem, &c.* & quæ in eum locum adnotavimus. IDEM.

Id quod non ſpero) Manutius exponit, *id quod non metuo*; ſed hæc ab eruditis exploſa jamdudum opinio eſt: qui *ſperare* pro exiſtimare, & futurum aliquod exſpectare apud veteres auctores propria ſignificatione poſitum docuerunt. Vide Dukerum ad Flor. III. 1. qui multos, & ſummos viros hanc in rem laudat. Adde Perizonium ad Sanctii Minerv. IV. 14. 6. & I. Frid. Reitzium de ambiguis h. v. Itaque miror, Facciolatum, Grammaticum inſignem, Manutio aſſentiri. Sed ne quem adhuc Quinctiliani Inſt. Orat. VIII. 2. cui Servius adſtipulatur, auctoritas moveat, qui verbi *ſperare* hunc in timore uſum vitio illi ſermonis attribuit, quod ipſe *improprium* appellat, hujus auctoritati rationem o-

quod ſuſcepi, quoad potero, perferam: & quod ſi perferre non potero, opprimi me onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere. Te quoque magnopere, M. Fanni, quæſo, ut, qualem te jam antea populo Romano præbuiſti, cum huic eidem quæ-

nnem affirmo magnopere repugnare. Quam enim dicam inopiam tantam, vel potius amentiam Latinis hominibus imperaſſe, ut uno verbo ad duas res plane contrarias ſignificandas uterentur? Quot inde ambigua, obſcura, abſurda haberemus? cur vero non itidem metuere ſe bona Latini dicunt, ut mala ſperare, ſi tam ſine modo illa placet, ut cum Hermogene loquar, *ἀκυρία*? Nimirum *metuo* a metu eſt, nec in bonam trahi partem poteſt: at *ſpero* præcipi animo futura ſive bona, ſive mala ſint, indicat. Hoc etenim fatendum eſt denique, cum innumeros recte ſic explicari locos, aliquos adeo ſic unice intelligendos videmus: potius quam optimos Latinitatis auctores improprio vitioſe verbo, ubi proprium ſuppetebat, uſos dicamus. Cicero mehercule, qui Dolabellæ in ſermone *ἀκυρίαν*, ut ipſe Quinctilianus l. c. refert, emendabat, alios permultos, ſeque ipſum inprimis corrigere debuiſſet, ſi *ſperare* hoc ſenſu improprium judicaſſet. Eritne Quinctilianus in bis dignoſcendis acutior? Sed quia exſpectatio, in malum ſi cadat, metus eſſe ſolet, deceptus Rhetor ea re fuit, veteresque Grammatici ad unum omnes. Hic ergo *quod non ſpero* interpretabimur, *quod non puto futurum*. Garat.

A N O N Y M I.

Te quoque maximo opere Fanni) Fannius præfuit aliquando huic quæſtioni de ſicariis; excitat etiam in hac quæſtione ad antiquum ſeverius exemplum.

V A R I O R V M.

Et quod ſi perferre) Delendum *&*: neſcio enim quomodo, ratione, ac edd. repugnantibus, huc irrepſerit. Recte omiſerunt Verb. Oliv. Lallem. Garat.

Te quoque M. Fanni) A perſona Quæſitoris benevolentiam conciliat. Hottom. *Te quoque magnopere*. Scholiaſtes legit, *Te quoque maximo opere*. Optima lectio, tamque reconditæ veritatis, ut ex mendo profecta videri non debeat. Hanc ex auctorum nobilium MSorum eruere, vulgatæque præferre jamdiu viri eruditiſſimi conſueverunt. Inſtar omnium ſit Drakenborchius ad Livium XXXVIII. 18. Sed binas hic uno in verbo varietates Scholiaſtes obtulit. Nam contenti eſſe poſſemus, ſi *magno opere* obtuliſſet: quod ipſum frequentius eſt, ut etiam *tanto opere*: idque ex Drak. l. c. & Cortio ad Cic. ep. ad diverſ. IV. 5. abunde cognoſces. Verum amplius dedit *maximo opere*, quod vim obteſtationis mirifice auget; quod etiam firmatur Tullii ipſius exemplo, ſumma MSorum concordia ſervato, epiſt. ad diverſ. III. 2. *A te maximo opere, pro noſtra ſumma conjunctione, tuaque ſingulari humanitate, etiam, atque etiam quæſo, ac peto*. Garaton.

Cum huic idem quæſtioni) Vetus codex *cum huic eidem*, & ſic emenda, id eſt, cum hujus ejuſdemque quæſtionis Iudex eſſes. Nam de judice quæſtionis hic locus intelligendus eſt: qui cujuſmodi fuerit, copioſe in Commentario verborum juris expoſuimus. Significat autem jam antea Præturam Fannium geſſiſſe, & hanc ipſam quæſtionem inter ſicarios exercuiſſe. Ergo ante annos decem: non enim eumdem magiſtratum capere, niſi poſt decennium, licebat. Hottom. *Huic idem quæſtioni judex præeſſes*) *Eidem*, pro *idem* legit Ant. Auguſtinus, & recte, ut videtur: Cn. enim Dolabella erat Prætor Vrbanus hoc

quæſtioni judex præeſſes, talem te & nobis, & populo Romano hoc tempore impertias.

5. Quanta multitudo hominum convenerit ad hoc judicium, vides: quæ ſit omnium mortalium exſpectatio, quæ cupiditas, ut acria, ac ſevera judicia fiant, intelligis. Longo intervallo judicium inter ſicarios hoc primum commit-

hoc anno, at M. Fannius judicia exercebat inter ſicarios, ut ante Roſcii cauſam alias hujuſmodi cognoverit. F. VRSIN.

ANONYMI.

Quanta multitudo) Eſt hoc in rhetoricis præceptum; & hoc ad virtutem principii pertinet, quod appellatur.

Longo item intervallo) Quoniam poſt tempora belli civilis, reſtitutis judiciis, hæc prima cauſa acta eſt.

VARIORUM.

Iudex præeſſes) Prætor judicium exerceres; nam *Pretores*, judices quæſtionis principes dicebantur, ut Verr. III. & in Cluent. & hac ipſa Orat. infr. HOTTOM. Melius hic Manutius, qui non bis Prætorem fuiſſe Fannium notat, ſed ante Præturam judicem quæſtionis de ſicariis fuiſſe notat, quem vide. Solebant enim plerumque ædilitii viri judices quæſtionum legi, ſicut C. Iul. Cæſar, de quo Sueton. in ejus vita c. II. *In exercenda de ſicariis quæſtione eos quoque ſicariorum numero habuit.* ad quem locum vide Caſaubonum. Aliter ſentit Vrſinus, ſed hoc verius. GRÆV. Iudex quæſtionis erat princeps judicum, ut appellatur ab Aſconio. Itaque actionem a Prætore datam exercebat, teſtes audiebat, quæſtiones habebat, tabulas inſpiciebat, uno verbo ea omnia agebat, quæ eſſent cognitionis, cum Prætor ea ageret, quæ erant imperii. Præerat ceteris judicibus; ſed tamen cum iis juratus ſententiam ferebat. FACCIOL. Recte hunc locum exponunt Sigonius de Iudic. lib. II. atque Manutius. Sed quod Sigonius judicem quæſtionis magiſtratum eſſe vult poſt Ædilitatem captum, & ante Præturam, non probo. Nam C. Iunius judex quæſtionis, ut Cicero pro Cluent. cap. 33. narrat, *quo tempore illum a quæſtione ad nullum aliud reip. munus abduci licebat, eo tempore ad quæſtionem ipſe arreptus eſt. Tum eſt condemnatus, cum judex quæſtionis eſſet.* At nemo, qui in magiſtratu eſſet, in judicium vocabatur. Quin ea ratione Clodius de vi poſtulatus a Milone lege Plautia, ne cauſam diceret, obtinuit, quia deſignatus Ædilis fuerat. Quis præterea ſibi perſuadeat, neminem fuiſſe judicem quæſtionis, niſi poſt geſtam Ædilitatem, cum tam multi, omiſſa Ædilitate Prætores, & Conſules fierent? Non ignoro, Ædilitium hominem a Cic. l. c. cap. 29. vocari C. Iunium, & antiquos lapides quoſdam proferri, in quibus judices quæſtionis nominantur ii, qui jam fuerant Ædiles. At ea conjectura non evincit, ita fieri ſemper debuiſſe: iiſque monumentis non magiſtratus tantum, ſed & alia munia, quæcumque honoris aliquid præſeferunt, ſæpiſſime commemorantur. Vtcumque, non videtur eſſe veriſimile, neceſſariam, ut judex quæſtionis aliquis fieret, Ædilitatem fuiſſe. De Iunio autem Quæſitore Pedianum contra Manutium defendemus ad Orat. pro Cluentio. FERRAT.

Et nobis, & pop. Romano) Iannoctii codex, *& nobis, & reip.* quod ſi amplectaris, eorumdem, & in eodem caſu verborum *populo Romano* repetitio vitabitur. GARAT.

Iudicium inter ſicarios) Vetus locutio, *inter ſicarios*, pro *de ſicariis*: & ſic locutus eſt lib. de Finib. II. in Cluentiana, & Philipp. II. HOTTOMANNVS.

Ano-

mittitur, cum interea cædes indigniſſimæ, maximæque factæ ſint. Omnes hanc quæſtionem, te prætore, de manifeſtis maleficiis, quotidianoque ſanguine haud remiſſius ſperant futuram. Qua vociferatione in ceteris judiciis accuſa-

ANONYMI.

Cum interea cædes indigniſſimæ) Ergo nulla fuerunt (1) peccata.

Omnes hanc quæſtionem) Hoc vult dicere: ſicarii iſti homines occidebant multos, ut vitarent invidiam; hoc ſibi ſuaſerunt, continuare ſcelera.

VARIORUM.

Committitur) Exercetur, fit. HOTT.

Cædes indigniſſimæ) Sullanis proſcriptionibus. IDEM.

Hanc quæſtionem) Publica judicia *quæſtiones* dicuntur, quod in iis reus in judicium vocatus, nocens ſit, an innocens, conſtituto judicio, quæritur. Sed hoc loco non hoc judicium de Sext. Roſcio ſignificat, ſed hanc provinciam, ac muneris publici procurationem, quæ Prætori ſorte obvenit. Prætores creati in comitiis ſortiebantur provincias, alii juris dicundi provincia obveniebat, alii quæſtio inter ſicarios, repetundarum, majeſtatis, & ſimiles. Nam has etiam procurationes Cicero Verrina VII, provincias appellat. IDEM.

De manifeſtis maleficiis ante admiſſis) Sic habent libri complures vulgati: *de manifeſtis maleficiis, quotidianoque ſanguine, haud remiſſius, &c.* quidam, *quotidianoque ſanguine, aut remiſſius*, omnino mendoſe; mendum natum eſt ex perturbatione ordinis, cum a librario ita ſcriptum eſſet, *de manifeſtis maleficiis, quotidianoque ſanguine ante admiſſis, &c.* Ex hac perverſa & præpoſtera ſcriptura natæ ſunt variæ lectiones depravatæ. Nos, conjectura ducti, hunc locum in integrum reſtituimus; hujus autem ſcripturæ ſic a me reſtitutæ, & planiſſima, & cum verbis, ac mente Ciceronis maxime conſentanea ſententia eſt. Hoc enim ſignificat, judicibus eſſe magnopere laborandum, ut ſevere judicent, propterea quod hoc judicio de maleficiis præteritis, quæ antea propter mala temporum non fuerunt in judicium vocata, neque vindicata, ſint judicaturi, & ſua ſententia declaraturi, utrum velint licere in civitate impune homines occidere, & alia nefaria facinora admittere, nec ne. Si Sex. Roſcium Amerinum abſolvent, Chryſogonique gratiam, & potentiam negligent, fore ut ſcelerati cives, Capitonis, & Magni Roſciorum exemplo deterriti, comprimantur: ſin damnabunt, audaces, & facinoroſos homines exiſtimaturos omnium nefariorum facinorum licentiam atque impunitatem ſibi eſſe conceſſam. LAMBINUS.

Quotidianoque ſanguine) Hoc eſt, cædibus quotidianis. Liv. *Is finis ſanguinis fuit.* Hinc *ſanguinem facere* apud Livium, & alios pro cædem facere; vide Gronovii obſervat. in ſcript. eccleſ. cap. ul. GRÆV.

Haud remiſſius ſperant futuram) Obſcurus locus, & mea quidem opinione, una litera corruptus. Corrigendum putarem FVTVRVM, ea loquendi forma ac figura, quam Agellius in hoc ipſo auctore, & aliis pleriſque Latinis ſcriptoribus adnotavit lib. I. cap. 7. ut *remiſſius*, ſit adverbium: *Futurum* autem, verbum ſit indefinitum, & (ut Græci dicunt) ἀπαρέμφατον neque virilis, neque neutrius generis, ſed ab omni neceſſitate generum abſolutum; quale illud eſt Verrina VII. *Sed quocumque venerint, hanc ſibi rem præſidio ſperant eſſe futurum.* Et in Orat. C. Gracchi: *Credo ego inimicos meos hoc dicturum.* In tertio annali Quadrigarii: *Dum ii conciderentur, hoſtium copias ibi occupatas futurum.* Apud Valerium Antiatem: *Omnia ex ſententia proceſſurum.* Apud Plautum: *Etiam ne habet Caſina gladium? habet, ſed duos; Quibus altero te occiſurum ait, altero villicum.*

(1) F. punita. I. FR. GRONOV.

cuſatores uti conſueverunt, ea nos hoc tempore ùtimur, qui cauſam dicimus. Petimus abs te, M. Fanni, a vobiſque, judices, ut quam acerrime maleficia vindicetis: ut quam fortiſſime hominibus audaciſſimis reſiſtatis: ut hoc cogitetis, niſi in hac cauſa, qui veſter animus ſit, oſtendetis, eo prorumpere hominum cupiditatem, & ſcelus, & audaciam, ut non modo clam, verum etiam hic in foro, ante tribunal tuum, M. Fanni, ante pedes veſtros, judices, inter ipſa ſubſellia cædes futuræ ſint. Etenim quid aliud hoc judicio tentatur, niſi ut id fieri liceat? Accu-

licum. Apud Laberium: *Non putavi hoc eam facturum*. Ergo hic ſenſus eſt, haud remiſſius futurum, id eſt, acriter & ſevere exercitum iri, fore ut non diſſolute, ſed graviter, & vehementer exerceatur. HOTT. *Haud remiſſius ſperant futuram*) Pall. noſtris (ut & primo Francii) & edd. antiquis non adeſt *haud*, habentque *demiſſius* ſive *dimiſſius*, S. Victoris, *dimiſſivi*. Supra etiam non agnoſcebant præpoſitionem *de*: quæ hic allegat Lambinus, in nullis offendimus libris. GRVTER. Locus eſt certe corruptus. Senſum a Lambino acute perſpectum puto; ſed planiſſimam ejus emendationem ſequi codices omnes vetant. Hottomanni ἀπεριμφχετον parum juvat: quanta enim inde luce ſententia perfunditur? Præterea in voce *futuram* nulla varietas eſt: ſcopulum illa faciunt, *haud remiſſius*. Scholiaſten hic ego ſi conſulo, miſerum, & mendis, tamquam ſordidis pannis, obſitum, non reprehendar; neque enim cetera ſaniora ſunt. Is itaque habet, *dimiſſo*. Verum, cum ita id explicet, *præ contemto*, *relicto habitorum*, legiſſe ipſum oportet *dimiſſorum*. Iam vides in var. lect. Gruterianis *dimiſſius &c.*, vides a multis libris *haud* abeſſe. Hinc igitur nova quædam lectio, MSorum auctoritate non carens, exoritur: *Omnes h. q. te pr. de manifeſtis maleficiis, quotidianoque ſanguine dimiſſorum ſperant futuram*: h. e. de illorum maleficiis, & cædibus, qui impuniti hactenus dimiſſi fuerunt. In Verrem V. 58. *Poſſemus hanc injuriam, ignominiamque nominis Romani inultam, impunitamque dimittere?* Non ego hic dico, aurum ex ſtercore: quod tamen de his hominibus dici aliquando poteſt. Vmbram tantummodo locutionis Tullianæ mihi videor aſſecutus. Quod ſi conjicere aliquid tam dubia in re licet, ex his omnibus verborum veſtigiis locum ita refingerem: *Omnes hanc quæſtionem te pr., manif. maleficiis, quotidianoque ſanguini haud remiſſiorem ſperant futuram*, h. e. haud indulgentiorem, haud mitiorem. Sic Tullius Orat. ad Quirit. cap.9. *Qui in ulciſcenda remiſſior fuit*. Abeſt illud *de*, Grutero teſte, ubi abeſt *haud*. Sed hoc abſorberi a voce ſequenti potuit, cui *d* tandem adhæſerit, *r* expulſa. Sententia ſatis apparet: amplius urgeo nihil. Verba ipſa felicior aliquis deteget. GARATON.

ANONYMI.

Dimiſſa) I. e. Præ contemto, relicto habitorum.

Marce Fanni ante pedes veſtros) Anticategoria; hic illuminat genus cauſæ, quod & defenſionem habeat pro eo, & accuſationem in adverſarios.

VARIORVM.

Qui cauſam dicimus) *Cauſam dicere* hic, & cap. 29. 30. eſt crimina diluere, ſeque judicio defendere. Hinc *cauſam dicere ex vinculis* Cæſar I. Bel. Gall. 4. & Livius XXIX. 9. FACCIOLATVS.

Etenim quid aliud) Nunc ſummam cauſæ breviter exponit, ut dociles habere judices poſſit, HOTTOM.

Ano-

Accuſant ii, qui in fortunas hujus invaſerunt: cauſam dicit is, cui præter calamitatem nihil reliquerunt. Accuſant ii, quibus occidi patrem Sext. Roſcii bono fuit: cauſam dicit is, cui non modo luctum mors patris attulit, verum etiam egeſtatem. Accuſant ii, qui hunc ipſum jugulare ſumme cupierunt: cauſam dicit is, qui etiam ad hoc ipſum judicium cum præſidio venit, ne hic ibidem ante oculos veſtros trucidetur. Denique accuſant ii, quos populus poſcit: cauſam dicit is, qui unus relictus ex illorum nefaria cæde reſtat. Atque ut facilius intelligere poſſitis, judices, ea, quæ facta ſunt, indigniora eſſe, quam hæc ſunt, quæ dicimus: ab initio res quemadmodum geſta ſit, vobis exponemus: quo facilius & hujus hominis innocentiſſimi miſerias, & illorum audaciam cognoſcere poſſitis, & reip. calamitatem.

6. Sex. Roſcius, pater hujuſce, municeps Amerinus fuit, cum genere, & nobilitate, & pecunia non modo ſui municipii, verum etiam ejus vicinitatis facile primus, tum gratia, atque hoſpitiis florens hominum nobiliſſimorum. Nam cum Metellis, Serviliis, Scipionibus erat ei non

Cum præſidio) *Præſidium*, opinor, advocatorum conſeſſum ſignificat, quos antea ſummos oratores, hominesque nobiliſſimos appellavit: præterea pagina inſequenti ſic ſcribit: *Fama & vita innocentis ab hoſpitibus, amiciſque paternis defenditur*. Hæc autem idcirco injecit, ut advocationis tam frequentis invidiam minueret: quam oratione ſuperiore in Sext. Nævio mirifice exaggerabat. Dictum eſt jam antea, nobiliſſimorum hominum advocatione uſum eſſe Roſcium. Idem.

Hic ibidem) Hoc ipſo loco. Hæc particularum conjunctio animadverſione digna eſt. Facciol.

Quos populus poſcit) Ad ſupplicium, propter cædes quotidianas, de quibus modo locutus eſt. Hotton.

Municeps Amerinus fuit) *Ameria* civitas eſt in *Vmbria*. *Municipia* autem dicebantur civitates ſuo jure ac legibus utentes, neque ulla populi R. lege adſtrictæ: quarum civibus munera, id eſt honores, Romæ capere licebat. Feſtus ſcribit, Municipia tandem omnia civitate donata eſſe. Itaque Roma (ut ſcribit Modeſtinus Iuriſconſultus) communis patria erat omnium. Idem.

Gratia atque hoſpitiis florens) In Italia, & provinciis, exteriſque nationibus, cives R. neceſſitudinem hoſpitii contrahere cum aliquo peregrino ſolebant, aut privatim, quæ *ἰδιοξενία* a Græcis dicitur, aut publice, quam iidem *προξενίαν* vocant. Idem.

Cum Metellis, Serviliis, Scipionibus) Significatur procul dubio P. Scipio, pater illius, qui poſtea adoptatus a Q. Metello Pio ſocer fuit Cn. Pompeii; & P. Servilius, qui dictus eſt Iſauricus; quinam Metelli ſignificentur, dubitare poſſumus. Manutius Q. Metellum Nepotem Conſularem intelligit, collegam T. Didii: quod nullo

non modo hoſpitium, verum etiam domeſticus uſus, & conſuetudo: quas, ut æquum eſt, familias, honeſtatis, amplitudiniſque gratia nomino: itaque ex ſuis omnibus commodis hoc ſolum filio reliquit: nam patrimonium domeſtici prædones vi ereptum poſſident, fama, & vita innocentis ab hoſpitibus, amiciſque paternis defenditur. Hic cum omni tempore nobilitatis fautor fuiſſet, tum hoc tumultu proximo, cum omnium nobilium dignitas, & ſalus in diſcrimen veniret, præter ceteros in ea vicinitate eam partem, cauſamque opera, ſtudio, auctoritate defendit. Etenim rectum putabat pro eorum honeſtate ſe pugnare, propter quos ipſe honeſtiſſimus inter ſuos numerabatur. Poſteaquam victoria conſtituta eſt, ab armiſque receſſimus, cum proſcriberentur homines, atque ex omni regione caperen-

nullo modo probari poteſt, cum jam ille ex vivis exceſſiſſet; omnes autem, qui appellantur, adfuiſſe videantur, ſicut inſra patet ex his verbis: *Fama, & vita innocentis ab hoſpitibus, amiciſque paternis defenditur*. Præterea examinandus eſt alter locus hujus Orat. cap. 28. *Te nunc appello, P. Scipio, te, Metelle*. Adfuit ergo Metellus: ut quidem inferiori dignitate vir, quam P. Scipio, ut ibi oſtendemus. Nimirum dignitatis ordo perpetuo ſervabatur, idque ibi in hominibus, hic in familiis. Nam quemadmodum Scipionis dignitas major, quam Metelli; ita Metellorum familia reliquas omnes longe anteibat: *quippe intra XXII. ferme annos hujus temporis Conſules fuere Metelli, aut Cenſores, aut triumpharunt amplius XII.* teſte Paterculo II. 11. ut non immerito poeta cecinerit, fato quodam fieri Conſules Metellos. Ceterum hæ tres familiæ propinquitate conjunctæ erant. Nam Servilios, & Scipiones fuiſſe Metellarum filios, & avum illis maternum exſtitiſſe Q. Metellum Macedonicum, auctor eſt Cicero orationibus poſt redit. & pro domo ſua. FERRAT. Hos omnes Metellos, eorumque honores, & quibus annis hos geſſerint, accurate ob oculos poſuit doctiſſimus vir P. Burmannus ad Velleii l. cit. Annorum autem numerus ibi legitur XII. de quo videatur idem Burmannus. GARATON.

Hoc ſolum filio reliquit) Hoc dicit propter tam frequentes advocatos, ex omni nobilitate: & invidiam hujus conſeſſus amolitur. HOTTOM.

Domeſtici prædones) Qui Sext. Roſcii domum, prædiaque deprædati ſunt, de quibus paulo poſt commemorabit. IDEM.

Hoc tumultu proximo) Quo tempore Cinna, & Marius in urbem recepti omnes adverſæ partis nobiles trucidarunt; tum enim in Italiæ municipia plerique confugerunt. Appianus, Florus. Et *proximo*, ſeptem ab hinc annis, Octavio & Merula Coss. *Tumultum* dixit ὑποχοριστικῶς pro bello civili. IDEM.

Eam partem cauſamque) Munit aſtute viam ad id, quod intendit, proſcriptum non fuiſſe. Soli enim a Sulla nobilitatis adverſarii proſcripti ſunt. IDEM.

Cum proſcriberentur homines) L. Sulla victor tabulam in foro fixit, in qua ſcripta erant eorum nomina, quos ad cædem quæri volebat, præmio etiam percuſſori propoſito. Hi *proſcripti* dicebantur, quaſi *palam ſcripti*. Multi quum ſua nomina in tabula

Digitized by Google

perentur ii, qui adverſarii fuiſſe putabantur, erat ille Romæ frequens, atque in foro, & in ore omnium quotidie verſabatur; magis ut exſultare victoria nobilitatis videretur, quam timere, ne quid ex ea calamitatis ſibi accideret. Erant ei veteres inimicitiæ cum duobus Roſciis Amerinis, quorum alterum ſedere in accuſatorum ſubſelliis video; alterum tria hujuſce prædia poſſidere audio; quas inimicitias ſi tam cavere potuiſſet, quam metuere ſolebat, viveret. Neque enim, judices, injuria metuebat; nam duo iſti ſunt T. Roſcii, quorum alteri Capitoni cognomen eſt: iſte, qui adeſt, Magnus vocatur: homines ejuſmodi: alter plurimarum palmarum vetus, ac nobilis gladiator habetur: hic nuper ſe ad eum laniſtam contulit, qui cum ante

ſula legiſſent, ſibi manus attulerunt. Appianus ſcribit L. Sullam harum proſcriptionum principem atque auctorem fuiſſe: *Marius enim*, inquit, *conquirebat, & quos invenerat, ſupplicio afficiebat: Sulla autem magnis præmiis percuſſoribus propoſitis, pœnis vero iis qui quempiam occultaſſent, iiſdem ac proſcriptis, conſtitutis, quo quiſque loco repertus eſſet, juſſit interfici*. IDEM.

ANONYMI.

Erant ei veteres) Vſque ad iſtam narrationis partem fuit narratio pertinens ad bona; quia non debuit proſcribi; modo ad cædem.

Alterum) Magnum dicit.

Homines ejuſmodi) Novimus quia gladiatores ex factis nomen accipiunt; ſi facili ictu caput percuſſerit, Capito dicitur: ſi multos vicerit, Magnus.

Ad eum laniſtam) Deſcribit, quia gladiatorum nomina dixit.

VARIORVM.

Quas inimicitias) Refert hæc verba Curius Fortunatianus Rhetor p. 82. ed. Capper. & pro *cavere* habet *prohibere*, quod in V. L. poſuit Grævius, neque codice ullo, neque Curio laudato. Scio defendi etiam hoc poſſe, ſed aptius *cavere* mihi videtur: idemque Lambino videbatur, qui extra locum ad cap. 8. hanc varietatem attulit. GARAT.

Alterum ſedere) T. Roſcium Magnum. HOTTOM.

Iſte qui adeſt) Quem infra Sex. Roſcii non modo municipem, ſed etiam cognatum appellat. IDEM.

Plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator) Gladiatoribus poſt victoriam palma dabatur. Gellius ex Plutarcho lib. Noct. IV. *Propterea*, inquit, *in certaminibus palmam ſignum eſſe placuit victoriæ, quoniam ingenium ejuſmodi ligni eſt, ut urgentibus opprimentibuſque non cedat*. Livius in fine libri X. *Eodem anno coronati primum ob res bello bene geſtas ludos Romanos ſpectarunt, palmæque tum primum, tranſlato e Græcia more, victoribus datæ*. IDEM.

Vetus ac nobilis gladiator) *Vetus*, peritus, exercitatus; ut infra: *Vt ad eam rem aliquem accuſatorem veterem compararent*. Item *vetus* videlicet ſicarius, homo audax, & ſæpe in cæde verſatus. Vnde *vetuſtas* in Orat. pro Quintio, pro calliditate & verſutia. *Gladiator* autem per tranſlationem pro ſicario, & qui multos interfecit. Ergo *gladiator plurimarum palmarum*, id eſt, qui artem gladiatoriam ſic exercuit, ut multos interfecerit, & victor palmam ſæpenumero reportarit. IDEM.

Nuper ſe ad eum laniſtam contulit) *Laniſta* ludi gladiatorii magiſter. Locus hic hoc oſtendit, & alter in quo infra ſic loquitur: *Num aut ille laniſta*

ante hanc pugnam tiro eſſet ſcientia, facile ipſum magiſtrum ſcelere, audaciaque ſuperavit.

7. Nam, cum hic Sex. Roſcius eſſet Ameriæ, T. autem iſte Roſcius Romæ, cum hic filius aſſiduus in prædiis eſſet, cumque ſe voluntate patris rei familiari, vitæque ruſticæ dediſſet, iſte autem frequens Romæ eſſet, occiditur ad balneas Palatinas, rediens a cœna Sextus Roſcius.

ſta omnino jam a gladiis receſſiſſe videtur: aut is diſcipulus magiſtro tantulum de arte concedere? HOTTOM.

ANONYMI.

(1) *Antea in pugnam*) Sive ante cædem Sexti Roſcii, ſive ante bellum civile.

Nam cum hic Sex. Roſcius). Præparatio a loco, vel argumentum & facultatem non potuiſſe.

Cum hic) Dixit ante rem; cauſa inimicitiarum naturæ conveniens. Ergo quia accuſatio illorum ad defenſionem iſtius pertinebat, per comparationem facit caput.

Rei familiaris) Hoc ideo, quia dicebant illi, abjectum hunc fuiſſe a patre, idcirco illum interfeciſſe, dicit, voluntas patri æqualis circa filium fuit.

VARIORVM.

Ante hanc pugnam) Hanc cædem Sex. Roſcii. HOTTOM.

Scelere audaciaque ſuperavit) Hoc ſignificat, quum de Sext. Roſcii cæde conſpiraſſent, ipſe has partes ſuſcepit, & Roſcium interfecit. Nam Romæ T. Magnum, quum cædes facta eſt, Capitonem autem Ameriæ fuiſſe declarat, infra. IOEM.

Cum hic Sex. Roſcius) Dubitatur, utrum Sex. Roſcium ſignificet Cicero, patrem ne, an filium. Manutius patrem intelligit, de quo cœperat orator dicere. Sed ei tum proprietas Latini ſermonis, tum res ipſa repugnat. Quoties enim Cicero utitur pronomine *hic*, vel *iſte*, additque inſuper nomen illius, qui appellatur, ſemper aliquem præſentem ſignificat, quem nutu, & manu poſſit oſtendere. Sic pro Quint. cap. 3. *C. Quintius fuit P. Quintii hujus frater*. Pro Flacco: *Vt in hoc Aſclepiade*, & alia ſexcenta. Quamobrem, ſi de patre verba faceret, nomen non addidiſſet poſt v. *hic*, ut ſupra: *hic cum omni tempore &c.* adeoque patet, de filio eum loqui præſente. Clarius hoc fit ex ſententia. *Cum hic Sex. Roſcius eſſet Ameriæ*. Statim exſpectas, quid tunc acciderit. Proinde ſubditur; *occiditur ad balneas &c.* Quis? Sex. Roſcius pater. Vbi? Romæ ad balneas Palatinas. Vbi tunc erat filius? Hic Sex. Roſcius erat Ameriæ. Neque obſtat, quod filius ſtatim nominetur: *cum hic filius*. Ea enim repetitio fit, quia illud de Tito interſeritur: *T. autem iſte*. Qua interpoſitione ſublata, ita diceretur: cum T. iſte Roſcius eſſet Romæ, hic autem Sex. Roſcius Ameriæ, & aſſiduus in prædiis eſſet. Omnia ſatis manifeſta ſunt. FERRAT. Hæc veriſſima eſſe, illud inprimis evincit, quod Cicero ſuſpicionem a S. Roſcio removere, & in Titum conjicere velit. Itaque Sex. filium Ameriæ, Titum eo tempore Romæ fuiſſe, atque adeo illum Ameriæ in prædiis aſſiduum eſſe ſolere, hunc Romæ ſæpiſſime, judicibus inculcat. Comparatio poſtulat, ut ille S. Roſcius filius fuerit. Sed uno verbo Manutio reſpondetur, ſi de ipſo quæramus, num Roſcius pater, cum eſſet Ameriæ, occidi Romæ potuerit. Editio MCCCCLXXX. ita locum hunc exhibet; *Nam, cum Sex. Roſcius eſſet Ameriæ, Titus alter iſte Roſcius Romæ, cum &c. ipſe autem Romæ frequens eſſet*. Hinc aliquis probaverit illud *Titus alter*, præ *Titus autem*. Librarios enim dicet vocem *alter* haud facile confinxiſſe. GARAT.

Ad balneas Palatinas) De Balneis Palatinis alibi legiſſe non memini.

Eas

(1) Scribe *ante hanc*. GARV.

Digitized by Google

ſcius. Spero ex hoc ipſo non eſſe obſcurum, ad quem ſuſpicio maleficii pertineat. Verum id, quod adhuc eſt ſuſpicioſum, niſi perſpicuum res ipſa fecerit, hunc affinem culpæ judicatote. Occiſo Sex. Roſcio, primus Ameriam nunciat Manlius Glaucia quidam, homo tenuis, libertinus, cliens, & familiaris iſtius T. Roſcii: & nunciat domum non filii, ſed T. Capitonis inimici: &, cum poſt horam primam noctis occiſus eſſet, primo diluculo nuncius hic Ameriam venit; decem horis nocturnis ſex, & quinquaginta millia paſſuum ciſiis pervolavit; non modo ut exoptatum inimico nuntium primus afferret, ſed etiam cruo-

Eas in colle Palatino fuiſſe conſtat, quo in loco, res eſt minimi momenti. Hottom.

A n o n y m i.

Primus Ameriam) Ipſum vult videri immiſſum, qui occideret Roſcium.

Quidam) Duplex cauſa neceſſitatis; nam tenuis corrumpi potuit libertinus, qui etiam metuebat offendere.

Cliens) Hoc mire, ut ab inimicis ad cædem ſubornatus ſit, quibus ſine dubio debebat obſequium.

Ciſiis) Genus vehiculi Gallici.

V a r i o r u m.

Homo tenuis, libertinus) *Libertinus*, libertis parentibus natus. Nam ſi libertus ipſe fuiſſet, ſine dubio Græcum ſervi nomen addidiſſet. Hottom.

Cliens & familiaris iſtius T. Roſcii) De clientibus & patronis frequens eſt mentio in orationibus Ciceronis. Hoc autem loco, uno pro omnibus, de eo more explicabimus, ut hinc poſthac, quæ alio pertinere poſſe videbuntur, depromi poſſint. Romulus, plebei generis hominibus a Patribus diſcretis, ne qua inter eos diſſenſionum materia relinqueretur, unicuique ex plebe permiſit, quemcumque ex Patribus vellent, patronum cooptare. Hæc autem inter eos jura conſtituit. Patroni quidem, ut quæ clientes jura & legitima ignorarent, eos docerent, quod ſignificat Horat. Epiſt. ſecundo libro:

Rome dulce diu fuit, & ſolemne recluſa
Mane domo vigilare, clienti promere jura,

Eorum abſentium æque ac præſentium, neque ſecus quam parentes liberorum, curam gererent: cauſas & privatæ, & publicæ rei ſuſciperent: denique tum privatim, tum publice, eorum commodis & rationibus conſulerent. Viciſſim autem ut clientes ad collocandas patronorum filias dotem, ſi opus eſſet, conferrent: patronos, aut ipſorum liberos ab hoſtibus captos redimerent: multas, ſi quæ deberentur, eorum nomine perſolverent: ſi qui ſumtus publice faciendi eſſent, partem contribuerent. Vtriſque autem hanc legem impoſuit, ut neque inter ſe accuſare, neque aut teſtimonio, aut ſuffragio lædere, inimicitiaſve exercere poſſent. Hoc inſtituto, ſumma plebis cum Patribus conſenſio & benevolentia ad multas ætates conſervata eſt, auctore Dionyſ. Hal. lib. I. cui potius quam Plutarcho aſſentior, qui *ἐκ τῶν πολλῶν* patronos creatos putavit in vita Romuli, ubi ſimilia fere de patronis, & clientibus commemorat. Idem.

Poſt horam primam noctis) Accipe horas inæquales, quæ & diurnæ & nocturnæ duodecim ſemper fuerunt; cujus horologii rationem cognoſce ex Vitruvio, libro IX. Idem. Vide de horarum Romanarum ratione Manut. ſuper ad Orat. pro Quint. c. 16. & Anton. Auguſt. Emend. IV. 13. Grav.

Ciſiis) *Ciſium* vehiculi biroti genus, ait Feſtus. Hottom.

Ano-

cruorem inimici quam recentiſſimum, telumque paullo ante e corpore extractum oſtenderet. Quatriduo, quo hæc geſta ſunt, res ad Chryſogonum in caſtra Luc. Sullæ Volaterras defertur; magnitudo pecuniæ demonſtratur, bonitas prædiorum, nam fundos decem, & tres reliquit, qui Tiberim fere omnes tangunt; hujus inopia, & ſolitudo commemoratur; demonſtrant, cum pater hujuſce, Sex. Roſcius, homo tam ſplendidus, & gratioſus, nullo negotio ſit occiſus, perfacile hunc hominem incautum, & ruſticum, & Romæ ignotum, de medio tolli poſſe; ad eam rem operam ſuam pollicentur. Ne diutius vos teneam, judices, ſocietas coitur.

8. Cum jam proſcriptionis mentio nulla fieret, & cum etiam

ANONYMI.

Voloterrana) Voloterrana civitas dicitur, quæ præciſis undique lateribus, ad omnes motus alto ſe monte ſuſpendit, hæc civitas cum Mario ſenſerat; victis etiam Marianis partibus in eadem conſtantia perſeveravit; ad ipſam oppugnandam *

* * * * * *

VARIORUM.

Quatriduo, quo hæc geſta ſunt) Id eſt, intra quatuor dies, vel ante quartum diem, quam hæc geſta ſunt. Et ſic locutus eſt infra: *Mors Sext. Roſcii quatriduo, quo is occiſus eſt, Chryſogono nuntiatur*. Sic etiam Aſconius in Orat. contra Ant. & Catilin. *Hunc*, inquit, *Antonium Gellius & Lentulus Cenſores ſexennio, quo hæc dicuntur, Senatu moverunt*. Id eſt, quum hæc dicerentur, nondum ſexennium præterierat, ex quo eum Senatu moverant. Plautus in Aſinaria: *Et ſi qua inutilis pictura ſit: eam vendat; ni quatriduo abalienarit, quo ex te argentum acceperit, Tuus arbitratus ſit: comburas, ſi velis*. HOTTOM.

In caſtra Luc. Sullæ Volaterras) Strabo *Volaterris* Marianos proſcriptos conſtitiſſe, eaſque triennium obſeſſas hoc civili bello, poſteaque a Sulla victore earum agrum proſcriptum fuiſſe narrat. IDEM. Contemnendum non eſt, quod Scholiaſtes indicat, *in caſtra L. Sullæ Volaterrana defertur*. Scio, ab imperatoribus nomen ſæpius caſtra ſumſiſſe: ut *caſtra Claudiana*, *Corneliana* in Livio legimus, & apud Hiſpanici belli ſcriptorem *caſtra Poſthumiana*, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ. Qua ratione hic *caſtra Sullana* ad Volaterras dicenda forent. Verum quid prohibet, Volaterrana hic intelligere, quæ prope Volaterras erant? Nihil tamen affirmo. GARATON.

Societas coitur) Bonorum Sex. Roſcii interfecti, itemque ſuperſtitis, partem Chryſogono, ut ejus gratia & potentia tutiores ſint, offerunt. HOTTOMAN.

Cum jam proſcriptionis mentio nulla) Hunc locum Chariſius lib. III. ex memoria (ut opinor) ſic protulit: *Cum jam nulla proſcriptionis commemoratio fieret, cum etiam qui antea proſcripti erant, ſederent, nomen refertur in tabulas Sext. Roſcii*. Uſitatam ſcripturam omnes antiqui libri comprobant. IDEM. Idem monuit poſtea I. Lipſius III. Var. 6. & Hottomannus obſerv. IX. cap. 11. probat non ſolum, ſed jubet ex Soſipatro interponi: *Nomen refertur in tabulas Sex. Roſcii*, quia aliquando poſt orator ita loquatur: *Cum ille confirmaret ſe nomen Sex. Roſcii de tabulis exempturum*. Sed tamen præterea aliquid deeſſe cenſet in hanc ſententiam: *Bona ejus pro-*

etiam, qui antea metuerant, redirent, ac jam defunctos ſeſe periculis arbitrarentur, nomen refertur in tabulas Sex. Roſcii, hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis; manceps fit Chryſogonus; tria prædia vel nobiliſſima Capitoni propria traduntur, quæ hodie poſſidet; in reliquas omnes fortunas iſte

proſcribuntur hominis. Diomedes quoque lib. I. p. 383. edit. Putſchii huoc locum ſic laudat æque ut Soſipater, niſi quod pro *ſederent* retinet, *redirent*. Si *ſederent* ſcripſit Cicero, non eſt ut Lipſius exponit, digoitatem recuperaſſent, & Senatores iterum facti; ſed otioſe ſioe metu in domibus ſuis agerent, non latebras mutarent. Eſt enim *ſedere*, in loco quodam otioſe commorari, ut XVI. ep. ad Tironem 2. *Nec mirabamur nihil a te litterarum; his enim ventis iſthinc navigatur, qui ſi non eſſent, Corcyræ non ſederemus*. Sed non eſt *redirent* repudiandum, quod habetur etiam in primo Francii: verum iſta verba, quæ exciderant ex libris, *nomen refertur in Tabulas Sex. Roſcii*, non modo auctoritate Soſipatri, quam laudarunt Hottomannus, & Lipſius, ſed & Diomedis ſunt reponenda. Græv. Lipſium, & Hottom. laudaverat antea Gruterus, cui Torrentium ad Sveton. Iul. cap. 5. addidit Iac. Gronovius. Gruterus autem, cum nullo in codice illa invenerit, quæ Chariſius attulit, quamquam proba, & neceſſaria, excluſit tamen, religione quadam MSorum adſtrictus. Diomedes autem l. c. ſic legit: *Cum nulla proſcriptionis mentio fieret, cum etiam omnes, qui antea metuerant, redirent, ac jam ſeſe defunctos periculis &c.* Vide, quam diſcedat a Chariſio Diomedes. Itaque miror aliter Grævio viſum. Duo tandem ex his omnibus conſequuntur, & recte, ut hic eduntur, Ciceronis verba eſſe conſtituta, & Grammaticos negligenter auctorum teſtimonia, quod exemplis declarari plurimis poſſet, ſæpe recitare. Hic Diomedes accuratior. GARATON.

Manceps fit Chryſogonus) *Manceps* dicitur, quicumque in auctione aliquid emit. Proſcriptorum enim bona auctione conſtituta in foro vendebantur. Quare *mancipem* modo appellat, quem poſtea *ſectorem*. Sed de *mancipibus* & *ſectoribus* fuſius in Verrinis orationibus. HOTTOM.

Propria traduntur) Id eſt, donantur. Nam donationes lege Cincia mancipatione fiebant. Vere autem quæ mancipio dabantur, propria fiebant. IDEM. Lectionem hic alicujus fortaſſe pretii Iannoctianus exhibet codex: *Tria prædia vel nobiliſſima Capitoni premia traduntur*. Qui hunc hominem ex Tullio noverit, confeſtim explicabit, *ſceleris premia*. Imo aperte de hoc ipſo Tullius cap. 40. *Tribus prædiis, hoc eſt, premiis ſceleris ornatus*. Et cap. 34. ad eumdem: *Quod ſi nullum jam ante conſilium de morte, ac de bonis ejus inieras, nullamque ſocietatem neque ſceleris, neque premii cum homine ullo coieras*. Adde cap. 37. Prædam quoque poſſes intelligere. *Premium* enim pro *præda* uſurpari, jamdudum ex optimis auctoribus monuerunt Pabbema, & Burmannus ad Petron. cap. 70. & ad epitomen Liviani libri LXXXIX. Gronovius Dukerus, & Drakenborchius. Sæpe Tullius bona Sex. Roſcii per ſummum diviſa ſcelus appellat prædam, capitib. 3. 31. 34. &c. Locutio porro procedit, ut apud Salluſtium fragm. I. 7. *Patrias ſedes occupavere, mercedem ſcelerum*. Et IV. 4. *Eumenem prodidere Antiocho, pacis mercedem*. Sic eleganter de Cicerone Velleius II. 45. *Conſervatæ patriæ pretium, calamitatem exſilii tulit*. Compendium ſcribendi *pria*, quod tum *premia* tum *propria* exponi poteſt, varietatis originem fuiſſe ſuſpicor. Codicum tamen numerum pro vulgata video facere. Huic, qui volet, adhæreat: modo ab Hottomanni explicatione caveat. Quem enim in ea rapina juri locum fuiſſe credamus? Scio, donationes ſola traditione fieri potuiſſe: ſed tum abfuit illa ſtricto jure proprietas. Vide Bram-

iſte T. Roſcius nomine Chryſogoni, quemadmodum ipſe dicit, impetum facit. Hæc bona ſexagies H-S. emuntur duobus millibus nummum. Hæc omnia, judices, imprudente L. Sulla, facta eſſe certe ſcio. Neque enim mirum, cum eodem tempore & ea, quæ præterita ſunt, & ea, quæ videntur inſtare, præparet: cum & pacis conſtituendæ ra-

Brummerum ad Leg. Cinciam cap. 13. Denique, quod caput eſt, ex ipſo Tullio colligitur, donata hæc Capitoni prædia non fuiſſe. Is enim dilucide hic narrat, rebus Sexti adhuc integris, eam partem a Capitone præceptam, tum *in reliquas omnes fortunas* Titum invaſiſſe, poſtremo *ſuis adjutoribus donaſſe*, haſtamque adhibuiſſe. Similiter cap. 37. *Cur tria prædia ſtatim Capitoni dantur? cur, quæ reliqua ſunt, iſte Roſcius &c.* Præterea, ubi hac de re ſermo incidit, pactum, & ſocietatem video commemorari, donationem vero numquam. Cap. 35. *Hoc video, Capitonem in his bonis eſſe ſocium*. Cap. 39. *Ipſe tria prædia ſibi depactus eſt*: & ſæpe alias. Nimirum alia erat Capitonis ratio, alia eorum, quibus ejus frater *in aliena pecunia inſolens large, effuſeque donabat*. Sed rem perſpicuam, quam etiam pluribus poſſem, multis jam mihi videor oſtendiſſe. *Propria* vero hic pro firmis, & perpetuis, qui aliquando ejus verbi ſenſus eſt, ut poſt Servium, & Donatum viri docti paſſim obſervant, fruſtra acciperemus. Quocirca, *propria traduntur*, nihil erit aliud, quam traduntur, ut propria ejus ſint, qui *partem ſuam*, ut cap. 38. dicitur, *depactus erat*; ut a reliquis ſeparata, *peculiaria* Capitonis fiant. Notatur enim & hic, & cap. 37. horum a *reliquis bonis* ſeparatio prædiorum. Hunc ego ſenſum, quo eſt ſimplicior, eo veriorem viſum iri confido. GARAT.

Sexagies H-S. emuntur duobus millibus nummum) Id eſt, ſexagies centum millia ſeſtertium nummum; hac nota autem LLS. & hic, & ubique alibi, ſeſtertium excudendum curavi, hanc rationem ſecutus, quod ſeſtertius initio duas libras & ſemiſſem pendebat; duæ LL. autem, duas libras ſignificant, S. ſemiſſem; ducitur deinde linea tranſverſa. Sed cum Clemens Teveninus, homo antiquitatis Romanæ ſtudioſiſſimus, & peritiſſimus, nuper mihi oſtendiſſet domi meæ nummos aliquot perantiquos, propemodum me hac mea vetere ſententia demovit. Erat autem eorum nummorum unus æreus, hoc modo ſignatus, IIS. cum hac inſcriptione, ſeſtertius; quæ nota ſignificat nummum illum duos aſſes, & ſemiſſem valere. Erat & alter æreus, eodem modo & inſcriptus, & notatus. Idem duos alios argenteos mihi oſtendit: quorum alter ſic erat notatus, V. quæ nota ſignificat, eum nummum valere quinque aſſes, id eſt, duos ſeſtertios, ſeu dimidiam partem denarii: alter ſic, X. quæ nota ſignificat valere denarium, id eſt, decem aſſes, ſeu quatuor ſeſtertios. Si quis igitur nunc quærat ex me, quid hac de re ſentiam, reſpondeam, utroque modo, ſeu utraque nota ſignificari ſeſtertium poſſe, vel hac LLS. ut intelligamus, ſeſtertium olim pependiſſe libras duas æris cum dimidia, nempe quo tempore Romani nondum nummis argenteis utebantur: vel hac, IIS. ut hæc indicet, ſeſtertium valere duos aſſes cum ſemiſſe. Non celabo autem lectorem, ſupra pag. ſuper. ubi lib. omnes habent, *quas inimicitias ſi tam cavere potuiſſet, &c.* Fortunat. lib. Rhe. II. legere, *ſi tam prohibere potuiſſet, &c.* ego nihil muto. LAMBIN.

Imprudente L. Sulla) Opportune dictum. Nam etiam poſt Sullæ mortem omnes ipſius res geſtas populus R. ratas & fixas eſſe juſſit. HOTTOM.

Cum eodem tempore & ea quæ præterita ſunt, & ea quæ videntur inſtare, præparet) Sic omnes libri veteres. Mendum tamen ſubeſſe aliquod apparet.

 Deeſſe

dæ rationem, & belli gerendi poteſtatem ſolus habeat: cum omnes in unum ſpectent, unus omnia gubernet: cum tot tantiſque negotiis diſtentus ſit, ut reſpirare libere non poſſit, ſi aliquid non animadvertat, cum præſertim tam multi occupationem ejus obſervent, tempuſque aucupentur, ut, ſimul atque ille deſpexerit, aliquid hujuſcemodi mo-

Deeſſe autem verbum REPUTET videtur, ut ſic legamus: *Quum eodem tempore & ea quæ præterita ſunt, reputet, &c.* IDEM. *Et ea, quæ præterita ſunt, reparet*) Verbum, *reparet*, quod deerat in vulgatis, reſtitui ex uno lib. manuſc. longe optimo; *reparet* autem, id eſt, corrigat. Renatus Marchalus Boemoræus, vir doctiſſimus, ideinque mihi amiciſſ. antequam emendationem meam vidiſſet, cum ſentiret verbum hic deeſſe, repoſuerat, *conſtituat*; non male; ſed veterum codicum auctoritas nullum conjecturæ locum relinquit; adde quod hæc *παρονομασία*, *reparet*, *præparet*, multo plus habet ſuavitatis, & leporis. Reparantur autem, id eſt, corriguntur præterita, præparantur futura. LAMBIN. In nullo alio libro, quam quem Lambinus vidit, legitur *reparet*; nec in Pall. nec S. Victoris, nec in Franc. Sane invitis tot bonæ fidei libris nihil hic novandum. Sane apud Ciceronem ſcriptoreſque alios ultimo loco ponitur verbum, quod præcedentibus non convenit, ſed aliud mente eſt addendum. Cic. X. ad Att. 3. *Horum ego ſummorum imperatorum non modo res geſtas non antepono meis, ſed ne fortunam ipſam, qua illi florentiſſima, nos duriore conflictati videmur.* *Conflictati* non poteſt pertinere ad *florentiſſima fortuna*, ſed cogitandum ac ſi ſcripſiſſet, *florentiſſima fortuna uſi ſunt.* Phædrus lib. V.

Non veto dimitti, verum cruciari fame.

ſc. jubeo. GRAVIUS.

Simul atque ille deſpexerit] Verrina VII. in eamdem ſententiam dixit, *oculos dejicere*, translate ab iis, qui ſomno oppreſſi, oculos dimittunt: *Si tantulum*, inquit, *oculos dejecerimus preſto eſſe inſidias*, HOTTOM. *Ut, ſimul atque ille deſpexerit*] *Deſpexerit*. i.e. adſpectum demiſerit, vel deorſum adſpexerit, quod valet, negligenter adſpexerit, neque aciem oculorum ad ea, quæ fiunt, contenderit. Renatus Boemoræus legi volebat, *ut, ſimul atque alio reſpexerit*; ego lectionem vulgatam retineo. Ei tamen in eo aſſenſus ſum, quod, ubi omnes lib. vulg. habent, *tamen in tanta felicitate, &c.* ille, ſublata præpoſitione, legit, *tamen tanta felicitate*. LAMB. *Ut ſimul atque ille deſpexerit*) Non eſt quod quis verbum iſtud ſollicitet; ſic enim etiam P. Syrus: *Deſpicere oportet, quod poſſis deperdere*. GRUT. Locus mimi eſt *ἀπροσδιόνυσος*. *Simul atque ille deſpexerit* eſt, ſimul ac cœperit oculos tot negotiis intentos movere, ut circumſpiciens. Deſpicere eſt videre, de aruſp. reſponſis: *Tollam altius tectum, non ut ego te deſpiciam, ſed tu ne adſpicias urbem eam, quam delere voluiſti*: hoc eſt, non ut te cernam. IV. de Fin. *Et quoniam catuli, qui jam deſpecturi ſunt, cæci æque ut ii, qui modo nati.* Suet. Neron. 19. *Dein tanta oborta caligo eſt, ut deſpicere non poſſet*; h. e. videre. GRÆV. Quin *deſpicere* ſit deorſum, excelſoque de loco aſpicere, unde ad contemtum ſignificandum transfertur, dubitaturum arbitror neminem. Hinc bene Hottomannus quaſi *oculos dejicere* ex ipſo Tullio explicavit, planiuſque Lambinus *deorſum aſpicere*, quod valere hic ait *negligenter aſpicere*. Quis enim hujus verbi vim neſcit? Contemnere, non curare, negligenter aſpicere, quod nos Itali dicimus *non badarci*, nonne uno verbo *deſpicere* intelligemus? Sic certe, ut alios mittam, explicatur recte Nepos in Pelopida cap. 3. *Id illi vino, epuliſque dediti, uſque eo deſpexerunt, ut ne quærere quidem de tanta re laborarint.*

Digitized by Google

moliantur. Huc accedit, quod quamvis ille felix ſit, ſicut eſt: tamen in tanta felicitate nemo poteſt eſſe in magna familia, qui neminem, neque ſervum, neque libertum improbum habeat. Interea iſte T. Roſcius, vir optimus, procurator Chryſogoni, Ameriam venit, in prædia hujus invadit, hunc miſerum luctu perditum, qui nondum etiam omnia paterno funeri juſta ſolviſſet, nudum ejici domo, atque focis patriis, diiſque penatibus præcipitem, judices, exturbat: ipſe ampliſſimæ pecuniæ ſit dominus. Qui in ſua re fuiſſet egentiſſimus, erat (ut fit) inſolens in aliena. Multa palam domum ſuam auferebat, plura clam de medio removebat, non pauca ſuis adjutoribus large, effuſeque donabat: reliqua conſtituta auctione vendebat.

9. Quod Amerinis uſque eo viſum eſt indignum, ut urbe tota fletus, gemituſque fieret. Etenim multa ſimul ante oculos verſabantur: mors hominis florentiſſimi Sex. Roſcii crudeliſſima, filii autem ejus egeſtas indigniſſima: cui

varint. Hæc autem eo dico, ne quem doctiſſimi Grævii alia ſentientis decipiat auctoritas, ut Burmannum ad Velleii II. 14. 3. & Oudendorpium ad Svetonii Neron. cap. 19. Clariſſ. Viros decepit. Deſpicere pro *videre* ἁπλῶς uſurpari vult Grævius. Tria in eam rem teſtimonia profert: quæ jam in ind. Latinit. Vir maximus Erneſtus plane removit. Sed demus etiam Grævio deſpicere eſſe *videre*; quid ſequetur? Simul atque ille viderit; non certe, quod ipſe vult, ſimul ac cœperit oculos movere, ut circumſpiciens. Iannoctii codex habet *reſpexerit*: quod Boemoræi conjecturæ aliquatenus favet. Id ego non præfero: video tamen explicari commode ita poſſe: Multi Sullæ occupationem obſervant, ut ſimul atque ab iis oculos reflexerit, ut ad negotia converrat, tempore utantur ad ſcelus. Sic apud Terentium Andr. II. 5. 6. Davus Pamphilo: *Quaſi de improviſo reſpice ad eum*, ad patrem ſcilicet: Pamphilus enim hactenus Davum aſpiciebat. GARATON.

Quamvis ille felix ſit) De hoc cognomine Plutarchus in ejus vita, & Appianus lib. ἐμφυλίων. Plinius quidem lib. VII. ſic ſcribit: *Unus hominum ad hoc ævi Felicis ſibi cognomen aſſeruit L. Sulla, civili nempe ſanguine, ac patriæ oppugnatione adoptatus. Et quibus felicitatis inductus argumentis? quod proſcribere tot millia civium, ac trucidare potuiſſet. O prava interpretatio, & futuro tempore infelix!* HOTT.

Paterno funeri juſta ſolviſſet) *Iuſta*, ſacra quæ placandis manibus fiebant. Græci νομιζόμενα. IDEM. *Qui nondum etiam omnia paterno funeri juſta ſolviſſet*) Ita eſt in optimo, eoque pervetuſto libro, cum in aliis deſit verbum *omnia*. Græcus etiam antiquus ſcriptor eodem ſenſu πάντα τὰ νομιζόμενα dixit. F. URSIN.

Focis patriis, diiſque penatibus) Vide, quæ diximus in orat. pro Quintio, ſupra: nam eadem inculcare non eſt noſtri conſilii. HOTTOM. Ed. Ven. *Nudum ejecit domo, atque focis &c. præcipitem Sextum, judices, exturbat*. Etſi vocem *Sextum* ex gloſſa irrepſiſſe credi facile poteſt, non tamen a Tullio apponi non potuiſſe dicerem. GARAT.

cui de tanto patrimonio prædo iſte nefarius ne iter quidem ad ſepulcrum patrium reliquiſſet: bonorum emtio flagitioſa, flagitioſa poſſeſſio, furta, rapinæ, donationes. Nemo erat, qui non ardere omnia mallet, quam videre in Sex. Roſcii, viri optimi, atque honeſtiſſimi bonis jactantem ſe, ac dominantem T. Roſcium. Itaque decurionum decre-

Ne iter quidem ad ſepulcrum patrium reliquiſſet) Nam in agris veteres ſepeliebantur. (ut lex vetus teſtatur, *In urbe ne ſepelito*) & ſpatium certos pedes latum conſecrabatur, ut Philippica IX. extrema: *Utique locum ſepulcro in campo Eſquilino C. Panſa Conſul, ſeu quo in loco videtur, pedes triginta quoque verſus aſſignet, quo Servius Sulpitius inferatur*. Quod etiam Livius lib. VI. ſignificat: *Ut ſinguli*, inquit, *prope trecentorum civium poſſiderent agros, plebejo homini vix ad tectum neceſſarium, aut locum ſepulturæ ſuus pateret ager*. Condito porro cadavere, gleba in os injecta, juſtiſque factis, locus is, ubi quis humatus erat, religioſus fiebat. Quum autem agrum illum, in quo humatus erat Roſcius, T. Magnus poſſideret, huic Sex. Roſcio non licebat religionis obeundæ cauſa ad ſepulcrum patrium per fundum alienum tranſire. Sed fortaſſe hoc oratorie dicitur, & agrorum publicatorum eadem, quæ & privatim venditorum ratio fuit. De his autem Pomponius ſic ſcribit, ſub titul. De ſepulcro violato: *Utimur eo jure, ut dominis fundorum, in quibus ſepulcra fecerint, etiam poſt venditos fundos adeundorum ſepulcrorum ſit jus. Legibus namque prædiorum vendendorum cavetur, ut ad ſepulcra, quæ in fundis ſunt, iter ei, aditus, ambituſque funeris faciundi cauſa ſit*. Hinc *ſervitutes itineris ad ſepulcrum*, apud Iuriſconſultos. Labeo L. ſi mercedem 53. D. act. empt. *Si eum fundum vendidiſti, in quo ſepulcrum habuiſti, nec nominatim tibi jus ad ſepulcrum excepiſti, parum tibi eo nomine cautum habes. Paulus: Minime: ſi modo in ſepulcrum iter publicum tranſit*. HOTTOM. Huic Menardus adſtipulatur. Ego vero nequeo mihi perſuadere, dictum hoc eſſe a Cicerone oratorie, quod animadvertam idem repeti in peroratione cap. 50. *Nec ſibi quidquam paternum, ne monumenti quidem cauſa; reſervavit*. Vere igitur dici exiſtimo, ne iter quidem ad ſepulcrum patrium relictum fuiſſe Roſcio, quod jus hoc itineris pertineret ad emtorem fundi, niſi nominatim fuiſſet exceptum a venditore. In re autem noſtra non fuiſſe exceptum a Roſcio, facile vel ex hoc intelligi pot. eſt, quod venditio facta eſt, non nomine Roſcii, ſed Sullæ. Quod autem Hottomannus duas illas leges opponit, eas rectius in eam, quam expolui, ſententiam a gloſſa explicari puto, ex L. ſi venditor. D. de religioſ. Quin ipſa L. 53. D. de act. emti nobis aperte favet: ex qua colligitur, iter ad ſepulcrum nominatim excipiendum eſſe, niſi publicum ſit. FACCIOL. Vide Victorium var. lect. XIV. 21. GAR.

Bonorum emtio, flagitioſa poſſeſſio) Legendum eſt ut habet codex Memmianus, *bonorum emtio flagitioſa, flagitioſa poſſeſſio*: atque ita edendum nunc tandem curavimus. Omiſſum ſcilicet a librario fuit alterum, *flagitioſa*, cum bis a Cicerone ſcriptum ſit. LAMBINUS. *Bonorum emtio flagitioſa, flagitioſa poſſeſſio*) Merito hic creditur Lambino cum certo nomine inſignit librum, itaque cum aſſeveret extare in Memmiano repetitum *flagitioſa*, id admiſit Guilielmius; nihil enim librariis uſitatius, quam omittere alterum: teſtor tamen nihil hujus exſtare in noſtris. GRUT.

Qui non ardere omnia) Ruſinianus de figuris cap. 36. legit, *qui non ardere illa omnia*, atque, ut puto, rectius: illud enim videtur nimium, ut ardeant potius omnia, cupere, quantumvis oratorie dicatur: ſatis eſt, illa omnia bona igni potius, quam T. Roſcio, velle commiſſa. GABATON.

Itaque

Digitized by Google

decretum ſtatim fit, ut decem primi proficiſcantur ad L. Sullam, doceantque eum, qui vir Sex. Roſcius fuerit, conquerantur de iſtorum ſcelere, & injuriis, orent, ut & illius mortui famam, & filii innocentis fortunas conſervatas velit. Atque ipſum decretum, quæſo, cognoſcite. DECRETVM DECVRIONVM. Legati in caſtra veniunt; intelligitur, judices, id quod jam ante dixi, imprudente L. Sulla, ſcelera hæc, & flagitia fieri; nam ſtatim Chryſogonus & ipſe ad eos accedit, & homines nobiles allegat iis, qui

Itaque decurionum decretum ſtatim fit, ut decem primi) *Decuriones*, non magiſtratus, ut homines pereruditi exiſtimant, ſed Senatores coloniarum, aut municipiorum fuerunt, unde *decuriare* verbum pro *in decuriam adſcribere*. Iuriſconſulti in municipiis vulgo duos hoſce ordines quaſi contrarios numerant, *plebejos*, & *decuriones*. Ex decurionum autem ordine, item ut Romæ ex Senatorum, Magiſtratus creabantur. Paulus: *Is qui non ſit decurio, duumviratu, vel aliis honoribus fungi non poteſt: quia decurionum honoribus plebeji fungi prohibentur.* Eratque Duumviratus fere in municipiis ſummus magiſtratus, ut conſtat ex l. 1. D. de albo ſcribendo. Cicero in Piſonem: *Gabinium denique ſi vidiſſent duumvirum* (de Campanis loquitur, & Gabino Conſule, Conſulatum eum duumviratu comparans) *veſtei illi unguentarii citius agnoviſſent.* Sed ut eo unde digreſſa eſt, revocetur oratio, *decretum decurionum* in municipiis ſic accipio, ut Romæ Senatuſconſultum. *Decemprimi* autem Magiſtratus non erant, quemadmodum plerique exiſtimarant. Vlpian. *decemprotos* minores annis 25. fieri tradit: quum ad Rempublicam adminiſtrandam ante eam ætatem admitti neminem teſtetur. Eorum autem adminiſtratio nequaquam in Reipublicæ gubernatione, civitateque regenda ac defendenda verſabatur, ſed potius in ſumtibus Reipublicæ cauſa faciendis. Illa autem munera, Iuriſconſulti *perſonarum*, hæc vero *Patrimonii* appellant. Tributorum autem exactioni fere præerant, in quo ſi quæ detrimenta fiſcus defunctorum culpa contraxiſſet, reſarcire ea *decemprimi* & *vigintiprimi* ſolebant. HOTTOM. *Decemprimi* non ſunt legationis cauſa creati, ut hic Manutius, nec, qui tantum ſumtibus reip. cauſa faciendis præerant, ut Hottomannus, ſed erant decem primi decuriones, quorum præcipue in adminiſtranda republica cum duumviris erat auctoritas, ut dudum viri eruditi oſtenderunt, & nuperius Cl. Noriſius in diſſertatione prima ad Cenotaphia Piſana, quem librum dono Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ Coſmi III. poſſideo: vide & Reineſii epiſtolam 31. ad Rupertum. GRAV.

Homines nobiles allegat iis) *Allegare* in privato negotio dicimus, quod in publico *legare*. Terentius in Andria V. 3. 28. *Hoc modo te obſecro, ut ne credas a me allegatum hunc ſenem.* *Summittere* etiam Cicero in eadem re uſurpat, ut Verrina IV. *Summittebat iſte Timarchidem, qui moneret, &c.* HOTTOM. *Et homines nobiles allegat, ab iis, qui peterent, &c.* Omnes lib. vulg. ſic habent, *allegat iis, qui peterent*, plane mendoſe. Nos cum in uno codice manuſcr. ſcriptum reperiſſemus, *allegabat*, pro, *allegat*: ſciremus autem, *allegat iis*, non dici a Latinis, conjecturam fecimus ex illo, *allegabat*, hanc eſſe veram lectionem, quam repoſuimus, *allegat, ab iis qui peterent*, id eſt, qui ab iis peterent: *allegat* autem, id eſt, privatim mittit, ſeu legat, hoc enim intereſt inter *legare*, & *allegare*, quod *allegare* eſt privatim, & de re privata mittere: *legare* vero, publice & de rep. LAMB. Valde mihi blanditur conjectura Lambini,

qui peterent, ne ad Sullam adirent, & omnia Chryſogonum, quæ vellent, eſſe facturum pollicerentur. Vſque adeo autem ille pertimuerat, ut mori mallet, quam de his rebus Sullam doceri.

10. Homines antiqui, qui ex ſua natura ceteros fingerent, cum ille confirmaret, ſeſe nomen Sex. Roſcii de tabulis exemturum, prædia vacua filio traditurum: cumque id ita

bini, quin eam veram eſſe puto. Nihil tamen ſine codicibus muto. GRÆV. Lambini conjectura nihil eſt opportunius. Cicero ipſe allegare *ad aliquem* ſæpe dixit, ut Philipp. V. cap. 5. Hic quoque, ſi Lambini ſententiam Codex aliquis, ut ſpero aliquando confirmabit, eodem erit modo dictum *ad eos accedit, & allegat*. Multa de hac locutione, docteque, ut ſolet, diſſerit I. F. Gronovius ad Livium XXXVI. 11. GARAT.

Vt mori mallet) Ant. Auguſtinus pro *mori*, legit *omnia*, quomodo Cicero cum alibi locutus eſt, tum ad Q. Fratrem. F. VRSIN. Antonius Auguſtinus, *ut omnia mallet*, quod reprehendit jure Guilielmius: firmatque vulgatum ex libro II. in Verrem cap. 36. Terentii Phormione, aliorumque locis. GRVTERVS.

Homines antiqui, qui ex ſua natura ceteros fingerent) *Antiquitas*, ut idem libro de Legibus I. ſcribit, *proxime accedit ad deos*; itaque veteres antiquos omnes æquabiliter viros bonos exiſtimabant. Ex quo plerumque *antiqui*, qui integri & boni viri ſunt, appellantur. Terentius in Adelphis. *Dii boni, ne illiuſmodi jam nobis magna civium penuria eſt, homo antiqua virtute ac fide*. Hoc in genere adnumerare poſſumus noſtris temporibus *Maturinum Corderium*, ſenem eruditum & ſanctum: cujus, dum hæc pangerem, mihi propter ſummam ipſius cum illis antiqua virtute & fide hominibus ſimilitudinem, in mentem veniebat. HOTTOM. Quia illi homines antiqui non erant calidi, ſed ſimpliciores, hinc & homo antiquus pro homine ſimplici, qui facile credit. Cic. IX. ad Att. 18. *Vide quam ſim antiquorum hominum*; vide ibi Victor. Sic Græcis ἀρχαῖοι & παλαιοί. Suid. in Αἰδέσια. ὁ δὲ ἁπλούστερος καὶ ἔτι παλαιότερος. *Ille vero ſimplicior & antiquior*. GRÆV.

Qui ex ſua natura ceteros fingerent) Tales eſſe ceteros arbitrarentur, quales ipſi eſſent. In hanc ſententiam ſic ſcribit in Epiſt. ad Q. Fratrem: *Vt quiſque eſt vir optimus, ita difficillime eſſe alios improbos ſuſpicatur*. HOTTOM.

Seſe nomen Sex. Roſcii de tabulis exemturum) *De tabulis*, in quibus erant proſcriptorum & occiſorum nomina perſcripta. Valerius Max. libro IX. *Quatuor millia & ſeptingentos diræ proſcriptionis edictis jugulatos in tabulas publicas retulit*, (de Sulla loquitur) *videlicet ne memoria tam præclaræ rei dilueretur*. An potius de tabulis ſuis privatis, & codice accepti & expenſi, in quo quæſita ſibi Roſciana prædia perſcripſerat? Sic puto, cum inferat, *prædia vacua filio traditurum*. Vacua autem prædia ſunt, quorum nemo poſſeſſor. Vnde *vacua poſſeſſio* apud Iuriſconſultos. IDEM.

Prædia vacua) Inſignis apud Gruterum lapis MLXXXI. 1. IN (leg. EI) QVE. VACVAM. POSSESSIONEM. MONVMENTI. SS. CESSIT. L. 33. D. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. *Vt emtorem in vacuam poſſeſſionem induceret*. L. 34. D. eod. *Si me in vacuam poſſeſſionem fundi Corneliani miſeris*. L. 47. D. de rei vindic. *Poſſeſſionem ejus ei traditum iri*. Nam vacua prædia tradere, & vacuam prædiorum poſſeſſionem tradere, idem eſt. Formula hæc eſt, qua ſignificamus nos de noſtro jure, deque poſſeſſione decedere: *vacua* enim non ea hic intelligas, quæ ſequior ætas dixit *vacantia*, quorum nemo poſſeſſor: quo ferme ducit Hotomannus, dum tabulas proſcriptionis

Digitized by Google

id ita futurum, T. Roſcius Capito, qui in X legatis erat, adpromitteret, crediderunt: Ameriam re inorata reverterunt. Ac primo rem differre quotidie, ac procraſtinare illi cœperunt: deinde aliquanto lentius, nihil agere, atque deludere: poſtremo, id quod facile intellectum eſt, inſidias vitæ hujuſce Sex. Roſcii parare; neque ſeſe arbitrari poſſe diutius alienam pecuniam domino incolumi obtinere. Quod is ſimul atque ſenſit, de amicorum, cognatorumque ſententia Romam confugit, & ſeſe ad Cæciliam, Nepotis filiam, quam honoris cauſa nomino, contulit, qua pater uſus

nis hinc amovere, privataſque conatur inducere. Numquam vacabant prædia, quæ dominum mutarent: ſed ipſo traditionis tempore, quo ſcilicet veteris domini familia, inſtrumentiſque *vacua* novo tradebantur, hujus rebus impleri ſolita, debemus exiſtimare; poſſeſſore numquam certe carebant. Quis porro *nomen eximere* de privato codice uſurparet? Sane reis, & proſcriptis hoc convenire, ii etiam ſciunt, qui mediocriter Latine ſciunt. GARATON.

Re inorata) Vide Menardum. Huc inprimis facit Ennii locus ex Achille p. 219. ed. Heſſel. cui hunc comparat vir ſummus H. Columna: *Quo nunc incerta re, atque inorata gradum Regredere conare?* IDEM.

Adpromitteret) *Adpromiſſor eſt, qui quod ſuo nomine promiſit, idem pro altero quoque promittit*. Feſtus: apud quem tamen locum corruptum arbitror, legendumque, *Qui quod alter ſuo nomine promiſit*. HOTTOM.

Alienam pecuniam] Sic edidi. Quid enim cauſæ fuit Grutero ſecundam vocem expellendi? Multo minus illis, qui futilem errorem ſecuti ſunt. GRONOV. Errorem omnino typographicum, qui etiam in Grævianam editionem irrepſerat, correximus. Supra ed. Ven. *procraſtinare iſti cœperunt:* quod & magis probo, & vero etiam reſtituo: videtur enim vox *illi* ab uno eſſe Grutero, aut forte ab ejus typographis: nam cum Veneta Naugerius, Manutius, Lambinuſque conſentiunt. Ita hoc ipſo capite infra: *Nam poſtquam iſti intellexerunt*. GARAT.

Ad Cæciliam, Nepotis filiam] Corrige ſic, *Cæciliam Balearici filiam, Nepotis ſororem*, ut infra. Nam Q. Cæcilius Metellus, qui a Balearibus devictis Balearicus dictus eſt, filiam habuit, quæ ex familiæ nomine Cæcilia dicta eſt: & filium Q. Cæcilium Metellum, qui quod Metelli Macedonici nepos eſſet, ut a patre ſuo diſcerneretur, Nepos appellatus eſt. Et hæc ipſa eſt Cæcilia, cujus fides & religio tantum in civitate valuit, ut ex ejus ſomnio, Marſico bello, templum Senatus ſententia Iunoni Soſpitæ reſtitutum fuerit: ut apud Ciceronem lib. de Divinat. 1. duobus locis. Sed quod eod. in libro de Cæcilia Metelli loquitur, cujus nomine ſororis ſuæ filia ipſius marito nupſit, ad hanc Cæciliam non pertinet. Nam vetus illa loquutio eſt, *Cæcilia Metelli*, quæ præciſe hoc ſignificat, quod plene ſic effertur: Cæcilia uxor Metelli, ut alibi, *Poſthumia Sulpitii, Cornelia Cæſaris, Terentia Ciceronis*. Cæciliam autem, de qua ibi Cicero loquitur, Metelli uxorem fuiſſe, patet ex Valerio Max. qui lib. I. hanc eamdem hiſtoriam commemorat. HOTTOM. *Ad Cæciliam Nepotis filiam, &c.*) Aſſentior Io. Paſſeratio cenſenti vel legendum, *Nepotis ſororem*: vel has duas voces, *Nepotis filiam*, eſſe delendas: vel ita reponendum, *ad Cæciliam Balearici filiam, Nepotis ſororem*. Erat enim Cæcilia Balearici filia, Nepotis ſoror, ut intelligere licet ex illis verbis, quæ ſunt in epilogo: *Quaſi*

uſus erat plurimum: in qua muliere, judices, etiam nunc, id quod omnes ſemper exiſtimaverunt, quaſi exempli cauſa, veſtigia antiqui officii remanent. Ea Sex. Roſcium inopem, ejectum domo, atque expulſum ex ſuis bonis, fugientem latronum tela, & minas, recepit domum: hoſpitique oppreſſo jam, deſperatoque ab omnibus, opitulata eſt. Ejus virtute, fide, diligentia factum eſt, ut hic potius vivus in reos, quam occiſus in proſcriptos referretur. Nam poſtquam iſti intellexerunt, ſumma diligentia vitam Sex. Roſcii cuſtodiri, neque ſibi ullam cædis faciundæ poteſtatem dari, conſilium ceperunt plenum ſceleris, & audaciæ, ut nomen hujus de parricidio deferrent: ut ad eam rem aliquem accuſatorem veterem compararent, qui

Quaſi vero neſcias, hanc & ali, & veſtiri a Cæcilia Balearici filia, Nepotis ſoroce. LAMBIN. *Ad Cæciliam Nepotis filiam*) Ita legebat Pantagathus: & in fine orationis tollebat verba illa *Balearici & ſororem*, gloſſemata, ut opinor, interpretis alicujus. Exiſtimabat autem *Cæciliam* hanc uxorem eſſe Sullæ, ad quem confugerit *Sex. Roſcius*, cujus interceſſione paſſus ſit Sulla fieri judicium contra Chryſogonum, tametſi gratioſum libertum: *Nepotis* vero filiam ejus eſſe; qui ante annos XVIII. Conſul fuit; cum Balearicus annos ante XLIV. Conſul fuerit: unde neceſſe eſſet, tunc vetulam fuiſſe. Plutarchus de Metella hac Sullæ uxore facit mentionem in vita Sullæ. F. VRSIN. Sententiam Vrſini veram eſſe cenſeo. Vide de hoc Metello Nepote Pighii annales ad annum V.C.DCLV. Anton. Auguſtinus in libro de familiis Romanorum ſentit, hanc Cæciliam fuiſſe Metelli Cretici filiam, quod non probo, & quia hic floruit poſt Sullæ tempora, ut videatur ejus filia fuiſſe nimis teneræ ætatis, præcipue cum antea nupta fuerit Æmilio Scauro; dein quia vetus inſcriptio apud Gruter. & F. Vrſin. de fam. Rom. in gente Cæcilia hanc Cretici filiam Craſſi uxorem fuiſſe oſtendit:

CÆCILIÆ
Q. CRETICI F.
METELLÆ CRASSI.

ſc. uxori, niſi duas filias habuerit Metellus Creticus GRÆVIVS.

Quaſi exempli cauſa veſtigia antiqui officii remanent) *Quaſi exempli cauſa*, id eſt ut quaſi teſtimonio ſit, olim fuiſſe homines tanto officio & probitate præditos. Aſconius hoc modo: Fuit, inquit, Pupius Piſo eiſdem temporibus, quibus Cicero, ſed tanto ætate major, ut adoleſcentulum Ciceronem pater ad eum deduceret, quod in eo & antiquæ vitæ ſimilitudo, & multæ erant literæ. *Antiquum* autem pro bono & integro, modo dici docuimus, & Cicero ſic loquutus eſt in Orat. pro Quintio: *Quid tum? Tu aliquem patronum invenies hominem antiqui officii*. HOTTOM. Significatio hæc vocis *exemplum* multis forſan non ignota: ſed tamen conſulendus locus, qui huc potiſſimum facit, e lib. IV. ad Herennium cap. 6. VERBVRG.

Hoſpitique oppreſſo jam) Supra dixit Sexto Roſcio patri hoſpitii neceſſitudinem fuiſſe cum Metellis, ex quorum familia Cæcilia. HOTTOM.

Quam occiſus in proſcriptos referretur) Vt Sextus pater, qui poſteaquam occiſus eſt, in proſcriptorum numerum eſt relatus. Infra: *Cogitabant enim, ſi eum occiderent, illius nomen in proſcriptorum numerum referre*. IDEM.

Accuſatorem veterem compararent) Peritum, exercitatum, multis in accuſationibus verſatum. Et hoc contumelio-

qui de ea re poſſet dicere aliquid, in qua re nulla ſubeſſet ſuſpicio: denique ut, quoniam crimine non poterant, tempore ipſo pugnarent. Ita loqui homines: quod judicia tamdiu facta non eſſent, condemnari eum oportere, qui primus in judicium adductus eſſet: huic autem patronos propter Chryſogoni gratiam defuturos: de bonorum venditione, & de iſta ſocietate verbum eſſe facturum neminem: ipſo nomine parricidii, & atrocitate criminis fore, ut hic nullo negotio tolleretur, cum ab nullo defenſus eſſet. Hoc conſilio, atque adeo hac amentia impulſi, quem ipſi, cum cuperent, non potuerunt occidere, eum jugulandum vobis tradiderunt.

11. Quid

meliose dicitur. Nam accuſatoris nomen erat invidioſum, ut diximus 10 Divinat. IDEM.

Tempore ipſo pugnarent) Nihil muto, ſed ſi liber aliquis antiquus ita haberet, *Tempore ipſum oppugnarent*, non valde repugnarem. IDEM. *Tempore ipſo pugnarent*) Hottomannus legendum putat, *tempore ipſum oppugnarent*, ego nihil muto. LAMBIN. Nihil ſane mutandum. Eſt enim *tempore ipſo pugnarent*, utentes calamitoſi hujus temporis opportunitate Roſcium accuſarent. Sic cap. 13. *Potentia pugnat*. GRAEV.

Quod judicia tamdiu facta non eſſent) Manifeſte Tullius profitetur, nullum aliud judicium publicum ante hoc, tumultus civilis cauſa, factum fuiſſe: quod de cædis judicio indicarat cap. 5. iis verbis: *Longo intervallo judicium inter ſicarios hoc primum committitur*. Quo loco Ciceronem, cum ad Fannium, qui inter ſicarios & antea Quæſitor judicaverat, & tunc Prætor judicabat, orationem converterit, ſatis arbitror habuiſſe, ut de hac quæſtione id aſſereret: de omnibus enim quid attinebat dicere? At hic de accuſatorum conſilio agens omnia videtur complexus eſſe judicia. Manutius tamen toto biennio judicia fuiſſe nulla, incredibile putat, & ex l. c. cap 5. hunc explicat, cui, habita ratione temporum, aſſentiri non poſſum. Nam Sulla per vim omnia, ſuoque arbitratu gerebat: Mariani bello, proſcriptione, exſilio ſublati: Sullanos vero quis auderet accuſare? Cicero in Verr. I. 14. narrat, Verrem Quæſtorem, ne ſui muneris reddere rationem cogeretur, factum eſſe Sullanum. Quod vero, Sulla dominante, judicium fieri potuit? An de peculatu? Tenebatur ipſe Sulla eo crimine: quin imo ne quidem ejus filio XIV. poſt annos *locus ob judicibus de pecuniis reſiduis conſtitutus eſt*, ut ait Cicero pro Cluent. cap. 34. An de repetundis? Nobiliſſimi, & potentiſſimi homines provinciis tunc præfuerunt; adverſus eos fruſtra pugnatum eſſet. An de ambitu? Refert Plutarchus, a Sulla, non a populo, petitos magiſtratus fuiſſe. De veneficio igitur? At quid opus veneno in tanta armorum licentia? De majeſtate denique? At Sulla minora peccantes ipſe morte puniebat. Itaque dicendum eſt, ſi quod judicium fuit Romæ, antequam Sulla partam armis potentiam exueret, h. e. ante elapſum annum, quo Conſul cum Metello fuit, illud primum fuiſſe judicium inter ſicarios de S. Roſcii parricidio, qui cum diceretur faviſſe Marianis, a Sullanis hominibus accuſabatur. FERRAT.

Eum jugulandum vobis tradiderunt) Id eſt, condemnandum, neci addicendum: ſed invidioſo verbo uti maluit, oratorie. HOTTOM.

ANO-

11. Quid primum querar? aut unde potiſſimum, judices, ordiar? aut quod, aut a quibus auxilium petam? Deorum ne immortalium? populi ne Romani? veſtram ne, qui ſummam poteſtatem habetis, hoc tempore fidem implorem? Pater occiſus nefarie, domus obſeſſa, ab inimicis bona ademta, poſſeſſa, direpta: filii vita infeſta, ſæpe ferro, atque inſidiis appetita; quid ab his tot maleficiis ſceleris abeſſe videtur? tamen hæc aliis nefariis cumulant, atque adaugent: crimen incredibile confingunt, teſtes in hunc, & accuſatores hujuſce pecunia comparant: hanc conditionem miſero ferunt, ut optet, utrum malit cervices Roſcio dare, an inſutus in culleum, ſupplicium parrici-da-

ANONYMI.

* patitur; a ſervo ex eo qui facit, id eſt, Chryſogonus; ergo modo nata eſt indignitas, non ex eo qui patitur; quia Roſcii perſona eſt vilis; ſed ex eo qui facit, id eſt Chryſogonus.

VARIORVM.

Iudices, ordiar?) Ed. Ven. *ordiar, judices?* vide V. L. GARAT.

Ab inimicis bona ademta, poſſeſſa, direpta) Ant. Auguſtinus delet vocem *ademta*, pro qua Octavius Pantagathus reponebat *emta*: nam & ſupra dixit: *Honorum emtio, flagitioſa poſſeſſio, furta, rapinæ*, quæ ad reliquas fortunas referuntur, non ad prædia, neque domum. F. VRSIN.

Filii vita infeſta ſæpe ferro) Fortaſſe ſic interpunctio facienda eſt, *filii vita infeſta ſæpe ferro, atque inſidiis appetita*. Sic enim loquuntur Latini: *mare prædonibus infeſtum: viæ latrociniis infeſtæ*. Supra proxime, ubi libri omnes habent, *bona ademta, poſſeſſa, direpta*, Pafſeratius mavult legi, *bona ademta, poſſeſſio direpta*. LAMBIN. Noli hic obtemperare Lambino. Sæpe *infeſtus* non addito caſu, ſed ſubaudito, ponitur: *infeſta vita* ſc. inſidiis, quæ ſemper & ubique ab inſidiatoribus infeſtatur, ut nuſquam tutus ſit, ut *infeſtiſſimum & periculoſum iter* in Cluentina, quod infeſtatur a latronibus, & *infeſtiſſima Ciliciæ pars*: in epiſtolis. GRAV. Quod hic ex Paſſeratio affert Lambinus, *poſſeſſio direpta*, id non ex illius conjectura eſſe videtur: cum ita edirum in Ven. MCCCCLXXX. & a Camerario reperiam. Si conjectura eſt, hic nititur, aliiſque fortaſſe; neque tamen admiſerim. GARATON.

Vt optet, utrum malit) Suſpectum mihi prorſus illud *ut optet*, tamquam ſcribæ alicujus additamentum. GRVTER. Cur ſuſpectum ſit, non video, proprie hic accipitur. *Opto* enim eſt lego, eligo, ut apud Virg. III. Æn.

Optavitque locum Teucro.

Vbi recte Servius: *Optavit, elegit, ut*

Pars optare locum tecto.

Hinc *optio* eſt poteſtas eligendi. Eſt enim ab antiquo *opo*, unde frequentativum, ut loquuntur vulgo, *opto*: quod Iuſtinus dixit lib. I. cap. 6. *Rogat, ſi conditio proponatur, utrius vitæ ſortem legant*. Potuiſſet cum Tullio dicere, *utrum optent*. Vide ad orat. pro Quintio ad cap. 9. quæ notata ſunt. GRAV.

Cervices Roſcio dare) T. Roſcio Magno, quem ſupra gladiatorem nominavit, & inſidias vitæ hujuſce Sex. Roſcii paraſſe dixit. HOTTOM.

An inſutus in culleum, ſupplicium parricidarum) Hæc verba SVPPLICIVM PARRICIDARVM, ad marginem a ſtudioſo quopiam poſita, librarii errore ducti in contextum Ciceronis verborum induxerunt. De ſupplicio parricidarum cognoſce infra. IDEM.

An inſutus in culleum, per ſummum dedecus)

cidarum, per ſummum dedecus vitam amittere. Patronos huic defuturos putaverunt: deſunt; qui libere dicat, qui cum fide defendat, id quod in hac cauſa eſt ſatis, quoniam quidem ſuſcepi, non deeſt profecto, judices. Et forſitan in ſuſcipienda cauſa temere impulſus adoleſcentia fecerim: quoniam quidem ſemel ſuſcepi, licet hercules undique omnes in me terrores, periculaque impendant omnia, ſuccurram, atque ſubibo. Certum eſt, deliberatumque, quæ ad

decus) Sic erat in lib. vulg. *An inſutus in culleum, ſupplicium parricidarum, ſeu patricidarum, &c.* Ego hæc verba, *ſupplicium parricidarum, ſeu patricidarum*, adnotatiunculam eſſe puto in contextum orationis a librario relatam: quare eam funditus delevi. LAMBINUS. Nihil verius conjectura Hottomanni, quam merito probavit Lambinus; ſed libri renuunt. In primo Franc. his verbis adſcriptum eſt vetere manu, ſed minoribus litteris, *vacat*, & primæ quidem ſyllabæ *ſup* impoſita erat ſyllaba *va*, & ultimæ *rum* in *parricidarum cat* GRÆVIUS. Sufficere hoc putarem, ut manifeſtum gloſſema deleretur: quod Gruterus fruſtra removere tentabat legendo, *ſupplicio parricidarum* adverſus omnes codices, quibus ipſe tam impenſe ſerviebat. Putavit enim, minorem ſic fieri MSis injuriam. GARAT.

Licet hercules undique omnes in me terrores, periculaque impendant omnia, ſuccurram atque ſubibo]° Sic MSi & editiones vetuſtiores pleræque. Sed Franc. prim. & editio anni 1472. *Licet hercules undique in me terrores periculaque impendant, omnia ſuccurram atque ſubibo*: forte *omnia* loco ſuo excidit, & Cicero ſcripſit: *Licet hercules undique in me terrores, periculaque impendant, ſuccurram, atque omnia ſubibo*, nimirum pericula & terrores. GRÆVIUS. Legendum omnino eſt *impendeant* ex ed. MCCCCLXXX. aliiſque, quas vidi, plurimis, relicto illo mendoſo *impendant*, quod Naugerius, & inde R. Stephanus pæne ſoli adoptaverant. In Naugeriana porro editum video, *omnes terrores, minæ &c.*, neque in ea legitur *in me*. Hanc lectionem edd. multæ recentiores ſecutæ ſunt, & in duobus MSis Palatinis Gruterus invenit. Ipſe autem putat ex corruptione vocum *in me* ortam illam eſſe vocem, *minæ*, Qui codices antiquos verſant, ignorare non poſſunt, diphtongo, ut ſic ſæpe, ſublata, *in me*, & *minæ* ita perſcribi, ut haud facile diſtinguantur; opem a ſenſu petere oportere. Iam vero quid hic eſſe in ſenſu cauſæ dicemus, ut *in me* potius, quam *minæ* legendum ſit? Primum imo abſque illo *in me* uſitatius erit verbum *impendeo* conſtructum, quod vel abſolute, vel cum dativo uſurpari ſolet: quamquam & ſic ſane poſſit, & ſic ipſe Tullius in Bruto. Deinde quid habet abſurdi, minas cum terroribus, atque periculis oratorie conjungere? Pro Quint. cap. 14. *Minæ jactentur, pericula intendantur, formidines opponantur*. Eodem plane modo Plutarchus in Antonio cap. 83. *ἀπειλὰς, καὶ φόβους* apte conjunxit. Poſtremo ſi *minæ* illæ non placeant, ſatius eſt eas, tamquam interpretationem *terroris*, expungere. Legitur enim in MSis & edd. SS. *terrores minæ*: at in ceteris *in me terrores*, nuſquam *terrores in me*. Non ſolum ergo corruptas illas voces, ſed tranſpoſitas quoque, Gruterum oportuit exiſtimare: neque ego tamen transferri non potuiſſe defendo. Illud obſervo, in hiſce vocem *omnes* locum earum *in me* occupare, quæ viciſſim illam excludunt a MSo Francii, & edd. MCCCCLXXII. & MCCCCLXXX. Quamobrem, ſi vox *minæ* pro gloſſemate habeatur, legendum cum Lambino videbitur, *undique omnes, terrores, periculaque impendeant omnia*, vel *undique in me terrores, &c.* Sin eam vocem adeſſe jube-

ad cauſam pertinere arbitror, omnia non modo dicere, verum etiam libenter, audacter, libereque dicere. Nulla res tanta exſiſtet, judices, ut poſſit vim mihi majorem adhibere metus, quam fides. Etenim quis tam diſſoluto animo eſt, qui hæc cum videat, tacere, ac negligere poſſit? patrem meum, cum proſcriptus non eſſet, jugulaſtis, occiſum in proſcriptorum numerum retuliſtis, me domo mea per vim expuliſtis, patrimonium meum poſſidetis. Quid vultis amplius? etiam ne ad ſubſellia cum ferro, atque telis veniſtis, ut hic aut juguletis, aut condemnetis Sex. Roſcium?

12. Hominem longe audaciſſimum nuper habuimus in civitate C. Fimbriam, &, quod inter omnes conſtat, niſi inter eos, qui ipſi quoque inſaniunt, inſaniſſimum. Is, cum curaſſet, in funere C. Marii ut Q. Scævola vulneraretur, vir ſanctiſſimus, atque ornatiſſimus noſtræ civitatis, de

jubebimus, ita legemus, *undique omnes minæ, terrores &c.* quod ceteris lectionibus facile nunc præfero, vel *undique minæ, terrores &c.* Atque ad hæc poſtrema Græviana etiam poſſet elegans adhiberi trajectio, cui præter audaciam quamdam vox *omnes* mihi videtur obſtare. Hæc viris doctis perpendenda trado, qui ex MSis fortaſſe rem clariore in lumine collocabunt. In his Grævianam interea lectionem non repudio. GARAT.

Nulla res tanta exſiſtat judices) Magis placeret *exſiſtet*, ſi antiquus aliquis liber eam ſcripturam confirmaret. F. VRSIN. Hoc exſtat in Palatino octavo, ut Gruterus auctor eſt, & in prim. Franc. In primo vero Pal. *exſiſtit*. GRÆV.

Ad ſubſellia cum ferro, atque telis) Qualis hæc conſuetudo fuerit, ut vere dicam, incertus ſum. Doctiores viri hunc locum obſervabunt, & quæ ad eum facere animadvertent, notabunt. HOTTOM. Oratorie, & invidioſe dicta ſunt, ac ſi in ipſius ſubſelliis ejus jugulo imminerent, occiſurique eſſent, ſi condemnare non poſſent. GRÆVIUS.

Aut condemnetis) *Condemnare* pro condemnandum curare, locutio uſitata. HOTT.

Aut condemnetis Sext. Roſcium) Poſtremas voces duas ejecerat Lambinus: ego reſtitui, fide Pall. & aliarum edd. habentque, quidquid contradicat Lambinus, ſuam vim, imo venerem. GRUT. Lambinus illas voces in editione ſua omiſerat, & margini adſcripſerat; alii libri *Sextum Roſcium*: mendoſe. GRÆVIUS.

C. Fimbriam) Qui legatus L. Flacci Conſulis miſſi in Aſiam, ut Sullæ ſuccederet, ipſum interfecit, & imperium in ſe translatum ſic adminiſtravit, ut Mithridatem fere ceperit: ab exercitu poſtea deſertus, ſe ipſe percuſſit. Velleius, Appianus, Florus. HOTTOM.

In funere C. Marii) Qui primo ſeptimi Conſulatus ſui menſe deceſſit. IDEM.

Q. Scævola vulneraretur) Adhuc enim tum erat Romæ Fimbria: ſed paulo poſt miſſus eſt, ut modo dixi, L. Flacco (qui Conſul in locum Marii creatus eſt) legatus. Tum autem Scævola tantummodo vulneratus eſt, ut hic locus aperte oſtendit: ſed triennio poſt, Carbone, & Mario Coſs. nex ei juſſu L. Damaſippi Prætoris in veſtibulo ædis Veſtæ allata eſt; ut apud

de cujus laude neque hic locus eſt ut multa dicantur, neque plura tamen dici poſſunt, quam populus Romanus memoria retinet, diem Scævolæ dixit, poſteaquam comperit, eum poſſe vivere. Cum ab eo quæreretur, quid tandem accuſaturus eſſet eum, quem pro dignitate ne laudare quidam quiſquam ſatis commode poſſet, ajunt, hominem, ut erat furioſus, reſpondiſſe, *quod non totum telum corpore recepiſſet*; quo populus R. nihil vidit indignius, niſi ejuſdem viri mortem: quæ tantum potuit, ut omnes cives ſuos perdiderit, & afflixerit: quos quia ſervare per compoſitionem volebat, ipſe ab iis interemtus eſt. Eſt ne hoc illi dicto, atque facto Fimbriæ non ſimillimum? accuſa-

apud Ciceronem de Nat. Deor. III. & Appianum *εμφυλιων*, & Velleium Paterculum. Damaſippus autem poſtea, victoria conſtituta, L. Sullæ juſſu interfectus eſt. Auctor Salluſtius. IDEM. Vide Florum III. 21. & Oroſium V. 20. FACCIOLAT.

Memoria retinet] Vetus liber *tenet*, quod magis placet. F. VASIN.

Diem Scævolæ dixit] Idem ſcribit Val. Max. lib. IX. capite *De dictis improbis, factiſque ſceleratis*. HOTTOM. De ejus audacia, & inſania Oroſius VI. 2. & alii. FACCIOL.

Quem pro dignitate ne laudare quidem quiſquam ſatis commode poſſet] Eumdem in lib. de Nat. Deorum III. temperantiæ prudentiæque ſpecimen appellat. In Lælio ſcribit: *Mortuo augure Scævola, ad quem a patre ſumta virili toga deductus erat, ſe ad hunc Pontificem contuliſſe. Quem unum* (inquit) *noſtræ civitatis & ingenio, & juſtitia præſtantiſſimum audeo dicere*. HOTTOM.

Ut omnes cives ſuos] Obſcura loquutio, *Mors omnes cives ſuos perdidit*; niſi forte SVOS pro ILLIVS poſitum eſt: ut alibi apud hunc ipſum non uno loco, tametſi ne ſic quidem obſcuritas tolletur: non enim omnes Scævolæ cives ob eam mortem afflicti ſunt, ſed ejus tantum mortis auctores. Præterea quorſum Scævolæ *cives*, illos appellat? Locus eſt (ut dixi) obſcurus, & fortaſſe etiam corruptus, nam fieri poteſt, ut pro EIVS CONSCIOS librarius CIVES SVOS poſuerit. IDEM. Miror hic æſtuare virum magnum: cives ſuos, hoc eſt, ut barbari loquuntur, concives perdidit ſua morte Scævola, quia illum ſecuta eſt proſcriptio, & tanta civium cædes; cum ille vivus forte compoſuiſſet conditionibus inteſtina hæc bella, & ſic cives ſervaſſet, ſane hoc ſtudebat. Illo extincto ſpes compoſitionis erat quoque extincta. In Francii primo non legitur *ſuos*, & poterat abeſſe. GRÆVIUS.

Quos quia ſervare) Vide num melius ſit, *qui quos ſervare*, &c. F. VASIN.

Eſt ne hoc illi dicto atque facto Fimbriano ſimillimum] Sic edendum curavi, Renati Boemoræi conjectura adprobata, cum vulgo legatur, *illi dicto, atque facto Fimbriæ non ſimillimum; ne*, autem, hoc loco, reſponſionem ajentem poſtulat, ut ſupra notavimus. LAMBIN. *Non*, hic eſt nonne, ut recte Manutius. GRÆVIUS. At ipſum *ne* præſens adeſt in *eſt ne*. Illud tamen advocare, ut cum *non* conjungatur, non eſt neceſſe. In hac etenim interrogationis vi negative, quod eſt *εμφατικοτερον*, ſententiam proferri aliquando ſolere, omnes norunt. Rufinianus autem de figur. cap. 23. tam in Capperonnerii, quam in Ruhnkenii editione *Fimbriano ſimillimum* præfert: plane ut Boemoræus emendabat. Veram lectionem eſſe hanc, doctiſſimus vir, Ruhnkenius putat. Sed mihi adhuc

cuſatis Sex. Roſcium; quid ita? quia de manibus veſtris effugit: quia ſe occidi paſſus non eſt. Illud quia in Scævola factum eſt, magis indignum videtur, hoc, quia ſit a Chryſogono, non eſt ferendum. Nam, per deos immortales, quid eſt in hac cauſa, quod defenſionis indigeat? qui locus ingenium patroni requirit, aut oratoris eloquentiam magnopere deſiderat? Totam cauſam, judices, explicemus, atque ante oculos expoſitam conſideremus. Ita facillime, quæ res totum judicium contineat, & quibus de rebus nos dicere oporteat, & quid vos ſequi conveniat, intelligetis.

13. Tres ſunt res, quantum ego exiſtimare poſſum, quæ obſtent hoc tempore Sex. Roſcio: crimen adverſariorum, & audacia, & potentia. Criminis confictionem accuſator Erucius ſuſcepit; audaciæ partes Roſcii ſibi popoſcerunt. Chryſogonus autem, is, qui plurimum poteſt, potentia pugnat. De hiſce omnibus rebus me dicere oportere intelli-

adhuc ampliandum videtur. Dubito enim, utra ſit potior: & negationem in Rufiniani quoque lectione adeſſe video potuiſſe. Id ex vulgata colligo, quæ facillime ex *Fimbriano n.*, quemadmodum *non* ſæpe contrahunt codices, potuit proficiſci. Exempla in re ab criticis abunde illuſtrata non afferam. GARATON.

ANONYMI.

Tres ſunt) Partitio cauſæ; in tres partes dividitur, prima eſt defenſio Roſcii, ſecunda accuſatio Roſciorum, tertia ad invidiam Chryſogoni pertinet, quæ ex potentia naſcitur.

VARIORUM.

Non eſt ferendum) Mendum apertiſſimum. Vacat enim negatio, & ſententiam depravat. Itaque in NUM nonnulli eam commutant, ut cum interrogandi nota legatur: quibus aſſentior. HOTTOM. *Non eſt ferendum*) Sic habent omnes libri & vulgati, & manuſcr. præter unam editionem, quod ſciam: neque video, quamobrem hæc lectio quemquam offendere debeat. Quidam tamen tollendam negationem cenſent, alii legunt, *num eſt ferendum?* Sed errant utrique; nam & ex iis verbis, quæ proxime ſequuntur, *hominum ejuſmodi pernicioſam, atque intolerandam potentiam primo quoque tempore extinguere atque opprimere debetis*, & ex aliis, quæ multis poſt paginis leguntur, *nimiam gratiam, potentiamque Chryſogoni dicimus & nobis obſtare, & perferri nullo modo poſſe*, intelligere licet, ſignificari a Cic. tantam liberti potentiam non eſſe ferendam. LAMBINUS. *Num eſt ferendum*) Sic hodie paſſim legitur, quod tamen eſt a divinatione Hottomanni: vulgati alii, item MSi noſtri, *non eſt ferendum*. GRUTER. Recte Lambinus pronunciavit, contra librorum omnium fidem nihil eſſe interpolandum. Quamvis indignior ſit cædes Scævolæ propter ſummam viri dignitatem, & merita in rempublicam, nec tamen ferendum eſt, occidi Sextum Roſcium, & filium parricidii accuſari inſontem, & quidem a Chryſogono liberto. GRÆVIUS.

Crimen adverſariorum) Id eſt *criminatio*, ut alibi frequentiſſime. HOTTOMANNUS.

ANO-

telligo. Quid igitur eſt? non eodem modo de omnibus: ideo quod prima illa res ad meum officium pertinet: duas autem reliquas vobis populus R. impoſuit; ego crimen oportet diluam: vos & audaciæ reſiſtere, & hominum ejuſmodi perniciosſam, atque intolerandam potentiam primo quoque tempore exſtinguere, atque opprimere debetis. Occidiſſe patrem Sex. Roſcius arguitur. Sceleſtum, dii immortales, ac nefarium facinus, atque ejuſmodi, quo uno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videantur. Etenim ſi (id quod præclare a ſapientibus dicitur) *vultu ſæpe læditur pietas*, quod ſupplicium ſatis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipſum, ſi res poſtularet, jura divina, atque humana cogebant? in hoc tanto, tam atroci, tam ſingulari maleficio, quod ita raro exſtitit, ut, ſi quando auditum ſit, portenti, ac prodigii ſimile numeretur, quibus tandem te, C. Eruci, argumentis accuſatorem cenſes uti oportere? nonne & audaciam ejus,

ANONYMI.

Occidiſſe patrem) Extollit magnitudinem criminis, (1) ut derogetur; quanto enim quæque magna ſunt, tanto in credendo difficilia. Hoc in defenſionibus recte facimus ante probationem: in accuſationibus autem probato crimine debemus augere. Item dixit principia; dixit narrationem; exceſſus, nunc ſummam dicit. Summa autem dicitur criminis collectio.

Nonne & audaciam) Argumentatur a perſona; ſit ne idonea ad parricidium.

VARIORUM.

Quid igitur eſt?) Obſcurus mihi locus; neque equidem, quemadmodum explicari poſſit, ſatis intelligo: niſi forte ſic legamus: *Non tamen eodem modo de omnibus*. Et illa verba, *Quid igitur eſt?* aut poſt verbum PVGNAT reponamus, aut poſt *Populus R. impoſuit*. HOTT. Io. Paſſeratius hic putat ordinem eſſe perturbatum, & ſic legendum: *De hiſce o. r. me d. o. intell. non eod. m. d. o. ideo q. p. i. r. ad m. o. p. d. a. r. v. p. R. imp. Quid igitur eſt? ego or. &c.* LAMBINUS.

Quo uno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videantur) *Complexa* præter conſuetudinem, in patiendi ſignificatione, ut *fateatur* in orat. contra Rullum: *Hunc excipere nominatim, qui publicus eſſe fateatur*. *Experta*, pro Balbo: *Cujus igitur auditu virtus dubitationi locum non daret, hujus præſens experta, atque perſpecta obtrectatorum voce lædetur?* HOTTOM. Locum bis citat Priſcianus, tum ipſe ab ſeſe diſſidens, tum a vulgata lectione ſemper: nam pag. 791. ed. Putſchii habet *complexa videantur*, & pag. 927. *videntur complexa eſſe*. Sed notiſſimum eſt, Tullio illam clauſulam *eſſe videantur* in deliciis propemodum fuiſſe. GARATON.

Vultu ſæpe læditur pietas) Vultu importuno, qualis eſſe ſolet indignantium; nam *vultus* ſermo quidam tacitus mentis eſt: ut ſcripſit idem aliis locis quam multis. Huc autem pertinet illa Cleobuli apud Diogenem Laertium ſententia: Πατέρα δεῖ αἰδεῖσθαι. *Patrem oportet revereri*. HOTTOM.

(1) F. ut fides derogetur. I. FR. GRONOV.

ejus, qui in crimen vocetur, ſingularem oſtendere; & mores feros, immanemque naturam, & vitam vitiis, flagitiiſque omnibus deditam; & denique omnia ad perniciem profligata, atque perdita? quorum tu nihil in Sex. Roſcium, ne objiciendi quidem cauſa, contuliſti.

14. Patrem occidit Sex. Roſcius. Qui homo? Adoleſcentulus corruptus, & ab hominibus nequam inductus? annos natus magis quadraginta. Vetus videlicet ſicarius, homo audax, & ſæpe in cæde verſatus; at hoc ab accuſatore ne dici quidem audiſtis. Luxuries igitur hominem nimirum, & æris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates ad hoc ſcelus impulerunt. De luxuria purgavit Eru-

ANONYMI.

Patrem occidit) Congeſſit ſchemata oratoria, nam per quæſtum argumentatur; reſponſionem facit; quotieſcumque conjectum eſt: ſumma ponitur incipiens a genere criminationis naturæ conveniens; cauſa lucri, cauſa inimicitiarum; patrem occidit; natura conveniens.

VARIORUM.

Annos natus magis quadraginta) *Major*, pro *magis* habet antiquus liber; & paullo poſt: *Quæ vita maxime disjuncta eſt*, cum in aliis deſit verbum *eſt*, ad ſententiam neceſſarium. F. URSIN. *Annos natus magis quadraginta*) Sic ſolum Palatinus primus: nam duo alii, item S. Victoris, nec non Fulvii codex, atque edd. Vett. *major*: quod videbitur forte admittendum. Guilielmius conjiciebat *annos natu major quadr.* GRUTER. Et *magis* & *major* interpretationem, quæ ex margine irrepſit, eſſe cenſeo. Sane qui exceſſit annum quadrageſimum, Latine non poteſt dici *magis natus eſſe annos quadraginta*. Sic rure loquuntur non Romani ruſtici, ſed barbari. Si *major* retinere velis, ſcribendum eſſet, *annis major quadraginta*. GRAEVIUS. *Major* etiam duo codices Lallemandi. Sed cur verbo *magis* locus hic eſſe non poteſt? Neque enim *magis natus* intelligendum cum Grævio eſt, ſed *annos magis XL.* Plane ſimiliter uſurpantur adverbia *plus*, & *amplius*. Pro Quintio c. 12. *annum plus vixit*, ſive malis, *anno*: hic enim vox *magis* afficit *quadraginta*, vocem indeclinabilem. Plus ſane momenti ille habet ſcrupulus, quem injicit Facciolatus, particulam *magis* natura ſua non referri ad quantitatem. Quod concedamus, neceſſe eſt, cum nullum ſuccurrat exemplum, quod opponamus. Verum ita cogito, vocem *major*, quæ in MSis frequens eſt, nimias turbas dare; ejus enim gratia & *annis* emendandum, & *natus* ejiciendum eſſet: utramque vocem *magis*, & *major* pro interpretatione cum Grævio haberi non poſſe: quî enim venerit cuiquam in mentem annos eos interpretando adaugere? Quin imo *major* explicatio τȣ *magis*, ſive totius ſententiæ quoque videtur. Quæ cum ita ſint, Ciceronem hoc *magis* de quantitate uſurpaſſe dicendum eſt. Neque enim hoc erit ideo abſurdum, quod ejus non inveniamus exempla. Erunt fortaſſe: ſed, ut penitus deſint, non hic primum optimi auctores ita locuti ſunt, ut nos nimium ſero genitos Latinos mirifica quadam novitate percellant. GARATON.

Vetus videlicet ſicarius) *Vetus*, peritus, exercitatus. HOTTOM.

ANO-

Erucius, cum dixit, hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuiſſe; nihil autem umquam debuit. Cupiditates porro quæ poſſunt eſſe in eo, qui (ut ipſe accuſator objecit) ruri ſemper habitarit, & in agro colendo vixerit? quæ vita maxime disjuncta a cupiditate, & cum officio conjuncta. Quæ res igitur tantum iſtum furorem Sex. Roſcio objecit? Patri, inquit, non placebat. Patri non placebat? quam

ANONYMI.

Erucius) Vellet aptam ſceleri deſignare perſonam; deſcripſit feram quamdam fuiſſe naturam Roſcii, dicens: mirantini ſi iſte homo, qui in agro & ſolitudinibus cum nullo vixerit. Cicero arripuit luxuriæ partes; expugnavit objectionem Erucii: ſi enim ſolus in ſilvis fuit, luxurioſus eſſe non potuit.

Quæ res igitur tantum) Augeret rem, ut incredibile videatur crimen, non dixit ſcelus, ſed *furorem*; & bene dixit *furorem*; declaravit, niſi perdita mentis ſanitate, non poſſe de parricidio cogitari.

VARIORUM.

Hunc ne in convivio quidem ullo interfuiſſe) Romanorum in conviviis intemperantiam, cum ex aliis rebus permultis, tum vel maxime ex eo more intelligimus, quem Athenæus lib. *δειπνοσοφ. δ.* ex Nicolai Damaſceni hiſtoriis commemorat. Ρ'ωμαιυς, inquit, ιϛορει παρα το δειπνον συμβαλλειν μονομαχιας, γραφων ὑτως, τας των μονομαχων θεας ϰ μονον εν πανηγυρεσι και θεατροις εποιυντο Ρ'ωμαιοι, παρα Τυρῥηνων παραλαβοντες το εθος, αλλα και ταις εϛιασεσιν. Εκαλυν γυν τινες πολλακις επι δειπνον τυς φιλυς επι τε αλλοις, και όπως αν δυο η τρια ζευγη ιδωσιν μονομαχων, ότε και κορεσθεντες δειπνυ και μεθης, εισεκαλυν τυς μονομαχυς. Και ὁ μεν αμα εσφαττετο, αυτοι δ' εκροτυν επι τυτῳ ἡδομενοι. ηδη δε τις κ̓ν ταις διαθηκαις γεγραφε γυναικας ευπρεπεϛατας μονομαχησαι, ας εκεκτητο· ἑτερος δε παιδας ανηβυς ερωμενυς ἑαυτυ. αλλα γαρ υκ ανεσχετο ὁ δημος την παρανομιαν ταυτην, αλλ' ακυρον την διαθηκην εποιησεν. Id eſt: *Scribit, Romanos inter cœnam gladiatorum pugnas edidiſſe, his verbis: Gladiatorum ſpectacula non tantum ludis, & in theatris Romani præbebant, conſuetudine ex Tyrrhenis accepta, ſed etiam in conviviis. Amicos igitur quidam ſæpe ad cœnam invitabant, cum aliis de cauſis, tum ut duo, triave paria gladiatorum ſpectarent: nam cum cibo & potu ſatiati eſſent, gladiatores evocabant: ac unus aliquis interficiebatur, illi autem plauſu & voce voluptatem demonſtrabant. Quidam etiam teſtamento mulieres facie eximia, quarum dominus erat, pugnare juſſit: alius etiam pueros impuberes, quos in deliciis atque amoribus habuerat. Sed populus hanc improbitatem non tulit, teſtamentaque reſcidit, atque irrita eſſe juſſit.* Hæc Athenæus. Unde autem mos ille profectus ſit, licet ex hoc, quem ſubſcribam, Livii loco in lib. IX. exiſtimare: *Et Romani ad honorem Deum inſignibus armis hoſtium uſi ſunt, Campani ab ſuperbia & odio Samnitum gladiatores, quod ſpectandum inter epulas erat, eo ornatu armarunt.* HOTTOM.

Quæ vita maxime disjuncta a cupiditate) Huc illud Menandri pertinet: Αγροικος ειναι προσποιη πονηρος ων, *Quum ſis improbus, ruſticum te ſimulas.* Item illud Catonis initio libri de Re Ruſtica: *Et virum bonum Majores noſtri cum laudabant, ita laudabant, bonum agricolam, bonumque colonum. Ampliſſime laudari exiſtimabatur, qui ita laudabatur.* IDEM.

Disjuncta a cupiditate) Omnes veteres, *Disjuncta a cupiditate eſt*; quod probo. IDEM.

Tantum iſtum furorem S. Roſcio objecit) Hoc eſt, injecit: quemadmodum dicitur ſuperiore, atque hoc ipſo capite *mortem afferre* pro inferre. FACCIOL. Similiter Livius XXIX. 8. *Eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione templi furorem objecit.* Ubi ex gloſ-

 ſa

quam ob cauſam? neceſſe eſt enim eam quoque juſtam, & magnam, & perſpicuam fuiſſe. Nam, ut illud incredibile eſt, mortem oblatam eſſe patri a filio ſine plurimis & maximis cauſis: ſic hoc veriſimile non eſt, odio fuiſſe parenti filium ſine cauſis multis, & magnis, & neceſſariis. Rurſus igitur eodem revertamur, & quæramus, quæ tanta vitia fuerint in unico filio, quare is patri diſpliceret. At perſpicuum eſt, nullum fuiſſe. Pater igitur amens, qui odiſſet eum ſine cauſa, quem procrearat. At is quidem fuit omnium conſtantiſſimus. Ergo illud jam perſpicuum profecto eſt, ſi neque amens pater, neque perditus filius fuerit, neque odii cauſam patri, neque ſceleris filio fuiſſe.

15. Neſcio, inquit, quæ cauſa odii fuerit, fuiſſe odium intelligo: quia antea, cum duos filios haberet, illum alterum, qui mortuus eſt, ſecum omni tempore volebat eſſe, hunc in prædia ruſtica relegarat. Quod Erucio accidebat in mala, nugatoriaque accuſatione, idem mihi uſu venit in cauſa optima. Ille, quomodo crimen commentitium confirmaret, non inveniebat: ego res tam leves qua ratio-

ſa quidam codices habent *injecit*. Hyginus fabula XXIV. & XCVIII. *caliginem eis objecit*. Alterum illud paſſim Latini dicunt, & ipſe Tullius in Vatin. c. 10. *necem offerre*, ubi allato a Grævio loco hic addi poteſt. Hæc ab Erneſto prætermiſſa. GARAT.

ANONYMI.

Neceſſe eſt enim) Quæ cauſa eſt, quare occidit patrem? quia non placebat patri; incipit alia cauſa.

In unico filio) Eleganter hoc intulit, quod naturale ſit, ut unicis liberis, quamvis (1) *patentibus* promptius indulgeamus.

Omnium conſtantiſſimus) Manifeſte namque, quid eſſet conſtantia, hic oſtendit, cum contrariam poſuit amentiam.

Neque odii cauſam) Dicendo, *neque odii cauſam patri neque ſceleris fuiſſe*, expedita facilitate concluſit & principalem & incidentem quæſtionem.

VARIORUM.

In unico filio) Hoc pro cauſa dicitur, nam alter poſtea mortuus eſt, quam hic in prædia relegatus. HOTT.

In unico filio) Pondus ineſt in voce, *unico*. Nam unicus filius eſt is, quem Græci ἀγαπητὸν appellant, id eſt, dilectum. LAMBIN.

Omnium conſtantiſſimus) Conſtantem hominem amenti opponit: nam ut ipſe ſcribit Tuſcul. III. *Qui moderatus eſt, & temperans, eum neceſſe eſt eſſe conſtantem; qui autem conſtans, quietum; qui quietus, perturbatione omni vacuum; ergo etiam amentia*. In orat. pro Q. Roſcio *mobili* opponit *conſtantiſſimum*. *Quem hominem? levem? imo graviſſimum: mobilem? imo conſtantiſſimum*. HOTTOM.

Idem mihi uſu venit) Ed. Ven. *idem uſu mihi venit*. GARATON.

ANO-

(1) F. petulantibus, impotentibus. I. FR. GRONOV.

ratione infirmem, ac diluam, reperire non poſſum. Quid ais, Eruci? tot prædia, tam pulcra, tam fructuoſa Sex. Roſcius filio ſuo relegationis, ac ſupplicii gratia colenda, ac tuenda tradiderat? Quid hoc? Patresfamilias, qui liberos habent, præſertim homines illius ordinis, ex municipiis ruſticanis, nonne optatiſſimum ſibi putant eſſe, filios ſuos rei familiari maxime ſervire, & in prædiis colendis operæ plurimum, ſtudiique conſumere? An amandarat hunc ſic, ut eſſet in agro, ac tantummodo aleretur ad villam? ut commodis omnibus careret? Quid ſi conſtat, hunc non modo colendis prædiis præfuiſſe, ſed certis fundis, patre vivo, frui ſolitum eſſe? tamen ne hæc attenta vita, & ruſticana, relegatio, atque amandatio appellabitur? Vides Eruci, quantum diſtet argumentatio tua ab re ipſa, atque a veritate. Quod conſuetudine patres faciunt, id quaſi novum reprehendis: quod benevolentia fit, id odio factum criminaris: quod honoris cauſa pater filio ſuo conceſſit, id eum ſupplicii cauſa feciſſe dicis. Neque hæc tu non intelligis: ſed uſque eo quid arguas non habes, ut non modo tibi contra nos dicendum putes, verum etiam contra rerum

ANONYMI.

Quid ais Eruci) Qualitatem prædiorum eam fuiſſe declarat, quæ non magis pœnæ, quam voluntati eſſet quia dicebat (1) *pro pœna*; *duos*; *tot*, a numero. *Tam pulcra*, a qualitate; *fructuoſa*, ab utilitate.

Illius ordinis) Illius fortunæ; quod ſi conſtat; nam præfuit ut dominum & ut patremfamilias decet; non (2) tamen relegatus a patre ſuo.

VARIORUM.

Homines illius ordinis) Homines ſuorum municipiorum nobiliſſimi, ac ditiſſimi, qualem fuiſſe Sex. Roſcium dixit cap. 6. FACCIOLAT.

Aleretur ad villam) *Ad villam*, in villa, ut veteres Grammatici interpretantur: *villa* autem ex eo, ut ſcribit Varro, appellatur, *quod ab agro in eam convehuntur fructus, & evehuntur, cum veneunt*. Sic in Piſonem: *Deprehenſus cum ferro ad Senatum*, pro in Senatu. Et Verr. III. *Duo ſigna, quæ ad impluvium ſtant, quæ multos annos ad valvas Iunonis Samiæ ſteterunt*. HOTTOM. Ad villæ curam, quaſi villicus futurus eſſet. Quod vero Hottomannus interpretatur *in villa*, & particulam *ut*, quæ proxime ſequitur, mutat in *&*, id non eſt certe neceſſe. FACCIOL.

Ut commodis omnibus careret?) *Et commodis*, non dubito quin ſit reponendum. Reſpondet enim, hoc habuiſſe Roſcium commodi, quod certis fundis patre vivo frueretur: præterea non ad priorem, ſed ad proximam partem hoc referri intelligitur. HOTTOMAN.

Ut commodis omnibus careret?) Hottomannus legendum putat, *& commodis omnibus careret?* ego nihil muto. LAMBINUS.

(1) F. tot prædia. GRAV.

(2) F. tamquam. I. FR. GRON.

Digitized by Google

rerum naturam, contraque conſuetudinem hominum, contraque opinione omnium.

16. At enim cum duos filios haberet, alterum a ſe non dimittebat, alterum ruri eſſe patiebatur. Quæſo, Eruci, ut hoc in bonam partem accipias; non enim exprobrandi cauſa, ſed commonendi gratia dicam. Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo naſcerere, ex quo intelligere poſſes, qui animus patrius in liberos eſſet, at natura certe dedit, ut humanitatis non parum haberes; eo acceſſit ſtudium doctrinæ, ut ne a litteris quidem alienus eſſes. Ecquid tandem tibi videtur, ut ad fabulas veniamus, ſenex ille Cæcilianus minoris facere Eutychum filium ruſticum, quam illum alterum Chæreſtratum? (nam, ut opinor, hoc nomine eſt) alterum in urbe ſecum honoris cauſa habere, alterum rus ſupplicii cauſa relegaſſe? Quid ad iſtas ineptias abis? inquies. Quaſi vero mihi difficile ſit, quamvis multos

ANONYMI.

Etenim ſi tibi natura conceſſit) Conſtabat hunc Erucium incerto patre natum; hic autem dicebat, propter odium Roſcium ruri relegatum; modo Cicero adludit: nam dicebat ille: Vis noſſe quia hunc odio pater habuit; cum duos haberet filios; quem amabat ſecum habebat; quem oderat ruri dederat. Dicit Cicero: agnoſce Eruci, quid dicturus ſum; ſi tu de incerto patre natus es, neſcis, quid ſit amor in filios parentum, tamen vel litteris ſcire potuiſti, a quibus alienus non es, quemadmodum diligunt patres; & dat exemplum. Apud Cæcilium comœdiographum inducitur pater quidam, qui habebat duos filios, & illum quem odio habebat ſecum habebat, quem amabat ruri dedit. Ergo vides quia amavit Roſcium pater, ſiquidem hunc agris dederat; quid ad iſtas nugas habes? inquit; cœpit dicere adverſarius: quamdiu me, inquit, ad fabulas vocas? dicit Tullius: ego quidem habeo multorum exempla, quæ proferam, vel amicorum, ſed forſitan iſti ſe nominari nolunt; quamquam quos magis debemus ad exempla proferre, quam Comicos, qui ideo a poetis inducuntur, ut illorum actibus vitæ noſtræ videamus imaginem.

VARIORVM.

Hæc attenta vita) Frugalis, parca. HOTTOMANNVS. *Tamen ne hæc attenta vita & ruſticana*) Pro *attenta*, amicus meus homo doctus, ex veſtigiis veteris ſcripturæ legebat *arta*. F. VRSIN. Minime gentium, *attentus* enim eſt frugi, parcus, diligens, ut apud Horat. ep. 1. 7.

Durus, ait, Vultei, nimis attentuſque videris
Eſſe mihi.

Attentus nimirum *ad rem*. Integra locutio eſt apud Terent. in Adelph. V. 8. *Attenti ad rem nimiam in ſenecta ſumus*. GRÆV. Veſtigia veteris ſcripturæ eo ducerent, ut legeremus *hæc a te attenta vita*. GARATON.

Vt patre certo naſcerere) Infamiam matris Erucii ſignificat, ut quum hic ipſe Metello Nepoti quærenti ex ſe, quis ei pater eſſet, ita reſpondit: *Tibi*, inquit, *hoc reſponſum mater tua difficilius effecit*; hoc ex Apoph. 4. Plut. HOTTOM.

Senex ille Cæcilianus) Inductus a Cæcilio, poeta comico. IDEM.

ANO-

multos nominatim proferre, ne longius abeam, vel tribules, vel vicinos meos, qui ſuos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas aſſiduos eſſe cupiunt. Verum homines notos ſumere odioſum eſt, cum & illud incertum ſit, velint ne hi ſeſe nominari; & nemo vobis magis notus futurus ſit, quam eſt hic Eutychus: & certe ad rem nihil interſit, utrum hunc ego comicum adoleſcentem, an aliquem ex agro Vejente nominem. Etenim hæc confiſta arbitror a poetis eſſe, ut effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamque imaginem noſtræ vitæ quotidianæ videremus. Age nunc, refer animum, ſis, ad veritatem, & conſidera, non modo in Vmbria, atque in ea vicinitate, ſed in his veteribus municipiis, quæ ſtudia a patribuſfamilias maxime laudentur; jam profecto te intelliges inopia criminum ſummam laudem Sex. Roſcio vitio, & culpæ dediſſe.

17. At non modo hoc patrum voluntate liberi faciunt: ſed permultos & ego novi, &, niſi me fallit animus, unuſquiſque veſtrum, qui & ipſi incenſi ſunt ſtudio, quod ad agrum colendum attinet: vitamque hanc ruſticam, quam tu probro, & crimini putas eſſe oportere, & honeſtiſſimam,

ANONYMI.

Vel tribules) Qui de una tribu ſunt, tribules dicuntur.

Age nunc (1) *refert ad animum*) Adhue in quæſtione illa verſatur, quia dicebat adverſarius, ideo occiſum a filio patrem fuiſſe, quod ruri ſemper dediſſet operam; hic dicit, omnibus placere vitam ruſticam.

Inopia criminum) Id eſt, cum non habet, quod objiciat Erucius Roſcio, id objicit, quod ad laudem Roſcii proficit.

Sed permultos ego novi) Senſus hujus capitis talis eſt: non modo parentes filios ſuos volunt ſtudio agendi detineri, in tantum putant vitam ruſticam optimam, ut & ipſi ſtudio agendi operam dent.

VARIORUM.

Aſſiduos agricolas) Qui ſemper verſantur ruri in agris colendis. Sic Plautus *urbanos aſſiduos* dicit, qui ſemper in urbe verſantur: vide Gronov. de Pec. vet. lib. IV. cap. 9. GRAEVIUS.

Expreſſamque imaginem noſtre vite quotidiane) *Noſtre vite quotidiane*, plerique libri veteres, & ita ſine dubio corrigendum. HOTTOM. *Expreſſamque imaginem noſtre vite quotidiane, &c.*) Sic legendum, non, ut in lib. vulg. *imaginem noſtram, &c.* quod ita perſpicuum eſt, ut mirum ſit, tamdiu hoe mendum in libris hæſiſſe. Ego quidem duodecim ante annis ſine codicum manuſcriptorum adjumento ſic in meo libro emendaram. LAMB. Ed. Ven. *videamus*. GAR.

Refer animum, ſis, ad veritatem) *Sis*, id eſt, ſi vis: comicum. LAMB.

(1) Scribe *refer*. GRAEV.

mam, & ſuaviſſimam eſſe arbitrantur. Quid cenſes hunc ipſum Sex. Roſcium quo ſtudio, & qua intelligentia eſſe in ruſticis rebus? ut ex his propinquis ejus, hominibus honeſtiſſimis, audio, non tu in iſto artificio accuſatorio callidior es, quam hic in ſuo. Verum, ut opinor, quoniam ita Chryſogono videtur, qui huic nullum prædium reliquit, & artificium obliviſcatur, & ſtudium deponat, licebit. Quod tametſi miſerum, & indignum eſt, feret tamen æquo animo, judices, ſi per vos vitam, & famam poteſt obtinere. Hoc vero eſt, quod ferri non poteſt, ſi & in

ANONYMI.

Tu callidior quam hic) Diverſa quidem artificia ſunt, ſed quoties ad finem veniunt, ſimilia ſunt, (1) antiquarius, & advocatus. Ars quidem diſſimilis eſt, ſed tamen ars eſt; in ſua quiſque arte melior illo, quum imperitus in meliore parte eſt poſitus. Erucius accuſator objiciebat ruſticam vitam Roſcio; dicit Tullius, in hoc meliorem eſſe Roſcium Erucio, quod melior ſit ille agricola, quam ille accuſator, illa ſcilicet conditione, qua ſuperius diximus.

Et artificium obliviſcatur) Senſus talis eſt: quoniam Chryſogonus vituperavit vitam ruſticam, deſinat ipſe exſequi curam alendorum agrorum, quos Roſcio tulit. Nam licet doleat Roſcius, quod amiſit agros, tamen contentus eſt, ſi vel vitam habeat: ut oſtendat, crudelem eſſe Chryſogonum, qui ne inopia quidem aliena contentus eſt.

Hoc vero eſt, quod ferri nullo modo poteſt) Senſus hujus capitis talis eſt: cauſa, inquit, totius periculi agrorum poſſeſſio eſt; argumentum falſi criminis, cultura: nam ideo accuſatur Roſcius, quia dives fuit; id eſt inventum argumentum criminis, quoniam agros coluit, idcirco dicitur occidiſſe patrem, quia in agro fuit; ſed tamen, inquit, liberatus eſt omni ſuſpicione: nam ipſos agros aliis coluit, ſcilicet Chryſogono.

VARIORUM.

Quid cenſes hunc ipſum Sex. Roſcium) Figura loquendi non pervulgata: ſimilem in libro de Oratore I. reperi, quam ſubſcribam: *Quod ſi tibi tantum in nobis videtur eſſe, quibus etiamſi ingenium (ut tu putas) non maxime defuit, doctrina certe & otium, & hercule etiam ſtudium illud diſcendi acerrimum defuit, quid cenſes ſi ad alicujus ingenium vel par, vel majora illa, quæ ego non attigi, acceſſerint; qualem illum & quantum oratorem futurum?* Item in libro de Officiis II. *Quid enim cenſemus ſuperiorem illum Dionyſium, quo cruciatu timoris angi ſolitum? quid Alexandrum, quo animo vixiſſe arbitramur?* Item in oratione contra Rullum II. *Quid cenſetis, cum iſti decemviri cum imperio, cum faſcibus, cum illa delecta finitorum juventute per orbem terrarum vagabuntur, quo tandem animo, quo periculo miſeras nationes futuras?* HOTTOM. Iiſdem exemplis uſus eſt Manutius in hoc loco illuſtrando. GRÆV.

Non tu in iſto artificio accuſatorio callidior es, quam hic in ſuo) Callidos ipſe libro III. de Nat. deorum, ſic interpretatur, *quorum tamquam manus opere, ſic animus uſu concalluit*. *Callidior* igitur, peritior, exercitatior; etenim non quaſi in vitio poſitum accipiendum eſt. HOTTOM. Plaut. Aſin. I. 3. *Ad ſuum quemque hominem quæſtum eſſe æquum eſt callidum*. Tacit. II. Hiſt. 31. *Quo nemo ea tempeſtate callidior rei militaris*. GRÆVIUS. Quod ſequitur *& ſtudium deponat, licebit*, in ed. MCCCCLXXX. uno auctum eſt verbo, *deponat, libere licebit*. An ita jocatur Cicero, ut dicat, factam a Chry-

(1) Scr. agricola. GRÆV.

& in hanc calamitatem venit propter prædiorum bonitatem, & multitudinem, & quod ea ſtudioſe coluit, id erit ei maxime fraudi, ut parum miſeriæ ſit, quod aliis coluit, non ſibi, niſi etiam, quod omnino coluit, crimini fuerit.

18. Næ tu, Eruci, accuſator eſſes ridiculus, ſi illis temporibus natus eſſes, cum ab aratro arceſſebantur, qui conſules fierent. Etenim qui præeſſe agro colendo flagitium putes, profecto illum Atilium, quem ſua manu ſpargentem ſemen qui miſſi erant convenerunt, hominem turpiſſimum, atque inhoneſtiſſimum judicares. At hercule majores noſtri longe aliter & de illo, & de ceteris talibus viris exiſtimabant: itaque ex minima tenuiſſimaque republ. maximam, & florentiſſimam nobis reliquerunt. Suos enim agros ſtudioſe colebant, non alienos cupide appetebant: quibus rebus & agris, & urbibus, & nationibus, remp. atque hoc imperium, & populi Romani nomen auxerunt. Neque ego hæc eo profero, quo conferenda ſint

Chryſogono poteſtatem ejus ſtudii libere deponendi, quaſi vero grave id eſſet Roſcio? Sane in verbo *licebit* aliquid eſt ad hanc rem pertinens: cui verbo ed. SS. illud ſuum *libere* adjungit. Alii judicent. GARATON.

Quod ferri non poteſt) Legendum fortaſſe eſt, *quod ferre non poteſt*. quod Claudio Puteano videbatur. LAMB.

ANONYMI.

Nec tu Eruci accuſator eſſes) Circa Chryſogonum. Apud antiquos ante dabant ruri aliquos, ſic militiæ; dat autem exemplum unde vulneret Erucium. (1) Manilius Serranus ſemper ruri dabat operam; hic dum terræ ſemina mandaret, miſſi ſunt ad eum legati; factus eſt conſul; aratorium pulverem palma deterſit. Ergo hoc dicit Tullius: Tu Eruci, qui vituperas vitam ruſticanam, valde ſtultus eſſes illo tempore, quo Serranus conſul factus; ſiquidem tanta innocentia agrorum eſt, ut civitati leges referant.

Cupide adpetebant) Hic Sullam tangit, ſub quo multi agros ſuos perdiderunt.

Neque hæc profero quæ conferenda ſint) Quaſi hoc (2) cauſator objiciat: Ergo tu confers Roſcium & illo Serrano, & ceteris nobiliſſimis viris; dicit Cicero: non ego confero cum his Roſcium: ſed volo oſtendere, tantum poſſe agros, ut majores noſtri, cum ſemper reip. darent operam; tamen ſemper agros coluerint.

VARIORUM.

Cum ab aratro arceſſebantur, qui Conſules fierent) Verba ipſius ſubjiciam in Catone majore, quæ hunc locum illuſtrant: *In agris erant tum Senatores, id eſt, Senes: ſiquidem L. Quintio Cincinnato in agro aranti nunciatum eſt, eum Dictatorem eſſe factum*. Et paulo poſt: *A villa in Senatum arceſſebantur, & Curius, & ceteri ſenes*. Ex quo qui eos arceſſebant, *viatores* nominati ſunt. Ac de hoc Atilio, & aliis præterea nonnullis apud Val. Max. libro IV. capite de paupertate: Columellam initio libri I. de Re Ruſtica. De Lucio quidem Quintio multa & lectu perquam

(1) F. M. Atilius. I. FR. GRON.

(2) L. accuſator. GRÆV.

da ſint cum hiſce, de quibus nunc quærimus: ſed ut illud intelligatur, cum apud majores noſtros ſummi viri, clariſſimique homines, qui omni tempore ad gubernacula reip. ſedere debebant, tamen in agris quoque colendis aliquantum operæ, temporiſque conſumſerint, ignoſci oportere ei homini, qui ſe fateatur eſſe ruſticum, cum ruri aſſiduus ſemper vixerit: cum præſertim nihil eſſet, quod aut patri gratius, aut ſibi jucundius, aut re vera honeſtius facere poſſet. Odium igitur acerrimum patris in filium ex hoc, opinor, oſtenditur, Eruci, quod hunc ruri eſſe patiebatur; numquid eſt aliud? Immo vero, inquit, eſt: nam iſtum exheredare in animo habebat. Audio: nunc dicis aliquid, quod ad rem pertineat: nam illa, opinor, tu quoque concedis levia eſſe, atque inepta. Convivia cum patre non inibat; quippe qui ne in oppidum quidem, niſi perraro veniret. Domum ſuam iſtum non fere quiſquam vocabat: nec mirum, qui neque in urbe viveret, neque revocaturus eſſet.

19. Ve-

quam jucunda apud Dionyſium Hal. lib. X. & Livium lib. III. Hottom.

Et P. R. nomen) Ed. Ven. *etiam P. R. nomen*. Garaton.

A n o n y m i.

Patiebatur) Bene dicit *patiebatur*, quaſi magis volenti obtemperaverit pater, cum ipſe noluerit eſſe.

Quiſquam vocaret) Id eſt, ad cœnam; ſeveritatem judicis riſu relaxavit, quoniam ille objecerat, cum nullo convivium iniit; dicit Cicero: qui eum paſceret, qui & in agro eſſet ſemper, & numquam invitantem invitaturus eſſet.

V a r i o r u m.

Illud intelligatur) Ed. Ven., *illud intelligas*, quod alicui fortaſſe arridebit, ut Erucio iſta dicantur, cui priora illa dicuntur, *accuſator eſſes*, *inhoneſtiſſimum judicares*. Garat.

Cum ruri aſſiduus ſemper vixerit) *Qui ruri aſſiduus*, *&c.* quod magis placet; paullo poſt vetus liber pro *rure vocaturus*, habet *revocaturus*. F. Vrsin. Codex etiam Iannoctii habet *qui ruri*: quod & Vrſino, & Facciolato, & mihi placet. Quamquam enim optimum ſenſum faciat illud *cum*; tamen proximum eſt nimis aliud *cum*; quæ fortaſſe vicinitas fecit, ut a Librariis repeteretur. Guilielmii autem conjectura, quam in V. L. affert Grævius, nihil eſt opus: tum enim expungendum eſſet *ſemper*: tamquam gloſſema: codexque ille, qui habet *aſſiduos* vel per errorem haber, vel antiqua ſcribendi ratione. Permutantur *o*, & *u* haud raro, imo antiquitus permutabantur, ut omnibus compertum eſt, & Hieronymus Columna jampridem docuit ad Enn. pag. 65. Infra c. 29. *Qui Romæ erant aſſidui*, & *ruri aſſiduus fuit*. Nihil in hac oratione frequentius. Garat.

Qui neque in urbe viveret) Hoc valde probo, quamvis omnes libri diſſentiant; nam ſi illorum lectionem comprobemus: *Qui neque in urbe viveret*, VOCATVRVS verbum quo referatur, non habebit; pro quo tamen ipſo valde placeret ut legeremus EVOCATVRVS. Hottom. *Qui neque in urbe viveret, neque revocaturus eſſet*) Ex

Orci

19. Verum hæc quoque tu intelligis eſſe nugatoria. Illud, quod cœpimus, videamus: quo certius argumentum odii reperiri nullo modo poteſt, exheredare pater filium cogitabat. Mitto quærere, qua de cauſa: quæro, qui ſcias: tametſi te dicere atque enumerare cauſas omnes oportebat: & id erat certi accuſatoris officium, qui tanti ſceleris argueret, explicare omnia vitia, atque peccata filii, quibus incenſus parens potuerit animum inducere, ut naturam ipſam vinceret, ut amorem illum penitus inſitum ejiceret ex animo, ut denique patrem eſſe ſeſe obliviſceretur: quæ ſine magnis hujuſce peccatis accidere potuiſſe non arbitror. Verum concedo tibi, ut ea prætereas, quæ, cum taces, nulla eſſe concedis. Illum quidem voluiſſe exheredare, certe tu planum facere debes. Quid ergo affers, quare id factum putemus? Vere nihil potes dicere. Finge aliquid ſaltem commode: ut ne plane videaris id face-

Orci cancellis retraxi lectionem hanc priſcam, firmatamque Pall. noſtris omnibus; mediæ ætatis cuſi, *qui neque in urbe viveret, neque rure vocaturus eſſet*; quod ferre potuiſſet Hottomannus, ſi reponeretur *evocaturus*, contra libros ſcriptos; interim acceſſit Manutianis, *quem neque in urbe videret neque rure vocaturus eſſet*; quomodo & Lambinus, & ceteri in hunc diem; prorſus male; nam reddit rationes duas, cur non invitaretur in urbe; quia, inquit, ibidem non vivebat, & alioquin non erat iterum mox convivio excepturus invitatores ſuos. Conſulatur Gulielmius Quæſtionibus Plautinis cap. 8 in Amphitruonem. GRUTERUS. Pulcherrime hunc locum princeps reſtituit Ianus Guilielmius in loco a Grutero laudato. Firmatur & vetere codice, quem Fulvius inſpexit, & a Phædro lib. I. fab. 25.

Vulpis ad cœnam dicitur ciconiam
Prior invitaſſe, &c.
Quæ vulpem cum revocaſſet, intrito cibo
Plenam lagenam poſuit.

Et Mart. III. 27.

Numquam me revocas, venias cum ſæpe vocatus;
Ignoſco, nullum ſi modo, Galle, vocas. GRÆV.

Firmatur etiam ed. MCCCCLXXX. & omnino verum eſt. GARAT.

Exheredare pater filium) *Filium pater*; Eutychis Grammaticus ed. Putſchii p. 2172. IDEM.

Id erat certi accuſatoris officium) *Certi*, id eſt docti, & exercitati, & ſuum munus bene & ratione fungentis, HOTTOM. Male; *certus accuſator*, eſt fide dignus, cui merito credas; vide ſuperius quæ notata ſunt ad Orat. pro Quint. c. 3. ubi eſt *certus paterfamilias*; & ad lib. IX. ad fam. ep. 19. GRÆV. Hæc quoque contra Bentleium faciunt. Vide ad orationem pro Quint. cap. 11. GARAT.

Ut amorem illum penitus inſitum) Etenim, ut Paulus Iuriſconſultus ſapienter ſcribit in l. ultima D. de bon. damn. *Ratio naturalis, quaſi lex quædam tacita, liberis parentum hereditatem addicit, velut ad debitam ſucceſſionem omnes vocando, propter quod & in jure civili ſuorum heredum nomen eis inditum eſt, ac ne judicio quidem parentis, niſi meritis de cauſis, ſubmoveri ab ea ſucceſſione poſſunt.* Idem fere Plato lib. de Legibus XI. HOTTOM.

Cogi-

facere, quod aperte facis, hujus miſeri fortunis, & horum virorum talium dignitati illudere. Exheredare filium voluit. Quam ob cauſam? Neſcio. Exheredavit ne? Non. Quis prohibuit? Cogitabat. Cogitabat? cui dixit? Nemini. Quid eſt aliud, judicio, ac legibus, ac majeſtate veſtra abuti ad quæſtum, atque ad libidinem, niſi hoc modo accuſare, atque id objicere, quod planum facere non modo non poſſis, verum ne coneris quidem? Nemo noſtrum eſt, Eruci, quin ſciat, tibi inimicitias cum Sex. Roſcio nullas eſſe: vident omnes, qua de cauſa huic inimicus venias: ſciunt, hujuſce pecunia te adductum eſſe. Quid ergo eſt? ita tamen quæſtus te cupidum eſſe oportebat, ut horum exiſtimationem, & legem Remmiam putares aliquid valere oportere.

20. Ac-

ANONYMI.

Nemini veſtrum eſt Eruci) Apud antiquos eloquentia nullo præmio laudabilior fuit; ſiquidem omnis ars ex pretio vilior efficitur. Ergo nec accuſator, nec defenſor accipiebat pecuniam; modo vult oſtendere orator, quia accepit pecuniam Erucius, ut accuſaret Roſcium: nam oſtendit cum eo inimicitias fuiſſe, ſocia ergo res eſt, ut hoc quadruplatione fecerit: nam ſi accuſaſſet aliquis reum, & viciſſet, quartam partem bonorum ejus accipiebat.

Legem Remmiam) Qua, qui calumniabatur, damnabatur, ſi crimen adprobare non poterat.

VARIORUM.

Cogitabat; cui dixit?) Hoc amplius omnes tum veteres, tum impreſſi libri, *cogitabat. Cogitabat? cui dixit?* quod ſine cauſa rejicere non eſt noſtri pudoris. HOTTOM.

Planum facere non poſſis) Modus efferendi potentialis, qui non ad Erucium refertur, ſed ad tacitam quamdam perſonam: eſtque idem, ac ſi diceretur, *planum fieri non poſſit*: Iudices enim alloquitur, ut apparet ex verbis *majeſtate veſtra*. FACCIOLAT.

Hujuſce pecunia) T. Roſcii Magni. HOTTOM. Cicero de Oratore II. 55. de Bruto quodam: Eloquentia *nulla eſt in te, & quidquid vocis, ac linguæ, omne in iſtum turpiſſimum calumniæ quæſtum contuliſti*. Hunc objicit Erucio quæſtum. GARAT.

Legem Memmiam) *Legem Memmiam* Valerius etiam nominat lib. III. eaque vetitum ſcribit, ne qui Reipub. cauſa abeſſent, eorum nomina in reos referrentur. De calumniatoribus etiam latam eſſe, hic locus demonſtrat; ut apud Martianum in l. 1. ad SCtum Turp. & Papinianum in l. Quæſitum, D. de teſtibus, non *Rhemniam*, ſed *Memmiam* potius legendum eſſe videatur; nam de *Rhemniorum* familia adhuc nos quidem nihil legiſſe meminimus. HOTTOM. *Et legem Memmiam putares aliquid valere oportere*) Ant. Auguſtinus vetuſtorum codicum, & Pand. Flor. ſecutus ſcripturam, *Remiam* pro *Memmiam* amendavit: quam lectionem Gabrieli quoque Faerno placuiſſe ex ejus adnotatione ad oram libri, cognovi. Ego *Remiæ* gentis, præterquam apud Tacitum in lib. II. mentionem non inveni: *Reniæ* extat memoria in antiquis denariis. F. VRSIN. *Legem Remmiam*) Haud aliter codd. Ant. Auguſtini vetuſtiores, neque abludebant Pall. in quibus *Herenniam* aut *Reimiam* aut *Reumiam*; plures quidem e publicatis *Memmiam*; ſed enim annorum centum, & amplius diſerte præferunt

iſtud

20. Accuſatores multos eſſe in civitate utile eſt, ut metu contineatur audacia: verumtamen hoc ita eſt utile, ut ne plane illudamur ab accuſatoribus. Innocens eſt quiſpiam: verumtamen, quamquam abeſt a culpa, ſuſpicione tamen non caret: tametſi miſerum eſt, tamen ei, qui hunc accuſet, poſſim aliquo modo ignoſcere: cum enim aliquid habeat, quod poſſit crimin oſe, ac ſuſpicioſe dicere, aperte ludificari, & calumniari ſciens non videatur. Quare facile omnes patimur, eſſe quam plurimos accuſatores, quod innocens ſi accuſatus ſit, abſolvi poteſt: nocens, niſi accuſatus fuerit, condemnari non poteſt. Vtilius eſt autem abſolvi innocentem, quam nocentem cauſam non dicere. Anſeribus cibaria publice locantur, & canes aluntur

iſtud noſtrum. Pighius tamen omnino adſerit in Faſtis ſuis *Memmiam*, anno DCXIII. GRVT. Nemo jam noſtra ætate dubitat, quin hic lex Remmia de calumniatoribus intelligatur, minime vero Memmia. Hottomannus vitioſis Pandectarum codicibus uſus eſt, qui tamen ad veram lectionem propius accederent: nam in præſtantiſſimo codice Florentino diſerte utrique ab Hottomanno citati ICti habent *lege Remmia*; quod de Marciano tantum affirmare videtur Erneſtus, neque eum arbitror Taurellianam editionem conſuluiſſe. Vide doctiſſimum ejus indicem Legum, quæ a Tullio commemorantur: ſed inprimis Brencmanni de hac Lege diſſ. cap. 3. quæ tomo III. theſ. juris Ottoniani eſt inſerta: is omnes hac de re ſcrupulos evellet: Remmiam gentem ex lapidibus dabit, ſcripturam hanc firmabit. Tamen is, qui Florentinum codicem vidit, & illuſtravit, non videtur principem ejus editionem adhibuiſſe. Cur enim a Charonda, & Ruſſardo *m* ex eo codice in hac voce geminatam proferri dicit, cum jam ſic Taurellius ediderit? Iam vereor, ne Brencmannus A. Auguſtinum unice ſecutus, non modo Taurellium, ſed ipſum quoque Flor. codicem hic non inſpexerit. Sed nihil hoc intereſt. Si enim in MSo Flor. ut in altero Bynkershoekii, ſimplex ſit *m*, nec in eo accuratus, ut ſolebat, Taurellius fuerit, geminandam tamen eſſe Tulliani codices, & vett. edd. aliaque multa vel ipſi Brencmanno ſuadent. GARAT.

ANONYMI.

Accuſatorem eſſe) Semper vitia vicina timore vileſcunt. Ergo in his capitibus hoc dicit Cicero: in civitate ſemper debent plures accuſatores eſſe, ut timeant improbi vel *innocentes*; nam & (t) *innocentes* damnari non poſſunt, niſi accuſati fuerint; & ſi qua erit ſuſpicio innocentibus dum accuſantur, purgari poſſunt; ergo non ſunt reprehendendi accuſatores.

Si anſeribus cibaria) In Capitolio canes & anſeres cibaria ſolebant accipere, propterea quod anſeres nuntii ſunt hoſtium, canes ultores: quod enim illi clamoribus nuntiant, illi morſibus vindicant.

VARIORVM.

Innocens ſi accuſatus ſit) Priori ſubeſt jus argumenti ex differentibus: hoc modo, non ſi quis accuſatus, continuo damnatur, nec continuo, ſi quis accuſator eſt, continuo damnare poteſt, alterius enim eſt accuſare, alterius damnare. Secundum ex cauſa ſine qua non, depromtum videtur. Damnari enim nemo, niſi qui accuſatus ſit, poteſt. Vtilius eſt autem neminem accuſare, quam quemvis, hoc

(t) F. nocentes. I. FR. GRON.

tur in Capitolio, ut ſignificent, ſi fures venerint. At fures internoſcere non poſſunt: ſignificant tamen, ſi qui noctu in Capitolium venerint, &c, quia id eſt ſuſpicioſum, tametſi beſtiæ ſunt, tamen in eam partem potius peccant, quæ eſt cautior. Quod ſi luce quoque canes latrent, cum deos ſalutatum aliqui venerint, opinor, iis crura ſuffringantur, quod acres ſint etiam tum, cum ſuſpicio nulla ſit.

hoc eſt, & nocentem & innocentem promiſcue damnari. HOTTOMAN.

Anſeribus cibaria publice locantur, & canes aluntur in Capitolio) De anſeribus, qui canibus dormientibus, Gallorum in Capitolium aſcenſum perſenſerunt, & clangore vigiles excitarunt, nota eſt hiſtoria ex Livio, & Plutarcho de fortuna populi R. & in vita Camilli. Ob eam cauſam anſeribus cibaria Cenſores magiſtratum ineuntes locare ſolitos tradit idem Plutarchus in problematis. Sed de canibus non idem puto; eos enim tum dormiſſe, quum anſeres vigilantes cuſtodes excitarunt, Plutarchus, & Plinius, itemque Columella teſtantur. Itaque Plutarchus in lib. de Fortuna P. R. canis in crucem ſublati ſignum in Capitolio poſitum tradit; anſeris autem in ſtrato pretioſo, & ferculo reſidentis. Verba Plutarchi hæc ſunt: *Παραμενει δε μεχρι νυν επι μνημη των τοτε συμπτωματων ἡ τυχη· κυων μεν ανεσταυρωμενος, χην δε μαλα σεμνως επι στρωμνης πολυτελους, και φορειω καθημενος. Ad memoriam eorum, quæ olim contigerunt, etiamnum ſe oſtentat Romanorum fortuna: canis quidem cruci ſuffixus, anſer vero in ornatiſſimo & pretioſo ſtrato, atque in ferculo collocatus.* Plinius autem libro X. *Eſt*, inquit, *& anſeri vigil cura, Capitolio teſtata defenſo, per id tempus canum ſilentio proditis rebus. Quamobrem cibaria anſerum Cenſores in primis locant.* Idem libro XXIX. *Eadem de cauſa ſupplicia annua canes pendunt, inter ædem Iuventutis & Summani, vivi in furcas ſambucea arbore fixi.* Lucretius,

Romulidarum arcis ſervator candidus anſer.

Columella lib. VIII. *Nam clangore prodit inſidiantem, ſicut etiam memoria tradidit, in obſidione Capitolii: quum adventu Gallorum vociferatus eſt, canibus ſilentibus.* Virg. Æneid. VIII.

Atque hic auratis volitans argenteus anſer
Porticibus, Gallos in limine adeſſe canebat. IDEM.

Quod ait Cicero, *canes aluntur in Capitolio*, hoc, inquit Manutius, nulla traditur hiſtoria. Itaque etiam Hottomanno falſum videtur. Verum quis dubitet de Ciceronis fide? Neque enim quod canes ſilentio ſuo Capitolium ſemel prodidiſſent, idcirco ejiciendi erant, fidiſſimi ceteroquin cuſtodes. Satis pœnarum dabant aliqui eorum quotannis in ſambucea arbore fixi, ut tradit Plinius XXIX. 4. FACCIOLATUS.

Deos ſalutatum) Proprio vocabulo. Id poſtea frequentius a geſtu ſalutantium dixerunt *adorare*. In re tam nota ſi quis plura vult, adeat Briſſonium de form. lib. I. pag. 33. & de ipſo adorationis ritu Ouzelium ad Minuc. Fel. p. 9. VERBURG.

Opinor, his crura ſuffringantur) Putat Cl. Puteanus ex iis, quæ de canibus Capitolii cuſtodibus a Plutarcho, Plinio, Æliano, & ceteris, memoriæ prodita ſunt, hunc locum eſſe corruptum. Ex iiſdem exiſtimat Hottomannus falſum eſſe, quod ait ſupra M. Tullius, canes ali in Capitolio, quoniam tum dormierunt, inquit, cum, Gallis in Capitolium clam aſcendentibus, anſeres ſuo ſtrepitu cuſtodes dormientes excitarunt. Plutarchi autem verba, quæ Hottomannus profert, ſumta ex lib. de Fortuna populi R. ſunt; & quæ profert in Plinio ſunt lib. X. Quamobrem cibaria anſerum cenſores in primis locant. Idem lib. XXIX. cap.

ſit. Simillima eſt accuſatorum ratio. Alii veſtrum anſeres ſunt, qui tantummodo clamant, nocere non poſſunt: alii, canes,

cap. 4. Eadem de cauſa ſupplicia annua canes pendunt, inter ædem Iuventutis, & Summani, vivi in ſambucea arbore fixi. Quemadmodum igitur ex illis locis exiſtimat Hottomannus, canes non ali in Capitolio, in quo fallitur; (nam, & canes illi, quo illo tempore ab ingenio ſuo deſciverunt, ſilentioque ſuo Capitolium Gallis prodiderunt, pœnas dederunt: & nihilo minus canibus alimenta præbebantur in Capitolio ætate Ciceronis, propterea quod hoc animal leviſomnum eſt, & vigil natura, atque idcirco ad cuſtodiam locorum aptum.) ita & Cl. Puteanus, hic eſſe legendum, pro, *crura ſuffringantur*, *cruci ſufflgantur*. Profert hic alium præter illos ſuperiores ab Hottomanno jam ante commemoratos, locum ex Æliano lib. XII. hiſt. animal. cap. 33. ex quo hoc tantum intelligere licet, canes apud Romanos quotannis, pœnas luiſſe ad prodendam ſilentii canum illorum ſuperiorum memoriam: crucis autem nulla apud eum fit mentio. Ex his igitur locis putat juvenis ingenioſus & eruditus, hæc Ciceronis verba eſſe mendoſa; & ſic, ut paulo ante dixi, emendanda. Ego autem, quamvis probabilis ſit ejus conjectura & elegans *παρονομασια* in iis, quæ ſequuntur, ibi: *ſin autem ſic agetis, &c. cruci quidem vos nemo ſuffiget: ſed, ſi ego hos bene novi, litteram illam, &c. ita vehementer ad caput affigent, &c.* ſcripturam tamen vulgatam, & omnium librorum manuſcriptorum auctoritate confirmatam, arbitror ferri, ac defendi poſſe; primum quia hic non agitur de eo ſupplicio, quo Romani canes illos Capitolinos, eo quod, Gallis in Capitolium aſcendentibus non evigilaſſent, aut e ſomno excitati non adlatraſſent, affecerant: ſed de eo, quo ſint afficiendi, quod tum latrent, cum opus non ſit, aut etiam quando non oporteat. Deinde quia ſi maxime demus, canes, ſive latrarent, ubi non oporzeret, ſive non latrarent, ubi oporteret, in crucem fuiſſe tollendos, & tolli eſſe ſolitos: manente hac recepta ſcriptura, nihil cum illo more pugnet. Conſtat enim iis, qui in crucem acti eſſent, Romanos crura frangere conſueviſſe, ſi diutius in cruce viverent. Ex quo fit, ut, quibus crura fracta ſint, ii in crucem acti eſſe intelligantur. Declarat id, quod dico, illud Ciceronis Philip. XIII. *Illud tamen verum, quod in hoc Planco proverbii loco dici ſolet, perire eum non poſſe, niſi ei crura fracta eſſent*. Et illud apud Suetonium in Augusto: *Thallo a manu, quod pro epiſtola prodita quingentos denarios accepiſſet, crura effregit*. Quod ſi quis dicat, aliquando iis crura fregiſſe Romanos, quos in cruce non ſuſtuliſſent: tanto magis hanc lectionem defendi poſſe exiſtimabo. Licebit enim dicere, genus hoc fuiſſe ſupplicii, *frangere crura*, ut cruci ſuffigere. Cui rei argumento eſſe poteſt illud ejuſdem ex Philip. *Præſtantiſſimos cives Pollentia expulit, & quidem fracto crure*. Sic igitur dicemus, hoc loco ſignificare Ciceronem, canibus, qui clara luce, & ſine ſuſpicione, cum aliqui deos ſalutatum venerint, latrent, crura frangi debere. His argumentis fretus, lectionem vulgatam exiſtimavi retineri poſſe, neque quidquam immutare auſus ſum. Verumtamen fateor ingenue, Cl. Puteani conjecturam eſſe probabilem, ingenioſam, atque eruditam, &, niſi vulgata eſſet etiam probabilis, plane rectam, ac germanam. Quin amplius dicam, *ſuffringere crura*, me ſuboſſendere; uſitatius enim dicere ſolent Latini, *frangere crura*, quam, *ſuffringere*: contra, *ſuffigere cruci*, &, *ſuffigere in cruce*, Latinis ſunt uſitata. Cicer. in Piſonem: *An ego, ſi te, & Gabinium cruci ſuffixos viderem, majore afficerer lætitia ex corporis veſtri laceratione, quam ex fama?* Horat. ſat. 3. lib. I.

Si quis eum ſervum, patinam qui tollere juſſus,

Seme-

canes, qui & latrare, & mordere poſſunt. Cibaria vobis præberi videmus: vos autem maxime debetis in eos impetum facere, qui merentur: hoc populo gratioſiſſimum eſt: deinde ſi voletis, etiam tum, cum veriſimile erit aliquem commiſiſſe, in ſuſpicione latratote: id quoque concedi poteſt. Sin autem ſic agetis, ut arguatis aliquem patrem occidiſſe, neque dicere poſſitis, aut quare, aut quomodo; ac tantummodo ſine ſuſpicione latrabitis: crura quidem vobis nemo ſuffringet: ſed ſi ego hos bene novi, litte-

Semeſos piſces, tepidumque ligurierit jus,
In cruce ſuffigat, &c.
Catull. ad Iuvent. *Suffixum in ſumma me memini eſſe cruce*. LAMBIN. *Crura iis ſuffringantur*) Hæc eſt ſcriptura MSorum, hæc edit. omnium; neque eſt quod hæreat Lambinus in eo *ſuffringere*, unde enim alias *ſuffragines*? interim, non eſt, ut putemus etiam re vera canibus fracta crura; non, ſed erat Romanis fere in ore *crucifragium*, cum alicui minarentur malum; ut pluribus probavi ad illud Plauti Milite Sc. II. Actu II. *Niſi hercule deffregeritis talos, poſthac, &c.* GRUTERUS.

Alii canes) Appoſite Cicero canibus hos aſſimilat, tum ob impudentiam, unde & Cynici philoſophi, tum etiam inprimis quod omni eloquentia deſtituti *latrarent* verius, quam orarent. De his in Verr. III. 11. Seneca de brevit. vitæ c. 11. & conſol. ad Marc. c. 22. quo loco, *acerrimi*, inquit, *canes circumlatrare etiam hominem, &c.* Vt autem Cicero *latrare*, & Seneca *circumlatrare*, ita Martialis II. 61. *adlatrare nomen* dicit, pro calumniari, & maledicere. Denique ad rem etiam Columella præf. lib. I. inter lucrandi modos calumnioſas accuſationes ita deteſtatur: *Sed ne caninum quidem* (*ſicut dixere veteres*) *ſtudium præſtantius locupletiſſimum quemque adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus neglectum a majoribus, a nobis etiam conceſſum intra mœnia, & in ipſo foro latrocinium*. BRENCMANNUS.

Cibaria vobis) Sicuti canes cum anſeribus in Capitolio ali dicit, ita etiam cibaria accuſatoribus de publico præberi deſignat: quo mihi non obſcure delationum præmia, ſive ordinaria, ſive extraordinaria indigitare videtur. Quod autem ex ærario, ſive de publico darentur, apparet, quia poſt cibariorum mentionem mox quaſi pro ratione præbendorum eorum ſubjicit, *populo* id gratiſſimum eſſe, ſi *in eos*, qui mererentur impetum facerent. Itaque hæc res publicæ curæ erat: quod omnino videbatur obſervandum. IDEM. Fuerit hoc iis in judiciis, quæ ad remp. pertinebant, ut majeſtatis, ambitus &c. quod tamen ipſum non adeo perſpicue hinc deducitur, acute vero, ac probabiliter dicitur. An fuerit autem in privatis maleficiis, magnopere dubito: in hac certe cauſa non fuit. Nam cap. 19. Erucius dicitur T. Roſcii pecunia ad accuſandum adductus. GARAT.

Aliquem commiſiſſe) Sic omnes libri, quorum tamen in aliquo, ſi *aliquid aliquem commiſiſſe* reperiſſem, lubenter eam ſcripturam cum hac vulgata commutarem. HOTTOMAN.

Crura quidem) Etiam hic Puteanus apud Gevartium elector. I. 8. legendum putat, *cruci quidem vos nemo ſuffiget*, & ludere ait Tullium in verbis *ſuffiget*, *affigent*. Sed quantum abit a veteri ſcriptura! cujus conſtantiam ei recte Facciolatus oppoſuit; ut jam iſta mutatio, quæ a ſuperiori neceſſario conſequitur, illam etiam infirmet, cui Gruterus optime reſtitit, quæque pluribus refelli, ſi oporteret, facile poſſet. De cruri-

litteram illam, cui vos uſque eo inimici eſtis, ut etiam eas

crurifragii pœna celebre eſt illud Senecæ de ira III. 18. *M. Mario L. Sulla perfringi crura &c. juſſit*, quod etiam Salluſtius narraverat, teſte Rufiniano de ſchem. dianoeas cap. 11. In viro enim ampliſſimo tum id factum. Ceterum fuit hoc pene ſervile ſupplicium, canibus aptiſſimum: etſi Grutero aſſentior, neceſſe non fuiſſe, ut vere iis crura frangerentur. GARATON.

ANONYMI.

Littera illa) Quotieſcumque aliquem damnabant judices, K. litteram faciebant, A. abſolvebant. Hoc ergo dicit Cicero: ſi aliquem ſine ſuſpicione accuſaveritis, vobis crura frangantur; etiam K. ſic odiſtis, ut etiam per ipſam fugiatis Kalendas, propterea quod Kalendæ per K. ſcribuntur.

VARIORUM.

Litteram illam, cui vos uſque eo inimici eſtis) Obſcurus locus; ſed (ut opinor) ſic elicietur ſenſus. Moris erat præter eas litteras, quæ ad rei abſolutionem vel condemnationem, aut ad judicii ampliationem, pertinebant (quæ litteræ notæ ſunt omnibus, mediocriter quidem eruditis) etiam alias judicibus dare, quæ ad accuſatorem vel calumniæ vel prævaricationis damnandum pertinerent. De prævaricatione argumentum eſt apertiſſimum in Partit. ubi prævaricationem defenſor docet eſſe tantummodo accuſatoris corruptelam ab reo, argumento ex conſequentibus: quod ea littera de accuſatore ſoleat dari judici. Ex quibus verbis dari ſolere judicibus litteram, quæ accuſatorem notaret, & item alteram quæ prævaricationem factam ſignificaret, facile intellectu eſt. De calumnia vero teſtimonio eſt hic locus. Litteram vero A, quæ accuſatorem; P, quæ prævaricatum; C vero, quæ calumniatum ſignificaret, dari ſolitam, ex illo Partitionum loco conjecturam facimus. Nam ſublata etiam conſuetudine ſententiam per tabellam ferendi, hunc tamen morem fuiſſe, ut Iudex voce pronunciaret: *Calumniatus es*, Martianus teſtatur in l: 1. D. ad S. C. Turpil. Alii hanc literam ita interpretati ſunt, ut O Græcum ſignificari putarent, quæ prima eſt littera verbi θανατος; quaſi vero aut Græca littera Romani in judiciis uterentur, aut qui calumniæ damnabantur, mortis pœnam ſubirent. Hæc tamen Eraſmus ſe ex Aſconio in ſuum magnum volumen conjeciſſe affirmat: quem alii ſine ulla dubitatione auctorem ſequuti ſunt. Sed de Eraſmo dicetur ſuo loco. Noſtram quidem conjecturam locus in Epiſtola M. Cælii ad M. Tullium confirmat: *Scito*, inquit, *C. Sempronium Rufum, Rufum mel, ac delicias tuas, calumniam maximo plauſu tuliſſe*, & quæ poſtea ſubſcribit. Si quis autem eas tantum notas, de quibus ſcribit Aſconius, dari judicibus ſolitas exiſtimet, is intelligat, judiciis nova lege conſtitutis, tabellas quoque eas dari conſuevìſſe, quæ ad eam legem & quæſtionem accommodatæ eſſent: cujus rei cum alia multa teſtimonio eſſe poſſunt, tum illud inprimis, quod ex Cæſaris libro de Bello civili III. huc adſcribemus: *L. Domitius in concilio dixit, placere ſibi bello confecto ternas tabellas dari ad judicandum de iis, qui ordinis eſſent Senatorii, belloque una cum ipſis non interfuiſſent: ſententiaſque de ſingulis ferrent, qui Romæ remanſiſſent, quique intra præſidia Pompeii fuiſſent, neque operam in re militari præſtitiſſent. Vnam fore tabellam, qui liberandos omni periculo cenſerent: alteram, quæ capitis damnarent: tertiam, qui pecunia multarent*. HOTTOM. *Litteram illam, cui vos, &c.*) Litteram C ſignificari putat Hottomannus, quæ eſſet calumniæ nota, ſeu quæ ſignificaret accuſatorem eſſe calumniatum. Inurebatur autem frons calumniatorum certa aliqua nota, ignominiæ cauſa, ut docet Adr. Turnebus lib. Adverſ. VIII. cap. 22. ſed verius eſt, non litteram *C* ſed *K* fuiſſe calumniæ notam. Et vero *calumniæ* nomen, & quæ ſunt ejuſdem originis, ut *calumniori*, & *calumniator*, ſcribebantur a veteribus Rom. per *K* non per *C*.

eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut po-

Lambin. Bene Lambinus, *K* enim fuiſſe calumniæ notam, quia veteres *Kalumnia* ſcripſerint, eamque inuſtam fuiſſe frontibus kalumniatorum, iiſque præterea hanc pœnam imponi ſolitam fuiſſe, ut amplius accuſare non poſſent, oſtendit ex Paullo IC. ex libro XLVIII. Dig. ad SC. Turpilianum Voſſius in Ariſtarcho lib. I. cap. 17. Hinc & Papinianus *hominem integræ* frontis opponit *kalumniæ damnato*. Graevius. Satis hoc mihi de K demonſtratum videtur, quamquam Erneſto, viro ſummo, non videatur, haud tamen hercules a Voſſio, ſed jampridem ab immortalium in litteras meritorum viro P. Pithœo ad Collat. LL. Moſ. tit. IV. §. 4. ex quo probavit, & in commentarium ſuum plura tranſtulit Brencmannus. Nos uno Velii Longi loco inſigni, quem ex MSo Puteani reſtituit Pithœus, contenti erimus, imo paucis ejus, quæ rem conficiunt, verbis: cetera apud ipſum legantur. Ita Velius: *Qui K expellunt, notam dicunt eſſe magis, quam litteram, qua ſignificamus* KALVMNIAM. KAPVT. KALENDAS. De hac vero tota inuſtionis ratione fuſe, docteque agit Brencmannus l. c. cap. 5. Garaton.

Vt etiam eas omnes oderitis) Omnes ad unam libri veteres, *Vt etiam calumniis*. Ego, *Vt etiam alias omnes*. Quum enim litteræ illi, quæ calumniæ nota atque ſignificatio eſt, ob eam cauſam inimicos eſſe dicat iſtos accuſatores improbos, quod vehementer, ne ab judicibus in urnam conſtituatur, metuant, eamdem quoque aliarum odii cauſam eſſe intelligendum eſt: ut ſenſus hic ſit, uſque eo metuunt, ne litteram illam conſtituant, ut quoties litteras ferri atque conſtitui vident, conſcientia calumniæ cohorreant, ac reformident. Hottom. *Vt etiam alias omnes*) Sic edendum curavi, quorumdam doctorum conjecturam ſecutus. Significat autem, eos eſſe a litteris alienos, & illitteratos. Alii lectionem vulgatam retinent: *ut etiam illas omnes oderitis*, eadem loci ſententia probata. Lamb.

Vt etiam eas omnes) Ita diſerte Pal. pr. nam alii, *ut etiam calumniis*, quod & de ſuis adnotavit Hottomannus; qui malebat, *ut etiam alias omnes*, quod ſtatim arripuit Lambinus, Alduſque Nepos, atque ſi eſſet e libris; malo exemplo. Pighius noſter, cum inveniſſet in editionibus primis, *ut etiam calumnias oderitis*, conjiciebat, *ut etiam cal. omnes*, tanquam reſpexerit Cicero ad eorum æs alienum ac debita, quæ ſingulis Kalendis exigi ſolebant a debitoribus: videatur ipſe in Faſtis dicto antea loco. Gauter. In prim. Franc. & edit. 1472. ſcribitur, ut in multis MSis *ut etiam calumnias oderitis*. Conjecturam Steph. Pighii, etiam Voſſius probavit in Ariſtarcho, *ut etiam cal. omnis oderitis*, pro *Kalendas*; nempe ut in Erucium geminum ſit ſcomma, tamquam in calumniatorem, & obæratum. Nam Kalendis creditores exigebant æs alienum, unde Horatius eas *triſtes* vocat: Ovidius *celeres*, quod cito nimis recurrere debitoribus viderentur. Gerh. Vossius. Sed ego retineo librorum veterum ſcripturam, *at eas omnes oderitis* ſc. litteras. Eſt jocus ex ambiguo in hoſtes humanitatis & doctrinæ, qui clamatores ſunt, non oratores, canes, non homines; qui oderunt doctos & litteratos oratores, qui calumnias detegunt, & iſtis canibus os obſtruunt. Graevius. *Kal. omnes* jam non eſt Pighii, Voſſiique conjectura, ſed ipſa codicum ſcriptura certiſſima: quam non intelligentes Librarii in monſtrum illud *calumniis* convertebant, ut etiam editum eſt an. MCCCCLXXX. deinde, ut conſtructio ſaltem ſervaretur, peſſime *calumnias* eſt factum. Sed præclarum eſt, quod ex multis Pariſienſibus MSis attulit Lallemandus *calomnis*. Viden' hic *cal.* h. e. Calendas, & veterem accuſativum *omnis*, qui etiam ita perpetuo ſcribebatur in eo veteri codice, quem ſæpe in margine Lambinus allegat? Hinc *calumniis*: cur enim non ſtatim fecere *calumnias*? Porro ex Velio intelleximus, calendas per K. ſcribi, & in-

Digitized by Google

poſtea neminem alium, niſi fortunas veſtras, accuſare poſſitis.

21. Quid mihi ad defendendum dediſti, bone accuſator? quid hiſce autem ad ſuſpicandum? Ne exheredaretur, veritus eſt: audio; ſed qua de cauſa vereri debuerit, nemo dicit. Habebat pater in animo. Planum fac: nihil eſt: non, quicum deliberarit, quem certiorem fecerit, unde iſtud vobis ſuſpicari in mentem venerit. Cum hoc modo accuſas, Eruci, nonne hoc palam dicis: *ego quid acceperim, ſcio: quid dicam, neſcio: unum illud ſpectavi, quod Chryſogonus ajebat, neminem iſti patronum futurum: de bonorum emtione, deque ea ſocietate neminem eſſe, qui verbum facere hoc tempore auderet.* Hæc te opinio falſa in iſtam

& indicari conſueviſſe. Quid quærimus? Ne ad obærationem quidem, Kalendarumque mœrorem, ſi longius id petitum videbitur, confugere neceſſe eſt. Potuit enim Tullius id ſignificare, accuſatores litteram K, ejus nempe litteræ inuſtionem tantopere pertimeſcere, ut etiam Kalendas omnes oderint, quod ea littera ſcribantur, aut notentur. An tandem hiſce omnibus unum Palatinum codicem anteponemus? Ita ſane, ſi tanto ceterorum conſenſu nihil tamen commodum efficeretur. Qui porro factum dicemus, ut in tam claris vocibus alii omnes erraverint? Denique cur litterarum omnium imperitiam hoc loco accuſatoribus Tullius objecerit, quo loco ipſum, adverſus quem iſta dicuntur, excipere oportebat Erucium? Huic enim jam cap. 16. dixerat: *Eo acceſſit ſtudium doctrinæ, ut ne a litteris quidem alienus eſſes.* Qua in re tantum ineſt momenti, ut Brenemannus l. c. cap. 2. de veriori lectione, atque adeo de ipſius Erucii doctrina ne cogitans quidem, hæc ad quoddam vilius retulerit accuſatorum genus: nobiles enim erant accuſatores permulti, quos litteras plane neſciſſe, inducere in animum ille non potuit. GARATON.

Ad caput affigent) Simili translatione dicitur, ut illud, *Notam, vel ignominiam inurere.* Utrumque autem a barbarorum conſuetudine transfertur, qui notas, quas Græci ςίγματα appellant, certorum hominum frontibus inurebant. HOTTOM. Hæc verba Manutium aperte refellunt: cui etiam prolixius contradicit Ferratius lib. I. epiſt. 6. Sed Manutii explicationi hac ætate nemo adſtipulatur. Ei quidem, & Hottomanno de tabellis aſſentiri videbitur Brenemannus l. c. cap. 5. Sed ea non eſt hujus loci quæſtio: quidquid enim de iis tabellis fuerit, ſatis conſtat, non de iis hic agi, verum de inuſtione, quæ pœna calumniatorum fuit, illi canum crurifragio per ſimilitudinem apte reſpondens. Neque profecto litteram aliquam in tabella perſcriptam *ad caput affigi* Cicero dixiſſet, ut mittam cetera. Inſolens, & exemplorum, quæ afferuntur, modum excedens illa translatio eſt, quam Hottomannus, ut ſibi conſtaret, hoc loco confinxit. Cui ſane Brenemannus tam benignus non fuiſſet, ſi eum non, ut putavit, ſuis illis tabellis contentum, verum inuſtionem, quam ipſe cum pluribus diligentiſſime tuetur, hinc excludere conantem animadvertiſſet. GARAT.

Accuſare poſſitis) Ludit in verbo Tullius. Nam & calumniæ damnatus accuſare neminem poterat, & accuſare fortunas noſtras dicimur, cum de aliquo infortunio querimur. IDEM.

iſtam fraudem impulit : non mehercule verbum feciſſes ; ſi tibi quemquam reſponſurum putaſſes. Operæ pretium erat, ſi animadvertiſtis, judices, negligentiam ejus in accuſando conſiderare. Credo, cum vidiſſet, qui homines in hiſce ſubſelliis ſederent, quæſiſſe, num ille, aut ille defenſurus eſſet: de me ne ſuſpicatum quidem, quod antea cauſam publicam nullam dixerim: poſteaquam invenit, nemi-

ANONYMI.

Publicam) Bene dixit *publicam* ; ceterum *peivata* dixerar, ut Quintiana & ceteras.

VARIORUM.

Negligentiam ejus in accuſando conſiderare) Hinc illud Ciceronis in M. Callidium, qui quum peſtem capitis ſui, quum indicia mortis ſe comperiſſe maniſeſto, & manu tenere diceret, ſolute tamen egerat, ac leniter, & oſcitanter : *Tu iſtuc M. Callidi niſi fingeres, ſic ageres?* & multa in hanc ſententiam, quæ ex Bruto cognoſces. HOTTOM.

In hiſce ſubſelliis ſederent) In ſubſelliis defenſoris, quæ a læva Prætoris conſtituebantur. IDEM.

Num ille aut ille) Vide Longolium ad Plinii epiſt. X. 48. GARAT.

Quod antea cauſam publicam nullam dixerim) Idem ſcribit in lib. de Clar. Orat. *Cauſarum autem aliæ publicæ dicuntur, aliæ privatæ, quomodo etiam publica & privata judicia*; de quibus hoc loco breviter explicandum eſt. Nam *cauſæ* quidem quæ ſint *publicæ* alii multis locis indicarunt: ſed vim cauſamque hujus appellationis nemo adhuc, quod ſciam, commode demonſtravit. Quum autem docendi melior, meo judicio, ratio nulla ſit, quam ex contrariorum contentione atque comparatione : conſtet autem *cauſas privatas* a Cicerone innumeris locis *cauſas rei privatæ* nominari (ut Verr. & lib. de Nat. Deorum III. & in Bruto) erit, opinor, nemini dubium, quin *cauſæ publicæ* etiam ex dicantur, quæ ſunt Reipub. Hoc autem ita interpretor, ut *cauſæ Reipub.* dicantur, quum Reſpub. læſa eſt : *privatæ*, quum privatim aliquis ex civibus, ſive ille privatus ſit, ſive magiſtratus. Sed quæritur quibus delictis, & quando lædi Reſpub. dicatur, an ſimul atque lex aliqua violata eſt : ut ſi quis furtum commiſerit, aut pupillum, ſociumve fraudarit? nequaquam ; alioqui enim publicæ omnes cauſæ dicerentur: quum ſcilicet lædi nemo, injuriaque affici, niſi contra leges poſſit. Sed quum Reſpub. res populi dicatur, in populi autem arbitrio ac voluntate ſitum ſit, quo in quodque peccatum modo animatus eſſe velit, *cauſæ* (judicio meo) populi dictæ ſunt eorum criminum, quæ ipſe graviora judicavit, quibuſque lædi ſe exiſtimari voluit ; veluti *veneni*, *ſicæ*, *inceſtus*, *adulterii*. Offendi enim his peccatis non eum dumtaxat, qui hac injuria affectus eſt, ſed etiam ſe univerſum, lege lata demonſtravit. Quorum igitur maleficiorum populus cauſam ſuſcepit, eorum cauſæ vel Reipublicæ, vel *publicæ cauſæ* appellatæ ſunt. Quas autem ſuſcipiat, in ejus, ut dixi, arbitrio ac poteſtate ſitum eſt. Itaque non modo *peculatus*, aut *repetundarum*, & ſimilia crimina, ſi populus volet, publica nominabuntur, eorumque quæſtiones *cauſæ publicæ*; verum etiam *furti*, *rapinæ*, *damni injuria dati*, *injuriæ*, & omnia denique, quæ non ſua ſponte, ſed prudentium interpretatione maleficia nominantur: quod ex *lege Lectoria* plane intelligitur, quæ adverſus eos lata eſt, qui minorem circumveniſſent : ſiquidem lege lata, ea cauſa quæ privata antea ſemper fuerat, publica facta eſt. Cicero de Nat. Deorum III. *Inde*, inquit, *judicium publicum rei privatæ, lege Lectoria. Rei privatæ*, id eſt, quæ antea ſemper privata fuerat. Atque hæc quidem de cauſis privatis & publicis dicta ſint. Sequitur, ut *de judiciis* exponamus : in quibus etiam

neminem eorum, qui poſſunt, & ſolent, ita negligens eſſe cœpit,

etiam præceptum de contrariorum contentione adhiberi volumus. *Privata* autem *judicia* ex eo dicta eſſe arbitror, quod fere privatim & inter privatos parietes diſceptarentur; ut paret ex orat. pro Cæcina, ubi ſic ſcribit. *Perſæpe diſceptatore domeſtico dijudicantur*. Conſtat etiam ex iis, quæ in orat. pro Quintio diximus. Res autem ex eo, quod plerumque fit, nominari, nemini ignotum eſt. *Publica* ergo *judicia* dicentur, quæ in publico exercentur: ſicuti conſtat *judicia publica* Romæ plurimum in foro, & ſub dio exerceri ſolita: quod ita ſcilicet accipi volumus, quum *judicii* nomine cognitionem ipſam & quæſtionem judicum intelligimus: nam ſi *judicium* cauſam interpretemur, eamdem eſſe, quam de *cauſa* dicimus, notionem ac ſententiam intelligi volumus. Utcumque autem ſeſe res habeat, falſam certe eſſe apparet Iuſtiniani ſententiam, qui *judicia publica* ex eo dicta putavit, *quod cuivis de populo agere liceret*. Non enim *publicæ* ſunt, aut dicuntur, quod cuivis de populo liceat agere: ſed contra, quia *cauſæ publicæ* ſunt, id eſt, quia quivis de populo læſus eſt, quia cuilibet de populo injuria facta eſt, quia denique cuncta Reſpublica læſa eſt: propterea licet cuivis de populo, quaſi pro ſua virili parte, ſuam Reique publicæ injuriam perſequi. Etenim ob eam cauſam unicuique accuſandi poteſtas permiſſa eſt, quod ad uniuſcujuſque ſingulatim, & publice ad univerſum populum ea pertinet injuria. Præterea ſi ob eam cauſam *publica judicia* dicerentur, quod cuivis liceret agere, *populares* quoque actiones *publica judicia* vocari poſſent: quo nihil dici poteſt abſurdius. Porro autem *judicia publica* non ideo dici, quod illorum criminum quæſtio quodammodo ad populum pertineat, & Magiſtratus quaſi populi vicarius de iis cognoſcat, duabus de cauſis intelligitur: primum ex contrarii contentione: alioqui enim privata dicerentur, quod ea privati exercerent; quod abſurdum eſt: quaſi vero non etiam Prætores ipſi, & Triumviri Capitales, & Ædiles, & Quæſtores de quibuſdam cauſis cognoſcerent: aut dubium ſit quin *cauſæ privatæ*, quia rei privatæ ac pecuniariæ ſunt, ita etiam appellentur. Deinde quis ignorat populum omnium legum cuſtodem ac vindicem eſſe. Prætoremque, eum etiam, qui juri dicundo præeſt, a populo R. quaſi vicarium in imperio & poteſtate collocatum eſſe, & ipſius nomine atque imperio jus in privatis cauſis dicere? Sed quorum judiciorum quæſtio proprie ad populum pertinere dicatur, explicabimus in orat. Verr. II. Nunc Platonis locum ſubjiciemus ex lib. de Legibus VI. qui noſtram ſententiam de privatis, publiciſque judiciis aperte confirmat: *Δυο δη των λοιπων εστω κριτηρια. το μεν όταν τις τινα ιδιωτην ιδιωτης επαιτιωμενος αδικειν αυτον, αγων εις την δικην, βουληται διακριθηναι. το δ' όποταν το δημοσιον ύπο τινος των πολιτων ἡγηται τις αδικεισθαι, και βουληθη τῳ κοινῳ βοηθειν*. Id eſt: *Ceterarum rerum duo judicia ſunto. Alterum, quum quis privatus a privato quopiam injuria ſe affectum queritur, eumque in jus ducens, de ea re diſceptari poſtulat. Alterum, quum Rempubl. a quopiam civium læſam eſſe aliquis exiſtimat, & vult Reipub. perſequi injuriam*. In eamdem ſententiam Demoſthenes *κατα Μειδιου. Πανθ' όσα τις βιαζομενος πραττει κοινα αδικηματα, και κατα των εξω του πραγματος οντων ἡγειτο ὁ νομοθετης. Quæcumque quis vi feciſſet, communia peccata eſſe: etiam ad eos pertinere, qui extra negotium eſſent, exiſtimavit legiſlator*. Legiſlator exiſtimavit vim factam non ad eum tantum, cui injuria facta eſt, pertinere; verum eorum etiam communem eſſe, qui læſi non ſunt. Et paulo poſt: *Την γαρ πολιν ἡγειτο αδικειν ουχι τον παθοντα μονον τον ὑβριζειν επιχειρουντα. Quod exiſtimaret, eum qui injuriam facere inſtituerit, non ei tantum, quem læderet, ſed etiam univerſæ civitati injuriam facere*. HOTTOM. Iudicia publica ſunt, quæ habentur de criminibus, non omnibus, ſed eorum, quorum caſtigatio pertinet ad exemplum, ſive incitan-

cœpit, ut cum in mentem veniret ei, reſideret, deinde ſpatiaretur: nonnumquam etiam puerum vocaret, credo, cui cœnam imperaret: prorſus ut veſtro conſeſſu, & hoc conventu pro ſumma ſolitudine abuteretur.

22. Peroravit aliquando, aſſedit: ſurrexi ego: reſpirare viſus eſt, quod non alius potius diceret: cœpi dicere. Vſque eo animadverti, judices, eum jocari, atque alias res agere, ante quam Chryſogonum nominavi: quem ſimul atque attigi, ſtatim homo ſe erexit: mirari viſus eſt: intellexi, quid eum pupugiſſet. Iterum ac tertio nominavi. Poſtea homines curſare ultro, & citro non deſtiterunt; credo, qui Chryſogono nuntiarent, eſſe aliquem in civi-

dis bonis ad præmia ob benefacta, ſive deterrendis a flagitio malis pœnæ metu: quæ omnia publici boni cauſam habent; & hinc leges de iis conditæ, publicæ dictæ ſunt, & cauſæ publicæ, ut multis erudite docet Cl. Salmaſius de modo uſurarum cap. 3. quem vide. GRAEVIUS.

ANONYMI.

Vt veſtro conſenſu pro ſumma) Hoc vel ad notionem judicum dixit, quos dicit ita contemtui ductos habere Erucio, ut etiam hoc poterit cogitare: vel certe ad irriſionem dixit.

Simul atque attigi) Bene dixit, *attigi*, potentem & qui ſe nollet nominari.

VARIORUM.

Reſideret, deinde ſpatiaretur) Etenim æquo in loco cauſas oratores dicebant, & interdum inambulabant, in ſpatio ſcilicet, quod inter advocatorum ſubſellia relinquebatur: quod cum ex hoc loco, tum ex illis Quinctiliani verbis intelligitur, quæ ſubjiciam: *Conveniens etiam ambulatio quædam propter immodicas laudationum moras: quamquam Cicero rarum inceſſum, neque ita longum probat*. Et paulo poſt: *Ambulantem loqui ita demum oportet in cauſis publicis, in quibus multi ſunt judices, ſi quod dicimus, quaſi ſingulis inculcare peculiariter velimus*. Hoc tamen poſtea ſublatum queritur Cornelius Tacitus in dialogo de oratore his verbis: *Quantum virium detraxiſſe orationi auditoria & tabularia credimus, in quibus jam fere plurimæ cauſæ explicantur? nam quo modo nobiles equos curſus & ſpatia probant, ſic latus oratorum campus, per quem niſi liberi & ſolutè ferantur, debilitatur & frangitur eloquentia*. HOTTOM.

Nonnumquam etiam puerum vocaret) Quinctilianus eodem capite: *Vnde moveor, ut ne id quidem tranſeam ineptiſſime fieri, quum inter moras laudationum, aut in aurem alicujus loquuntur, aut cum ſodalibus jocantur, aut nonnumquam ad librarios ſuos ita reſpiciunt, ut ſportulam dictare videantur*. IDEM.

Reſpirare viſus eſt) Cum antea metu, ne quis alius diceret, animam retineret. IDEM.

Alias res agere) *Agere* vetuſte pro attendere, animadvertere. Hinc illa vox præconis in ſacrificiis: *Hoc age*; & apud Plautum frequentiſſime. Ergo ex contrario *alias res agere* dicuntur, qui non attendunt. IDEM.

Quid eum pupugiſſet) Libri veteres habent, *pepugiſſet*: vide A. Gell. lib. 6. cap. 9. LAMBIN. Non longe hinc abit editio anni 1472. *Quid eum pepigiſſet*. GRAEV. Sic etiam ed. MCCCCLXXX.

Vltro & citro) Priſcianus p. 1011. ed. Putſch. hunc locum citans exhibet *ultra, citroque*. GARAT.

Qui Chryſogono nunciarent) Aberat igitur ab hoc judicio Chryſogonus, quod propter perorationem hoc loco notandum fuit. HOTTOM.

Gra-

civitate, qui contra voluntatem ejus dicere auderet: aliter cauſam agi, atque ille exiſtimaret, aperiri bonorum emtionem, vexari peſſime ſocietatem, gratiam, potentiamque ejus negligi, judices diligenter attendere, populo rem indignam videri. Quæ quoniam te fefellerunt, Eruci, quoniamque vides, verſa eſſe omnia: cauſam pro Sex. Roſcio ſi non commode, at libere dici: quem dedi putabas, defendi intelligis: quos tradituros ſperabas, vides judicare: reſtitue nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem, atque prudentiam: confitere huc ea ſpe veniſſe, quod putares hic latrocinium, non judicium futurum. De parricidio cauſa dicitur: ratio ab accuſatore reddita non eſt, quam ob cauſam patrem filius occiderit. Quod in minimis noxiis, & in his levioribus peccatis, quæ magis cre-

ANONYMI.

Quæ quoniam) Erucium irridet.

De parricidio cauſa dicitur) Cecidit locus communis de parricidio, quemadmodum ſuperius, *non potuiſſe fieri parricidium ſine cauſa*.

VARIORUM.

Gratiam, potentiamque ejus negligi) *Gratia* rationem habet cum potentioribus: *potentia* cum inferioribus. Ergo *gratia* apud Sullam, qui tum rerum potiebatur: *potentia* apud judices hujuſce conſilii. HOTTOM.

Cauſam pro S. Roſcio) Ed. SS. *tamen pro S. Roſcio*. GARAT.

Reſtitue nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem, atque prudentiam: confitere) Obſcurus mihi locus, niſi *aut* disjunctiva particula interponatur: ut ſit, *aut confitere*. Senſus erit ſic apertus: utere nunc vetere illa tua calliditate oratoria: refer priſtinam illam tuam prudentiam, qua in quamvis mala cauſa, tamen aliquid commode fingebas; aut ſi id non potes, confitere; & quæ ſequuntur. Legendum tamen putarem *confitere te, &c.* HOTT. Video *aut* receptum eſſe in recentiores editiones, ſed invitis omnibus MSis qui adhuc viſi ſunt, & editionibus antiquioribus. Eſt enim conjectura Hottomanni. Tam audacibus nobis eſſe non licuit. GRAVIUS. Non probat Grævius Hottomanni conjecturam, nec tamen expedit ſenſum. Ego ita interpretor. Dic aliquid nunc demum dignum te: confitere, te antea oſcitanter egiſſe, quod putares &c. Nam viri callidi, & prudentes potius confitentur, ſe rerum eventu deceptos fuiſſe, quam ignavia, aut imperitia peccaſſe. FACCIOL.

Hic latrocinium, non judicium) Quaſi indicta & incognita cauſa Sex. Roſcius damnaretur. HOTTOM. *Latrocinium* ſæpe eſt fraus, inſidiæ. Sententia eſt, ſe crediſiſſe hac fraudulenta parricidii accuſatione, nemine cauſam Sex. Roſcii agente, Roſcium facile damnatum iri. Salluſt. Iugurth. 9. *Furtim & per latrocinia potius, quam bonis artibus ad imperia & honores nituntur*. Cicer. II. ad Q. Fratrem ep. 2. *Quid futurum ſit latrocinio tribunorum, non divino: ſed tamen ſuſpicor, per vim rogationem Caninium laturum*. GRÆV.

Noxiis) *Noxis* editum aſt a Naugerio, & Lambino, quem ſine cauſa ſecuti ſunt Facciolatus, & Oliverus, contra fidem MSorum, & editionum plurimarum. Nota omnibus ſunt antiqua *noxiæ* hujus exempla, & Menardus multa congeſſit. Diſputatum eſt quidem de noxa, noxiæque differentia non mediocriter. Vide Vallam, Alciatum, Floridum de Latin. ICtor.

M 4 ed.

crebra, & jam prope quotidiana ſunt, maxime, & primum quæritur, quæ cauſa maleficii fuerit, id Erucius in parricidio quæri non putat oportere: in quo ſcelere, judices, etiam cum multæ cauſæ conveniſſe unum in locum, atque inter ſe congruere videntur, tamen non temere creditur, neque levi conjectura res penditur, neque teſtis incertus auditur, neque accuſatoris ingenio res judicatur. Cum multa antea commiſſa maleficia, tum vita hominis perditiſſima, tum ſingularis audacia oſtendatur, neceſſe eſt: neque audacia ſolum, ſed ſummus furor, atque amentia. Hæc cum ſint omnia, tamen exſtent oportet expreſſa ſceleris veſtigia, ubi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficium ſit admiſſum; quæ niſi multa, & manifeſta ſunt, profecto res tam ſceleſta, tam atrox, tam nefaria credi non poteſt. Magna eſt enim vis humanitatis: multum valet communio ſanguinis: reclamitat iſtiuſmodi ſuſpicionibus ipſa natura: portentum, atque monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie, & figura, qui tantum immanitate beſtias vicerit, ut, propter quos hanc ſuaviſſimam lucem adſpexerit, eos indigniſſime luce privarit: cum etiam feras inter ſeſe partus, atque educatio, & natura ipſa conciliet.

23. Non

ed. Dukeri p. 8. & Sanctii Minervam IV. 4. Sed utraque voce delictum ſignificari, jam conſtat, quod & in rem noſtram ſatis eſt, & MSorum numero rem hanc monet judicari debere. GARATON.

Inter ſe congruere) Conſentire, nulla ex parte repugnare. HOTTOMANNVS.

Tamen non temere credimur) Suetonius in Auguſto ſcribit, non niſi confeſſos parricidarum ſupplicio affici moris fuiſſe: *Dixit*, inquit, *jus non diligentia modo ſumma, ſed & lenitate: ſiquidem manifeſti parricidii reum, ne culleo inſueretur, quod nonniſi confeſſi afficiebantur hac pœna, ita fertur interrogaſſe: certe patrem tuum non occidiſti*. IDEM.

Teſtis incertus) De cuius fide dubitari poſſit. FACCIOL. Vide ſupra ad cap. 19. Sequenti periodo ed. MCCCCLXXX. *Cum multa antea &c. cum vita &c. tamen ſingularis &c.* GARAT.

Expreſſa ſceleris veſtigia) Id eſt, notæ & argumenta certa, quæ judices in conjectura facienda ſequuntur. HOTTOMANNVS.

Vt propter quos hanc ſuaviſſimam lucem adſpexerit) Alii *per quos hanc ſuaviſſimam lucem adſpexerit*. Sed nihil mutandum; nam *propter quos* dictum pro quorum opera, & per quos. LAMBINVS.

Cum etiam feras inter ſeſe partus atque educatio, & natura ipſa conciliet) Vide Cic. I. de Offic. 4. & quæ ibi notantur. GRAV.

ANG-

23. Non ita multis ante annis ajunt, T. Clœlium quemdam Terracinenſem, hominem non obſcurum, cum cœnatus cubitum in idem conclave cum duobus adoleſcentibus filiis iſſet, inventum eſſe mane jugulatum. Cum neque ſervus quiſquam reperiretur, neque liber, ad quem ea ſuſpicio pertineret; id ætatis autem duo filii propter cubantes ne ſenſiſſe quidem ſe dicerent, nomina filiorum de parricidio delata ſunt. Quid poſtea? erat ſane ſuſpicioſum: neutrum ſenſiſſe? auſum autem eſſe quemquam ſe in id conclave committere, eo potiſſimum tempore, cum ibidem eſſent duo adoleſcentes filii, qui & ſentire, & defendere facile poſſent? erat porro nemo, in quem ea ſuſpicio

ANONYMI.

Non ita multis annis) Cæcilius quidam Terracinenſis fuit: hic habuit adoleſcentes filios: cum in uno conclavi eſſent, mane pater occiſus eſt; cum ageretur cauſa, argumentabantur accuſatores filiorum, quod ipſi feciſſent parricidium: poterat, inquit, aliquis alius occidere, cum ibidem eſſent duo filii adoleſcentes, qui poſſent defendere? cum pene vincerentur filii, interrogarunt judices, quomodo eos inveniſſent juvenes? dixerunt, dormientes. Tunc pronunciaverant judices innocentes juvenes: numquam enim tale facinus habere quietem: oſtendit autem (1) tamen valere parricidium, ut ſtatim prodatur conſcientia.

VARIORUM.

T. Clœlium quemdam Terracinenſem) *T. Cælium* reperio ſcriptum apud Valerium Max. & *Cælios fratres*, ubi hanc ipſam hiſtoriam exponit. Hoc amplius, *Terracinenſem*, quo modo ſine dubio corrigendum hoc loco. Eſt enim *Terracina*, ut Plinius ſcribit, oppidum Volſcorum, quorum lingua *Anxur* nominatur. HOTTOM. *T. Clœlium quemdam Terracinenſem*) Quidam emendant *Tarracinenſem*, ſed male: eſt enim *Terracinenſem* ſcriptum in vetuſtiſſimo libro, eamque ſcripturam confirmat antiquus lapis, in quo TERRACENA inciſum eſt, pro *Tarracina*. F. VRSINVS. Imo fuit hæc ſcribendi ratio poſteriorum temporum, cum Terracina, uti etiam nunc, dicere cœperunt pro Tarracina, ut oſtendit Cluverius in Italia antiqua c. 6. Cælium legendum eſſe cenſet etiam Muretus. GRÆVIVS.

Id ætatis autem duo filii) Græca locutio, quam alibi quoque notavimus, pro ejus ætatis. HOTTOM.

Quid poſtea? erat ſane ſuſpicioſum, neutrum ſenſiſſe: auſum autem) Varie legitur hic locus in manuſcriptis; in quorum uno eſt: *quid poterat enim tam ſuſpicioſum eſſe, aut neutrum ſenſiſſe aut auſum &c.* in altero: *quod poterat ſatis eſſe ſuſpicioſum, aut neutrum &c.* F. VRSIN. *Quid poſtea? erat ſane ſuſpicioſum, neutrum ſenſiſſe? auſum &c.* mire variant Palatini; ſed videtur fuiſſe: *Quid poterat tam eſſe ſuſpicioſum, neutrum aut non ſenſiſſe, aut auſum eſſe quemquam ſe &c.* quomodo fere etiam MSus Vrſini. GRVTER. Ed. Ven. *Quid poterat ſatis jam eſſe ſuſpicioſum, aut neutrum ne ſenſiſſe, auſum autem &c.* Victorii, imo Naugerii lectio, haud ſane abſurdum habet ſenſum. Sic etiam legi poſſet: *Quid poterat ſane tam eſſe ſuſpicioſum? neutrum ne ſenſiſſe? auſum autem &c.* Sed in tanta varietate multa probabilia, codicumque ſcripturæ proxima inveniri poſſunt: neque tamen quæ Ciceronis verba ipſa fuerint, edocebimur. GARATON.

ANO-

(1) Supra ſcriptum *autem*. GRÆV.

ſpicio conveniret. Tamen cum planum judicibus eſſet factum, aperto oſtio dormientes eos repertos eſſe, judicio abſoluti adoleſcentes, & ſuſpicione omni liberati ſunt. Nemo enim putabat, quemquam eſſe, qui, cum omnia divina, atque humana jura ſcelere nefario polluiſſet, ſomnum ſtatim capere potuiſſet: propterea quod qui tantum facinus commiſerunt, non modo ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt.

24. Videtis ne, quos nobis poetæ tradiderunt patris ulciſcendi cauſa ſupplicium de matre ſumſiſſe, cum præſertim deorum immortalium juſſis, atque oraculis id feciſſe dicantur, tamen ut eos agitent furiæ, neque conſiſtere uſquam patiantur, quod ne pii quidem ſine ſcelere eſſe potuerunt? Sic ſe res habet, judices. Magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus, maternuſque ſanguis: ex quo ſiqua macula concepta eſt, non modo elui non poteſt, verum uſque eo permanat ad animum, ut ſummus furor, atque amentia conſequatur. Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis ſæpenu-

ANONYMI.

Videtis ne eos) Oreſtes & Alcmæon: bonum in parricidio piæ mentis exemplum; iſti, ſi credendum eſt, matres ſuas bona mente percuſſerunt.

VARIORUM.

Somnum ſtatim capere potuiſſe) *Potuiſſet*, alii plerique, quod probo. HOTTOMANNUS.

Sed ne ſpirare) Ed. MCCCCLXXX. *Sed ne reſpirare quidem metu poſſit.* Illud *reſpirare* perperam Lambino tribuit Olivetus: Lambinus enim edidit *ſpirare*, illudque alterum pro varietate margini adlevit. Placet mihi, ut verum fatear, *ſed ne reſpirare quidem metu poſſunt*, vel *poſſint*: ſic enim rem video mirifice augeri: quod illud *non modo* (pro *non modo non*, ut ſæpe, poſitum) poſtulare, omnes intelligunt. Atque id minus a vulgata *ſpirare ſine metu* præſtari mihi videtur. Sed non ita uni editioni, nec ita mihi confido, ut audeam hoc præferre. Quin autem utrumque rectum ſit, *ſpirare*, ac *reſpirare*, non dubito; ſed, remoto *ſine*, tum ſit aptius *reſpirare*. Ennius p. 108. ed. Heſſelii, *nec reſpirandi ſit copia*, cui ſimile notiſſimum illud Virgilii, *nec reſpirare poteſtas*. GARATONIUS.

Quos nobis poetæ tradiderunt) Oreſtem, & Alcmæonem: notæ ſunt fabulæ. HOTTOM.

Neque conſiſtere uſquam) Libri manuſcr. habent, *conſiſtere uſquam patiantur*. LAMB.

Ne pii quidem) Deorum juſſis atque oraculis parere. HOTTOM. Videbantur enim pii, cum juſſis Deorum parerent, & patrem ulciſcerentur. FACCIOL.

Magnam neceſſitatem) *Neceſſitas* hic eſt conjunctio ſanguinis, & illis debitum officium, aliter *neceſſitudo*. Vide Manut. ad ep. lib. II. ep. 19. ad Famil. GRÆV.

Nolite enim putare) Sumtum videtur ex Æſchinis oratione contra Timarchum, cujus hæc ſunt verba: *Μη γαρ οιεσθε, ω Αθηναιοι, τας των αδικημα-*

penumero videtis, eos, qui aliquid impie, ſcelerateque commiſerint, agitari, & perterreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus, & ſuus terror maxime vexat: ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæque animi terrent: hæ ſunt impiis aſſiduæ, domeſticæque Furiæ, quæ dies, noctesque parentum pœnas a conſceleratiſſimis filiis repetant. Hæc magnitudo maleficii facit, ut, niſi pene manifeſtum parricidium proferatur, credibile non ſit: niſi turpis adoleſcentia, niſi omnibus flagitiis vita inquinata, niſi ſumtus effuſi cum probro, atque dedecore, niſi prorupta audacia, niſi tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab inſania. Accedat huc oportet odium parentis, animadverſionis paternæ metus, amici improbi, ſervi conſcii, tempus idoneum, locus opportune captus ad eam rem: pene dicam, reſperſas manus ſanguine paterno judices videant oportet, ſi tantum facinus, tam immane, tam acerbum credituri ſint. Quare hoc, quo minus eſt credibile, niſi oſtenditur: eo magis eſt, ſi convincitur, vindicandum.

25. Itaque cum multis ex rebus intelligi poteſt, majores noſtros non modo armis plus, quam ceteras nationes, verum etiam conſilio, ſapientiaque potuiſſe, tum ex hac re vel maxime, quod in impios ſingulare ſupplicium invene-

κηματων αρχας απο θεων, αλλ' ουχ' υπερ ανθρωπων ασελγειας γινεσθαι. μηδε τους ησεβηκοτας καθαπερ εν ταις τραγωδιαις ποινας ελαυνειν, και κολαζειν δασι ημμεναις. αλλ' αἱ προπετεις τυ σωματος ἡδοναι και το μηδεν ικανον ἡγεισθαι ταυτα πληροι τα λῃστηρια. Id eſt: *Nolite enim putare, Athenienſes, ſcelerum principia ex diis, non ex hominum intemperantia proficiſci, neque eos, qui aliquid impie ſceleratque commiſerint, (quemadmodum in fabulis) a furiis agitari, crucieríque tædis ardentibus: ſed corporis effrenatæ libidines, inexplebilesque cupiditates ea latrocinia, direptionesque perficiunt.* In eamdem rationem Noſter lib. I. de Legibus ſcribit: *At vero ſcelerum in homines, atque impietatum nulla expiatio eſt. Itaque pœnas luunt non tam judiciis, ut eos agitant inſectanturque furiæ, non ardentibus tædis, ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiæ, fraudiſque cruciatu.* Similis etiam ſententia exſtat in orat. in Piſonem. HOTTOM.

In fabulis) In Tragœdiis: *fabularum* enim nomine Latini & *Tragœdias*, & *Comœdias* appellant. IDEM.

Conſcientiæque animi) Caſus pluralis animadverſione dignus, quamvis apud Ciceronem non ſemel inveniatur. FACC.

Niſi pene manifeſtum parricidium proferatur) Dixi modo ex Auguſto Suetonii, nonniſi confeſſos hac pœna affici moris fuiſſe. HOTTOM.

ANO-

venerunt; qua in re quantum prudentia præſtiterint iis; qui apud ceteros ſapientiſſimi fuiſſe dicuntur, conſiderate. Prudentiſſima civitas Athenienſium, dum ea rerum potita eſt, fuiſſe traditur. Ejus porro civitatis ſapientiſſimum Solonem dicunt fuiſſe, eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, ſcripſerit. Is cum interrogaretur, cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum, qui parentem necaſſet, reſpondit, ſe id neminem facturum putaſſe. Sapienter feciſſe dicitur, cum de eo nihil ſanxerit, quod antea commiſſum non erat, ne non tam prohibere, quam admonere videretur. Quanto majores noſtri ſapientius, qui cum intelligerent, nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitaverunt: ut, quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, ii magnitudine pœnæ maleficio ſummoveren-

ANONYMI.

Quantum prudentiæ præſtiterint his) Athenienſes dicit, unde leges latæ ſunt.

Solonem dicunt) Solon quidam Athenienſis fuit, hic legum inventor.

VARIORUM.

Dum ea rerum potita eſt) De Athenienſium imperio cognoſce ex commentariis in orat. pro L. Manilia. HOTTOM.

Cur nullum ſupplicium conſtituiſſet) Sic Laertius: *Ερωτηθεις δια τι κατα πατροκτονου νομον ουκ εθηκε, δια το απελπισαι εφη.* Id eſt: *Interrogatus cur legem de parricidio nullam ſanxiſſet, reſpondit ſe id neminem facturum putaſſe.* Plutarchus autem in vita Romuli ſic ſcribit: *Ιδιον δε το μηδεμιαν δικην κατα πατροκτονων ορισαντα πασαν ανδροφονιαν πατροκτονιαν προσειπειν, ως τουτο μεν οντος εναγες, εκεινο δε αδυνατου. και μεχρι χρονων πολλων εδοξεν ορθως απογνωναι την τοιαυτην αδικιαν. ουδεις γαρ εδρασε τοιουτον ουδεν εν Ρωμη σχεδον ετων εξακοσιων διαγενομενων. αλλα πρωτος μετα τον Αννιβαικον πολεμον, ιστορειται Λευκιος Οστιος πατροκτονος γενεσθαι.* Id eſt: *Ejus illud quoque proprium fuit, quod cum nullum ſupplicium conſtituiſſet in eos, qui parentes necaſſent, homicidium omne parricidium appellavit, quaſi illud ſceleratum ac nefarium eſſet, hoc vero a nemine umquam fieret. Ac multis ſeculis poſt viſus eſt merito ſane id ſcelus ſenſiſſe, non exſtiturum. Nam annis prope totis ſexcentis nemo Romæ ſe iſti facinori obligavit. Sed patrem interemiſſe Lucius Oſtius a ſecundo bello Punico primus fertur.* HOTTOM. *Cur nullum ſupplicium conſtituiſſet*) Huc pertinet illud Ennii in Hecuba, quod profert Nonius in verbo, *perbitere*. *Numquam ſcripſiſtis, qui parentem, aut hoſpitem necaſſet, quo is cruciatu perbiteret. Perbiteret* autem, id eſt, *periret*. LAMBIN.

Non tam prohibere, quam admonere) Sic in oratione pro domo: *Neque erat cauſa, cur prohibendo non tam deterrere videretur, quam admonere.* HOTTOM.

Maleficio ſummoverentur) Mire dixit, *ſummovere maleficio*, pro arcere & deterrere. IDEM. *Maleficio ſummoverentur*) Sic habent omnes libri & manuſcr. & vulg. ſed Eraſmus legi volebat, *maleficio ſummo arcerentur*: non placet. LAMBIN.

ANO-

verentur? inſui voluerunt in culleum vivos, atque ita in flumen dejici.

26. O ſingularem ſapientiam, judices! nonne videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe, & eripuiſſe, cui repente cœlum, ſolem, aquam, terramque ademerunt, ut, qui eum necaſſet, unde ipſe natus eſſet, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur? Noluerunt feris corpus objicere, ne beſtiis quoque, quæ tantum ſcelus

ANONYMI.

Inſui in culleum vivos) Hic locus a Criticis reprehenſus eſt; hunc autem locum alibi laudat Cicero. Sciendum tamen eſt, quia in hoc capite genus dicendi altum eſt, tractat enim de ſupplicio parricidarum.

Ex quibus omnia nata eſſe dicuntur) Qui parentem perſequitur, naturæ jura perſolvit; conſtat nos a parentibus nutriri, ſi qui autem parentes necant, parentibus debebant carere. Ex quatuor elementis conſtare omnia notum eſt, aere, igni, aqua, terra; his etiam nutrimur: ergo ideo voluerunt majores inſui culleis, ut carerent aere, terra, igni, aqua, quæ nutrirent hominem, quemadmodum parentes. Nam qui parentes necat, debet (1) negari parentibus, id eſt, elementis, quæ nos nutriunt.

VARIORUM.

Inſui voluerunt in culleum) Modeſtinus in l. 9. D. de parricid. ait, inſui conſueviſſe cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & ſimia. Sed non fortaſſe tempore Ciceronis: non enim omiſiſſet, quæ vim argumenti augere poterant. De hoc ſupplicii genere mentio eſt in lib. I. ad Heren. cap. 13. & de Inventione II. 10. ubi verba legis recitantur. FABRICI. Idem antea viſum fuerat Colero parerg. cap. 3. Neque ſane ante Senecam quiſquam exſtat, qui culleo ullam adjiciat beſtiam. Quod autem is canem, & gallum Lege Pompeia putat adjectos, ceteras vero beſtias ab Imperatoribus denique, nullum eſt ejus rei certum argumentum. Nam Modeſtinus l. c., quem allegat, omnes illas, quas commemorat, beſtias, omnes tribuit non Legi Pompeiæ, ſed mori majorum. Illi demum legi omnia hæc Iuſtinianus adſcripſit Inſtit. IV. 18. §. 6. quo ex loco, ut in his tenebris, clariora exſtant Legis Pompeiæ veſtigia: quamquam libro ſatis copioſo Triboniani eo loco errores acriter confutarit Ioh. Fr. Ramos *del Manzano*. Hinc igitur totam parricidii pœnam Legi Pompeiæ tribuere deberemus: niſi probe ſciremus, cullei quam ſit uſus antiquior. *Morem* illum *majorum* hoc Ciceroniano modo, quo etiam hic *majores noſtri* dicuntur, arbitror intelligendum, ut ſummam vetuſtatem, atque ipſas XII. Tabulas reſpiciamus. Hoc demoſtravit egregie V. C. Ever. Otto in præf. tomi IV. Theſ. Iur. Iis uſus verbis videtur ipſe Pompeius, qui *morem majorum* nova ſanctione firmabat. Iam vero quis internoſcat, culleus ne ſolum, an beſtiæ quoque pœna illa vetere continerentur? Multa utramque in partem diſputari poſſent, ſed mitto certamina. Menardus in argum. præter culleum omnia d. l. 9. commemorata legi Pompeiæ adſcribit. Vide quæ Manutii argumento addidimus. GARAT.

Cœlum, ſolem) E quatuor elementis aerem, *cœlum*, ignem, *ſolem*: quod hæ voces magis ad rem accommodatæ viderentur, appellavit. HOTTOM.

Terramque ademerunt) Ed. Veneta *ademerint*, & vere fortaſſe; nam in contrariam partem peccare ſolet. Infra eadem *immanioribus uterentur*. GARATON.

Noluerunt feris corpus) Mirum eſt autem nullam hoc loco de cane, gallo gallinaceo, vipera, & ſimia mentionem

(1) Super *g.* ſcriptum erat *c*, ac ſi legendum ſit *necari*. GRAEV.

lus attigiſſent , immanioribus uteremur: non ſic nudos in flumen dejicere , ne , cum delati eſſent in mare , ipſum polluerent, quo cetera , quæ violata ſunt , expiari putantur. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare eſt, cujus partem ullam reliquerint ; etenim quid tam eſt commune, quam ſpiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus , litus ejectis? Ita vivunt dum poſſunt , ut ducere animam de cælo non queant : ita moriuntur , ut eorum oſſa terra non tangat : ita jactantur fluctibus , ut numquam abluantur : ita poſtremo ejiciuntur , ut ne ad ſaxa qui-

nem fieri, cum tamen Paulus in l. 9. D. de parricid. ſcribat, more majorum in parricidas eam conſtitutam pœnam fuiſſe. Sed credendum eſt Tribonianum ea de ſuo , ſumta ex Conſtantini lege , appoſuiſſe. HOTTOM.

ANONYMI.

Expiari putantur) Si hoc dixit, quaſi omnia ſcelera mari expientur.

VARIORUM.

Cum delati eſſent in mare) A flumine, in quod conjecti fuiſſent. HOTTOM.

Ipſum polluerent, quo cetera, quæ violata ſunt, expiari putantur) Euſtathius in lib. Iliad. α. in illum Homeri verſum, *Οἱ δ' απελυμαινοντο, και εις ἁλα λυματ' εβαλλον*, ſic ſcribit: *Δια τι δε εις την ἁλα; η παντως δια το φυσει ρυπτικον ειναι το της θαλασσης ὑδωρ; εις ην απεριττον ὡς φασι τα περιττωματα εβαλλον. διο δε παροιμια φησι, θαλασσα κλυζει παντα τ'ανθρωπων κακα ἡ παρ' Ευριπιδῃ κειται.* Hoc eſt: *Quid ita autem in mare? an omnino, quod aquæ maris natura abſtergendi vim habet?* Proverbium autem eſt in Iphigenia Taurica: ortumque ex eo eventu putatur, quem Diogenes Laertius commemorat, Platonem quum in Ægyptum proficiſceretur, comitem ſibi Euripidem adjunxiſſe, quem quum morbo affectum ſacerdotes Ægyptii in mare merſiſſent , atque ita ſanaſſent , hunc verſum confeciſſe , quem poſtea Iphigeniæ attribuit, *θαλασσα κλυζει παντα τ' ανθρωπων κακα* · *Mare proluit omnia mortalium mala*. HOTTOM. *Violata*, ideſt polluta aliquo nefario ſcelere. Quare diſſentio ab illis, qui Macrobii caput 1. lib. III. Saturnal. ita intelligunt , atque huc accommodant , ut aqua fluviatili tantummodo , non etiam marina, expiationem, luſtrationemque fieri ſolitam exiſtiment , quum Euripides cum hoc Ciceronis loco conſentiens contrarium plane comprobet. Imo Cicero ad illum ſenarium Euripidis ſine dubio alluſit , ejuſque ſenſum hic voluit quodammodo exprimere. SAXONIUS.

Quid eſt tam commune) Hunc locum ſummis a populo R. clamoribus ac laudationibus exceptum ſcribit ipſe in oratore ad Brutum c. 30. ubi etiam hoc adſcribit, aliquanto poſt ſentire ſe cœpiſſe, quam hæc ſcripſiſſet , nequaquam hæc ſatis deferbuiſſe. Sunt enim omnia, inquit, ſicut adoleſcentis, non tam re, & maturitate , quam ſpecie, & exſpectatione laudati. Morem fuiſſe populi , dum cauſæ ab oratoribus dicerentur, ſi quid inſigniter dictum videretur, & ſtrepitu , & clamore teſtimonium dare , ſibi ea, quæ dicerentur, vehementer probari, cum ex ipſius Ciceronis orationibus plurimis intelligitur , tum ex eo Quinctiliani loco , quem ante protuli ex lib. Inſtitutionum XI. HOTTOM.

Ut eorum oſſa terra non tangat) In oratore , *terram non tangant* : quæ mihi probabilior lectio videtur. IDEM.

Ut numquam abluantur) *Alluantur*, in eodem libro : & ſic emenda. IDEM. Male: non abluuntur parricidæ marinis aquis, quæ omnia polluta purgant, quia culleis ſunt inſuti. GRÆV. Ego cum Hottomanno retineo *alluantur*. Non enim mirum

quidem mortui conquieſcant. Tanti maleficii crimen, cui maleficio tam inſigne ſupplicium eſt conſtitutum, probare te, Eruci, cenſes poſſe talibus viris, ſi ne cauſam quidem maleficii protuleris? Si hunc apud bonorum emtores ipſos accuſares, eique judicio Chryſogonus præeſſet, tamen diligentius, paratiuſque veniſſes. Vtrum, quid agatur, non vides? an apud quos agatur? Agitur de parricidio: quod ſine multis cauſis ſuſcipi non poteſt. Apud homines autem prudentiſſimos agitur: qui intelligunt, neminem ne minimum quidem maleficium ſine cauſa admittere.

27. Eſto: cauſam proferre non potes: tametſi ſtatim viciſſe debeo, tamen de meo jure decedam, & tibi, quod in alia cauſa non concederem, in hac concedam, fretus hujus innocentia. Non quæro abs te, quare patrem Sext. Roſcius occiderit: quæro, quomodo occiderit; ita quæro abs

mirum eſt, ut putat Grævius, parricidas in mare delatos marinis aquis non purgari, ſed marinis aquis non allui. FACCIOLAT. *Alluantur* etiam ad marginem ed. ſuæ Lambinus conjecerat. Sic demum edidit Lallemandus, non ex MSis, ſed ex Oratoris cap. 30. ubi tamen tres Gruteri codices retinent *abluantur*, quod omnes hic cum edd. vetuſtis, eodem Grutero teſte, jam retinuerant. Verum de ſcriptura nihil diſputo: affinitas enim verborum *abluere*, &, quemadmodum in MSis plerumque ſcribitur, *adluere*, ut hæc ſæpe permutarentur, effecit. Vide copioſam Oudendorpii hac de re diſputationem, quam notis ad Melam I. 4. ſuis inſeruit Abr. Gronovius pag. 982. Ibi recte is *adluere* reſtituit, idemque alibi, aliique viri docti: quocumque ſcilicet loco de urbibus, agriſque agitur, quos mare, fluviique alluunt profecto, non abluunt. Sed non eadem hujus loci ratio fortaſſe fuerit. De ſuperſtitioſa illa criminum ablutione cogitare Tullius certe non potuit: tantum enim illa aberat a parricidis, ut veritos dixerit homines, ne ab his mare pollueretur. Alia tamen erat naturalis ablutio, quam vis aquæ inſita corporibus denegare non poterat. Ne hanc quidem Tullius intelligit? Sed hæc efficere profecto poteſt, ut recte hic effectui cauſam ſubſtituamus, quod a loquendi conſuetudine non abhorret, & *ut numquam abluantur* interpretemur, ut numquam aqua undique madefiant, eaque penitus perfundantur; quod, niſi culleus ex corio confectus prohiberet, fieri omnino, erat neceſſe. Certe *hominem allui* novum mihi videtur, cum præſertim hujus locutionis gratia levis, at quædam tamen ſit codicibus vis inferenda: quæque immerſa ſunt, fluctibuſque jactata *ablui* libentius, quam allui, dicerem. Hæc mirificum illud, quod a ſententia poſtulatur, explicatio ſervabit: quid enim admirabilius, quam in medio mari non madefieri? Sed unuſquiſque ſenſu hac in re utatur ſuo. GARATON.

Eſto) Particula, qua frequentiſſime utitur in hac ſententia, ut hoc tibi concedam, & largiar. In eadem re vocem *ἐὰν* Demoſthenes & Æſchines crebro uſurpant, ut alibi oſtendimus. HOTTOM.

Ita

Digitized by Google

abs te, C. Eruci, quomodo: & ſic tecum agam, ut in eo loco vel reſpondendi, vel interpellandi tibi poteſtatem faciam, vel etiam, ſi quid voles, interrogandi. Quomodo occidit? ipſe percuſſit, an aliis occidendum dedit? Si ipſum arguis, Romæ non fuit: ſi per alios feciſſe dicis: quæro, ſervos ne, an liberos? quos homines? indidem ne Ameria, an hoſce ex urbe ſicarios? Si Ameria: qui ſunt hi? cur non nominantur? ſi Roma: unde eos noverat Roſcius, qui Romam multis annis non venit, neque umquam plus triduo fuit? ubi eos convenit? quicum locutus eſt? quomodo perſuaſit? pretium dedit? cui dedit? per quem dedit? unde, aut quantum dedit? Non ne his veſtigijs ad caput maleficii perveniri ſolet? & ſimul tibi in mentem veniat, facito, quemadmodum vitam hujuſce depinxeris: hunc hominem ferum, atque agreſtem fuiſſe, numquam cum homine quoquam collocutum eſſe, numquam in oppido conſtitiſſe. Qua in re prætereo illud, quod mihi maximo argumento ad hujus innocentiam poterat

Ita quæro abs te, C. Eruci, quomodo) Locum ſic interpungendum putem: *Ita, ita quæro abs te, C. Eruci quomodo?* quod ſententiam planiſſime declarat. Hottom. *Ita quæro abs te C. Eruci, quo modo, & ſic tecum agam*) Melius, ut opinor, eſt in antiquo libro: *Itaque abs te C. Eruci quæro, & ſic tecum agam*. F.Vrs.

Si per alios feciſſe dicis) Argumentum ex partium enumeratione. Omnes enim, quorum opera interfici Roſcius potuerit, ab reo ſic removet, ut omnis criminis ſuſpicio in T. Roſcium derivaretur. Hottom.

Indidem ne Ameria?) Citat Priſcianus ed. Putſchii p. 1013. Inſolens adverbium vocat Menardus. At præter Plautum, & Gellium, quos ipſe laudat, eo uſus eſt Cornelius Nepos, ad quem vide Boſii indicem, qui alios etiam dabit auctorum locos. Sed amavit illud Livius inprimis, & quam ſæpe uſurparit, docebit te Drakenborchius ad XXV. 15. XXXIX. 8. Hic explica, *ex eadem ne Ameria?* ut apud Nepotem *indidem Thebis*, ex iiſdem Thebis, apud Livium *indidem ex Achaja*, ex eadem Achaja. Neque enim explanationis cauſa Tullius addidit Ameriam, ut vult Manutius, ſed quia ſic Latini loquuntur. Hoc verbum Erneſtus omiſit. Garaton.

Pretium dedit) *Pretium* dixit, pro *mercedem*. Nam hæc propria locutio fuit: niſi potius ad redemtionis conſuetudinem reſpexit. Hottomannvs. Nihil huc redemtiones faciunt, recteque *pretium* pro mercede, ac præmio maleficii ſumitur. Seneca Œdip. V. 634. *pretia ſævæ necis*, appoſite ad hunc locum. Sed hoc, ne ſeculi deterioris credas, Livianum eſt. Vide Gronovium, & Drakenborch. Ad Liv. XXVI. 40. & ſubtiliora etiam vide apud ipſum Gronovium II. obſervat. 25. Garaton.

His veſtigiis ad caput maleficii) Tranſlatum a venatoribus: qui ferarum veſtigiis preſequendis tandem ad earum latebras perveniunt. *Caput* tamen pro fonte, auctore poſuit. Hottom.

Ane-

terat eſſe, in ruſticis moribus, in victu arido, in hac horrida, incultaque vita iſtiuſmodi maleficia gigni non ſolere. Vt non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire poſſis: ſic non omne facinus in omni vita naſcitur. In urbe luxuries creatur; ex luxuria exſiſtat avaritia neceſſe eſt; ex avaritia erumpat audacia; inde omnia ſcelera, ac maleficia gignuntur. Vita autem hæc ruſtica, quam tu agreſtem vocas, parſimoniæ, diligentiæ, juſtitiæ magiſtra eſt.

28. Verum hæc miſſa facio. Illud quæro, is homo, qui, ut tute dicis, numquam inter homines fuerit, per quos homines hoc tantum facinus, tam occultum, abſens præſertim, conficere potuerit. Multa ſunt falſa, judices, quæ tamen argui ſuſpicioſe poſſunt: in his rebus ſi ſuſpicio reperta erit, culpam ineſſe concedam. Romæ Sex. Roſcius occiditur, cum in agro Amerino eſſet filius: litteras, credo, miſit alicui ſicario, qui Romæ noverat neminem. Arceſſivit aliquem. At quando? Nuncium miſit. Quem? aut ad quem? Pretio, gratia, ſpe, promiſſis induxit

ANONYMI.

Frugem neque arborem) Quia de ruſticitate loquitur, exempla ponit arborum.

VARIORUM.

Luxuries creatur) Propter urbis celebritatem: ubi autem ſolitudo eſt, neque convivia agitantur, neque alii ejuſdem generis ſumtus fiunt. Obſervanda etiam verborum copia, *luxuries naſcitur*, *creatur*, *exſiſtit*, *erumpit*, *gignitur*. HOTTOM. Liv. præfat. *Nuper divitiæ avaritiam, & abundantes voluptates deſiderium per luxum atque libidinem pereundi, perdendique omnia invexere*. GRAVIUS.

Quam tu agreſtem vocas) Contumelioſius igitur agreſtem, quam ruſticam: nimirum quia rura culta ſunt: unde vita conſuetudine fit humanior. At agri extra rura deſerti & inculti, in quibus ſolæ feræ degunt. Atque illud eſt, quod mox infert: *Is homo* (*ut tute dicis*) *numquam inter homines fuerit*. HOTTOM.

Arceſſivit aliquem. At quando?) Nulla hic lectionis varietas adnotatur. Tamen Priſcianus ed. cit. p. 902. legit. *Arceſſivit aliquem? Quem, aut quando?* Sic ſtatim: *nuncium miſit. Quem? &c.* Et ſic porro legendum, qui locum attente perpenderit, certe fatebitur. Facile quoque intelligitur poſtremum *quem* a priori abſorptum fuiſſe, tam pervulgato MSorum errore, ut amplius probari non debeat. Vide ad Action. IV. in Verr. c. 3. Tum illud *aut* ſenſum perturbaſſet, ablato *quem*, niſi in *at* abiiſſet, quod illi erat affine. Notam vero interrogationis poſt *aliquem* Priſcianus habet. Quid eſt enim, quod ex tribus orationis membris, quæ ſimiliter conformari prorſus debent, duo priora nota illa careant, tertium non item? Tertium enim eſt hoc: *pretio &c. induxit aliquem?* Profecto aut cuncta interrogare debent, aut, quemadmodum in ed. MCCCCLXXX. omnino nulla. GARAT.

duxit aliquem? Nihil horum ne confingi quidem poteſt, & tamen cauſa de parricidio dicitur. Reliquum eſt, ut per ſervos id admiſerit. O dii immortales, rem miſeram, & calamitoſam! quod in tali crimine innocenti ſaluti ſolet eſſe, ut ſervos in quæſtionem polliceatur, id Sex. Roſcio facere non licet: vos, qui hunc accuſatis, omnes ejus ſervos habetis: unus puer, victus quotidiani adminiſter, ex tanta familia Sex. Roſcio relictus non eſt. Te nunc appello, P. Scipio, te, Metelle, vobis advocatis, vobis agentibus, aliquoties duos ſervos paternos in quæſtionem ab adverſariis Sex. Roſcius poſtulavit. Meminiſti ne te, T. Roſci, recuſare? quid? ii ſervi ubi ſunt? Chry-

ANONYMI.

Te nunc Scipio) Metellus Scipio urgebat, ut ſervi Roſcii torquerentur, & ex his quæreretur, a quo pater eſſet occiſus.

VARIORUM.

Et tamen cauſa de parricidio dicitur) Mire dixit, pro, tamen dubitatur, an Roſcius parricidium commiſerit. Nam dubitatur de iis, quæ ambigua ſunt, & quæ aliquam utraque ex parte ſimilitudinem habent. HOTTOM.

Quod in tali crimine innocenti) Paſſerat. legendum putat, *nocenti*. LAMB.

Ut ſervos in quæſtionem polliceatur) Moris fuit, ut qui reus alicujus criminis argueretur, ſervos ſuos in quæſtionem daret: in caput autem ipſius numquam, niſi eo petente, ac poſtulante, quæreretur. Eoque illud reſpicit, quod ipſe ſcribit in Partitionibus: *Multi etiam ſuam vitam neglexerunt, ut eos, qui his cariores, quam ipſi ſibi, eſſent, liberarent*. Et eodem rurſus libro: *De noſtrorum etiam prudentiſſimorum hominum inſtitutis, qui de ſervis in dominos quæri noluerunt*. HOTTOM.

Ex tanta familia) Ex tam multis ſervis. Nam (ut ipſe ait in orat. pro Cæcina) *familia eſt ſervorum multitudo*. HOTTOM.

P. Scipio, te Metelle) Magis crederem hos judices eſſe, quam advocatos Roſcii: ſcilicet, qui ante conſtitutum judicium operam ſuam in controverſia ſedanda poſuerint. IDEM. Cur Metellum nominat poſt Scipionem? Nimirum dignitatis ordo ſervatur: & ideo oratione pro Roſcio Comœdo, licet C. Calpurnius Piſo ſolus judex eſſet in ea cauſa, ipſe autem ſibi advocaſſet M. Perpernam, prius tamen appellatur a Cicerone Perperna, quippe Conſularis, & Cenſorius, quam judex Piſo, qui nondum Conſulatum adeptus fuerat cap. 8. Quamobrem conſtat, hunc Metellum Roſcii advocatum Scipioni homini ad ſummum Prætorio non fuiſſe dignitate parem, adeoque alium quemlibet ſignificari, quam Nepotem illum Conſularem, quem Manutius putat, potius, inquam, ſignificari vel Creticum, vel Celerem, vel alium denique. Vide ad cap. 6. FERRAT.

Meminiſti ne te, T. Roſci, recuſare?) Eſt a Victorina editione, cui proxime accedunt primæ memoriæ impreſſi, item MSi noſtri, in quibus, *Meminiſti ne T. Roſci recuſ.* Vulgata, *Meminiſtis ne T. Roſcium recuſare*: pro noſtra facit locus ſimilis infra cap. 41. pr. GRUTERUS. Naugeriana editio emendantis hic redolet manum. MSus Iannoctii *meminiſti te*. Nomen T. Roſcii exaratum haud raro per compendium fuit, ut quo caſu poſitum ſit, plane ignores. Sic in ed. MCCCCLXXX. Codicum varietas locum corruptum arguit; hique Naugerio certe plus, quam vulgatæ, favent. GARATON.

Apud

Chryſogonum, judices, ſectantur: apud eum ſunt in honore, & in pretio: etiam nunc, ut ex his quæratur, ego poſtulo, hic orat, atque obſecrat: quid facitis? cur recuſatis? Dubitate etiam nunc, judices, ſi poteſtis, a quo ſit Sex. Roſcius occiſus: ab eo ne, qui propter illius mortem in egeſtate, & inſidiis verſatur, cui ne quærendi quidem de morte patris poteſtas permittitur: an ab iis, qui quæſtionem fugitant, bona poſſident, in cæde, atque ex cæde vivunt. Omnia, judices, in hac cauſa ſunt miſera, atque indigna: tamen hoc nihil neque acerbius, neque iniquius proferri poteſt: mortis paternæ de ſervis paternis quæſtionem habere filio non licet: ne tamdiu quidem dominus erit in ſuos, dum ex iis de patris morte quæratur. Veniam, neque ita multo poſt, ad hunc locum: nam hoc totum ad Roſcios pertinet, de quorum audacia tum me dicturum pollicitus ſum, cum Erucii crimina diluiſſem.

29. Nunc, Eruci, ad te venio: conveniat mihi tecum neceſſe eſt, ſi ad hunc maleficium iſtud pertinet, aut ipſum ſua manu feciſſe, id quod negas: aut per aliquos liberos, aut ſervos: liberos ne? quos neque ut convenire potuerit, neque qua ratione inducere, neque ubi, neque per quos, neque qua ſpe, aut quo pretio, potes oſtendere. Ego contra oſtendo, non modo nihil eorum feciſſe Sex. Roſcium, ſed ne potuiſſe quidem facere: quod neque Romæ multis annis fuerit, neque de prædiis umquam temere diſceſſerit. Reſtare tibi videbatur ſervorum nomen,

ANONYMI.

Veniam neque ita poſt ad hunc locum) Hunc locum Cicero differt, ut contra Roſcios reſpondeat. Nam modo ſe dicit impediri perſona Erucii: modo, inquit, reſpondeam Erucio, poſt ad Roſcios veniam. Vult autem quærere, quomodo factum ſit parricidium.

VARIORUM.

Apud eum ſunt in honore, & in pretio) Ne proderent auctores cædis. Vide cap. 41. FACCIOLAT.

Dubitate etiam nunc, judices, ſi poteſtis) Quidam ſic legi malunt, cum interrogatione, *dubitare etiam nunc, judices, poteſtis, a quo &c.* LAMBIN.

In cæde atque ex cæde vivunt) Hoc illud eſt, quod poſtea dicet: *Qui omni tempore in prædis, & ſanguine verſabantur.* HOTTOM. Quia ſicarii ſunt, & ſectores, ut eſt in capite ſequenti. FACCIOLAT.

Ne tamdiu quidem dominus erit in ſuos) Licet hæc etiam legere per interrogationem. LAMBIN.

nomen, quo, quaſi in portum, rejectus e ceteris ſuſpicionibus, confugere poſſes: ubi ſcopulum offendis ejuſmodi, ut non modo ab hoc crimen reſilire videas, verum omnem ſuſpicionem in voſmetipſos recidere intelligas. Quid eſt ergo, quo tandem accuſator inopia argumentorum confugerit? Ejuſmodi tempus erat, inquit, ut homines vulgo impune occiderentur: quare tu hoc propter multitudinem ſicariorum nullo negotio facere potuiſti. Interim mihi videris, Eruci, una mercede duas res aſſequi velle: nos judicio perfundere: accuſare autem eos ipſos, a quibus

Ejuſmodi tempus erat, inquit, ut homines impune occiderentur) Significat tempus Sullaoarum proſcriptionum, quibus, ut dixi, præmium erat percuſſoribus publice propoſitum. Hottom.

Interim mihi videris Eruci) *Interdum* vetus liber habet: & ioſra, *perſequar*, pro *proſequar*. F. Vasin.

Una mercede duas res aſſequi velle) Translate dictum, pro una eademque opera, quam quaſi *mercedis* loco perſolvis, ac ſi diceret, unius accuſationis labore. Neque enim adduci poſſum ut putem eam *mercedem* ſignificari, quam illi a Chryſogono perſolutam eſſe ſcribit: quom & ſenſus foret ineptiſſimus, & laudi potius quam vitio duci oporteret, ſi pro *una mercede* quam acciperet, duplicem laborem ſumeret. Hottom. Hic merces operæ ſumitur pro opera ipſa, ut putat Hottomannus. Quod ut credam, valde me movet verbum *aſſequi*, non ratio ipſa, quæ ab Hott. affertur. Non male taoieo interpretabitur, opinor, qui dicat, *τὸ mercede* referri ad verba illa, *a quibus mercedem accepiſti*; itaque eadem ſignificatione uſurpari. Pulcritudo enim figuræ in eo eſt, quod mercede Chryſogoni Chryſogoou m accuſet. Facciolat.

Nos judicio perfundere) *Perfundi* proprie dicimur liquoribus, ut ille Philodamus, qui a Rubrio aqua calida perfuſus dicitur, Verr. III. Elegauter autem ad animum transfertur: ut quum dicitur *perfundi voluptate, ſuavitate, mæſtitia*. Cicero ad Atticum: *Dii immortales! quis me horror perfudit?* Quia figura dictum puto *judicio perfundere*, pro metu & formidine perfundere, qua, qui in judicium vocati ſunt, afficiuntur. Senſus eſt enim: quum interfectum dicas Roſcium a ſicariis, revera Titos Roſcios accuſas, ſicarios, & gladiatores certiſſimos, quum tamen in judicium oos vocaris, & nomen ooſtrum detuleris. Ita una opera unius accuſationis, duas res aſſequeris; nam & metu judicii nos afficis, & illos tameo accuſas. Hottom. *Perfundere* noo eſt judicii metu afficere, oec, ut Manutius vult, leviter adſpergere, & aliqua judicii moleſtia afficere, nec, ut alii voluut, perdere, ſed judicio obſcuro, in quo nihil clare liquidoque probetur, obruere. Videtur proprium in judiciis verbum fuiſſe *perfundere*, quo utebantur, cum non clare & diſerte aliquid oſtenderent, ſed obſcure & ambigue, ut cum hic Erucius diceret ſine ullo argumento, Roſcium occidiſſe Romæ per ſervos patrem. Hinc *perfuſorie dicere* apud Iuriſcooſultos, Vlpian. l. 5. §. 1. D. quod vi aut clam. *Debebit, & ita Labeo, & diem & horam denuntiatione complecti, & ubi, & quod opus futurum ſit, neque perfuſorie aut obſcure dicere, aut denunciare, neque tam arctare adverſarium, ut intra diem occurrere ad prohibendum non poſſit.* *Perfuſorie dicere* eſt, denunciare tantum te aliquid facturum eſſe, ſed uoo plane & clare ubi, & quid facturus ſis. Scævola io l. 69. §. 5. D. de evictionibus: *Si quis in venditione ſtatu liberum perfuſorie dixe-*

vit

Digitized by Google

bus mercedem accepiſti. Quid ais? vulgo occidebantur? per quos? & a quibus? nonne cogitas, te a ſectoribus huc adductum eſſe? Quid poſtea? Neſcimus, per iſta tempo-

rit, conditionem autem libertatis celaverit, emti judicio tenebitur, ſi neſcierit emtor. Et paullo poſt: *Sicuti qui fundum tradit, & cum ſciat certam ſervitutem deberi, perfuſorie dixerit, itinera, actus, quibus ſunt, utique ſuat, recte recipitur, evictionis quidem nomine ſe liberat, ſed quia decepit emtorem, emti judicio tenetur*. Hinc *aſſertiones perfuſoriæ*. Sueton. in Domitiano cap. 8. *Recuperatores ne ſe perfuſoriis aſſertionibus accommodarent, identidem monuit*. Sic enim ibi reſtitui ea Memmiano codice hanc vocem, quam & in Turonenſi Caſaubonus, & in duobus aliis ſe reperiſſe tradit Cujacius. *Aſſertiones perfuſoriæ* ſunt obſcuræ, non claræ & liquidæ, uti patet ex legibus allatis. Nec aliud hic puto eſſe *perfundere judicio*, quam argumentis perſuſoriis uti in probando parricidio Sexti Roſcii. A *perfundo* ſane eſt *perfuſorius*. Hæc perſuſoria argumenta in præcedentibus capitibus 27. & 28. exagitavit egregie Cicero. Sic de hoc loco cogitabam. Sed cum accuratius eum poſt perpendi, nihil aliud videtur velle ſignificare Cicero, quam nos in judicium, ſive in jus vocare, accuſare vero Roſcios, & Chryſogonum. Nam ut *lætitia perfundere* eſt afficere lætitia, ſic *perfundere judicio* eſt, ſi ita loqui liceat, judicio afficere, quod eſt, in jus vocare, accuſare. GRÆVIUS. *Nos judicio perfundere*, h. e. ſpeciem quamdam judicii nobis offundere, revera autem eos accuſare &c. Eſt enim hoc in loco *perfundere* quaſi leviter adſpergere: qua ſignificatione uſurpatur *perfuſorius* a Seneca epiſtola XXIII. *Hæc, quibus delectatur vulgus, tenuem habent, ac perfuſoriam voluptatem*. Species igitur exterior judicii hujus offundebatur Sex. Roſcio, ratio, & vis interior tota videbatur in adverſarios converſa. FACCIOL.

ANONYMI.

Quid ais Eruci, vulgo occidebantur) Dum quæreret Cicero, per quos Roſcius patrem ſuum occidere potuiſſet, dicebat adverſariis.

Sectores) Dicuntur, quia bona proſcriptorum emunt. Hic ut adverſarios tangeret, hoc dixit: neſcis Eruci hoc tempore eſſe ſectores collorum & bonorum: nam adverſarii occiderunt Roſcium, & bona ejus emerant tamquam proſcripti.

VARIORUM.

Quid ais? vulgo occidebantur homines?) *Quid ais?* inquit Cicero; hoccine ais, vulgo occidebantur homines? Iterat orator ex perſona ſua per interrogationem, quæ paullo ante dixerat Erucius ex ſua. Ibi: *Ejuſmodi tempus erat*, inquit, *ut homines vulgo impune occiderentur*, &c. Quod autem Cl. Puteanus vult hæc ſcribi ſine interrogationis nota, hoc modo, *vulgo occidebantur*; vel, *vulgo occidebantur homines*; & putat Erucii eſſe verba, in utroque ab eo diſſentio. Sunt enim acriora, & majorem vim habent ex perſona Ciceronis, ſic adverſarium urgentis: *Quid ais? hoccine ais, vulgo occidebantur homines?* & interrogationes ejuſmodi orationem reddunt magis vividam, & erectam. Contra altera lectio ſine interrogatione, ſupina quodam modo, & languida, & frigida eſt: ut omittam, quod inanis erit ταυτολογια, ſi, ut ſuperiora illa dicta ſunt cum enunciatione, hæc quoque ſimilem orationis formam obtinebunt. Atque hæc, quæ dico, niſi alio properarem, poſſum & hujus ipſius Ciceronis, & Demoſthenis exemplis innumeris demonſtrare. LAMBIN.

Te a ſectoribus huc adductum eſſe) Qui ſint *Sectores* declarat Aſconius his verbis: *Sectorem autem dicit æſtimatorem redemtoremque bonorum damnati atque proſcripti, qui ſpem lucri ſui ſecutus, bona condemnatorum ſemel auctionatur*. Ex quibus verbis *ſectores* ab antiquo verbo *ſecare*, quod ſequi ſignificat, dictos eſſe apparet; quo verbo uſus eſt, teſte Servio, Virgilius

Digitized by Google

tempora, eoſdem fere ſectores fuiſſe collorum, & bonorum? Ii denique, qui tum armati dies, noctesque concurſabant, qui Romæ erant aſſidui, qui omni tempore in præda, & ſanguine verſabantur, Sex. Roſcio temporis illius acerbitatem, iniquitatemque objicient: & illam ſicariorum multitudinem, in qua ipſi duces, ac principes erant, huic crimini putabunt fore? qui non modo Romæ non fuit, ſed omnino quid Romæ ageretur, neſciret, pro-

lib. Æneidos X. *Quæcumque eſt fortuna hodie, quam quiſque ſecat ſpem*. Ex quo verbo ſine dubio declinata hæc quoque ſunt, *Secta*, & *Sector*, & *Sectio*, ut *Sectores* nomen ex eo reperiſſe videantur, quod judicia & reos ſectarentur, quorum damnatorum bona auctione coemerent. Nam quod proxime dicit, eoſdem fuiſſe *ſectores collorum, & bonorum*, ludit ancipiti ſignificatione vocabuli: ut in ſimilibus locis innumeris. Et alludit ad *Secutores*, quod fuit gladiatorum genus, qui iidem & *Mirmillones* dicebantur. Sueton. Calig. *Retiarii quinque totidem ſecutoribus ſuccubuerant*. HOTTOM.

Quid poſtea?) *Poſtea* pro *præterea*. ut in Orat. pro Cæcina. Infra: *Poſtea cur Ebuci de iſto potius fundo, quam de alio Cæcinæ denuntiabas?* Plautus in Mercatore.

Neſcio quid animo meo ægre eſt pater:
Poſtea nocte hac quievi non ſatis ex ſententia. IDEM.

Iannoctii codex, *Quid poſtea? Neſcis &c.* Sic etiam legit interpres vetus anonymus. Lectio ſane probanda: ut Erucium interrogare pergat oratio. *Nonne cogitas &c.? Quid poſtea? Neſcis &c.?* Nonne concinnum hoc erit? Argumentatio enim ea eſt, qua ſæpe utitur in ſamiliari ſermone Terentius, ut omnes norunt: cujus quidem vim illo ſuo *præterea* Hottomannus infringit. *Quid poſtea?* enim hoc loco valet, *quid inde?* Quaſi Erucius reſponderit: *cogito*, vel *ſi cogitem*, *quid inde?* Conceſſio enim alterius ſupponitur; ut in Adelphis V. VIII. 6. ait Demea: *primum hujus uxoris eſt mater*; & Micio reſpondet, *quid poſtea?* In iiſdem IV. I. 13. Syrus, *cliens, amicus, hoſpes nemo eſt vobis?* Cteſipho, *ſunt: quid poſtea?* quo loco exprimitur ipſa conceſſio. In Eunucho II. III. 78. Parmeno, *capias tu illius veſtem*. Chærea, *veſtem? quid tum poſtea?* ubi etiam *tum* abeſt a MSis Lipſ. teſte Weſterhovio. Iam ſatis eſt: quid enim clarius? Eodem ſenſu infra cap. 33. ex T. Roſcii perſona, *quid poſtea, ſi Romæ aſſiduus fui?* Terentianum hoc eſſe, notavit etiam Verburgius. Sed quod ait de imitatione Terentii Tulliana, quis credat, cum hæc ex quotidiano ſermone cuique paterent? Aliis locis verba, & ſententias Terentio magis proprias a Tullio uſurpatas, nemo negabit: & vero comicorum poetarum dicta erant in ore omnium, qui non eſſent omnino rudes. GARAT.

Eoſdem fere ſectores fuiſſe collorum & bonorum) Ambiguum ineſt in voce, *ſectores*. Nam, ut docet Feſtus: *Sectores & qui ſecant, dicuntur, & qui emta ſua ſequuntur*. Quamvis autem non me prætereat licuiſſe olim creditoribus pluribus ex lege XII. tab. corpus debitoris in plures partes ſecare, ſi judicatum non faceret: & in illius ſectionis locum ſucceſſiſſe poſtea bonorum proſcriptionem, quæ infamiæ notam inurit; tamen non puto hic ſectores bonorum intelligi poſſe, qui bona ſecent, ſed qui bona ſequantur, & ſectentur: &, ut initio dixi, ſectores, hoc loco duobus modis accipiendos eſſe arbitror. Si quis tamen aliter ſentiet, non luctabor. LAMB. Sed recte *ſectores bonorum* ſunt, qui damnatorum & proſcriptorum bona emebant, & aliis plerumque iterum vendebant, ut dudum viri docti oſtenderunt. Vide & Salmaſ. de modo uſurarum c. 18. GRÆVIUS.

ANO-

Google

propterea quod ruri aſſiduus, quemadmodum tute confiteris, fuit. Vereor, ne aut moleſtus ſim vobis, judices, aut ne ingeniis veſtris videar diffidere, ſi de tam perſpicuis rebus diutius differam. Erucii criminatio tota, ut arbitror, diſſoluta eſt: niſi forte exſpectatis, ut illa diluam, quæ de peculatu, ac de ejuſmodi rebus commentitiis, inaudita nobis ante hoc tempus, ac nova objecit, quæ mihi iſte viſus eſt ex alia oratione declamare, quam in alium reum commentaretur: ita neque ad crimen parricidii, neque ad eum, qui cauſam dicit, pertinebant: de quibus quoniam verbo arguit, verbo ſatis eſt negare. Si quid eſt, quod ad teſtes reſervet, ibi nos quoque, ut in ipſa cauſa, paratiores reperiet, quam putabat.

30. Venio nunc eo, quo me non cupiditas ducit, ſed fides: nam ſi mihi liberet accuſare, accuſarem alios potius, ex quibus poſſem creſcere: quod certum eſt non facere, dum utrumvis licebit. Is enim mihi videtur ampliſſimus, qui ſua virtute in altiorem locum pervenit, non qui adſcendit per alterius incommodum, & calamitatem. Deſinamus aliquando ea ſcrutari, quæ ſunt inania; quæramus, ubi maleficium & eſt, & inveniri poteſt. Iam intel-

ANONYMI.

Deſinamus aliquando ea ſcrutari) Modo tranſlationem facit a furtiva re. Propoſuerat Cicero, ut de Chryſogoni potentia diceret, ſed quia vidit ſuperfluum, hoc dixit: deſinamus ea quærere, quæ ſunt inania; ad crimen veniamus, quod inveniri poteſt, id eſt, qui potuerit occidere Roſcium.

VARIORUM.

Ex alia oratione declamare) Io. Paſſeratius legendum exiſtimat, *ex aliena oratione declamare*; ego nihil muto. LAMBIN.

Neque ad eum qui cauſam dicit) Hoc dicitur ad tempus. Nam (ut Aſconius ſcribit) *pleraque crimina ex anteacta vita ſæpe firmantur: omnis enim confirmatio ex attributis perſonæ & negotio ſumi ſolet*. Ergo attributa perſonæ maxime in anteacta vita quæri ſolent, negotium in ipſo crimine. HOTTOM.

Venio nunc eo) Tranſitio ad ſecundum petitionis caput: ubi de Roſciorum audacia ſe dicturum propoſuit. IDEM.

Accuſarem alios potius, ex quibus poſſem creſcere) Nam qui nobili aliqua accuſatione quempiam damnabant, laudem eloquentiæ, ingenii, induſtriæ, probitatis apud populum conſequebantur: quæ via erat ad honores, & Rempub. certiſſima: ut libro de Off. II. & in Divinatione. IDEM. *Creſcere ex* vel *de aliquo* eſt alicujus detrimento ditiorem, potentiorem, celebriorem reddi; vide Manut. GRÆVIUS.

Is mihi videtur ampliſſimus, qui ſua virtute) Hinc graviter caſtigat Lacedæmonios Themiſtocles apud Iuſtinum II. 15. *Quod non virtute, ſed imbecillitate ſociorum potentiam quærerent*. IDEM.

intelliges, Eruci, certum crimen quam multis ſuſpicionibus coarguatur: tametſi neque omnia dicam, & leviter unumquodque tangam: neque enim id facerem, niſi neceſſe eſſet: & id erit ſigni, me invitum facere, quod non proſequar longius, quam ſalus hujus, & mea fides poſtulabit. Cauſam tu nullam reperiebas in Sex. Roſcio. At ego in T. Roſcio reperio: tecum enim mihi res eſt, T. Roſci, quoniam iſtic ſedes, ac te palam adverſarium eſſe profiteris. De Capitone poſt viderimus, ſi, quemadmodum paratum eſſe audio, teſtis prodierit: tum alias quoque ſuas palmas cognoſcet, de quibus me ne audiſſe quidem ſuſpicatur. L. Caſſius ille, quem populus Romanus veriſſimum, & ſapientiſſimum judicem putabat, identidem in cauſis quærere ſolebat, cui bono fuiſſet. Sic vita ho-

ANONYMI.

Alias quoque ſuas palmas) Translationem facit pugnæ gladiatoriæ, nam & ſuperius hoc dixit: palmas enim dicimus victorias gladiatorum. Senſus autem talis eſt: Capito ſi voluerit contra hos teſtimonium dicere; demonſtrem flagitia ipſius, quæ me ſcire non putat.

VARIORUM.

Quæramus, ubi maleficium & eſt) Ed. Veneta, *quæramus maleficium, ubi & eſt*. GARATON.

Certum crimen) Legendum fortaſſe eſt, *incertum*. LAMB. Lambinus putat legi poſſe *incertum*; omnino; ſi contrarium volumus inducere ejus, quod auctor tractat. GRUTER.

Iſtic ſedes) In accuſationis ſubſelliis. HOTTOM.

De Capitone poſt viderimus) Obſervandum eſt, non in omnibus cauſis teſtes fuiſſe ſimiliter interrogatos, ac diverſo tempore pro cauſarum diverſitate teſtimonium dixiſſe. Si judicium privatum eſſet, audiebantur teſtes, antequam oratores verba facerent: nam oratione pro Cæcina adverſariorum teſtimonia recenſentur, & qua Ciceronis interrogatione fracta fuerit Falculæ decimi teſtis audacia, etiam habetur. Si judicia publica forent, & criminalia, ubi accuſator, & reus peroraverant, tum demum teſtes prodibant, ut hic Capito nondum prodierat, cum jam cauſa diceretur: atque alia ſunt hujus generis ſexcenta. In repetundarum tantum cauſis, comperendinato reo, h. e. poſt primam actionem, teſtes interrogandi adverſariis dabantur, ut conſtat ex Verrinis, & Aſconii commentariis in eaſdem. FERRAT. Vide ad I. in Verr. cap. ult. GARAT.

Alias quoque ſuas palmas cognoſcet) *Palmæ* gladiatoribus victoribus in victoriæ ſignum dari ſolebant. Cædes igitur ab iſto factas complures ſignificat. Vide ſupra. HOTTOM.

L. Caſſius ille) De hoc ipſo Caſſio vide Aſconium in Milonianam c. 12. Valerius Maximus lib. III. c. 7. ejus tribunal propter nimiam ſeveritatem, *ſcopulum reorum* appellari ſolitum, memoriæ tradidit. IDEM.

Cui bono fuiſſet) Sic Lyſias, *Λογῳ χρεισπαγετικῳ ὑπερ τε σηκε. Παντες γαρ ανθρωποι τα τοιαυτα ουχ ὕβρεως, αλλα κερδȣς ἑνεκα ποιȣσι, και ὑμας εικος ὑτω σκοπειν, και τας αντιδικȣς εκ τȣτων κατηγοριας ποιεισθαι αποφαινοντας, ἡτις εστιν ωφελεια τοις αδικȣμασιν εγενετο*, &c. Id eſt: *Omnes enim homines talia non libidinis, aut petulantiæ, ſed quæſtus cauſa faciunt: & conſentaneum ac probabile eſt, vos ita quæ-*

Google

ta hominum eſt, ut ad maleficium nemo conetur ſine ſpe atque emolumento accedere. Hunc quæſitorem, ac judicem fugiebant, atque horrebant ii, quibus periculum creabatur: ideo, quod tametſi veritatis erat amicus, tamen natura non tam propenſus ad miſericordiam, quam implicatus ad ſeveritatem videbatur. Ego, quamquam præeſt huic quæſtioni vir, & contra audaciam fortiſſimus, & ab innocentia clementiſſimus, tamen facile me paterer, vel

quærere, ac ſpectare: & accuſatores ex his, criminationum, & accuſationum ſuarum firmamenta ſumere, demonſtrantes, quæ utilitas in facinoribus & maleficiis fuerit, LAMB.

Sic vita hominum eſt, ut ad maleficium) Hoc eſt, quod pervulgato dicto jactatur: Nemo gratis eſt improbus. GRÆVIUS.

Hunc quæſitorem ac judicem fugiebant) *Quæſitor* in publicis cauſis, Prætor is dicitur qui judicio præeſt, derivata ex eo appellatione, quod qui accuſatur, nocens ſit, an innocens, cum conſilio quærit, id eſt, cognoſcit. HOTTOM.

Quam implicatus ad ſeveritatem videbatur) *Implicatum* dixit, quaſi ſeveritate præpeditum, quo minus libere ac facile miſericordia uteretur. Nonnulli autem *inclinatus* repoſuerunt: quod mei libri manuſcripti repudiant, videturque a Ciceronis conſuetudine paulo alienius. IDEM. Nihil mutandum, & recta lectio eſt; opponitur enim hoc, *implicatus ad ſeveritatem*, id eſt, quaſi per vim inflexus, illi ſuperiori, propenſus ad miſericordiam. LAMB. Nihil variant MSi noſtri. Maoutii legunt *inclinatus*. Gulielmius conjiciebat *impacatus*. GRUT. Mallem ego, ſi quis conjecturæ locus, *implacatus ad ſeveritatem*, legi; ut *implacatus* ſit, qui non poteſt placari, implacabilis. Virg. III. Æn.

Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis Obſidet.

Implicatus ad ſeveritatem quid ſit, nullus Quiritium, ſi cui detur redire in dias luminis auras, intellexerit. GRÆV. Ita ne vero? Quis porro Quiritium illud concoqueret, *natura implacatus ad ſeveritatem*? Iam vero ſi ſcriptum eſſet *implicatus ſeveritate*, nemo vituperaret, opinor: ferri etiam poſſet, *ſeveritati*. De vi locutionis vide interpretes ad Virgil. Æneid. I. 660. & Drakenborch. ad Livium VII. 23. Dicimur implicari morbo, qui arcte nos habet, interiuſque pervadit. Quidni natura Caſſium ita ſeveritati prope immiſcuerit? Erit ne invenuſta translatio? Dicitur amicus benevolentia implicatus, qui eam non facile abjecerit. Cicero ad diverſ. VI. 12. Similiter Caſſius ſeveritatem non videbatur excutere poſſe. Quod etiam de morbo, dum urget, dicas profecto licet. At Livius XXXIII. 30. Q. *Mucium non tam in periculoſum, quam longum morbum implicitum* dixit, cui præiverat Cornelius Nepos in Ageſilao cap. 8. & in Cimone cap. 3. Rectum ergo illo ſenſu hic eſſet *implicatus in ſeveritatem*. Cur non igitur etiam *ad ſeveritatem*? Cur omnibus MSis obloquemur? Reponi facile poſſet *in*, atque *ad* vitio repetitum ex ſuperiori, atque huic oppoſita locutione dici poſſet. Sed quid eo eſt opus? Siquidem Latini ſermonis analogia præpoſitionem *ad* ferre videtur. Nonne dicimus *palo*, & *ad palum* alligare? Sic alia ſexcenta, ſi dativus hic non diſpliceat: qui a Virgilio l. c. videtur adhibitus, dum ait, *oſſibus implicat ignem*. Plura dici poſſent; verum nimius eſſe nolo. GARAT.

Huic quæſtioni & contra) *Huic quæſtioni vir & contra* omnes alii libri; & ſic emenda. Significat autem M. Fannium Prætorem hujus quæſtionis. HOTTOM.

Ab innocentia clementiſſimus) Id eſt, in cauſa innocentium, vel ex ea parte,

vel illo ipſo acerrimo judice quærente, vel apud Caſſianos judices, quorum etiam nunc ii, quibus cauſa dicenda eſt, nomen ipſum reformidant, pro Sext. Roſcio dicere.

31. In hac enim cauſa cum viderent, illos ampliſſimam pecuniam poſſidere, hunc in ſumma mendicitate eſſe; illud quidem non quærerent, cui bono fuiſſet: ſed eo perſpicuum crimen, & ſuſpicionem potius ad prædam adjungerent, quam ad egeſtatem. Quid ſi accedit eodem, ut tenuis antea fueris? quid ſi, ut avarus? quid ſi, ut audax?

parte, qua innocentiam perſpicit. Similis locutio lib. de Orat. I. *Sed vide, ne hoc, Scævola, totum ſit a me.* Et Tuſcul. II. *Quid enim dicant, & quid ſentiant hi, qui ſunt ab ea diſciplina, nemo ignorat.* Sic in Bruto, *Stare a Senatu, & a bonorum cauſa*, quod Græci dicerent πρὸς συγκλήτῳ. HOTTOM. *Ab innocentia clementiſſimus* eſt propter vitæ ſanctitatem, & integritatem clementiſſimus. Exempla, quæ affert Hottomannus, non faciunt ad hoc loquendi genus. Sed *ab innocentia clemens* dicitur, ut *imparatus a militibus & pecunia* in lib. VII. ad Att. ep. 15. Et in V. ad Att. ep. 18., *exercitus copioſus e frumento*; & ap. Liv. V. 45. *a ſecundis rebus incauti*. GRÆVIUS. Ego ſto ab Hottomanno, primum quia nemo eſt clemens in alios, quia ipſe integer; deinde quia membrum hoc debet opponi alteri, *contra audaciam fortiſſimus*; igitur *erga innocentiam clementiſſimus*. FACCIOL. Vellem, hanc loquendi formam exemplis Facciolatus probaſſet, quod nec Hottomannus potuit. Grævius contra elegantem, Livio, Tullioque dignam locutionem ſecutus eſt. Præterea partem integritatis clementiam eſſe poſſe, quis negaverit? Nimirum Fannii hujus probitati non ea, quæ olim Caſſio defuit, clementiæ laus deerat. Eo, quem Hott. amat, ſenſu videtur Cicero fuiſſe dicturus *in innocentia*, ut epiſt. ad diverſ. III. 8. *quod in te benemerito grati eſſent*. Niſi forte aurium cauſa pro *in* poſuit *ab*. Videntur enim boni auctores aliquando *in*, & *ad*, *in*, & *ab* promiſcue adhibuiſſe. GARAT.

Judice quærente) *Judicem*, ut opinor quæſtionis ſignificat: de quo ſuperius diximus. HOTTOM.

Sed eo perſpicuum crimen, & ſuſpicionem) Hoc quid ſit, non intelligo. Mihi corrigendum videtur, *Sed & perſpicuum*. Et ſenſus eſt planiſſimus. Potius crimen adjungeret ad prædam, quam egeſtatem. IDEM. *Sed eo perſpicuo, crimen*) Aſſentior Cl. Puteano, qui ita legendum cenſet. Nam vulgati habebant, *ſed eo perſpicuum crimen, & ſuſpicionem*. Paſſeratius mavult legi, *ſed adeo perſpicuum crimen, &c.* quod non probo. Hottomannus autem, quem olim ſecutus eram: *ſed & perſpicuum crimen, & ſuſpicionem, &c.* quæ lectio ob eam cauſam maxime nunc a me rejicitur, quod, ut recte judicat Cl. Putean. oratio creſcere debet, non contra. At in hac lectione, quam probat Hottomannus, oratio decreſcit; plus eſt enim crimen perſpicuum, quod priore loco ponitur, quam ſuſpicio, quæ vox poſterius ſequitur. LAMBIN. Cum tam editi quam ſcripti libri hic nulla varietatis veſtigia præ ſe ferant, non recedendum a vulgata ſcriptura, cujus hæc eſt ſententia. Quoniam viderent illos Roſcios ampliſſima bona poſſidere, hunc in ſumma paupertate vivere, ideo perſpicuum crimen cædis Sextianæ, & ſuſpicionem, qui illam cædem commiſerit, adjungerent potius ad prædam, quam ad egeſtatem, hoc eſt, illos potius hujus cædis ſuſpe-

Digitized by Google

audax? quid ſi, ut illius, qui occiſus eſt, inimiciſſimus? num quærenda cauſa, quæ te ad tantum facinus adduxerit? Quid ergo horum negari poteſt? Tenuitas hominis ejuſmodi eſt, ut diſſimulari non queat: atque eo magis eluceat, quo magis occultatur. Avaritiam præfers, qui ſocietatem coieris de municipis, cognatique fortunis cum alieniſſimo. Quam ſis audax (ut alia obliviſcar) hinc omnes intelligere potuerunt, quod ex tota ſocietate, hoc eſt, ex tot ſicariis, ſolus tu inventus es, qui cum accuſatoribus ſederes, atque os tuum non modo oſtenderes, ſed etiam offerres. Inimicitias tibi fuiſſe cum Sex. Roſcio, & magnas rei familiaris controverſias, concedas neceſſe eſt. Reſtat, judices, ut hoc dubitemus, uter potius Sex. Roſcium occiderit: is, ad quem morte ejus divitiæ venerint, an is, ad quem mendicitas: is, qui antea tenuis fuerit, an is, qui poſtea factus ſit egentiſſimus: is, qui ardens avaritia feratur infeſtus in ſuos, an is, qui ſemper ita vixerit, ut quæſtum noſſet nullum, fructum autem

ſuſpectos haberent, qui hujus bona invaſerunt, & rapuerunt, quam qui amiſſis bonis eſt pauperrimus. *Eo* hic eſt ideo, ut apud Plautum in Bacchidibus II. 3.

Non me fefellit, ſenſi: eo examinatus fui.

Paullo poſt:

---- *Nec mihi credere*

Nec cuiquam in navi voluit; eo ego neſcio

Quantulum attulerit.

Cic. in ep. *eo non pluribus ad te ſcripſi*; & ſic ſæpe. GRAV.

ANONYMI.

Quid ergo horum negari non poteſt) Modo probat omnia quæ dixit.

Reſtat judices ut hoc dubitemus) Ibi accuſavit, modo comparat, & dicit, quia magis Roſcius Capito potuerit occidere, quam filius.

VARIORUM.

Num quærenda cauſa, quæ) Ed. MCCCCLXXX. *Num quærendo, quæ te ad tantum facinus adduxerint? Quid igitur horum &c.* GARAT.

Avaritiam præfers) Præfers, id eſt, præ te fers: aut legendum, *præ te fers*. LAMBIN. *Avaritiam præfers*) *Præ te fers* eſt in manuſcripto, & ita videtur melius. F. VRSIN. Malim *præ te fers*, ut in MSo Vrſini. FACCIOL.

Vt hoc dubitemus) *Dubitemus*, cogitemus, conſideremus. Virgil. IX. Æneid. *Percipe porro Quid dubitem, & quæ nunc animo ſententia ſurgat*. Id eſt, cogitem, inquit Servius; omnis enim cogitatio in dubitatione eſt ante ſententiam. HOTTOM. *Dubitare* eſt cogitare, deliberare, ut apud Sueton. Claud. 33. *Dubitavi adhibitis principibus, an obtemperarem*. Iuſtin. XXI. 1. *Diu dubitavit, an imperium deponeret, an bello reſiſteret*. GRAVIVS.

Vt quæſtum noſſet nullum, fructum autem eum ſolum) *Quæſtum* & *fructum* ita diſtinguere videtur, ut *quæſtus* pecuniæ ſit, & mercium: *fructus* vero agrorum. Sic lib. Tuſcul. IV. *Nam ut quæſtuoſa mercatura, fructuoſa aratio dicitur, non ſi altera ſemper omni damno, altera omnis calamitatis ſemper vacet, &c.* Vlpianus ſimiliter & Paulus l. 7. & aliquot inſequentibus, D. Pro ſocio:

tem eum ſolum, quem labore peperiſſet: is, qui omnium ſectorum audaciſſimus ſit, an is, qui propter fori judiciorumque inſolentiam non modo ſubſellia, verum etiam urbem ipſam reformidet: poſtremo, judices, id quod ad rem, mea ſententia, maxime pertinet, utrum inimicus potius, an filius.

32. Hæc tu, Eruci, tot & tanta ſi nactus eſſes in reo, quamdiu diceres? quo te modo jactares? tempus, hercule, te citius, quam oratio deficeret. Etenim in ſingulis rebus ejuſmodi materies eſt, ut dies ſingulos poſſis conſumere. Neque ego non poſſum: non enim mihi tantum derogo, tametſi nihil arrogo, ut te copioſius, quam me, putem poſſe dicere: verum ego forſitan, propter multitudinem patronorum in grege annumerer: te pugna Cannenſis accuſatorem ſat bonum fecit. Multos cæſos

cio, *quæſtum* eſſe ſtatuunt, qui ex opera & induſtrla cujuſque obvenit. HOTTOM.

ANONYMI.

Pugna Cannenſis accuſatorem) Non intelligebant judices, quid eſſet pugna Cannenſis, ſed emendavit, & præſens exemplum protulit. MVLTOS, inquit, CÆSOS VIDIMVS accuſatores, non apud Servilium lacum cæſos; quia dixerat *pugna Cannenſis*, dicit cæſos, quod eſt pugnæ.

VARIORVM.

Propter fori judicioeumque inſolentiam) *Inſolens*: Inſolitus. Terentius. *Quid tu Athenas inſolens?* Cicero: *Moveor etiam loci inſolentia*; contrarium eſt conſuetudini. HOTTOM.

Vtrum inimicus) Ed. SS. *uter*, *inimicus*. Sane initio hujus periodi legitur, *uter potius*, nec ab ea loquendi forma, qua cœptum ſit, recedendum aliquis exiſtimabit. Ego nihil puto intereſſe. GARAT.

Hercule) Alii *mehercule*, vet. codex *mercule*. LAMB. Ed. Veneta *hercle*. GAR.

In grege annumerer) Vt ſim unus ex multis: quem πολλοστον a Græcis nominari alio loco docuimus. HOTTOM. IV. MSi *in gregem annumerer*. GRVTER. Quod eſt fortaſſe amplectendum. MSi enim literam finalem *m* facilius omittunt, quam addunt. Probe Latinum hoc eſt, licet inſolens, & hoc etiam loco gratius auribus meis accidit. Vide ad Or. pro Quint. c. 30. Sic edebatur Philipp. XI. cap. 1. *in beneficii partem numeretur*, quod tamen ex ſuis MSis Ferratius mutavit. Sed ibi de hoc videbimus. Vt rem accurate cognoſcam, plurium ſane codicum ſubſidia deſidero. Nunc ita iis, qui habent *in gregem*, ego faveo, ut lectionem alteram tamen Latinitate non interdicam, quod fecit Heinſius. Vide Indicem V. C. Erneſti. GARAT.

Te pugna Cannenſis accuſatorem ſat bonum) Æmilius Paulus, Terentius Varro Coss. victi ſunt ab Annibale memorabili prælio ad Cannas commiſſo. Quadraginta millia peditum, duo millia ſeptingenti Equites, & tanta prope civium ſociorumque pars cæſi dicuntur: in his Conſul Æmilius, Quæſtores duo, XXI. Tribuni mil. Conſulares quidam, Prætoriique, & Ædilitii. Hæc ex Polybii lib. III. & Livii XXII. Ergo hæc ἀλληγορικῶς a Tullio dicuntur, & ſignificant maximam eorum cædem eſſe factam, qui accuſare conſueverant. Nam ut poſtea demonſtrat, proſcriptione Sullana, qui civium bona diripiebant, accuſatores etiam ſuſtulerant, ne ab iis poſtea in judi-

ſos non ad Thraſimenum lacum, ſed ad Servilium vidimus.

judicium vocarentur. Et magnum imperfectorum numerum fuiſſe oſtendit, cum eam cædem cum clade Cannenſi comparat. Senſus eſt igitur: Ego quia multi patroni appellantur, fortaſſe in eorum grege adnumerabor: tibi, quia accuſatores præter te nulli ſunt, fortaſſe hoc nomen imponetur, & fat bonus accuſator eſſe videbere. Hæc cum jampridem ſcripſiſſem, poſtea in Arnobii quinto adverſus gentes, locum hunc obſervavi: *Numquid bellum Iliacum in Socraticam verti condemnationem poteſt? aut pugna illa Cannenſis proſcriptio fieri, crudelitaſque Sullana? poteſt quidem proſcriptio (quemadmodum Tullius ludit) pugna dici, appellarique Cannenſis.* HOTT. Cum pugna Cannenſi orator comparat cædem Marianorum a Sullanis factam. Cur? Alii putant, quia maxima ea cædes fuerit: Menardus, quod cladis Cannenſis commemoratio Cinnani exercitus internecionem audientium animis offerat, quaſi luſus quidam ſit in verbis *Cannenſis, & Cinnanenſis*. Ego quoque mihi videor excogitaſſe aliquid non abs re. Exiſtimo enim pugnæ Cannenſis mentionem fieri, non ob ipſam pugnam, ſed ob ea, quæ pugnam conſecuta ſunt. Quemadmodum enim poſt illam pugnam coactus eſt Romanus Dictator etiam prætextatos armare, atque adeo ſervos ipſos inopia liberorum capitum, ut narrat Livius XXII. 57. ita etiam poſt Sullanam ſtragem vel inepti homines cœperunt accuſare, atque inopia bonorum videri boni. Itaque non tu, Eruci, bonus accuſator es, inquit Tullius, ſed bonum te facit pugna illa Cannenſis, quæ bonos ſuſtulit. FACCIOL.

ANONYMI.

Traſimenum lacum) Traſimenum fluvium dicit, ubi Annibal Romanum peremit exercitum.

Servilium vidimus) Vbi Sulla inimicos ſuos occidit.

VARIORVM.

Non ad Thraſimenum lacum) Anno ante illos, quos modo nominavimus, Conſules, C. Flaminius Cos. inſidiis ab Annibale circumventus, ad Thraſimenum lacum, qui eſt in agro Peruſino, cum exercitu cæſus eſt. Deſiderata ſunt in eo prælio quindecim millia Romanorum, qui magna ex parte immota acie, ad extremum, ut Romani moris erat, perſtiterunt. Polyb. lib. III. Livius lib. XXII. HOTTOM.

Sed ad Servilium) *Lacum* modo *lacunam* dicit, ubi aqua continebatur. Nam Varro docet, ſemper lacum portis additum (inquit Donatus) ſcilicet ob uſum jumentorum exeuntium & introeuntium: præterea ut adverſus hoſtilem ignem portis de proximo ſubveniretur. Ergo *lacus Servilius* Romæ fuit (ut apud Feſtum Pompeium: quo tamen loco libri corrupti ſunt) a conditore *Servilio* nominatus, in quo hydræ effigies fuit, poſita a M. Agrippa. Seneca in libro de divina providentia cap. 3. *Videant* (inquit) *largum in foro ſanguinem & ſupra Servilianum lacum (id enim proſcriptionis Sullanæ ſpoliarium eſt) ſenatorum capita: & paſſim vagantes per urbem percuſſorum greges, & multa millia civium Romanorum uno loco poſt fidem, imo per ipſam fidem trucidata. Quid ergo? felix eſt L. Sulla, quod illi deſcendenti ad forum gladio ſubmovetur, quod capita conſularium virorum patitur oſtendi, & pretium cædis per Quæſtorem ac tabulas publicas numerat.* HOTTOM. *Sed ad Servilium*) Quamquam non eſt mei inſtituti locos obſcuros declarare, hunc locum tamen lubet aliquanto planiorem facere ex Adriano Iunio, qui in libris Animadverſionum duos locos profert, unum ex Iulio Firmico, alterum ex Seneca, multum huic loco lucis afferentes. Sic igitur Firmicus lib. I. Matheſeos: *Visne, aliquid tibi, quia in Sullanis temporibus verſamur, de lacu Servilio referam? in quo multorum ſenatorum capita ad oſtentationem immaniſſimi facinoris, ſectis cervicibus pependerunt.* Seneca lib. ſingulari de Divina providentia, quem locum apud Hottomannum paulo ante laudatum videbis. LAMB. Vides hujus loci expoſitionem deberi Adriano Iunio, quem vide lib. II. Animadv. c. 7. Omnia tamen Iunii cum pulviſculo in ſuas

Digitized by Google

mus. *Quis ibi non eſt vulneratus ferro Phrygio?* non neceſſe eſt omnes commemorare, Curtios, Marios, denique Mamercos, quos jam ætas a præliis avocabat: poſtremo Priamum ipſum, ſenem Antiſtium: quem non modo ætas, ſed

ſuas notas converrit Paullus Manutius, nulla Iunii mentione facta. GRÆV.

ANONYMI.

Ferro (1) *Phrygio*) In Ennio hæc fabula inducitur Achillis; quo tempore propter Briſeidem cum Græcis pugnare noluit; quo etiam tempore Hector claſſem eorum incendit; in hac pugna Vlyſſes vulneratus inducitur, & fugiens (2) Achillem venit; cum interrogaretur ab Ajace, cur fugiſſet, ille ut celaret dedecus vitium: Quis enim vulneratus ferro frugio; & quo tendit hæc fabula? ſcimus, Sullam in pueritia turpiſſimum fuiſſe, unde Salluſtius dixit: *mox tanta flagitia in tali viro pudet dicere*. (3) Frugies autem dicuntur infames.

Curtios, Marios) Iſti omnes accuſatores.

VARIORVM.

Ferro Phrygio) Sic accipio, Gladiis ſervorum Phrygum; nam ex Phrygia venales novitii plurimum adducebantur: unde illud apud Athenæum, *ανδραποδ' εκ Φρυγιας, απο Αρκαδιας επικουρος*. Herodianus etiam libro primo, ſervorum Phrygum mentionem facit, qui Romæ frequenter ſub præcone ſubjecti, auctione vendebantur. HOTTOM. Verba ſunt Vlyſſis apud Ennium, ut ſcribit vetus Scholiaſtes, excuſantis ſe, quod vulneratus ex pugna fugiſſet in Achillis tentorium. Porro *Phrygium* dicit ferrunt Sullæ vel ea de cauſa, ut mores ejus notet: Phryges quippe impuri, & flagitioſi. FACCIOL. Addendum hoc Ennianis fragmentis: deeſt enim; niſi me in editione Heſſeliana quærentem fugit. GARAT.

Curtios, Marios, denique Mamercos) Notos accuſatores illius ætatis, qui omnes *ferro Phrygio* interfecti ſunt. IDEM. *Curtios, Marios, denique Mamercos*) Veteres libri pro *Mamercos*, partim habent *Mammeos*, partim vero *Memmeos*, ut dubitandum non ſit quin *Memmios* legi debeat; qua quidem lectione nihil poteſt huic loco aptius excogitari: fuerunt enim Memmii accuſatores illis temporibus clari, de quibus ita ſcriptum eſt in Bruto: *Tum etiam C. & L. Memmii fuerunt oratores mediocres, accuſatores acres, atque acerbi: itaque in judicium capitis multos vocaverunt: pro reis non ſæpe dixerunt*. F. VRSIN. Sane in Franc. primo legitur quoque *Mameos*. GRÆVIVS. Sic duo Codices Lallemandi, & editio Ven. MCCCCLXXX. ut Vrſini jam pene admittenda conjectura videatur. Sed in nominibus propriis caute agendum. MSus Iannoſt. *Mamercos*. Sane *Mamercus* Æmiliorum cognomen fuit. De hoc, & de Memmiis vide indic. Hiſtoric. Erneſti. GARAT.

Quos jam ætas a præliis avocabat) *A præliis*, forenſibus ſcilicet: ab accuſandi labore & negotio. Et alludit ad ætatem, cui vacatio a re militari concedebatur. HOTTOM. Non *præliis forenſibus*, ſed militaribus, qui propter ætatem non pugnant cum Marianis contra Sullanos, & ideo non pertinebant ad partes adverſariorum, ſed occidebantur tantum, quia erant accuſatores, quod & Manutius vidit. GRÆVIVS.

Poſtremo Priamum ipſum, ſenem Antiſtium) Dicit opinor, *P. Antiſtium*, quem in Bruto rabulam primum, deinde probabilem oratorem fuiſſe ſcribit. Hunc Appianus a L. Bruto Prætore ex voluntate C. Marii Conſulis, cum Senatum coegiſſet, una cum omni, quæ in urbe erat, nobilitate interfectum tradit. *Priamum* autem appellat, quod inter accuſatores quaſi Rex quidam & princeps exſiſteret. HOTTOM. Rectius hic quoque Manutius Priamum ait vocari

(1) Frugio MS. GRÆV. (2) F. ad Achillem. IDEM. (3) L. Phryges. IDEM.

ſed etiam leges pugnare prohibebant. Iam, quos nemo propter ignobilitatem nominat, ſexcenti ſunt, qui inter ſicarios, & de veneficiis accuſabant: qui omnes (quod ad me attinet) vellem viverent. Nihil enim mali eſt, canes ibi quam plurimos eſſe, ubi permulti obſervandi, multaque ſervanda ſunt. Verum, ut fit, multa ſæpe, imprudentibus imperatoribus, vis belli, ac turba molitur: dum is in aliis rebus erat occupatus, qui ſummam rerum adminiſtrabat, erant interea, qui ſuis vulneribus mederentur:

cari Antiſtium propter ſenectutem, quem vide. GRÆV. At ceteri quoque ſenes: nam eos *ætas a præliis avocabat.* Aut igitur decrepitus, ſeneſque ipſos ætate antecedens Antivius, aut, quod non eſt ita vituperandum, accuſatorum quodammodo princeps Priamo comparatur. Nec obſtat, quod ætas militaris XLVI. anno terminetur, unde ſenes Curtios &c. fuiſſe, neceſſe non ſit. Nam excuſari, non cogi, aut ſimile aliquid de iis diceretur, non *avocari* ab ætate, ſi ſenes non fuiſſent. Quod ſi de præliis forenſibus cum Hotomanno, ut certe poſſumus, locum intelligamus, tum vero ſenes illos ſine omni dubitatione putabimus. Manutius præterea Priami mentionem ab illo *ferro Phrygio* repetit, & cum eo Facciolatus. An vero Phrygio ferro Phryx ipſe Priamus eſt vulneratus? Hoc, niſi civilis belli ratione, qua ipſi inter ſe Phryges allegorice pro Romanis committantur, quo pacto excuſem, non invenio. GARAT.

Quem non modo ætas, ſed etiam leges) Fortaſſe aut ignominia affectum, aut turpi judicio damnatum. Nam, ut ſcribit Vlpianus, *removentur a poſtulando perſonæ turpitudine notabiles; veluti qui calumniæ cauſa publico judicio damnatus eſt*. HOTTOM. Sed vide Manut. GRÆV. Si de præliis forenſibus hic agitur, bene Hottomannus. Sin de præliis militaribus, notat in Antiſtio morbum, aut vitium aliquod eorum, quæ arcebant a militia. Nam, ut oſtendit Lipſius de militia Rom. I. 4. manci, debiles, & ii, quibus digiti omnes, vel etiam ſoli pollices deeſſent, excluſi a militia fuerunt. FACC. Non dubitarem Manutianis iſta præferre. GAR.

ANONYMI.

Suis vulneribus mederentur) Qui debebant tempore pecunias, & in ipſo tumultu occidebant creditores ſuos.

VARIORVM.

Inter ſicarios, & de veneficiis) Hiſce duabus rebus parricidium quoque continebatur. Vide ad argumentum. GAR.

Canes ibi quamplurimos) Vide notas ad cap. 20. IDEM.

Imprudentibus imperatoribus) L. Sullam ſignificat: neque enim vult videri hoc aperte dicere, voluntate Sullæ illos eſſe interfectos. Illos autem cum dico, ſuperiores intelligo, non hunc P. Antiſtium, qui ante Sullæ victoriam conſtitutam interfectus eſt. HOTTOM. Egregie Cic. lib. IV. ep. 9. ad M. Marcellum: *Omnia ſunt miſera in bellis civilibus .... ſed miſerius nihil quam ipſa victoria: quæ etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores impotentioreſque reddit: ut etiamſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur. Multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito, facienda ſunt* GRÆV.

Dum is in aliis rebus erat occupatus) Boenioræus exiſtimat legendum eſſe, *dum tantis in rebus erat occupatus.* Ego nihil muto. LAMB.

Qui ſummam rerum adminiſtrabant) Malim legi, *qui ſummam rem*, vel, *qui ſummam remp.* &c. IDEM.

Qui ſuis vulneribus mederentur) Qui providerent, ne poſtea accuſari poſſent; & his verbis Chryſogonum, & Titos Roſcios vult intelligi. HOTTOM. Mihi hæc videtur verborum iſtorum ſententia, qui homines opulentos, qualis erat Sex. Roſcius, occidendo, & illo-

rentur : qui tamquam ſi offuſa reipublicæ ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniaque miſcebant: a quibus miror, ne quod judiciorum eſſet veſtigium, non ſubſellia quoque eſſe combuſta: nam & accuſatores, & judices ſuſtulerunt. Hoc commódi eſt, quod ita vixerunt, ut teſtes omnes, ſi cuperent, interficere non poſſent: nam, dum hominum genus erit, qui accuſet eos, non deerit: dum civitas erit, judicia fient. Verum, ut cœpi dicere, & Erucius, hæc ſi haberet in cauſa, quæ commemoravi, poſſet ea quamvis diu dicere, & ego, judices, poſſum: ſed in animó eſt, quemadmodum ante dixi, leviter tranſire, ac tantummodo perſtringere unamquamque rem: ut omnes intelligant, me non ſtudio accuſare, ſed officio defendere.

33. Video igitur cauſas eſſe permultas, quæ iſtum impellerent. Videamus nunc, ecqua facultas ſuſcipiendi maleficii fuerit. Vbi occiſus eſt Sex. Roſcius? Romæ. Quid? tu, Roſci, ubi tunc eras? Romæ. Verum quid ad rem? & alii multi. Quaſi nunc id agatur, quis ex tanta multitudine occiderit, ac non hoc quæratur, eum, qui Romæ ſit occiſus, utrum veriſimilius ſit ab eo eſſe occiſum, qui aſſiduus eo tempore Romæ fuerit, an ab eo, qui multis annis Romam omnino non acceſſerit. Age, nunc ceteras facultates quoque conſideremus. Erat tum multitudo ſicariorum, id quod commemoravit Erucius, & homines impune occidebantur. Quid? ea multitudo quæ erat? opinor, aut eorum, qui in bonis erant occupati, aut

illorum bona invadendo ſuis rei familiaris vulneribus, hoc eſt, egeſtati mederentur. GRÆV.

ANONYMI.

Aut eorum qui in bonis) Id eſt, qui volebant alienas res ſibi vindicare.

VARIORVM.

Ita ruebant in tenebris) *Ruere* proprie ſues dicuntur, ut Grammaticis placere video. Ergo recte verbum *miſcebant* conjunxit. HOTTOM.

Ac tantummodo perſtringere) Ideſt, leviter attingere, ut IV. in Verr. 47. &c. De vi hujus verbi conſule Heur. Cannegieter. de Aviano pag 319. GAR.

Me non ſtudio accuſare, ſed officio) Non dedita opera & conſulto · ſed ratione officii ac defenſionis coactum. HOTT.

Ecqua facultas) Ed Veneta, *& quæ facultas*, Proxime accedit Naugeriana, quæ habet, *ecquæ*. GARAT.

Qui aſſiduus eo tempore Romæ fuerit) Chariſius lib. I. *Cum a Servio Tullio*, inquit, *populus in quinque claſſes eſſet diviſus, ut tributum, prout quiſque poſſideret, inferret: ditiores, qui aſſes dabant, aſſidui dicti ſunt: & quoniam ſolis negotiis publicis frequentes aderant, eos qui*

aut eorum, qui ab iis conducebantur, ut aliquem occiderent. Si eos putas, qui alienum appetebant, tu es in eo numero, qui noſtra pecunia dives es: ſin eos, quos, qui leviore nomine appellant, percuſſores vocant, quære in cujus fide ſint, & clientela: mihi crede, aliquem de ſocietate tua reperies: &, quidquid tu contra dixeris, id cum defenſione noſtra contendito: ita facillime cauſa Sex. Roſcii cum tua conferetur. Dices: *Quid poſtea, ſi Romæ aſſiduus fui?* Reſpondebo: At ego omnino non fui. *Fateor, me ſectorem eſſe, verum & alii multi.* At ego, ut tute arguis, agricola, & ruſticus. *Non continuo, ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius.* At ego profecto, qui ne novi quidem quemquam ſicarium, longe abſum ab ejuſmodi crimine. Permulta ſunt, quæ dici poſſunt, quare intelligatur, ſummam tibi facultatem fuiſſe maleficii ſuſcipiendi: quæ non modo idcirco prætereo, quod teipſum non libenter accuſo: verum eo magis etiam, quod ſi de illis cædibus velim commemorare, quæ tum factæ ſunt iſta eadem ratione, qua Sex. Roſcius occiſus eſt, vereor, ne ad plures oratio mea pertinere videatur.

34. Videamus nunc ſtrictim, ſicut cetera, quæ poſt mortem Sex. Roſcii abs te, T. Roſci, facta ſunt: quæ ita aperta, & manifeſta ſunt, ut mediusfidius, judices, invitus ea dicam: vereor enim, cuicuimodi es, T. Roſci, ne ita hunc

qui frequenter adſunt, aſſiduos & ab aſſibus dixerunt. HOTTOM.

ANONYMI.

Fateor me ſectorem) Modo quaſi objectio inimici eſt, & reſponſio Ciceronis; ut ille negat ſe potuiſſe occidere, hic confirmat.

VARIORUM.

Qui in bonis erant occupati) Forte, *qui in bonis alienis erant occupati.* LAMBIN. (ed. 1572.) In bonis occiſorum diripiendis. Iidem hi ſectores bonorum conducebant percuſſores ad cædes, mercede propoſita. FACCIOL.

In cujus fide ſint & clientela) Chryſogonum ſignificat, de quo ſupra, ſic ſcribit: *Nam quum multos veteres a majoribus Roſcii patronos, hoſpiteſque haberent, omnes eos colere atque obſervare deſtiterunt, ac ſe in Chryſogoni fidem & clientelam contulerunt.* HOTTOM.

Id cum defenſione noſtra contendito) Conferto, comparato. IDEM.

Quid poſtea) *Quid tum poſtea*, Lambini ait margo. Sic quoque vidimus ad cap. 29. in Terentiano Eunucho legi. GARAT.

Cuicuimodi es) Hunc locum ita citat Priſcianus lib. XIII. ſcribitque dictum *quicuimodi*, pro *cujuſcujuſmodi*, id eſt cujuſcumque modi: ut apud Terentium in Andria: *Tam nulli conſilii.* Et in Heaut.

hunc videar voluiſſe ſervare, ut tibi omnino non pepercerim. Cum hoc vereor, & cupio tibi aliqua ex parte, quod ſalva fide poſſim, parcere, rurſus immuto voluntatem meam: venit enim mihi in mentem oris tui. Tene, cum ceteri ſocii tui fugerent, ac ſe occultarent, ut hoc judicium non de illorum præda, ſed de hujus maleficio fieri videretur, potiſſimum tibi partes iſtas depopoſciſſe, ut in judicio verſarere, & ſederes cum accuſatore? qua in re nihil aliud aſſequeris, niſi ut ab omnibus mortalibus audacia tua cognoſcatur, & impudentia. Occiſo Sex. Roſcio, qui primus Ameriam nuntiat? Mallius Glaucia, quem jam antea nominavi, tuus cliens, & familiaris. Quid attinuit eum potiſſimum nuntiare? quod ſi nullum jam ante conſilium de morte ac de bonis ejus inieras, nullamque ſocietatem neque ſceleris, neque præmii cum homine ullo coieras, ad te minime omnium perti-

Heaut. *Loquitur alteræ*, pro *alterei*. Ego in libro de Legibus II. iu emendatis exemplaribus ſcriptum ſimiliter invenio hoc modo: *Nam neque in populo lex di.i vere poteſt, cuicuimodi fuerint illa, etiamſi perni.ioſum aliquid populus acceperit*. Et Libro III. Epiſt. ad Atticum: *Etſi diligenter, velim omnia cuicuimodi ſunt, ad me ſcribas*. Hortom. Priſcianus l. c. ed. Putſch. pag. 959. Roſcii prænomen omittit: & fortaſſe ita perperam, ut v. *voluiſſe* quoque præterit. Sed *cuicuimodi* firmat in Priſciano Voſſius de analogia I. 47. veteris editionis MCCCCLXXVI. ſuique codicis optimi, antiquiſſimique ſuffragio. Antiquam, ſingularemque locutionem miris modis Librarii corrupere. Vide var. lect. & adde Venetæ mendum, *quin ejuſmodi eſt Roſci*: ex quo tamen prænomen Roſcio manet ſuum. Garaton.

ANONYMI.

Oris tui) Impudentiæ.

Hujus maleficio fieri videtur) Multi, inquit, ſicarii conſcii ſcelerum de medio fugerunt, ut cum in judicium adductus eſſet Roſcius, dum hic cauſam dicit, illorum ſcelera celarentur. Sed tamen nemo eorum Roſcium accuſat. Tu, cum ex ipſorum numero ſis, Roſcium, ut videaris innocens, ſolus accuſas.

VARIORUM.

De hujus maleficio) De Sex. Roſcii parricidio. Hortom.

Partes iſtas depopoſciſſe) Tranſlatum ab actoribus ſcenicis. Sic Terentius: *Duras fratris partes dicas*. Idem.

Mallius Glaucia) Corrige *Manlius*, ut ſupra & ſic paulo infra: *Sua ſponte Manlius nuntiat*. Idem.

Quid attinuit eum potiſſimum nuntiare) Totam hanc clauſulam, ac ſententiam uſque ad verbum, *pertinebat*, volo membratim, & cæſim legi: ut poſt verbum, *pertinebat*, nota interrogationis collocetur. Boemoræus autem vult interrogationis notam poſt *nuntiare* poni. Deinde legi per enuntiationem, & ſine interrogatione: *Quod ſi nullum jam, &c.* Senſum autem Ciceronis hunc eſſe puto, hac interpunctione ſervata: Quid attinuit Glauciam potiſſimum id nuntiare, quod ſi nullum jam ante conſilium de morte, ac de bonis ejus inieras, minime ad te pertinebat? id nuntiare, quod, &c. nempe occiſum eſſe Sex. Roſcium. Lambin.

Ano-

Digitized by Google

pertinebat. Sua ſponte Mallius nuntiat. Quid, quæſo, ejus intereſſet? an, cum Ameriam non hujuſce rei cauſa veniſſet, caſu accidit, ut id, quod Romæ audierat, primus nuntiaret? Cujus rei cauſa venerat Ameriam? Non poſſum, inquit, divinare. Eo rem jam adducam, ut nihil divinatione opus ſit. Qua ratione Roſcio Capitoni primum nuntiavit? Cum Ameriæ Sex. Roſcii domus, uxor, liberique eſſent: cum tot propinqui, cognatique optime convenientes: qua ratione factum eſt, ut iſte tuus cliens, ſceleris tui nuntius, T. Roſcio Capitoni potiſſimum nuntiaret? Occiſus eſt a cœna rediens; nondum lucebat, cum Ameriæ ſcitum eſt. Quid hic incredibilis curſus: quid hæc tanta celeritas, feſtinatioque ſignificat? non quæro quis percuſſerit; nihil eſt Glaucia, quod metuas: non excutio te, ſiquid forte ferri habuiſti: non ſcrutor: nihil ad me arbitror pertinere: quoniam cujus conſilio occiſus ſit, invenio; cujus manu ſit percuſſus, non laboro. Vnum hoc ſumo, quod mihi apertum tuum ſcelus, reſque manifeſta dat. Vbi, aut unde audivit Glaucia? quî tam cito ſcivit? Fac audiſſe ſtatim. Quæ res eum nocte una tantum itineris contendere coegit? quæ neceſſitas eum tanta premebat, ut, ſi ſua ſponte iter Ameriam faceret, id temporis Roma proficiſceretur, nullam partem noctis requieſceret?

35. Etiam ne in tam perſpicuis rebus argumentatio quærenda, aut conjectura capienda ſit? Nonne vobis hæc, quæ audiſtis, cernere oculis videmini, judices? non illum miſerum, ignarum caſus ſui, redeuntem a cœna videtis? non poſitas inſidias? non impetum repentinum? non verſatur ante oculos vobis in cæde Glaucia? non adeſt iſte T. Roſcius? non ſuis manibus in curru collocat Automedon-

ANONYMI.

Automedontem) Automedon Achillis auriga fuit. Poſteaquam Achilles Hectorem vicit, poſuit aurigam ſuum in curru, ut iret & nuntiaret occiſum Hectorem; modo adludit Cicero: Roſcium, Achillem dicit: Glaucia, (1) Automedontem: poſteaquam, inquit, occiſus eſt Roſcius.

VARIORVM.

Sua ſponte Mallius nuntiat?] Boemoræus hæc legit per enuntiationem, ego per interrogationem, propter eaſdem rationes, quas ſupra expoſui: ibi,

(1) L. Glauciam, Automedontem. GARAT.

dontem illum, ſui ſceleris acerbiſſimi, nefariæque victoriæ nuntium? non orat, ut eam noctem pervigilet? ut honoris ſui cauſa laboret? ut Capitoni quam primum nuntiet? Quid erat, quod Capitonem primum ſcire voluerit? Neſcio: niſi hoc video, Capitonem in his bonis eſſe ſocium: de tribus, & decem fundis tres nobiliſſimos fundos eum video poſſidere. Audio præterea, non hanc ſuſpicionem nunc primum in Capitonem conferri: multas eſſe infames palmas: hanc primam eſſe tamen lemniſcatam

bi, *vulgo occidebantur homines?* LAMB.

Quid, quæſo, ejus intereest) Avorum ævo cuſi, & MSi noſtri, *quaſi:* Pal. vero primus diſtinguit: *Quid? quaſi ejus intereest?* de quo dijudicent otioſiores. GRUTER.

In curru collocat Automedontem illum) Glauciam, curſorem celerrimum, qualis fuit Automedon Achillis auriga, qui Xanthe & Balio equis velociſſimis, utpote Zephyri filiis, rapidiſſime ferebatur. HOTTOM.

Niſi hoc video) *Niſi* pro *ſed*, antique & eleganter poſitum, ut apud Plautum in Sticho, Act. II. ſcena I. *Miror quid fiet, niſi ut periculum fiat: viſam quid velit.* Et in Epiſt. ad Memmium lib. Epiſt. XIII. *Nec cur ille tantopere contendat video, nec tu repugnes: niſi tamen multo minus tibi concedi poteſt, quam illi, laborare ſine cauſa.* Et apud Terentium multis locis. IDEM.

Multas eſſe infames palmas) Fortaſſe legendum eſt, *multas eſſe ejus infames palmas.* LAMBIN.

Hanc primam tamen eſſe lemniſcatam) *Lemniſci*, inquit Feſtus, id eſt, faſciolæ coloriæ, dependentes ex coronis, propterea dicuntur, quod antiquiſſimum fuit genus coronarum lanearum. Plinius lib. XVI. *Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana, e quibus vincula tiliæ vocantur, tenuiſſimæ earum philyræ coronarum lemniſcis celebres, antiquorum honore.* Et lib. XXI. *Craſſus dives, primus argento auroque folia imitatus, ludis ſuis coronas dedit; acceſſeruntque & lemniſci, quos adjici ipſarum coronarum honos erat.* Feſtus autem a *lana* derivare hoc velle vocabulum videtur, quaſi *laniſci* diceremus: quod quale ſit, conjectura aſſequi non poſſum, cum ſatis conſtet Græcum eſſe vocabulum, quo lib. V. Athenæus utitur: Ἐκ τούτου, inquit, περιστεραὶ, καὶ φάσσαι, καὶ τρυγόνες καθ᾽ ὅλην ἐξέπταντο τὴν ὁδὸν, λημνίσκους τοὺς πόδας δεδεμέναι, πρὸς τὸ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν θεωμένων ἁρπάζεσθαι. *Ex hoc* (antro) *evolabant, quam longa fuit via, columbæ, palumbes, & turtures, lemniſcos habentes ligatos ad pedes, quo facile a ſpectatoribus raperentur.* Lemniſcos eas faſciolas eſſe putamus, quæ in nummis antiquis circum coronas Imperatorum devinctæ cernuntur, quem morem Rex Galliæ Henricus nuper in aureis & argenteis nummis imitatus eſt. Servius in illud Virgilii: *Puniceis ibant evincti tempora tæniis*, *Significat*, inquit, *lemniſcatas coronas, quæ ſunt de frondibus, & diſcoloribus faſciis: & ſicut Varro dicit, magni honoris ſunt.* HOTTOM.

Hanc primam eſſe tamen lemniſcatam) Lemniſcata palma dicta a lemniſcis: lemniſci autem, *faſciolæ coloriæ ex coronis dependentes dicuntur*, inquit Feſtus, *propterea quod antiquiſſimum fuit genus coronarum lanearum.* Ex quibus verbis quidam ſcribendum exiſtimant, *laniſci*, ubicumque hoc nomen reperitur, ut apud Plinium lib. XXI. cap. 3. & apud Suetonium in Claudio Nerone, & ceteros. Sed, ſi libri Latini corrupti ſunt, qui potuit corrumpi in hac voce Athenæus, & ceteri Græci, qui lemniſcos commemorant? Nam aperte Athenæus, & ceteri, λημνίσκους appellant, non, λανίσκους. LAMBIN.

Quæ

tam, quæ Romæ deferatur: nullum modum eſſe hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit: multos ferro, multos veneno. Habeo etiam dicere, quem contra morem majorum minorem annis LX de ponte in Tiberim dejecerit: quæ, ſi prodierit, atque adeo cum prodierit (ſcio enim

Quæ Romæ deferatur) Duriuſcula hæc mihi videntur, ut olim Lambino videbantur, qui ſupra *ejus infames* conjecit, & hic alios ait legere *Roma deferatur*. Sed, cum videam in vett. editionibus eſſe *infamius palmas*, vocem autem *Romæ* a pluribus retineri, ego legerem: *multas eſſe infames ejus palmas, hanc primam &c. quæ Roma ei deferatur*. Videant qui MSis abundant. Non ego ſane conjecturis umquam deditus fui: hanc tamen non plane contemno. Detulit profecto hanc inſignem palmam Capitoni Glaucia, detulit Roma, quo ad eam adipiſcendam Capito non acceſſerat: detulerunt omnes, qui ejus conſilio cædem fecerunt, Titus Magnus inprimis, qui præſens maleficio præfuit, bona diviſit, eique prædæ denique partem dedit. Legere quoque poſſes, *quæ Romæ ei deferatur*, h. e. tribuatur, ut ſupra *ſuſpicionem* dixit in eum *conferri*. *Lemniſcata* dicitur, quod ingens quæſtus, conſciorum magna ſocietas, & hæc nefaria in filium calumnia ad ipſam patris cædem acceſſerit. Quod verbum in vulgata lectione totam ſententiam facit. Neque enim prima hæc palma eſt, quam Romæ Capito deferat, ideſt, geſtet, cum ſtatim ejus facinus ſane magnum referatur, quod Romæ perpetratum videri facile poteſt. Igitur hæc prima fuerit *lemniſcata*. Nam hercules *deferri palmam*, tamquam *crimen*, hic numquam arbitrer debere intelligi: quod lepidam loci minueret ironiam: quod etiam a Tullio ſine ſumma ſua invidia, & ſine incredibili levitate dici non poterat, quaſi ſe delatorem nunc ultro profiteretur, qui cap. 32. tantopere cordi ſibi eſſe prædicaverat, ut omnes intelligerent, *ſe non ſtudio accuſare, ſed officio defendere*. GARAT.

Minorem annis LX. de ponte in Tiberim dejecerit) Varro apud Nonium Marc. *Cum, inquit, in quintum gradum pervenerant, atque habebant quinquaginta annos, tum denique erant a publicis negotiis liberi, atque expediti, & otioſi. Ideo in proverbium quidam putant veniſſe, Sexagenarios de ponte dejici oportere, id eſt, quod ſuffragium non ferant, quod per pontem ferebant*: hæc Varro. Ergo ad hunc morem Tullius alludens, hoc ſignificat, *dejectum eſſe de ponte aliquem in Tiberim*, a T. Capitone, non de ponte comitiorum cauſa facto, ſed de *ſublicio*, aut alio quopiam in Tiberi facto. Ex illa porro conſuetudine *depontani ſenes*, ut Sex. Pompeius ſcribit appellati ſunt, qui ſexagenarii de ponte dejiciebantur: ex quo etiam nata eſt fabula, de qua ſcribit Ovidius Faſtorum V.

Tum quoque priſcorum virgo ſimulacra virorum
Mittere roboreo ſcirpea ponte ſolet.
Corpora poſt decies ſenos qui credidit annos
Miſſa neci, ſceleris crimine damnat avos.
Fama vetus, tunc quum Saturnia terra vocata eſt,
Talia fatidici dicta fuere ſenis,
Falcifero libata ſeni duo corpora gentes
Mittite, quæ Tuſcis excipiantur aquis.
Donec in hæc venit Tyrinthius arva quotannis
Triſtia Leucadio ſacra peracta Deo.
Illum ſtramineos in aquam miſiſſe Quirites,
Herculis exemplo corpora falſa jaci.
Pars putat, ut ferrent juvenes ſuffragia ſoli,
Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes.

De more autem ſuffragiorum hoc intelligere poſſumus, tum in comitiis legum, quæ in foro fiebant: tum in comitiis magiſtratuum, quæ in Campo Martio, pontes quoſdam leviter fieri ſolitos, quos populus R. ſuffra-

enim proditurum eſſe) audiet : veniat modo : explicet ſuum volumen illud , quod ei planum facere poſſum Erucium conſcripſiſſe : quod ajunt illum Sex. Roſcio intentaſse , & minitatum eſse , ſe omnia illa pro teſtimonio eſse dicturum. O præclarum teſtem, judices! o gravitatem dignam exſpectatione! o vitam honeſtam, atque ejuſmodi, ut libentibus animis ad ejus teſtimonium veſtrum jusjurandum accommodetis! Profecto non tam perſpicue iſtorum maleficia videremus , niſi ipſos cæcos redderet cupiditas , & avaritia, & audacia.

36. Alter ex ipſa cæde volucrem nuntium Ameriam ad ſocium, atque ad magiſtrum ſuum miſit : ut , ſi diſſimulare omnes cuperent ſe ſcire , ad quem maleficium pertineret , tamen ipſe apertum ſuum ſcelus ante omnium oculos poneret. Alter, ſi diis immortalibus placet, teſtimo-

gium laturus tranſgredi ſolebat, quod & Varro verbis ſuperioribus ſignificavit. Suetonius in Cæſare demonſtrat his verbis : *Conjurati primum cunctati, utrum ne illum in Campo per comitia tribus ad ſuffragia vocantem partibus diviſis e ponte dejicerent , atque exceptum trucidarent, &c.* Etſi enim unius tantum mentionem faciat , tamen complures fuiſſe & ex iis locis intelligitur, in quibus de pontibus mentio fit , ut lib. de Leg. III. & ad Herennium I. neque veriſimile eſt unum tantum XXXV. tribubus tranſmittendis pontem , ſatis fuiſſe. Cum igitur ſeptis incluſæ tribus ad ſuffragia ferenda prodirent, magiſtratus qui in pontibus ciſtis præerant, ſi quem ſexaginta annis majorem animadverterent , eum de ponte per viatores dejici jubebant. Cum autem Maria lex (ut Cicero ſcribit lib. III. de Legibus) pontes anguſtos fecerit , ne quis videlicer ad populum rogandum ſubire poſſet, diſtinctos apparet ac ſeparatos his pontibus candidatos a populo fuiſſe. Ac de his ipſis pontibus Cornificium quoque loquutum arbitror in libro ad Herennium primo, quum ait, *Cæpionem cum viris bonis impetum feciſſe, pontes diſturbaſſe, ciſtas dejeciſſe* : & Ciceronem libro I. ad Attic. *Operæ Clodianæ pontes occuparant*. HOTTOM.

ANONYMI.

Suum volumen) Quia teſtimonium contra Roſcium ſe dicturum pollicebatur.

Alter ex ipſa cæde) Roſcium Magnum dicit.

Alter ſi diis immortalibus) Capitonem dicit.

VARIORUM.

Suum volumen) Erucius dictaverat Capitoni verba , quæ pro teſtimonio diceret, eaque Capito Sex. Roſcio minitatus fuerat. FACCIOLAT.

Et minitatum eſſe) Eleganter, cum in aliis omnibus mendoſe *meditatum eſſe*, ſcriptum ſit. HOTTOM.

Iusjurandum accommodetis) *Accommodare ſuum jusjurandum ad alicujus teſtimonium* dicitur Iudex, cum dedita opera ſecundum alicujus teſtimonium ſententiam dicit. IDEM.

Alter ex ipſa cæde) T. Roſcius Magnus. IDEM.

Ad ſocium atque ad magiſtrum ſuum) Laniſtam, Capitonem. IDEM.

Alter, ſi diis immortalibus placet) T. Roſcius Capito. Donatus ſcribit proprium eſſe exclamantis propter indignitatem rei. IDEM.

ANO-

monium etiam in Sex. Roſcium dicturus eſt. Quaſi vero id nunc agatur, utrum is quod dixerit, credendum; an, quod fecerit, vindicandum ſit. Itaque more majorum comparatum eſt, ut in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonium de ſua re non dicerent. Africanus, qui ſuo cognomine declarat, tertiam partem orbis terrarum ſe ſubegiſſe, tamen, ſi ſua res ageretur, teſtimonium non diceret; nam illud in talem virum non audeo dicere: ſi diceret, non crederetur. Videte nunc, quam verſa, & mutata in pejorem partem ſint omnia. Cum de bonis, & de cæde agatur, teſtimonium dicturus eſt is, qui & ſector eſt, & ſicarius: hoc eſt, qui & illorum ipſorum bonorum, de quibus agitur, emtor, atque poſſeſſor eſt, & eum hominem occidendum curavit, de cujus morte quæritur. Quid tu vir optime? ecquid habes, quod dicas? mihi auſculta: vide, ne tibi deſis: tua quoque res permagna agitur: multa ſcelerate, multa audaciter, multa improbe feciſti: unum ſtultiſſime, profecto tua ſponte, non de Erucii ſententia: nihil opus fuit te iſtic ſedere. Ne-

ANONYMI.

Ita more majorum comparatum eſt) Nemo in ſua re teſtimonium dicit; ergo hoc dicit: Si Africanus potentiſſimus vir aliquid ageret, in judicio non diceret.

VARIORUM.

Utrum is quod dixerit credendum) Eſt a noſtris libris tribus: vulgati *id quod*. GRUTER.

Teſtimonium de re ſua non dicerent) Sic Pomponius in l. 10. D. de teſtib. *Nullus idoneus teſtis in re ſua intelligitur*. HOTTOM.

Sicarius) Hinc colligitur, ſicarium dici non ſolum, qui hominem occidit, ſed etiam qui occidendum curat: quamquam ſicarius ille ſit proprie, qui *ſica*, & per catachreſim quocumque telo hominem occidit. FACCIOLAT.

Mihi auſculta) Mea dicta attente accipe, illiſque obſequere. Cicero de Divinat. I. cap. pen. *Iſtis, qui linguam avium intelligunt, magis audiendum, quam auſcultandum cenſeo*. IDEM.

Multa audaciter, multa improbe) Sic legit Priſcianus lib. 15. non, ut vulgo, *audacter*. LAMBIN. Priſciani locus ed. Putſch. p. 1014. hic eſt: *Audax, audaci, audaciter: ſed per ſyncopam in uſu eſt frequentiore audacter. Salluſtius tamen Hiſtoriarum I. audaciter protulit ſecundum analogiam. Et Cicero pro Sex. Roſcio: multa ſcelerate, multa audaciter &c.* Integrum attuli, ut nemo Grammatico hic parum credat: ſimul ut quantopere graſſata ſint menda, planum fiat. Nam, abſque Priſciano eſſet, lectionem veram hic amiſiſſemus. Neque tamen aliis quoque locis idem verbum cum Lambino reponerem, cum raro uſurpatum, & pene ſolis iis duobus locis ex Priſciano diſcamus. Hoc vero loco non debuit id Facciolatus repudiare. GARATON.

Nihil opus fuit te iſti credere) Sic omnes libri veteres. Mihi tamen non eſt dubium, quin ita emendandum ſit, ut ſic legamus: *Nihil opus fuit te iſtic ſedere*; ut Erucii ſubſellia demonſtret. Quod enim ſequitur, ſedere illum in accuſatoris ſubſelliis oſtendit, quod etiam

Neque enim accuſatore muto, neque teſte quiſquam utitur eo, qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit. Huc accedit, quod paullo occultior, atque tectior veſtra iſta cupiditas eſſet: nunc quid eſt, quod quiſquam ex vobis audire deſideret, cum quæ facitis ejuſmodi ſint, ut ea dedita opera a nobis contra voſmetipſos facere videamini? Age

iam his verbis aperte docuit: *Tecum enim mihi res eſt, T. Roſci, quoniam iſtic ſedes, ac te palam adverſarium eſſe profiteris*. Et infra: *Solus tu inventus es, qui cum accuſatoribus ſederes*. Qua de re ipſe in orat. pro Flacco: *Quid*, inquit, *ſi teſtium ſtudium cum accuſatore ſociatum eſt? tamen ne iſti teſtes habebuntur?* Et paulo poſt: *Hoc vero quid eſt? una ſedent, ex accuſatorum ſubſelliis ſurgunt, non diſſimulant, non verentur: de ſubſelliis queror: una ex domo prodeunt, &c.* Quare quod modo dixit, *unum ſtultiſſime*, ſic accipiendum eſt, hoc ſtultiſſime feciſti, & non de Erucii conſilio, quod in accuſatoris ſubſelliis conſediſti. Fidem enim hoc pacto tuo teſtimonio abrogaſti. HOTTOM. *Nihil opus fuit te iſtic ſedere*) Sic eſt ſine dubio legendum: atque ita emendaram in meo codice annis ante quindecim: idque animadverteram & ex quatuor locis, quos jamjam proferam, & ex hoc ipſo loco, qui niſi ita legatur, nulla ex eo ſententia probabilis elici poteſt. Quatuor igitur locis T. Roſcio Magno objicit, quod ſedeat in accuſatorum ſubſelliis, quorum primus eſt: *Erant ei veteres inimicitiæ cum duobus Roſciis Amerinis: quorum alterum ſedere in accuſatorum ſubſelliis video: alterum tria hujuſce prædia poſſidere audio.* Alter locus eſt: *Tecum enim mihi res eſt, T. Roſci, quoniam iſtic ſedes, ac te palam adverſarium eſſe profiteris*. Tertius: *Solus tu inventus es, qui cum accuſatoribus ſederes*. Quartus: *Te ne, cum ceteri ſocii tui fugerent, ac ſe occultarent, ut hoc judicium non de illorum præda, ſed de hujus maleficio fieri videretur, potiſſimum tibi partes iſtas depopoſciſſe, ut in judicio verſarere, & ſederes cum accuſatore?* Conferantur nunc loci illi cum hoc: *Nihil opus fuit, te iſtic ſedere; neque enim accuſatore muto, neque teſte quiſquam utitur eo, qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit*: nihil profecto videar in litteris, qui ita legendum eſſe neget. Atque eo mihi magis hæc conjectura placet, quod idem Hottomanno venit in mentem, idemque probatur: & item Renato Marchalo Boemorzo. LAMBINUS. Hanc emendationem certiſſimam Hottomanni ſibi quoque vindicat Paullus, ſed nulla mentione facta auctoris. GRÆVIUS.

Accuſatore muto) Qui accuſationem adjuvat, aut accuſator eſt, aut teſtis. Accuſator autem non es: quippe mutus quum ſis, & verbum nullum facias. Teſtis porro non habetur is idoneus, qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit. Stultiſſime igitur feciſti. Teſtes autem ſua ſeorſum ſubſellia habebant, ſeparata ab rei, & accuſatoris ſubſelliis. HOTTOMAN. *Neque enim accuſatore muto*) *Invito* emendabat Faernus pro *muto*, & ita eſt in veteribus aliquot libris. F. URSIN.

Paullo occultior) Particulam *tamen* interſerendam judico, quam video a multis abeſſe. Fortaſſe ſublata eſt, quod vacare videretur: ſed ita adhiberi ſolet elegantiſſime tum a Cicerone, ut pro Quint. c. 26. tum ab aliis. FACCIOLAT. Hic quoque Gruterum incaute ſequitur Grævius, incautius ipſum Verburgius, & Olivetus, & Lallemandus. Gronovius quoque nihil hic contra Gruterum exclamavit. Varietatem lectionis ſaltem adnotaſſent. Id ſolus præſtitit Olivetus, Manutio, & Lambino illud *tamen* attribuens, ſed pro Lambino Victorium dicere fortaſſe voluit. Verum, ne credas Manutianum iſthoc eſſe: legitur diſerte, præter alias, in ed. MCCCCLXXX. & in Naugeriana *paullo tamen occultior*, & ſic in MSo Iannoctii. GARATON.

A nobis contra voſmetipſos) Sic legendum,

Age nunc, illa videamus, judices, quæ ſtatim conſecuta ſunt.

37. Ad Volaterras in caſtra L. Sullæ mors Sex. Roſcii quatriduo, quo is occiſus eſt, Chryſogono nuntiatur. Quæritur etiam nunc, quis eum nuntium miſerit? Non ne perſpicuum eſt, eumdem, qui Ameriam? Curat Chryſogonus, ut ejus bona veneant ſtatim, qui non norat hominem, aut rem. At qui ei venit in mentem prædia concupiſcere hominis ignoti, quem omnino numquam viderat? Soletis, cum aliquis hujuſcemodi auditis, judices, continuo dicere: *Neceſſe eſt aliquem dixiſſe municipem, aut vicinum: ii plerumque indicant: per eos plerique produntur.* Hic

dum, non ut vulgo, *a vobis contra voſmetipſos*, &c. *a nobis* autem, id eſt, pro nobis. LAMBINUS. *A nobis contra voſmetipſos*) Sic exemplar S. Victoris; nam Pall. *a vobis*: quomodo & cuſi omnes ante Lambinum. Guilielmius libenter removiſſet litteram *a*, ut fieret, *nobis videamini*. GRUT. Ego retineo vulgatam lectionem. Eſt enim *a vobis*, quaſi ex vobis, ſponte veſtra, quemadmodum Græci dicunt ἀφ' ὑμῶν: ut in Ioannis Evangelio XVIII. 34. Ἀφ' ἑαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις, *a temetipſo hoc dicis*. Simile videtur illud Ciceronis de Oratore I. 24. *Videar non ipſe aliquid a me promſiſſe, ſed fortuito in ſermonem veſtrum incidiſſe*. Adde Plautum Rudent. II. v. 21. *Ab ſe cantat, cuja ſit*. FACCIOLAT. De locutione huic aſſentior, quamquam in Plauti MSo a Gronovio in margine citato non male legatur *eapſe*. Verum illa mihi ſcrupulum injicit ταυτολογία *dedita opera*, *a vobis*, quam lectio vulgata relinquit. Hanc cum conſidero, facilemque præterea litterarum *u*, & *n* permutationem, qua nihil in MSis certe frequentius, cum denique his accedere locutionis *a nobis* hoc loco elegantem, aptumque uſum intelligo, unico S. Victoris MSo pæne ſubſcribo. Vide Hottom. ad cap. 30. Quæ ibi affert exempla, huc facile convolabunt, illinc aufugient. Itaque lætor, Erneſto, quem plurimi omnes merito virum faciunt, idem videri (*Ind. Lat. v. ab*). Nam & cap. 30. illud *ab innocentia* explicat Grævianis exemplis, dum ſimilibus immiſcet, & hunc locum, ut eſt unico in codice, legere non dubitat. GARATON.

ANONYMI.

Chryſogono nuntiaſſet) Roſcium vult ſignificare nuntiaſſe, qui etiam nuntium miſit Ameriam.

VARIORUM.

Ut ejus bona veneant ſtatim) Tamquam proſcripti: & ne perſequendi ſceleris facultas filio ſuperſit. HOTTOM.

Qui non norat hominem, aut rem?) Sic legendum puto, cum interrogationis nota, inquam, non ut vulgo, *ut ejus bona veneant ſtatim: qui non norat hominem, aut rem*, quam lectionem tamen quidam retinent, ut ſit ἐρωτικα, inquiunt: ſed falluntur illi, meo quidem judicio. Nam & longe major vis ineſt in hac lectione, & hoc modo potius loqui ſolent Demoſthenes, & Cicero in argumentationibus, & contentionibus. Sic igitur hoc loco Cicero volens oſtendere, Chryſogonum non ſua ſponte bona Sex. Roſcii vendidiſſe, ſed a Roſcio Capitone, & Roſcio Magno certiorem factum eſſe de Sex. Roſcii morte: Curat Chryſogonus, inquit, ut ejus bona veneant ſtatim; ſequitur deinceps: Qui non norat hominem, aut rem? proinde ac ſi dicat, eſt ne hoc probabile, Chryſogonum curaſſe bona Sex. Roſcii vendenda, Chryſogonum, inquam, qui

non

Digitized by Google

Hic nihil eſt, quod ſuſpicionem hanc putetis. Non enim ego ita diſputabo: Veriſimile eſt, Roſcios iſtam rem ad Chryſogonum detuliſſe: erat enim eis cum Chryſogono jam antea amicitia: nam cum multos veteres a majoribus Roſcii patronos, hoſpiteſque haberent, omnes eos colere, atque obſervare deſtiterunt, ac ſe in Chryſogoni fidem, & clientelam contulerunt. Hæc poſſum omnia vere dicere: ſed in hac cauſa conjectura nihil opus eſt: ipſos certo ſcio non negare, ad hæc bona Chryſogonum acceſſiſſe impulſu ſuo. Si eum, qui indicii partem acceperit, oculis cernetis, poteritis ne dubitare, judices, qui indicarit? Qui ſunt igitur in iſtis bonis, quibus partem Chryſogonus dederit? duo Roſcii? Num quiſnam præterea? nemo eſt, judices. Num ergo dubium eſt, quin ii obtulerint hanc prædam Chryſogono, qui ab eo partem prædæ tulerunt? Age, nunc ex ipſius Chryſogoni judicio

non norat Sextum Roſcium, neque rem Sexti Roſcii? At qui venit, &c. Licet tamen & ſine interrogatione legere, continuato, aut leviter interrupto ſpiritu, ut habent nonnulli libri vulgati, & ut illi malunt: non tamen *ερωτικως*, ut illi volunt, ſed *καταφατικως*. LAMBIN.

Quod ſuſpicionem hanc putetis) Suſpicione hac utamini: ſed translate dixit, ut illud inſequens oſtendit: *non ego ita diſputabo*, nam a calculis diſputandi verbum ſumtum eſt. HOTTOM. Non eſt opus hac ſubtilitate. Simpliciter dixit, nihil eſt, ut putetis eſſe ſuſpicionem, quod dixi de proditis a Roſciis bonis Sext. Roſcii. Eſt ipſa veritas, non ſuſpicio. GRÆVIUS. Ed. Ven. MCCCCLXXX. ſenſum hunc ſatis patentem apertiorem quoque facit, cum habeat, *quod ſuſpicionem hoc putetis*. Qui MSis & editionibus antiquis divites ſunt, lectionem hanc examini ſubjicient; quoque ſit habenda loco, docebunt. Infra eadem ed. *fidem, ac clientelam*, deinde *vera dicere*. GARATON.

Qui indicii partem acceperit) *Indicium* pro indicii premio poſuit. Et amare hoc dixit, quoniam indices ſunt conſcii & participes ſceleris. HOTTOM. Huic magnus accedit adſtipulator Erneſtus. Ego vero a talibus viris ægre diſſentio. Tamen *indicium* pro *indicii premio* non poſſum concoquere. Cur non *partem* potius *præmium* expoſuere? Sed bene Facciolatus *indicii partem* bonorum indicatorum partem intelligit. Explicat enim, mea quidem ſententia, ſeipſum Tullius, dicens continuo *partem in iſtis bonis*. Sic autem figurate videtur locutus, ut ſibi ea invicem reſponderent, *qui indicii partem acceperit, qui indicarit*: ut paullo poſt in eamdem ſententiam: *Ii obtulerint hanc prædam, qui partem prædæ tulerunt*. Quod opponitur eleganti illi locutioni, *in partem prædæ vocare*, de qua Taubmannus ad Virgil. III. Æn. v. 222. aliique plurimi. GARATON.

Ex ipſius Chryſogoni judicio) Erneſtum vide v. *judicium*. Sed hic mihi videtur locus explicari poſſe ſimplicius. Roſciorum factum conſideremus ex judicio, quod eo de facto Chryſogonus ipſe tulit. Iudicium hoc ex præmiis cognoſci dicerem, ſed præmia ipſa voce *judicio* ſtatim ſignificari, hic non facile dixerim. IDEM.

Ano-

cio Roſciorum factum conſideremus. Si nihil in iſta pugna Roſcii, quod operæ pretium eſſet, fecerant, quam ob cauſam a Chryſogono tantis præmiis donabantur? Si nihil aliud fecerunt, niſi rem detulerunt, nonne ſatis fuit, his gratias agi? denique, ut perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? cur tria prædia tantæ pecuniæ ſtatim Capitoni dantur? cur, quæ reliqua ſunt, iſte Roſcius omnia cum Chryſogono communiter poſſidet? nonne perſpicuum eſt, judices, has manubias Roſciis Chryſogonum, re cognita, conceſſiſse?

58. Venit in decem primis legatus in caſtra Capito: totam vitam, naturam, moreſque hominis ex ipſa legatione cognoſcite. Niſi intellexeritis, judices, nullum eſſe officium, nullum jus tam ſanctum, atque integrum, quod non ejus ſcelus, atque perfidia violarit, & imminuerit, virum optimum eſſe eum judicatote. Impedimento eſt, quo minus de his rebus Sulla doceatur: ceterorum legatorum conſilia, & voluntatem Chryſogono enuntiat: monet, ut provideat, ne palam res agatur: oſtendit, ſi ſublata ſit venditio bonorum, illum pecuniam grandem amiſſurum, ſeſe capitis periculum aditurum: illum acuere, hos,

ANONYMI.

Si nihil ex iſta pugna Roſcii) Recurat; ex magnitudine præmii oſtendit iſtos cædis auctores, non enim pro ſolo nuntio tantum præmium accepiſſent.

Manubias Roſciis) Manubias dixit, quaſi devicto hoſte ſpolia, id eſt, Roſcio.

Venit decem primis) Modo ita ad Capitonem redit, & omnia repetit, quæ in argumento diximus, quomodo ad Chryſogonum venit, quomodo legatos induxit, quomodo non permiſerit Sullam.

Chryſogono nuntiat) Idem Capito.

Illum pecuniam grandem) Illum Chryſogonum.

VARIORUM.

Quod opera pretium eſſet) Apparet verum eſſe, quod Donatus ſcripſit in Andriam: *Operæ pretium dici de mirificis & laudabilibus*, HOTTOM.

Honoris aliquid haberi) Honos præter vulgarem ſignificationem, præmium etiam ac remunerationem declarat, ut infra: *Quod viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis exſtitit, honos habitus eſt, laudo*: Quod de conſuetudine Græcorum ſumtum videtur, qui τὸ γέρας pro utroque uſurpant. Cicero Ver III. *Ei poſtea præmia tamen liberaliter tribuit, bona quædam proſcriptorum in agro Beneventano diripienda conceſſit: habuit honorem ut proditori; non, ut amico, fidem.* HOTT.

Tantæ pecuniæ) Caſus continuatus, ut appellant Grammatici. Non enim hic *pecuniæ* pro nummis ſumuntur. FACCIOLAT.

Quod non ejus ſcelus) Ita probo: quum in omnibus aliis *ejuſce vis* corrupte legatur. HOTTOM.

Illum acuere) Hortari, urgere, ſtimulare. Terentius in Adelphis: *Attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt,* quod

Digitized by Google

hos, qui ſimul erant miſſi, fallere: illum identidem monere, ut caveret, hiſce inſidioſe ſpem falſam oſtendere: cum illo contra hos inire conſilia, horum conſilia illi enuntiare: cum illo partem ſuam depaciſci, hiſce aliqua fretum hora ſemper omnes aditus ad Sullam intercludere. Poſtre-

quod illos ſat etas acuet. IDEM.

Partem ſuam depaciſci) Paciſci, ut illius prædæ pars ſibi concedatur. IDEM.

Aliqua fretum hora) *Fretum aura*, omnes libri veteres; quorum alterum contextus rejicit orationis, alterum ſententia poſtulat. Nam ut aliqua hora fretus eſſet Capito, tempus tamen obſervare aliud legati & occupare potuiſſent. Nunc *auram aliquam*, dicit aliquem Capitonis fautorem, amicum ac benevolum, de L. Sullæ intimis ac familiaribus. IDEM. *Hiſce aliqua fretus aura*) Sic reperi ſcriptum in libris manuſcr. & ita legendum puto, potius, quam ut vulgo, *aliqua fretus hora*, quamquam Ren. Boemoræus lectionem vulgatam tuetur. Vult enim probare Cicero, inquit ille, Capitonem aliqua ſemper occaſione fretum, ſocios legationis eluſiſſe, & eis aditum ad Sullam intercluſiſſe. Semper enim προφασιν aliquam habebat, ne illi Sullam convenire poſſent, verbi cauſa, Sullam aut dormire, aut valetudini operam dare, aut in aliquo negotio ſerio occupatum eſſe. Ego maneo in ſententia, & per *auram* ſignificari arbitror, cauſam ſive προφασιν aliquam ſpecioſam, inanem, ac fallacem, inſtar venti: vel aliquam rem inanem, & ventoſam: vel, ut quidam malunt, hominem aliquem gratioſum, & potentem, & fortunatum: qualis erat Chryſogonus. *Hora* tamen non damno, ſi quis forte malit, ut per horam, tempus intelligamus potius, & partem temporis, quam καιρον. LAMBIN. *Hiſce aliqua fretum hora ſemper omnes aditus ad Sullam intercludere*) Ita legit hunc locum Victorius. At Manutius habet *fretus*, nihilo meliore ſententia. Pantagathus pro *fretus* reponebat *fretis*, optima, ut ei videbatur, ſententia. VRSIN. S. Vict. *fretum ora*, inde lego *remoram*, *procraſtinationem*, aut ſimile quid. GRUT. An in ſimilitudine litterarum, quas ex MSis, inprimis illo S. Victoris, produci vides, non poſſet latere *aliqua ficta mora*? Maxime ſi adhibeas ſequentia capitis 40. ubi fraudem, ubi orationem vanam, ubi inſidias vocari audis. In vocabulo iſto *ficta* intelligis ſecundam, & tertiam litteram manifeſte reſidere in MStæ lectionis litteris *re*, quæ non accedunt ad *facta*, quod intelligo voluiſſe Manutium. In ſequentibus autem, fide librorum veterum temere ſuſpicioni ſubjecta ab Hottomanno, lacunam nullam eſſe reor. GRONOV. Locus procul dubio mendoſus, qui ſine meliorum librorum ope reſtitui non poteſt. In ed. 1472. *Hiſce aliqua fretum hora*. Pal. prim. *hiſce aliqua fretum ora*. Non dubito, quin *mora* Cicero ſcripſerit, quod & Paullus animadvertit, ſed præcedentia verba ut conſtitui poſſint non video. Forte, *hiſce aliqua ficta mora*, quam fingebat, ut illos moraretur, ne admitterentur ad Sullam. GRÆV. Semper Capito aliquod Sullæ impedimentum comminiſcebatur, quo fretus in ſingulas horas legatis aditum impediret. Duo verba moverunt difficultatem interpretibus, *fretus*, & *hora*. Quod ad primum Vrſinus *fretum*, ait, legit Victorius, at Manutius habet *fretus*, nihilo meliore ſententia. Meliore tamen, inquam ego, conſtructione. Quoties enim infinitus modus ita eſſertur, perſona agens primum caſum tenet: cujus rei infinita ſunt exempla, præſertim apud Hiſtoricos, quibus familiariſſima eſt hæc loquendi figura: caſus autem ille primus regit verbum, quod tacetur per ellipſim, v. g. hoc in loco *pergebat*. Miror proinde, præſtantiſſimos viros fere omnes ſecutos eſſe Victorium, & ea exemplaria, quibus Victorius deceptus eſt. Quod vero ad alterum attinet, ego ab iis libentiſſime ſto, qui nihil mu-

Digitized by Google

Poſtremo iſto hortatore, auctore, interceſſore, ad Sullam legati non adierunt: iſtius fide, ac potius perfidia decepti, id quod ex ipſis cognoſcere poteritis, ſi accuſator voluerit teſtimonium eis denuntiare, pro re certa ſpem falſam domum retulerunt. In privatis rebus ſi qui rem mandatam non modo malitioſius geſſiſſet, ſui quæſtus, aut commodi cauſa, verum etiam negligentius, eum majores ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant: itaque mandati

mutant. Non enim video, cur *horæ* nequeant uſurpari pro negotiis ipſis, quæ qualibet hora fiunt: quemadmodum a Quinctiliano VI. 4. Aſiuius Pollio dictus eſt *omnium horarum homo*, quod idem ſemper eſſet, omnibuſque negotiis, tum ſeriis, tum ludicris, accommodatus. FACCIOL. *Aliqua fretus hora*, nempe opportuna aliqua occaſione adeundi Sullam, quum diceret, ſe *tentaturum aditus, & mollia fandi tempora*, ut ait Virgilius. Hunc locum viri quidam docti fruſtra ſollicitant. LALLEMAND. Vt nunc quidem ſeſe habet hæc res, eo nos ratio, codiceſque ducunt, ut legamus, *aliqua fretus hora*, aut *aliqua fretus mora*: utrumvis legas, eadem erit ſententia: modo *fretus* cum Facciolato retineatur, licet plurimi codices, editioneſque repugnent, in quibus cum *fretum* ſit, non obſcure ineſt *fretus mora*, ita ut una exciderit litterula *s*. Hoc ut explicetur, verba illa cap. 9. *nam ſtatim Chryſogonus &c.* conſiderentur. Patet ex iis Chryſogonum, & Capitonem magnopere timuiſſe, ne legati ad Sullam adirent, fraudemque detegerent, nec ſe putaſſe ita poſſe hos ad illum aditus intercludere, ut, ſi vellent, denique legati Sullam non convenirent. Itaque & Chryſogonus ibi, & hic Capito iis verbis *iſto hortatore &c.* ſummo ſtudio, magniſque promiſſis egiſſe dicuntur, ut legati Sullam nollent adire. Quid igitur eos aditus intercludendo actum eſt? Nihil ſane, niſi in ſummo metu aditionem illam ſemper differre, horam aliquam auferre, & carpere, moram lucrari, periculum interim avertere. *Fretus* porro illa hora, illave mora Capito tum Chryſogoni potentia, tum promiſſis, vanaque oratione, atque inſidioſa a Sullæ conſpectu legatos arcebat: confidebat enim fore id, quod evenit, ut ii denique mendaciis ejus, perfidiaque decepti Sullæ adeundi conſilium deponerent, *pro re certa ſpem falſam domum referrent, Ameriam, re inorata, reverterent*. GARAT.

ANONYMI.

In privatis rebus mandat judicium) Infamem facit, ut puta: dedi alicui centum libras argenti, ut emeret mihi poſſeſſionem; ille emit ſexaginta, & dixit ſe emiſſe centum, & rapuit; hoc cum cognitum fuerit, infamis fit; ſimile crimen eſt pro ſocio, ut puta: duo ſocii ſi quis (1) alter fraudem fecerit, condemnatus erit infamis.

VARIORVM.

Interceſſore) Id eſt, impediente, prohibente. HOTTOM.

Teſtimonium eis denunciare) Quid ita Tullius ipſe non denunciabat, ſi ex re id ſua eſſe intelligeret? quia *denunciare teſtimonium* nemini niſi lege licebat. Lege autem accuſatores poterant: teis vero denunciandi poteſtatem lex non permittebat: non enim defenſor teſtes producit, cum teſtes facti tantum producantur, ut ſcribit Aſconius. IDEM.

Summum admiſiſſe dedecus) Itaque in edicto Prætoris lib. Dig. III. verba hæc ſunt: *Infamia notatur, qui furti, &c. tutelæ, mandati, depoſiti ſuo nomine, non contrario judicio damnatus erit*: Quæ verba Vlpianus exponens: *Mandati*, inquit, *condemnatus verbis edicti* nota-

(1) Alt. ſic MS. f. alteri. GARV.

dati conſtitutum eſt judicium, non minus turpe, quam furti: credo propterea, quod, quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in his operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur: quam qui lædit, oppugnat omnium commune præſidium, &, quantum in ipſo eſt, diſturbat vitæ ſocietatem. Non enim poſſumus omnia per nos agere: alius in alia eſt re magis utilis. Idcirco amicitiæ comparantur, ut commune commodum mutuis officiis gubernetur. Quid recipis mandatum, ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum converſurus es? cur mihi te offers, ac meis commodis officio ſimulato officis, & obſtas? recede de medio, per alium tranſigam. Suſcipis onus officii, quod te putas ſuſtinere poſſe, quod minime videtur grave iis, qui minime ipſi leves ſunt.

39. Ergo idcirco turpis hæc culpa eſt, quod duas res ſanctiſſimas violat, amicitiam, & fidem; nam neque mandat quiſquam fere, niſi amico; neque credit, niſi ei, quem fidelem putat. Perditiſſimi eſt igitur hominis, ſimul & amicitiam diſſolvere, & fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet. Ita ne eſt? in minimis rebus qui mandatum neglexerit, turpiſſimo judicio condemnetur neceſſe eſt: in re tanta, cum is, cui fama mortui, fortunæ vivi commendatæ ſunt, atque concreditæ, ** ignominia mortuum affecerit; is inter honeſtos homines, atque

notatur non ſolum qui mandatum ſuſcipit, ſed & is qui fidem, quam adverſarius ſequutus eſt, non præſtat: ut puta ſi fidejuſſi pro te, & ſolvi: mandati ſi te condemnavero, famoſum facio. Idem.

A N O N Y M I.

Alius in alia re) Modo voluntatem tractat, quare noſtra amicis mandemus negotia; vel quia quod nos agere non poſſumus, alii poſſunt; vel quia ſic amicitiæ comparantur, dum noſtras res amici quaſi ſuas agant.

V A R I O R U M.

Vicaria fides amicorum ſupponitur) Qua de cauſa, *qui judicio*, inquit Vlpianus, *contrario damnabitur, non erit infamis, nec immerito: nam in contrariis non de perfidia agitur, ſed de calculo, qui fere in judicio ſolet dirimi*, hæc ille, l. Furti §. ult. D. de His qui not. Idem.

Suſcipis onus &c.) Per exprobrationem diluit tacitam prolepſim, aitque, mandati onus nec grave eſſe, niſi hominibus levibus, nec viſum eſſe grave ipſi ſuſcipienti. Sed quam vereor, ne deſit aliquid! Non enim ſatis videtur Tulliano more expreſſa ſententia. Certe hæc oratio graviſſimas paſſa eſt calamitates, ab hoc præſertim capite uſque ad finem. Facciol.

Ignominia mortuum affecerit) Sine dubio tale quidpiam deſideratur: *Vivum fortunis everterit*, vel *vivum bonis ſpoliarit*. Hottom. *Ignominia mortuum affecerit, is inter, &c.*) Aſſentior Hottoman-

atque adeo inter vivos numerabitur? In minimis, privatiſque rebus etiam negligentia in crimen mandati, judiciumque infamia revocatur; propterea quod, ſi recte fiat, illum

tomanno, qui exiſtimat, hoc loco inter verbum, *affecerit*, & ea, quæ deinceps ſequuntur, *is iatee*, *&c.* aliquid deeſſe, nempe tale quiddam, *fortunis vivum everterit*: vel, *bonis vivum ſpoliarit*; nam ſuperiori illi, quod dixit, *cui fama mortui*, hoc membrum reſpondet, *ignominia mortuum affecerit*, alteri autem, quod proxime ſequitur, *fortunæ vivi commendatæ ſunt, atque concr.* nihil eſt, quod reſpondeat. Hic igitur lacunam, & ſpatium vacuum relinqui juſſi, ut, ſi forte aliquando ex antiquo aliquo codice expleri poſſit, expleatur; ſin minus, hinc tamen cognoſcat lector minus attentus aliquid tale deſiderari, quale expoſuit Hotomannus. Quod utrumque quamvis mihi valde probetur, exiſtimaverim tamen tale quiddam potius a Cicerone ſcriptum fuiſſe: *ad egeſtatem*, ſeu *ad mendicitatem vivum redegerit*: ut, quemadmodum famæ ignominia, ſic fortunis egeſtas, ſeu mendicitas opponatur. LAMBIN. MSi hæc continuant, tamquam nihil deſit, cum videatur requiri alterum membrum. GRUT. Quam hic lacunam viri docti ſagaciter adeſſe perſenſerunt, eam denique Jannoctii explet codex omnino præclare. Sic enim in eo legitur oratione continua: *Cum is, cui fama mortui, fortunæ vivi commendatæ ſunt, atque concreditæ, ignominia mortuum, egeſtate vivum affecerit &c.* Nobis licuit eſſe tam felicibus, ut hoc proferremus. Sic cap. 49. de eodem S. Roſc. *vitam in egeſtate degere*, & cap. 5. *Cauſam dicit, is cui non modo luctum mors patris attulit, verum etiam egeſtatem.* Sic denique in hac oratione centies. GAR.

Atque adeo inter vivos numerabitur) Senſus eſt, non modo inter homines honeſtos, ſed etiam inter vivos; quæ ſententia inepta eſt: hoc tamen particulæ illæ *atque adeo* ſignificant. Quare corrigendum ſic putarem, *atque adeo inter viros*. Nam hoc modo *viri* nomen ab *hominis* diſtinguit, ſcribens ad Q. Fratrem: *Sed quum veneris, virum te putabo: ſi Salluſtii Empedoclea legeris, hominem non putabo*. Et Tuſc. II. *Ita & tulit dolorem, ut vir: & ut homo, majorem ferre ſine cauſa neceſſario noluit*. Et ſimilem Græci inter ανδρα & ανθρωπον differentiam ſtatuunt: ut apud Xenophontem in Tyranno: Οἱς δε εμφυη τιμης τε και επαινυ ερως, ὑτοι εισιν ἠδη, οἱ πλειςοι μεν των βοσκηματων διαφεροντες. ανδρες δε και ὑκετι ανθρωποι μονον νομιζομενοι. *Quibus autem honoris & laudis innata eſt cupiditas, illi quidem ſunt, qui plurimum a pecudum natura differunt, ac viri plane non homines dumtaxat exiſtimantur*. HOTTOMAN. *Atque adeo inter vivos*) Conjiciebat Hottomannus, *viros*, ego *juſtos*; ſed aliud quid adhuc latet. GRUT. Nihil contra fidem librorum muta. Sententia eſt: is non modo honeſtatem amittat, ſed vitam ipſam. Dignus eſt, qui non modo ex honeſtorum, ſed vivorum numero expungatur, qui tanti criminis reus eſt. GRÆV. Fortaſſe legendum *homines*, quam repetitionem cum exſcriptor aliquis non caperet, repoſuit *viros*. FACCIOL.

In crimen mandati judiciumque infamia revocatur) Sic omnes libri veteres. Impreſſi ex ingenio, ut opinor, correcti, *judiciique infamiam*. Ego ſic corrigerem: *In crimen mandatique judicium infame revocatur*. Etenim *infame* ſic accipio, ut ſuperiore pagina, ſemel atque iterum, *judicium turpe*, pro eo quod infamiam ac turpitudinem affert: ſic etiam paſſim loquitur, ut in oration. pro Cæcina, & pro Q. Roſcio multis locis. HOTT. *In crimen judiciumque infame vocatur*) Sic reſtitui, conjectura haud dubia ductus: judicium autem infame eſt, quod alibi turpe appellatur, ut pro Cæcina: *Eſt enim turpe judicium: & factum quidem turpe*. Et paullo ante: *Itaque mandati conſtitutum eſt judicium non minus turpe, quam furti*. Turpia autem judicia ſunt, quæ infamiam ei irrogant, qui iis judiciis damnatus ſit, qualia ſunt

illum negligere oporteat, qui mandarit, non illum, qui mandatum receperit: in re tanta, quæ publice geſta atque commiſſa ſit, qui non negligentia privatum aliquod com-

ſunt mandati, pro ſocio, tutelæ, fiduciæ, furti, & ſi qua ſunt ejuſmodi. Quod autem Renarus Boemoræus mavult legi, *in crimen mandati, judiciique infamiam revocatur*: Claudins Puteanus vero, *in crimen, judiciumque infamiæ vocatue*: neutra lectio placet. Nam, ut de hac poſteriore loquar, *judicium infamiæ* Latine dici non poteſt; neque ſimile eſt, quod Latini dicunt, *judicium capitis*, aut *judicium exiſtimationis*. Nam *judicium capitis*, *famæ*, *exiſtimationis*, *&c.* Latini dicere ſolent: *judicium infamiæ* non item. LAMB. *Judiciumque infamia revocutur*) *Infamæ* olim Faernus, a quo emendationem accepit Lambinus: ſed videndum num melius ſit, *judiciique infamiam*. URSIN. *Judiciumque infamia*) Sic vett. edd. ſic plerique MSi etiam Pal. prim. Nam ceteri noſtri *judiciumque infama*. Guilielmius divinabat, *judiciumque in familiare vocatue*, hoc eſt, ad arbitrum. GRUT. Cenſeo nomen *mandati* non ſuo loco in libris poni, legendumque: *Negligentia mandati in crimen judiciumque reuocatur*. Illud *infamia* videtur eſſe interpretatio vocis *crimen*, quæ in contextum irrepſit. Sed ſine libris nihil affirmo. Cic. V. Vert. *Etiam illud prædices licet, quod ſupplicium more majorum ſumſeris, ſecueique percuſſeris, idcirco a me in ceimen & invidiam vocari*. GRÆV. Plerique ad Grævium uſque habent *judiciumque infamia*: ſed hinc nullus erui poteſt ſenſus, ut omnes ultro fatentur. Ego ſecutus ſum editiones Gryphianas, & alias non minimæ auctoritatis, legens *judiciique infamiam*, quas vidit Hortomannus ipſe, licet non probarit. Fateor lubens, lectionem hanc eſſe minus communem, fateor, me in nullo MSo Codice reperiſſe: ſed idem tamen affirmo, minime omnium cum ſententia, & conſtructione pugnare. Ac ſicuti optimi quique interpretes verba illa cap. 36, *te iſti credere*, omnibus antiquis codicibus confirmata, tamen expulere ſententiæ cauſa; ita ego multo potiore ratione hæc expellenda puto *judiciumque infamia*. Manutii lectio a Lambino refellitur, qui tamen improbans noſtram, rationem non attulit. Ceteræ divinationes ſunt. FACCIOL. Hunc ſecuti ſunt Oliverus, & Lallemandus: ſic etiam in editionis Lambinianæ repetitione repoſitum fuit, conjectura ejus, ut fiebat, ad marginem amandara. Sed locus hic abſque MSis haud facile ſanabitur. GARAT.

Si propterea quod, ſi recte fiat, illum negligere) *Si* pro *an*, ut apud Terent. in Heaut. *Viſam ſi domi eſt*. Et apud Plautum in Milite glor. *Philocomaſium dicere nomen; Si injuria eſt?* HOTTOM. *Propterea, quod ſi eecte fiat*) Nihil mutandum, neque vero, *ſi*, poſitum pro *an*, quod putavit Hottomannus, ſed pro particula conditionali, ut proprie poni ſolet: ut ſit Ciceronis ſenſus, negligentia (inquit M. Tullius) ejus, cui negotium mandatum eſt, in judicium turpe vocatur: id eſt, ſi is, cui negotium mandatum eſt, negligenter negotium illud adminiſtraverit, aget cum eo mandati judicio is, qui mandavit: &, ſi probarit judicibus illum rem mandatam negligenter adminiſtraſſe, damnatus ille ignominia afficietur. Quid ita? quia, ſi recte fiat, id eſt, ſi is, cui res mandata eſt, officium faciat, & munere fungatur boni viri, oporteat eum, qui mandavit, negligere rem, quam illi mandavit, & quod ad eam rem attinet, in utramque aurem dormire: in illius denique cura, diligentia, ac fide acquieſcere. LAMB. *Si propterea quod, ſi recte fiat*) Quum ſic ediderit Gruterus, ſequaturque Leidenſis, Londinenſis, Baſileenſis, optarim, ut qualiſcumque eorum profiteatur, quemadmodum intellexerit, aut a nobis intelligi velit. Quod cum fieri a nobis nequeat, deſertis illis, ſtandum putamus ab prioribus, qui prius *ſi*, ignorant, & videntur ignorare MSi. Locum ſatis expoſuit Lambinus. GRONOV.

commodum læſerit, ſed perfidia legationis ipſius cæremoniam polluerit, maculaque affecerit, qua is tandem pœna afficietur? aut quo judicio damnabitur? Si hanc ei rem privatim Sex. Roſcius mandaviſſet, ut cum Chryſogono tranſigeret, atque decideret, inque eam rem fidem ſuam, ſi quid opus eſſe putaret, interponeret: ille, qui ſeſe facturum recepiſſet, non ne ſi ex eo negotio tantulum in rem ſuam convertiſſet, damnatus per arbitrum & rem reſtitueret, & honeſtatem omnem amitteret? Nunc non hanc ei rem Sex. Roſcius mandavit, ſed, id quod multo gravius eſt, ipſe Sex. Roſcius cum fama, vita, boniſque omnibus a decurionibus publice Roſcio mandatus

nov. Editio anno 1472. *Infamia revocatur, propterea quod ſi ratione fiat, illum negligere oporteat*, quod ſane non contemſerim. Nam Ciceroni *ratione fieri* dicuntur, quæ recte fiunt, ſuperius orat. pro Quintio: *Modo & ratione omnia facere*. Iuven. Sat. 10.

Quid enim ratione timemus,
Aut cupimus? GRÆVIUS. Cum ed. MCCCCLXXII. ed. Ve. MCCCCLXXX plane conſentit. GARAT.

ANONYMI.

Damnatus per arbitrum) Id eſt, judicio omnium.

VARIORUM.

Legationis ipſius cæremoniam polluerit) Invidioſe hoc addit. Nam cæremoniæ in legationibus adhibentur, dumtaxat quæ ad fœdera faciunda, aut leges pacis bellique dicendas mittuntur. HOTTOM. Non intellexit vim hujus vocis Hottomannus. Cæremonia eſt ſanctitas inviolabilis, ut apud Cæſarem VI. de bello Gallico: *Cæremonia menſæ hoſpitalis*. Sueton. Iul. c. 6. *Eſt ergo in genere, & ſanctitas Regum & cæremonia Deorum*. GRÆV. *Cæremoniam*) Sic dicitur *cæremonia ſepulcrorum* a Cic. Tuſcul. I. 12. FACCIOL.

Tranſigeret, atque decideret) *Decidere* Ciceroni idem eſt, quod tranſigere. Cic. in Verrinis: *Dicebat iſte, niſi eum muliere decideretur, in poſſeſſionem ſe ire juſſurum*. Vide Gronov. Obſerv. II. 6. ubi habebis exempla plura. GRÆV.

Si quid opus eſſe putaret) Id eſt, caveret rem ratam Roſcium habiturum. HOTTOMANNUS.

Cic. Op. T. III. Orat. T. I.

Damnatus per arbitrum) Puta dictum per judicem; nam in hiſce judiciis in quibus EX FIDE BONA addebatur, quale eſt mandati judicium, arbiter idem ipſe dicitur, qui judex eſt. Eſt autem animadvertendus locus, eo magis quod aperte oſtendit nihil intereſſe, damnatus quis dicatur per arbitrum, an per judicem (in iis ſcilicet judiciis, quæ bonæ fidei juriſconſulti præciſe nominant, id eſt, in quibus EX FIDE BONA addebatur) ut ignominia afficiatur: quum Budæus vir doctiſſimus in commentariis linguæ Græcæ, quem alii plerique ſecuti ſunt, tradidit judicio pro ſocio afferri infamiam, arbitrio non afferri: de qua re aliis quibuſdam locis fuſius explicavimus. IDEM.

Et rem reſtitueret) Id eſt, quantum ex bona fide dare facere illum mandati nomine oporteret, perſolveret. IDEM.

Honeſtatem) Famam, & exiſtimationem. Sic apud Arnobium lib. I. Adverſus Gentes: *Fabularum actores inhoneſtos eſſe jura voluerunt*, hoc eſt, infames. FACCIOL.

Publice Roſcio) Ideſt Capitoni. Sed vox *Roſcio*, ut mihi videtur, redundat, & ab aliquo ſciolo addita margini eſt ad explicationem, poſtea in contextum ab exſcriptoribus recepta. IDEM.

tus eſt : & ex eo T. Roſcius non paullum neſcio quid in rem ſuam convertit ; ſed hunc funditus evertit bonis : ipſe tria prædia ſibi depactus eſt , voluntatem decurionum, ac municipum omnium, tantidem, quanti fidem ſuam fecit.

40. Videte jam porro cetera , judices , ut intelligatis, fingi maleficium nullum poſſe, quo iſte ſeſe non contaminarit. In rebus minoribus ſocium fallere turpiſſimum eſt, æqueque turpe, atque illud, de quo ante dixi; neque injuria : propterea quod auxilium ſibi ſe putat adjunxiſſe , qui cum altero rem communicavit. Ad cujus igitur fidem confugiet , cum per ejus fidem læditur , cui ſe commiſerit? Atqui ea ſunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficillime præcaventur. Tecti eſſe ad alienos poſſumus: inti-

ANONYMI.

Tantidem) Id eſt, nulla.

VARIORUM.

In rebus minoribus) A judicio mandati tranſit ad illud pro ſocio : quia ſocios ejuſdem legationis, & mandati T. Roſcius feſellerat. HOTTOM.

Atque illud) Mandati. Hoc enim quoque pro ſocio infamia ſequitur : L. 1. D. de iis, qui not. inf. FACC.

Cum per ejus fidem læditur) Putat quidam legendum, *per ejus fraudem*, ſeu, *per ejus perfidiam*, ſed nihil arbitror mutandum; nam *per ejus fidem*, hoc eſt, per eam fidem, quam ei habet. Itaque hoc totum, *cum per ejus fidem læditur*, ſic explico, cum læditur eo, quod ei credat, & fidem habeat. Atque ita loquuntur alii boni ſcriptores, in his Plautus in Moſtell. LAMBINUS.

Tecti eſſe ad alienos) In hanc ſententiam ipſe Verr. III. his verbis : *Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quam quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Nam qui palam eſt adverſarius, facile cavendo vitare poſſis : hoc vero occultum, inteſtinum, ac domeſticum malum, non modo exſiſtit, verum etiam opprimit, antequam proſpicere atque explorare potueris.* Item Verr. VII. *Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt, quam indictæ & apertæ.* HOTTOM. *Tecti eſſe &c.*, ideſt, tegere poſſumus omnia noſtra conſilia alienis; intimis eo ipſo, quod intimi ſunt, patere multa neceſſe eſt: ſocii ipſo ſocietatis jure ſciunt omnia. Itaque alienos cavere poſſumus, quia omnia noſtra ignorant : cavere poſſumus intimos, quibus etſi patent multa, non tamen omnia: ſocium vero cavere nullo modo poſſumus, qui ut in partem, ita in cognitionem rerum omnium vocatur. Porro *ad alienos* dicitur, quaſi *apud alienos*, ſeu *quod ad alienos*, cujus dictionis exempla paſſim occurrunt. Tamen non interpretes ſolum, ſed Lexicographi etiam ſunt, quales, ut vulgus omittam, Rob. Stephanus, & Baſilius Faber, qui *ad* uſurpari pro *contra* contendant, unde *munitus ad*, quod hoc loco confirmant. Sed ego primum ab iis peto, ſi *eo tecti* uſurpatur pro *muniti*, cur ſtatim in ſecundo membro Cicero mutet orationis figuram, *intimi multa apertiora vident?* Non ſatis ſibi reſpondent *video*, & *munio*. Deinde velim ſcire, quibus præterea id confirment auctoritatibus? Virgilii, inquiunt, Æneid. II. 44. *Clypeiſque ad tela ſiniſtris protecti objiciunt.* Ego nihil auſim affirmare contra doctiſſimum Servium, eumque ſecuros: tamen quid hic locus ad noſtrum? Quis non videt vim totam eſſe

intimi multa apertiora videant neceſſe eſt : ſocium vero cavere qui poſſumus ? quem etiam ſi metuimus , jus officii lædimus. Recte igitur majores eum , qui ſocium fefelliſſet , in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. At vero T. Roſcius non unum rei pecuniariæ ſocium fefellit : quod , tametſi grave eſt , tamen aliquo modo poſſe ferri videtur , verum novem homines honeſtiſſimos, ejuſdem muneris, legationis , officii , mandatorumque ſocios induxit, decepit, deſtituit , adverſariis tradidit , omni fraude , & perfidia fefellit : qui de ejus ſcelere ſuſpicari nihil potuerunt , ſocium officii metuere non debuerunt : ejus malitiam non viderunt , orationi vanæ crediderunt. Itaque nunc illi homines honeſtiſſimi propter iſtius inſidias parum putantur cauti , providique fuiſſe. Iſte , qui initio proditor fuit , deinde perfuga : qui primo ſociorum conſilia adverſariis enunciavit, deinde ſocietatem cum ipſis adverſariis coiit , terret etiam nos , ac minatur, tribus prædiis, hoc eſt, præmiis ſceleris ornatus. In ejuſmodi vita, judices, in his tot, tantiſque flagitiis hoc quoque maleficium , de quo judicium eſt , reperietis. Etenim quærere ita debetis : ubi multa avare, multa audacter, multa improbe, multa perfidioſe facta videtis , ibi ſcelus quoque latere inter illa tot flagitia putato-

eſſe in v. *objicio*? Dicimus enim & *objicere telis* , & *objicere ad tela* . Sic Cicero Ep. Fam. VI. 4. *Ad omnes caſus ſubitorum periculorum objecti ſumus.* Verum eſto, præpoſitio *ad* in his, & ſimilibus locis , ubi regit accuſativum rei, ſit pro *contra*: num idcirco idem erit etiam , cum regit accuſativum perſonæ? Inveniatur *munitus ad aliquem* pro *contra aliquem* , tum vero manus dabo. FACCIOL.

ANONYMI.

In ejuſmodi vita judices) Oſtendit vitam turpiſſimam Capitonis ; modo quia & apud quem præmium inveniatur, & apud quem perfidia & cetera maleficia, ipſum potuiſſe occidere Roſcium.

VARIORUM.

In virorum bonorum numero) Inſignis locus , ex quo intelligitur, cur infames improbi, inteſtabileſque dicerentur. HOTTOM.

Adverſariis tradidit) Effecit ut impune ab adverſariis perderetur. De hoc loquendi genere plura ſuperius in orat. pro Quintio. IDEM.

Præmiis ſceleris) Similiter dicta dabit Reitzius *de ambiguis v. præmium*. Vide etiam quæ notavimus ad cap. 8. GARATONIUS.

Ibi ſcelus quoque latere) Legendum videtur : *ibi id ſcelus quoque latere* , ut paullo ante : *In his tot tantiſque flagitiis hoc quoque maleficium , de quo judicium eſt reperietis.* Sic ſcribendum eſſe clare quoque ſequentia oſtendunt. GRÆV. Urſinus , Facciolatus , Lallemandus huic adſtipulantur, & vero ita legendum, invitis licet MSis. GAR.

tatote. Tametſi hoc quidem minime latet, quod ita promtum, & propoſitum eſt, ut non ex illis maleficiis, quæ in illo conſtat eſſe, hoc intelligatur: verum ex hoc etiam, ſi quod illorum forte dubitabitur, convincatur. Quid tandem, quæſo, judices? num aut ille laniſta omnino jam a gladiatore receſſiſſe videtur: aut iſte diſcipulus magiſtro tantulum de arte concedere? Par eſt avaritia, ſimilis improbitas, eadem imprudentia, gemina audacia.

41. Etenim, quoniam fidem magiſtri cognoſtis, cognoſcite nunc diſcipuli æquitatem. Dixi jam antea, ſæpenumero poſtulatos eſſe ab iſtis duos ſervos in quæſtionem: tu ſemper, T. Roſci, recuſaſti; quæro abs te, ii ne, qui

ANONYMI.

Laniſta) Omnino Magnum dicit.

Aut hic diſcipulus) Capitonem dicit.

VARIORVM.

Si quod illorum forte dubitabitur) Sic poſtulat verbum *convincatur*. Et ſimiliter dictum eſt ut illud lib. de Offic. III. *Hoc non turpe eſt dubitare Philoſophos, quod ne ruſtici quidem dubitent?* Vidi tamen qui corrigendum putarent, *Si quo de illorum*, quorum ſententiam locus ipſe refellit. HOTTOM. Franc. primus: *Verum ex hoc, ſi quod de illorum forte dubitabitur, convincatur.* GRÆV. Sic etiam in ed. MCCCCLXXX. errore manifeſto. Nam *de* profluxit ex ultima littera verbi *quod*; tum ex *forte* imperite factum eſt *forte*, quaſi nomen præpoſitioni *de* quærendum eſſet. Vnde illa demum dura, & invenuſta emendatio *quo de illorum* pro *de aliquo illorum*. Rectam lectionem dederat jam ipſe Naugerius. GARAT.

Ille laniſta) T. Capito, de quo ſupra. HOTTOM.

A gladiis receſſiſſe) Ita probo, quum in aliis omnibus ſcriptom ſit, *a gladiatore ceſſiſſe*. Senſus autem hic eſt, num ille ludi gladiatorii magiſter artem deſiiſſe videtur? IDEM. *A gladiis receſſiſſe videtur*) MSi noſtri editionesque, item curæ præſide Victorio, *a gladiatore ceſſiſſe*, facile fuerit emendare repetita ſyllaba, *a gladiatore receſſiſſe*, alterum tamen videtur potius, ſi modo ortum debet libris plutcariis. GRUT. Recte MSi etiam, quos ego vidi, *a gladiatore*, hoc eſt a gladiatoris perſona & audacia, de quo loquendi genere alibi pluribus egi. Recte Gruterus *receſſiſſe*. GRÆV. Certa emendatio, quam Oliverus ſine cauſa repudiavit. Fundus ejus emendationis eſt etiam in ed. Veneta, quæ habet *a gladiatore ceſſiſſe*. GARAT.

Aut is diſcipulus) Rectios putarem, *hic diſcipulus*, ut T. Magnum demonſtret, qui in accuſatoris ſubſelliis ſedebat. HOTTOM. Editiones SS. exhibent *is*, alii dederunt *hic*, optime ii quidem quod ad ſententiam. Verum aut vox *iſte* inventa ipſa io MSis fuit, quod tamen a nemine notatom vidi, aut certe vel ex eo eſt admittenda, quod alteri *is* propius accedit. Nam vero *is* T. Magno præſenti non convenit, ut vidit Hottomannus, cui adde Ferratium ad cap. 7. Convenit autem tam *hic*, quam *iſte*. Vide etiam cap. 6. in fine, ubi Capito ſimiliter *laniſta*, & *gladiator*, & Magni dicitur *magiſter*. GARATONIVS.

Gemina audacia) *Gemini* fere ſunt inter ſe ſimillimi. Itaque ad eas res, quæ ſunt inter ſe ſimillimæ, Latini hoc vocabulum tranſtulerunt. Sic in orat. pro Q. Roſcio: *Simillima enim & maxime gemina ſocietas hereditatis eſt*. HOTTOM.

Indi-

qui poſtulabant, indigni erant, qui impetrarent? an iſte non commovebat, pro quo poſtulabant? an res ipſa tibi iniqua videbatur? poſtulabant homines nobiliſſimi, atque integerrimi noſtræ civitatis, quos jam antea nominavi: qui ita vixerunt, taleſque a populo Romano putantur, ut, quidquid dicerent, nemo eſſet, qui non æquum putaret. Poſtulabant autem pro homine miſerrimo, atque infeliciſſimo, qui vel ipſe ſeſe in cruciatum dari cuperet, dum de patris morte quæreretur. Res porro abs te ejuſmodi poſtulabatur, ut nihil intereſſet, utrum eam rem recuſares, an de maleficio confiterere. Quæ cum ita ſint, quæro abs te, quam ob cauſam recuſaris. Cum occiditur Sex. Roſcius, ibidem fuerunt. Servos ipſos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo: quod a vobis hoc pugnari video, ne in quæſtionem dentur, ſuſpicioſum eſt: quod vero apud vos ipſos in honore tanto ſunt, profecto neceſſe eſt, ſciant aliquid, quod ſi dixerint, pernicioſum vobis futurum ſit. In dominos quæri de ſervis iniquum eſt. An ne quæritur? Sex. enim Roſcius reus eſt. Neque enim, cum de hoc quæritur, vos dominos eſſe dicitis:

Indigni erant, qui impetrarent) P. Scipionem & Metellum clariſſimos viros ſignificat, de quibus ſupra. IOEM.

Nihil intereſſet, utrum eam eem recuſares) Quod ſi recuſares, ſatis intelligi poſſet te propterea recuſare, quia ſi torquerentur, cædem faterentur a vobis factam. IOEM.

Quod a vobis hoc pugnari video) MSi noſtri & avorum ſeculo ortæ edd. *a vobis oppugnari*. GRVTERVS. Manifeſte ex *hoc pugnari* fecerunt *oppugnari*. Naugerius veram lectionem dedit. GAB.

In dominos quæri de ſervis iniquum eſt?) Verba T. Magni, & T. Capitonis. Iniquum eſt in nos de iis ſervis quæſtionem haberi: idem autem traditur in Partit. & libris Pand. multis locis. HOTT.

An ne quæritur?) Reſponſio Ciceronis, ſi quæratur de iis ſervis, in reum quæretur. Vos autem rei non eſtis, ſed Sex. Roſcius: propterea cum quæritur, quorum ſint ſervi, vos dominos eſſe non dicitis. IOEM. *An ne quæritur?*) Renatus Boemoræus legit, *At nec quæritur*. LAMB.

Neque enim, cum de hoc quæritur, vos dominos eſſe dicitis) Iacet vox enim, & meo judicio, ut otioſa & ſupervacanea inducenda eſt: ut illa in vetuſtis codicibus: *Vos enim dominos eſſe dicitis*. HOTT. *Neque enim, cum de hoc quæritur, vos dominos*) Renatus Boemoræus legit, *neque cum de hoc quæritur, vos eum dominum eſſe dicitis*. LAMB. *Vos dominos eſſe dicitis*) Vetus liber *dominum* habet, pro *dominos*. F. VRSIN. Deleta voce *enim* lege cum Lambino *vos eum dominum eſſe dicitis*. Et ſic habet Vrſini vetus liber, cui proxime accedunt noſtri codices, in quibus ſcribitur, *vos eum dominos eſſe dicitis*. LALLEMANO. Quod eſt in vett. edd & in Veneta ipſe legi, *vos enim dominos*, hanc lectionem firmat; apparet id ex *vos eum* eſſe ortum. Aſſentior Lallemando aliis etiam de cauſis

tis. Cum Chryſogono ſunt. Ita credo: litteris eorum, & urbanitate Chryſogonus ducitur, ut inter ſuos omnium deliciarum, atque omnium artium puerulos, ex tot elegantiſſimis familiis lectos, velit hos verſari, homines pæne operarios, ex Amerina diſciplina patrisfamiliæ ruſticani. Non eſt ita profecto, judices: non eſt veriſimile, ut Chry-

ſis ſane potioribus. Primum enim, cum Roſcii ajebant *in dominos* quæri non debere, ſeipſos, & Chryſogonum dominos videntur eſſe profeſſi. Neque enim Chryſogonus ſervos omnes habebat, cum Cicero *apud vos ipſos* eſſe in honore dicat, neque Roſcii omnia illi dederint. Sed voce *dominos* deſignetur, ſi ita placet, ſolus Chryſogonus, bonorum emtor, cujus nomine jamdiu Roſcii abutebantur. *Cum de hoc quæritur*, ipſe dominus, non Roſcii dicantur. Quid hoc ad rem pertinet? *Sex. Roſcius reus eſt* ſignificat, quæritur in Sextum. Quam ergo inepte illa ſequentur, *neque enim vos dominos eſſe dicitis?* quaſi quæratur in Titos. Quod ſi in hos quæri, Tullius volebat dicere, cur Sextum nominavit? Sed in noſtra lectione plana ſunt omnia. In dominos non quæri, ait Cicero, quia in reum quæſtio inſtituitur, non in accuſatores: ergo in Sextum quæri, quem dominum Roſcii non dicerent. Neque ſane, ſi dominum, ut uſque ad proſcriptionem fuerat, vellent fateri, *iniquam* in eum hanc rem dicere poterant, cum ultro is poſtularet. Iniquitatem igitur in præſentes dominos intelligebant: neque enim obſcurum eſſe qui peteret, eum non adverſus ſe petere, ſed ad refutandos adverſarios. Quod quidem recte ſuſpicioſum eſſe Tullius affirmat: niſi enim ſibi timuerint, profecto dediſſent. GARAT.

ANONYMI.

Cum Chryſogono ſunt) Ironia; ruſticos enim vult ſignificare, ut oſtendat Roſcium ſemper ruri deditum: & Chryſogonum hos ſervos non tam elegantia eorum apud ſe habere, quam propter facti conſcientiam.

VARIORUM.

Cum Chryſogono ſunt) Verba Roſciorum, Magni, & Capitonis: Negatis vos eſſe illorum dominos & apud vos eſſe: cum Chryſogono eſſe dicitis: HOTT.

Litteris eorum, & urbanitate ducitur) Ironia. Veteres in magno ſervorum numero, qui valere ingenio videbantur, alios litteris inſtituendos curabant, alios aliis ingenuis artibus ac diſciplinis, ut pictura, medicina, muſica. IDEM.

Ex tot elegantiſſimis familiis) Proſcriptorum: quorum bona, vendente L. Sulla, Chryſogonus emerat. IDEM. *Electos*, ed. Ven. GARAT.

Homines pene opearios) Verba ſunt Caſſii apud Varronem lib. de re ruſt. I. quæ quales *operarii* fuerint demonſtrant: *Operarios parandos eſſe, qui laboem ferre poſſint, nec minores annorum XXII. & ad ageiculturam dociles.* IDEM.

Non eſt ita profecto, judices, non eſt veriſimile) Maneo in ſententia, ut putem legendum, *judices, non eſt, ut, &c.* non, ut in libris vulgatis, *non eſt veriſimile, ut, &c.* non enim ita loquuntur Latini: *veriſimile eſt*, aut, *veriſimile non eſt, ut hoc, vel illud factum ſit*; ſed *veeiſimile eſt*, aut, *non eſt, factum eſſe*. Contra hoc loquendi genus eſt Latinis uſitatum, *eſt ut, non eſt ut*, pro, fieri, ſeu, accidere poteſt, aut, non poteſt, ut: eoque & Lucretius, & Horatius ſæpe utuntur, ut iudicavimus in noſtris commentariis; quod cum indocti non intelligerent, vocem *veeiſimile* intexuerunt. Ita eſt tamen locutus lib. IV. accuſation. non longe a principio: *Veriſimile non eſt, ut ille homo tam locuples, tam honeſtus, religioni ſuæ monumentiſque majorum peuniam anteponeret*: niſi dicamus etiam in illo loco, *veeiſimile* eſſe alienum: quod mihi videtur. LAMBIN. Sed repugnant omnes libri tam MSi quam

Chryſogonus horum litteras adamarit, aut humanitatem: non, ut rei familiaris negotio diligentiam cognorit eorum, & fidem: eſt quiddam, quod occultatur: quod, quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur, & abſconditur, eo magis eminet, & apparet.

42. Quid igitur? Chryſogonus ſui maleficii occultandi cauſa quæſtionem de his haberi non vult? minime, judices: non in omnes arbitror omnia convenire. Ego in Chryſogono, quod ad me attinet, nihil ejuſmodi ſuſpicor: neque hoc mihi nunc primum in mentem venit dicere. Meminiſtis, me ita diſtribuiſſe initio cauſam, in crimen, cujus tota argumentatio permiſſa Erucio eſt: & in audaciam, cujus partes Roſciis impoſitæ ſunt: quidquid maleficii, ſceleris, cædis erit, proprium id Roſciorum eſſe debebit: nimiam gratiam, potentiamque Chryſogoni dicimus & nobis obſtare, & perferri nullo modo poſſe; & a vobis, quoniam poteſtas data eſt, non modo infirmari, verum etiam vindicari oportere. Ego ſic exiſtimo: qui quæri velit ex iis, quos conſtat, cum cædes facta ſit, adfuiſſe, eum cupere verum invenire: qui recuſet, eum profecto, tametſi verbo non audeat, tamen re ipſa de maleficio ſuo confiteri. Dixi initio, judices, nolle me plura de iſtorum ſcelere dicere, quam cauſa poſtularet, ac neceſſitas ipſa cogeret. Nam & multæ res afferri poſſunt, & unaquæque earum multis cum argumentis

quam editi, teſte Grutero. GRÆV.

ANONYMI.

Ego ſic exiſtimo qui quæri vellet) Senſus talis eſt: qui vult verum quæri, neceſſe eſt ut illos ſervos ad quæſtionem poſtulet, qui dicuntur adſuiſſe, cum cædes facta ſit: qui autem non vult ex his quæri, neceſſe eſt ut ipſe hoc faciat.

VARIORUM.

Aut humanitatem) *Humanitatem*, doctrinam interpretor: ut aliis multis locis, quorum partem adnotavimus. HOTTOM. Sed ego urbanitatem malim, quomodo ſuperius dixit *litteris eorum, & urbanitate*: idque eo mihi magis perſuadeo, quod particula *aut* ſeparat litteras ab humanitate. FACCIOL.

Rei familiaris negotio) A quo longe aberat vita, & ingenium Chryſogoni, ut eſt in cap. 46. IDEM.

Cujus tota argumentatio) *Argumentatio*, tractatio, diſputatio. Nonnulli manuſcripti libri *augmentatio* ſcriptum habebant: ut etiam de *coagmentationis* verbo ſuſpicari liceat, aut *Commentum*. HOTTOM.

Nimiam gratiam potentiamque Chryſogoni) *Gratiam* apud L. Sullam; *potentiam* in judiciis. Nam *gratia* apud ſuperiores dicitur, *potentia* in inferiores; ut alibi docuimus. IDEM.

tis dici poteſt. Verum ego, quod invitus, ac neceſſario facio, neque diu, neque diligenter facere poſſum: quæ præteriri nullo modo poterant, ea leviter, judices, attigi: quæ poſita ſunt in ſuſpicionibus, de quibus ſi cœpero dicere, pluribus verbis ſit differendum, ea veſtris ingeniis, conjecturæque committo.

43. Venio nunc ad illud nomen aureum Chryſogoni, ſub quo nomine tota ſocietas ſtatuitur: de quo, judices, neque quomodo dicam, neque quomodo taceam, reperire poſſum. Si enim taceo; vel maximam partem relinquo: ſin autem dico; vereor, ne non ille ſolus, id quod ad me nihil attinet, ſed alii quoque plures læſos ſe eſſe putent. Tametſi ita ſe res habet, ut mihi in communem cauſam ſectorum dicendum nihil magnopere videatur. Hæc enim cauſa nova profecto & ſingularis eſt. Bonorum Sex. Roſcii emtor eſt Chryſogonus. Primum hoc videamus, ejus hominis bona qua ratione venierunt, aut quomodo venire potuerunt. Atque hoc non ita quæram, judices, ut id dicam eſſe indignum, hominis innocentis bona veniſſe. Si enim hæc audientur, ac libere dicentur, non fuit tantus homo Sex. Roſcius in civitate, ut de eo potiſſimum conqueramur. Verum hoc ego quæro, qui potue-

ANONYMI.

Venio nunc ad illud nomen aureum) Modo dicturus de potentia Chryſogoni: alludit Cicero de nomine ipſius. Solemus enim nomina ad voluptatem ſervis imponere, ut Smaragdum, Chryſogonum. Sic & modo Cicero, ut oſtendat eum ſervum fuiſſe.

VARIORUM.

Ad illud nomen aureum Chryſogoni) Tranſitio ad tertium ac poſtremum partitionis caput, χρυσος autem *aurum*, γονος *ſemen* ſignificat. Semen igitur aureum vel fœtum aureum declarat. HOTTOM.

Sub quo nomine tota ſocietas ſtatuitur) Alludit ad nomina ſocietatum, quæ in tabulas ſocietatis referuntur: nam quidquid in codicem refertur, id *nomen* dicitur. Societatem autem bonorum Sex. Roſcii ſignificat, quam tres quidem illi coierant, ſed ſub unius Chryſogoni nomine. Solus enim Chryſogonus & bona vendenda curaverat, & illa minimo pretio coemerat. IDEM.

Si enim hæc audientur) *Si* pro *etſi*, vel *ſi maxime* Sic Terentius in Eunucho: *Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen.* Eſt ergo ſenſus, ut hæc contumelia bona cum venia ex me audiatur, & judices eam palam fieri patiantur, tamen non fuit, &c. IDEM. *Si enim &c.*, ideſt, ſi quando talia libere dici, & audiri poterunt, non de tantulo homine potiſſimum querentur, cum alii multo illuſtriores eadem injuria læſi fuerint, FACCIOLAT.

ANO-

tuerunt iſta ipſa lege, quæ de proſcriptione eſt, ſive Valeria eſt, ſive Cornelia, non enim novi, nec ſcio, verum iſta ipſa lege bona Sex. Roſcii venire qui potuerunt? Scriptum enim ita dicunt eſſe, VT EORVM BONA VENEANT, QVI PROSCRIPTI SVNT: quo in numero Sex. Roſcius non eſt: aut EORVM, QVI IN ADVERSARIORVM PRÆSIDIIS OCCISI SVNT. Dum præſidia ulla fuerunt, in Sullæ præſidiis fuit: poſteaquam ab armis receſſerunt, in ſummo otio rediens a cœna Romæ occiſus eſt. Si lege, bona quoque lege veniſſe fateor: ſin autem conſtat contra omnes non modo veteres leges, verum etiam novas, occiſum eſſe, bona quo jure, aut quo modo, aut qua lege venierint, quæro.

44. In quem hoc dicam, quæris, Eruci? non in eum, quem vis, & putas: nam Sullam & oratio mea ab initio, & ipſius eximia virtus omni tempore purgavit. Ego hæc omnia Chryſogonum feciſſe dico, ut ementiretur, ut malum

ANONYMI.

Proſcriptione Valeria) Valerius Flaccus prætor Sullanis temporibus fuit: hic tulit legem; quidquid Sulla dixiſſet, Lex eſſet. Si quid ergo ad populum tuliſſet Sulla, valebat lege Cornelia: ſi quid voluiſſet facere, & non tuliſſet ad populum, hoc valebat lege Valeria.

VARIORVM.

Sive Valeria eſt, ſive Cornelia) Sive a L. Valerio Flacco, ſive a L. Cornelio Sulla inventa & excogitata eſt. L. Flaccus deſtituta civitate Conſulibus, Carbone quippe & Mario interfectis, a Senatu Interrex proditus, ut Conſulum creandorum cauſa comitia haberet, & Sullam Dictatorem dixit, & legem tulit, ut omnia quæcumque Sulla feciſſet, eſſent rata. Cicero in Rullum: *Omnium legum iniquiſſimam diſſicillimamque legem eſſe arbitror eam, quam L. Flaccus Interrex de Sulla tulit, ut omnia, quæcumque ille feciſſet, eſſent rata.* Sed hoc loco Cicero ſatis acerbe Sullam perſtringit: non enim ait ſe ignorare a quo lata ſit, ſed a quo excogitata & ſcripta ſit. Ergo hoc totum, *Sive Cornelia eſt*, contumelioſe & graviter in L. Sullam dictum putato. HOTTOM.

In adverſariorum præſidiis) *Præſidiis*, id eſt, caſtris: ſic in orat. pro Ligario: *Tantummodo in præſidiis eratis; animi vero a cauſa abhorrebant.* IDEM.

Ab armis receſſerunt) Alii, *ab armis receſſum eſt*, & ſic duo e noſtris MSis. LALLEMAND. Omnes, quas vidi, editiones *receſſerunt*. Quæcumque tamen illæ ſint, quæ a Lallemando nuper, jamque ad oram ed. Lambinianæ 1572. abſque nomine citabantur, cum præſertim duobus MSis muniantur, eas non ego contemſerim; earum enim lectionem vehementer probo. GARAT.

Veteres leges) Quarum aliæ vetabant civem Romanum indemnatum necare, aliæ prohibebant de capite civis Romani, niſi centuriatis comitiis judicare. SIGONIVS.

Feciſſe dico ut ementiretur) Id eſt, ementitum eſſe, finxiſſe, dixiſſe, paſſum non eſſe. Et eſt Latina locutio, qua veteres frequenter utebantur. Plautus Menæchm. *Tu facito ante ſolis occaſum ut venias adverſum mihi*. Sed putidum eſt exempla in re perſpicua proponere. HOTTOM.

ANO-

malum civem Roſcium fuiſſe fingeret, ut eum apud adverſarios occiſum eſſe diceret, ut hiſce de rebus a legatis Amerinorum doceri L. Sullam paſſus non ſit. Denique etiam illud ſuſpicor, omnino hæc bona non veniſſe: id quod poſtea, ſi per vos, judices, licitum erit, aperietur. Opinor enim eſſe in lege, quam ad diem proſcriptiones venditioneſque fiant: nimirum ad Kalendas Iunias. Aliquot poſt menſes & homo occiſus eſt, & bona veniſſe dicuntur. Profecto aut hæc bona in tabulas publicas nulla redierunt, noſque ab iſto nebulone facetius eludimur, quam putamus: aut, ſi redierunt, tabulæ publicæ corruptæ aliqua ratione ſunt. Nam lege quidem bona venire non potuiſſe conſtat. Intelligo, me ante tempus, judices, hæc ſcrutari, & propemodum errare, qui, cum capiti Sex. Roſcii mederi debeam, rediviam curem.

Non

ANONYMI.

Intelligo judices me ante tempus) Dicebatur Ciceroni: de capite omne certamen eſt, & tu de bonis Roſcii dicis. Intellexit hoc Cicero: recuſat. Scio, inquit, judices, ut cum pro capite mihi Roſcii dicendum ſit, redubiam curem: ſtultitia autem medici eſt, ut pro capite (1) *panaricium* curet. Notandum autem eſt, quia bona defendenda ſibi dat, capitis periculum Roſcio. Sed dicit hæc bona non concupiſcere Roſcium, ſed tantum ut infamia parricidii careat.

Redubiam curem) Redubia eſt vulnus ex ungue, quod Græce panaricium dicitur.

VARIORUM.

Nimirum ad Kalendas Iunias) Id eſt, uſque ad Kal. Iun. Hoc idcirco adnotavi, quod in priore editione operarii impreſſerant, *a. d. Kal. Iun.* mendoſe. LAMBIN. *Nimirum Kalendas Iunias*) Ita MSi noſtri editioneſque primæ; poſteriores, *nimirum ad Kal.* non neceſſario. GRUTERUS. In Franc. primo legitur *ad Kalendas*, ſed deſideratur *nimirum*. GRÆV.

In tabulas publicas) Quas Quæſtores Ærarii aſſervabant: & in quibus pecuniam, quæ ex publicatis bonis redigebatur, præſcribere ſolebant. *Nulla* autem, non *nullas* video in antiquis omnibus & manuſcriptis libris, quod valde probo: ut ſit antique poſitum pro *non* redierunt. Locutio autem ita & nota eſt, & a nobis ſæpe explicata, ut exempla proferre nihil neceſſe ſit. HOTTOM.

Nulla redierunt) Sic legendum: & ita ſcriptum eſt in libris manuſcr. *Nulla redierunt* autem, id eſt, non redierunt, nempe bona. LAMBIN. Ed. MCCCCLXXX. *nulla ratione redierunt.* Hoc ego probarem, cui opponitur alterum illud *aliqua ratione*. Videant acutiores: multa enim in utramque partem dici poſſunt. GARATON.

Ab iſto nebulone) Chryſogono, quem paulo poſt & *hominem poſtremum*, & *ſervum nequiſſimum* appellat: ſed quæ poſtea Ciceroni doluit orationis acerbitas. HOTTOM.

Rediviam curem) *Rediviam*, multi libri veteres; quam ſcripturam etiam apud Feſtum reperio: qui *rediviam* a *redivire* declinatam dicit, quod ſolvere ſignificat. *Eſt enim redivia* (inquit) *morbus, quum circa ungues cutis ſe reſolvit.* Senſus eſt igitur, quum magno

malo

(1) F. παρονυχιον. Sic ad marginem Voſſiani codicis erat a quodam emendatum. GRÆV.

Non enim laborat de pecunia, non ullius rationem ſui commodi ducit: facile egeſtatem ſuam ſe laturum putat, ſi hac indigna ſuſpicione, & ficto crimine liberatus ſit. Verum quæſo a vobis, judices, ut hæc pauca, quæ reſtant, ita audiatis, ut partim me dicere pro me ipſo putetis, partim pro Sex. Roſcio. Quæ enim mihi ipſi indigna, & intolerabilia videntur, quæque ad omnes, niſi providemus, arbitror pertinere, ea pro me ipſo ex animi mei ſenſu, ac dolore pronuntio. Quæ ad hujus vitæ caſum, cauſamque pertineant, & quid hic pro ſe dici velit, & qua conditione contentus ſit, jam in extrema oratione noſtra, judices, audietis. Ego hæc a Chryſogono mea ſponte, remoto Sex. Roſcio, quæro.

45. Primum, quare civis optimi bona venierint: deinde, quare hominis ejus, qui neque proſcriptus, neque apud adverſarios occiſus eſt, bona venierint, cum in eos ſolos

malo mederi debeam, vitæ ſcilicet & capiti Sex. Roſcii: nunc curam leviuſculi mali ſuſcipio, de bonis ſcilicet, quæ contra leges ſunt vendita, de quibus ipſe nihil laborat. Alia perinſigni translatione ſimili fere in re uſus eſt lib. de Divinat. II. *Vrbem philoſophiæ mihi crede proditis, cum caſtella defenditis.* HOTTOM. *Rediviam cutem*) Sic ſcribitur apud Feſtum, non reduviam. *Rediviam*, inquit ille, *alii reluvium appellant, cum circa ungues cutis ſe reſolvit: quia luere, eſt ſolvere.* LAMBIN. Quam *reduviam* Cicero, *reluvium* Feſtus appellat, ea *reluvia* fortaſſe dicenda eſt. GARATON.

Ex animi mei ſenſu) Franc. *& animi mei ſenſu*: non male; nimirum *pro animi mei ſenſu*. Sic paullo ante idem: *ad omnis*. GRÆV. *Et animi* etiam ed. MCCCCLXXX. ſed præfero *ex*: non equidem illa motus Facciolati ratione, quod ita ſenſus a Cicerone diſtribuatur: *alia ego dico pro me ex animi mei ſenſu, alia pro Roſcio ex ipſius voluntate dicam*; ſed propter aptiſſimam huic loco, atque omnibus notam ejus, quam præfero, elegantiam locutionis. Ita enim exiſtimo, facilem earum litterarum permutationem aptiori formæ loquendi fraudi eſſe numquam debere. GARATON.

Quæ ad hujus vitæ caſum, cauſamque pertinent) Ordo, & ſenſus hic eſt, quæ pertinent ad caſum vitæ, id eſt calamitatem Sex. Roſcii, ejuſque cauſam, ac defenſionem. HOTTOM.

Qui neque proſcriptus, neque apud adverſarios occiſus eſt) *Neque*, inquit Aſconius, eſt *conjunctio disjunctiva, & ſemper poſtulat ut rurſus inferatur: ut cum dicimus, neque hoc, neque illud.* Deeſſe igitur alterum membrum videtur: quid dico, videtur? imo vero, niſi plane cæci ſumus, aperte ac dilucide perſpicitur. Deſunt autem hæc verba: *neque proſcriptus fuerat*: quod illum locum, quem ſubjiciam, conſideranti perſpicue conſtabit: *Scriptum enim ita dicunt eſſe, ut eorum bona veneant, qui proſcripti ſunt: quo in numero Sex. Roſcius non eſt, aut eorum qui in adverſariorum præſidiis occiſi ſunt.* IDEM. *Occiſus, neque proſcriptus eſt*) Non eſt dubium, quin, ut acute vidit, & recte judicavit Hottomannus, deſideretur hoc membrum, *neque proſcriptus eſt*. LAMBIN. *Qui neque apud adverſarios occiſus eſt*) Deeſt *qui neque proſcriptus, neque apud &c.* F. URSIN. *Neque proſcriptus eſt* recepit ex conjectura Hottomanni cum Lambino, & Paullo Manutio

ſolos lex-ſcripta ſit : deinde , quare aliquanto pòſt eam diem venierint , quæ dies in lege præfinita eſt: deinde , cur tantulo venierint. Quæ omnia ſi, quemadmodum ſolent liberti nequam , & improbi facere , in patronum ſuum voluerit conferre, nihil egerit. Nemo eſt enim, qui neſciat, propter magnitudinem rerum multa multos, partim connivente, partim imprudente L. Sulla , commiſiſſe. Placet igitur in his rebus aliquid imprudentia præteriri? non placet , judices : ſed neceſſe eſt. Etenim ſi Iupiter optimus maximus , cujus nutu , & arbitrio cælum, terra, mariaque reguntur, ſæpe ventis vehementioribus , aut immoderatis tempeſtatibus, aut nimio calore , aut intolerabili frigore hominibus nocuit , urbes delevit , fruges perdidit: quorum nihil pernicii cauſa divino conſilio , ſed vi ipſa

mutio Gruterus, invitis omnibus libris , etiam primo Francii. Grav.

A n o n y m i.

Cuntulo a venierint) Hic oſtenditur furtum: tanta res parum pretium habuit.

V a r i o r u m.

Curtatum venerunt) Seſtertium duobus millibus: ſupra. Hotтом.

Partim connivente) Biuæ hæ voces non ſunt in MSis noſtris aut edd. veterrimis, & non videntur auctoris: is adjecit, qui arbitrabatur *partim*, ſemper bis ponendum, cum exſtarent tamen in Victoriana aliisque, reliqui quidem heic; ſed ſepſi uncis. Gruter. Non leguntur etiam in primo Franc. in quo & deſideratur *enim* in iis, quæ præcedunt: *nemo eſt enim*. Gravius. Sunt in editione Naugerii, unde autem, ignoro: alius ab editionibus locuples inveſtigabit. Mihi vero conſenſio tanta in iis omittendis verbis, quamquam eadem ſit in ſuperioribus illis *neque proſcriptus*, quæ tamen certe adſint, neceſſe eſt, ſuſpicionem quamdam injiciunt, Tullium ſcripſiſſe, *multa multos privatim, imprudente L. Sulla, commiſiſſe*. Nam & ptim in MSis & edd. ſæpe ſcribitur, quod utramque vocem ſubeſſe monet olim potuiſſe, & illa Sullæ objecta conniventia in pejorem ſane, quam Cicero vellet, accipi partem poterat. Adde, quod ſtatim *aliquid imprudentia præteriti*; tum *aliqua non animadvertere*, de Sulla dictum, & cap.8. *L. Sulla imprudente* legamus, nihil umquam de conniventia. Hic vero *privatim* ſignificaret *ex ſe*, Sulla non participe, ipſos denique ſolos commiſiſſe, non ineleganti, imo plane Tulliano loquendi modo, qui pro Quint. cap. 4. fuit uſurpatus. Nam quæ *privatim* deberet Quintius, ea diſtinguuntur ab iis, quæ *ſocietatis nomine* debereutur, quæ tamen ipſe Quintius debuiſſet. Similis eſt hujus verbi uſus apud Livium V. 30. ubi vide Drakenborchium. Garat.

Nihil pernicii cauſa) *Pernicii*, Aulus Gellius lib. IX. vetuſte ut *dies*, *dii*: *progenies*, *progenii*: *luxuries*, *luxurii*: *acies*, *acii*. Apud Nonium tamen Marcellum reperio: *Pernici*: niſi locus corruptus eſt. Chariſius autem lib. I. *Cicero*, inquit, *pernicies cauſa*, genitivum extulit. Hotтом. *Quorum nihil pernicii cauſa*) Sic legendum, ſi Gellio lib. IX. cap. 14. credimus, ut credimus. *Pernicii* autem, patrius caſus eſt antiquis a nomine *pernicies*: ſic enim nomina quintæ inflectebant veteres: *pernicies* generandi caſ. *pernicies*, & *pernicie*, & *pernicii*, & *pernicei*. Chariſius tamen videtur legiſſe, *pernicies cauſa*, lib. I. Lambin. Sic & Ciceronem

ipſa, & magnitudine rerum factum putamus: at contra commoda, quibus utimur, lucemque, qua fruimur, ſpiritumque, quem ducimus, ab eo nobis dari, atque impertiri videmus: quid miramur, L. Sullam, cum ſolus remp. regeret, orbemque terrarum gubernaret, imperiique majeſtatem, quam armis receperat, legibus confirmaret, aliqua animadvertere non potuiſſe? niſi hoc mirum eſt, quod vis divina aſſequi non poſſit, ſi id mens humana adepta non ſit. Verum, ut hæc miſſa faciam, quæ jam facta ſunt, ex iis, quæ nunc maxime fiunt, nonne quivis poteſt

nem in Lælin ſcripſiſſe *luxurii*, *dlrimi tamra conteatione luxurii*, ex MSis oſtendit Giſſanius in indice in voce *effigia*: vide in G. Voſſii Ariſtarch. lib. II. de analog. c. 19. Vert. edd. & MSi Pall. *perniciæ*. Franc. prim. *perniciei*. GRÆV. Omnino Gellii auctoritas Chariſio eſt præferenda, ſi tamen mendo caret Chariſii locus, Gellioque conſentit Nonius hunc ipſum locum citans v. *pernici*: antiqua enim ſcribendi ratio, ut omnes norunt, PERNICI eſt. Poſtulat id analogia vocum, quas ſimiliter inflexas Gellius refert, quarum una eſt *luxuries*, *luxurii*, plane ut in Cic. MSis reperit Giſanius. GARATON.

ANONYMI.

Quid miramur judices) Venit ad Sullam, & tacuit, noluit ſervare comparationem, quia ſcit figurata eſſe.

IN VICO PALLACRINE) Locus ubi cœnaverat Roſcius.

Maxime metu ut Sullam ſcilicet) Deribat tamen: & ait *ſe* id eſt ſuſpicionem ſuam in alium deducit: hoc enim dicebat Chryſogonus: non timui ne mihi tollerentur bona Roſcii: iden ejus prædia diſſipavi. Sed quia ædificabam in (2) Bejentanam ideo de his tranſtuli.

MANU PRÆDIA PRÆDIIS) Prædiis occaſione: quemadmodum dicimus, fac ad manum illum endicem.

HIC EGO AUDIRE ISTOS CUPIO) In hoc capite de potentia Chryſogoni invidiam facit, ut enumeret ſingula deliciarum genera, quod habeat plures poſſeſſiones, mancipia, quæ omnia dicit de rapinis ipſum habere.

VARIORUM.

Vi ipſa, & magnitudine rerum) Vi magna naturæ, quam huic univerſo inſevit Deus, & æternæ illius legis imperio, qua hæc omnia moventur & neceſſario ventos, tempeſtateſque & alia, quæ hæc mala dant, concitant. Non enim temere hæc accidunt. Senec. de provident. c. 1. *Ne illa quidem quæ videatur confuſa & incerta, pluvias dico nubeſque, & eliſorum fulminum jactus, & incendia ruptis montium verticibus effuſa, tremores labantis ſoli, & alia quæ tumultuoſa pars rerum circa terras movet, ſine ratione, quamvis ſubito accidant: ſed ſuas & illa cauſas habent non minus, quam quæ in alienis locis conſpecta miracula ſunt. Vi & magnitudine*, eſt magna vi: *ἐν διὰ δυοῖν*. GRÆV. Sic Virgilius Georg. II. 192. *pateris libamus, & auro*, hoc eſt pateris auratis. Putabant autem veteres, Iovem ipſum fato ſubjici, & rerum ordine rapi. FACCIOLAT. Eſt ne figura hæc neceſſario advocanda? Vim rerum naturæ inſitam, & elementorum, ex quibus talia gignuntur, magnitudinem, quantitatem, conflatam molem intelligi poſſe, quis non videt? GARATON.

Quam armis receperat) Lego, *quam armis reciperarat*. LAMB. Franc. prim. *quam armis acceperat*, *cum legibus confirmaret*. GRÆVIUS. Etiam ed. Veneta, *cum legibus*: quod non eſt aſpernandum: cur enim additum exiſtimemus, certiſſimæ non ſunt cauſæ. GARATON.

Ex iis quæ nunc maxime fiunt) *Nunc maxime*: hoc ipſo tempore, hoc ipſo tem-

(1) Vejentanam. I. FR. GRON.

poteſt intelligere, omnium architectum, & machinatorem unum eſſe Chryſogonum, qui Sex. Roſcii nomen deferendum curavit? hoc judicium, cujus honoris cauſa accuſare ſe dixit Erucius?

Deſunt non pauca.

46. Aptam, & ratione diſpoſitam ſe habere exiſtimant, qui in Salentinis, aut in Brutiis habent, unde vix ter in anno audire nuntium poſſunt: alter tibi deſcendit de palatio, & ædibus ſuis: habet animi relaxandi cauſa rus amœnum, & ſuburbanum, plura præterea prædia, neque tamen ullum, niſi præclarum, & propinquum: domus referta vaſis Corinthiis, & Deliacis, in quibus eſt authepſa illa

temporis puncto, ac momento. Eſt enim genus loquendi cum emphaſi uſurpatum, quale illud eſt, *nunc ipſum*, quod lib. VII. VIII. & XII. Epiſt. ad Atticum uſurpavit. Et item illud, *cum maxime*; ut Verr. IV. *Cum hæc maxime cognoſceremus, & jam in manibus tabulas haberemus*. HOTTOM.

Cujus honoris cauſa accuſare ſe dixit Erucius) Deſideratur tota argumentatio, qua neque venire bona potuiſſe, neque veniſſe docuit. IDEM. *Cujus honoris cauſa accuſare ſe dixit Erucius*) Multa hic deſiderantur. Primum totus ille locus, in quo oſtendit, bona Sex. Roſcii venire non debuiſſe; deinde amplificationis principium, per quam invidiam conflat Chryſogono, ut omnium Sullæ libertorum abundantiſſimo, copioſiſſimo, & potentiſſimo; finge igitur talia quædam a Cicerone dicta eſſe, ut videas quo pertineant hæc, quæ ſequuntur ἀκέφαλα, & truncata. Alii item Sullæ liberti non mediocres rei familiaris copias repente conſecuti ſunt, qui antea erant egentiſſimi: ædes ampliſſimas coemerunt, qui antea tectum, quo imbris cauſa ſuccederent, non habebant; fundos, prædia, villas poſſident, quibus nuper, pedem in ſuo ubi ponerent, non erat. Sed quid ad Chryſogonum? Fundis hi, & villis remotis, & deviis, neque ita fructuoſis contenti ſunt: ille villas habet ſuburbanas, opportuniſſimas, inſtructiſſimas, ac fructuoſiſſimas; hi domum aptam, & ratione, &c. Præterea, ſuperiora quoque illa poſt verbum, *curavit*, erant mutila in libris vulgatis, *hoc judicium, cujus honoris cauſa accuſare ſe dixit Erucius*. Quæ ſic reſtitui, qui hoc judicium conflavit? cujus honoris cauſa accuſare ſe dixit Erucius? Sed Ren. Marchalus Boemoræus levi mutatione facta, ſic legendum putat: *Deferendum curavit? Hoc judicium. Ejus honoris cauſa accuſare ſe dixit Erucius*. LAMB.

De Palatio) In monte Palatino ædes habebant principes civitatis, ut in parte urbis nobiliſſima. FACCIOLAT.

Rus amœnum & ſuburbanum, plura præterea prædia) *Rura agrorum dicuntur tantum, quia* (ut Varro ſcribit) *quotannis rurſum facienda eadem, ut rurſus capias fructus. Prædia vero nonniſi cum ædificio ſunt*. Hæc tamen verborum proprietas minime a Iuriſconſultis obſervatur. HOTTOM.

Domus referta vaſis Corinthiis, & Deliacis) Æs Corinthium non naturale, ſed artificioſum fuit; confuſo quippe auro argentoque miſcebatur, illud principio caſus miſcuit, Corintho, cum caperetur, incenſa. Ejus tria genera fuere, candidum, argento nitore quam proxime accedens, in quo illa mixtura prævaluit; alterum, in quo auri fulva natura; tertium

illa, quam tanto pretio nuper mercatus eſt, ut, qui prætereuntes pretium enumerari audiebant, fundum venire arbitrarentur. Quid præterea cælati argenti? quid ſtragulæ veſtis? quid pictarum tabularum? quid ſignorum? quid marmoris apud illum putatis eſſe? tantum ſcilicet, quantum e multis, ſplendidiſque familiis in turba, & rapinis concervari una in domo potuit. Familiam vero quantam, & quam variis cum artificiis habeat, quid ego dicam? Mitto haſce artes vulgares, coquos, piſtores, lecticarios: animi, & aurium cauſa tot homines habet, ut quotidiano cantu vocum, & nervorum, & tibiarum, nocturniſque

con-

tium, in quo æqualis omnium temperies fuit. Cicero Verrina VI. *Tu videlicet ſolus vaſis Corinthiis delectaris? tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta ſolertiſſime perſpicis.* Sed antiquiſſima æris gloria Deliaco fuit, *mercatus in Delo concelebrante toto orbe:* hæc fere ex Plinio. Florus autem ſic: *Æris notam pretioſiorem ipſa opulentiſſimæ urbis fecit injuria; quia incendio perustis plurimis ſtatuis atque ſimulacris, æris, auri, argentique venæ in commune fluxere.* IDEM. Hanc fabellam de æris Corinthiaci origine refellit ex ipſo Plinio Bocharthus Hierozoici lib. VI. c. 16. ubi oſtendit excidio Corinthiaco illud longe eſſe antiquius, quem vide. GRÆV.

ANONYMI.

Authepſa illa quam tanto pretio) Authepſa vas aquarium, quod interjecta lamina fabricatis arte fornacibus (1) *compendium* portat: portati ſimul ignis contrarii elementi defenſa vicinitas.

Lecticarios) Lecticarii dicuntur, qui majores nobiles portant, ut in Verrinis legimus.

Animi & aurium) Animi eſt, ut pantomimum ſpectemus; aurium, citharœdum.

VARIORUM.

Authepſa illa) Vas fuiſſe videtur ex ære, duos habens fundos: quorum in ſuperiore elixa, in inferiore igniculus imponebatur, coquendis quæ ſupra poſita fuerant, accommodatus. Vocabulum fictum eſt ex αὐτὸς & ἕψω: quaſi per ſe cibos coqueret, neque foco opus eſſet. HOTTOM. *Authepſa illa*) Sic omnes libri, denique verbum reſtituendum ex MSis Palatinis, Lampridii Helagabalo cap. 19. *Primus deinde authepſas argenteas habuit*; ita enim diſerte Librariæ Electoralis membranacei, ut dudum prodidi Notis meis ad eumdem auctorem; hactenus vulgata; *Primus deinde menſas & capſas argenteas habuit*: quæ magnum fecit Caſaubono noſtro negotium. GRUTER. Antiquus interpres ineditus Iſaaci Voſſii, quem ille putat eſſe Vulcatium Gallicanum, ſic deſcribit authepſam: *Authepſa vas eſt aquarium, quod interjecta lamina fabricatis arte fornacibus compendium portat: ſimul ignis contrarii elementi defenſa vicinitas.* Ipſe Voſſius contendit eſſe ἰπνολέβητα Græcorum, Latinis etiam *miliarium*. Vide viri maximi obſervationes ad Catullum. GRÆV. Verba ipſa, quæ Voſſius l. c. pag. 318. attulit, apud Scholiaſtem ſupra poſitum vides. Nimirum idem ipſe eſt, quem ex Voſſiano codice I. Gronovius, & Grævius ediderunt. Hujus vide præfationem. GARAT.

Ut qui prætereuntes pretium enumerari) Pal. pr. *ut quidam prætereuntes qui id pretium en.* S. Victoris; *ut qui præt. quid præconum numerare*; forte, *ut quidem prætereuntes qui id præconi adnumerari*. GRUTER.

(1) F. *calidam*. GRÆV.

Di-

conviviis tota vicinitas perſonet. In hac vita, judices, quos ſumtus quotidianos, quas effuſiones fieri putatis? quæ vero convivia? honeſta, credo, in ejuſmodi domo: ſi domus hæc habenda eſt potius, quam officina nequitiæ, & diverſorium flagitiorum omnium. Ipſe vero quemadmodum compoſito, & delibuto capillo paſſim per forum volitet cum magna caterva togatorum, videtis, judices. Etiam videtis, judices, ut omnes deſpiciat, ut hominem præ

Diverſorium) Lambinus edidit *deverſorium*. Erudite: ipſum vide ad lib. I. in Verr. cap. 6. & 25. Ibi Grævius, & ad Phil. II. 27. ex Salmaſio verbi *devertere*, & derivatorum antiquam hanc eſſe ſcripturam notavit, ediditque ſimiliter in Orat. pro Mil. c. 20. Neque aliter ſcribi debet, ut poſt Salmaſium ſummi viri paſſim docuerunt; conſule Ind. Lat. Erneſti v. *devertere*. Hic ergo in Grævio conſtantiam, Lambinianamque diligentiam, quæ ipſi ob oculos erat tamen, magnopere requiro. GARAT.

Compoſito, & delibuto capillo) Ad hujus loci explicationem cum primis faciunt, quæ habet Urſinus in appendice ad Giacconii triclinium pag. 132. ubi eumdem hunc locum inter alia adducit. VERBURG.

Cum magna caterva togatorum) Qui ſe in illius fidem & clientelam contulerunt. Clientes enim ſuos patronos aſſectationis officio colebant, & honoris cauſa, cum illi urbem obibant, ducebant ac reducebant. Invidioſe autem hoc dicitur de togatis, qui libertum hominem ita obſervanter aſſectabantur. Martialis de illiuſmodi togatis aſſectatoribus:

Iam parce laſſo Romæ gratulatori,
Laſſo clienti, quamdiu ſalutator
Anteambulones & togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto.

Et alibi:

Si matutinos facile eſt tibi rumpere ſomnos,
A trita veniet ſportula ſæpe toga.

Item alibi locis innumeris. HOTTOMANNUS.

Videtis judices, ut omnes deſpiciat) Omnes prope alii, in queis etiam Aldinus: *Videtis judices: etiam videtis judices, ut omnes deſpiciat*; quod cur ex libris tollatur, opinor, cauſa nulla eſt. HOTTOM. *Ut omnes deſpiciat, hominem*) Iure hic deſidero curam, & diligentiam Gruteri, qui ſolus, & primus ita edidit, eumque ſequutæ tres poſteriores, quum omnes priores conſtante concordia exhibuerint *deſpiciat, ut hominem*: quam voculam ideo in nullo non manuſcr. libro inveniri ſupponens reſtitui. Sed majus quid hic accidit. Nam & Naugeriana editio Lucæ Antonii Iunctæ, & Victoriana Rob. Stephani habent hoc amplius: *Volitet cum magna caterva togatorum, videtis, judices. Etiam videtis judices, ut omnes*. Hæc ab illis prodita eſſe ex MSis, cur dubitem? & ab poſterioribus per ſolam negligentiam prætermiſſa, cur non querar? Certe & Lambinus, & Gothofredus, & Gruterus, cur omiſerint, cauſam dicant, quam ego nullam video, nedum ſatis juſtam. GRONOVIUS. *Etiam videtis, judices*) Hæc verba, a recentioribus deleta repoſui, cum reperirentur in editione prima, & Franc. primo. Sententia ſane illa requirit. Hiat alioquin oratio. Sed in eodem Franc. eſt, *ut homines deſpiciat, ut hominem præ ſe neminem putet*; quod & in multis editis legitur. GRÆVIUS. Ed. MCCCCLXXX. ita exhibet plane, ut hic editum vides. Ed. MDLXXII. ea verba Lambino, quæ ab ipſo Gronovius omiſſa conqueritur, non reſtituit, &, quod magis mirere, Oliveius a Gronovio, & Grævio exorari ſe non eſt paſſus, ut ea reciperet. Quid Facciolatus? ne is quidem admiſit,

præ ſe neminem putet, ut ſe ſolum beatum, ſolum potentem putet. Quæ vero efficiat, & quæ conetur, ſi velim commemorare, vereor, judices, ne quis imperitior exiſtimet, me cauſam nobilitatis, victoriamque voluiſſe lædere: tametſi meo jure poſſum, ſi quid in hac parte mihi non placeat, vituperare. Non enim vereor, ne quis alienum me animum habuiſſe a cauſa nobilitatis exiſtimet.

47. Sciunt ii, qui me norunt, me pro illa tenui, infirmaque parte, poſteaquam id, quod maxime volui, fieri non potuit, ut componeretur, id maxime defendiſſe, ut ii vincerent, qui vicerunt. Quis enim erat, qui non videret, humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere? quo in certamine perditi civis erat, non ſe ad eos jungere, quibus incolumibus, & domi dignitas, & foris auctoritas retineretur. Quæ perfecta eſſe; & ſuum cuique honorem, & gradum redditum gaudeo, judices, vehementerque lætor: eaque omnia deorum voluntate, ſtudio populi Romani, conſilio, & imperio, & felicitate L. Sullæ geſta eſſe intelligo. Quod animadverſum eſt in eos, qui contra omni ratione pugnarunt, non debeo reprehendere: quod viris fortibus, quorum opera eximia in reb. gerendis exſtitit, honos habitus eſt, laudo: quæ ut fierent, idcirco pugnatum eſſe arbitror, meque in eo ſtudio partium fuiſſe confiteor. Sin autem id actum eſt, & idcirco

miſit, in ima tamen ora probavit. Tum illud recte, iſta ex MSis, non quod alioquin hiat oratio, reſtitui oportere. GARATON.

ANONYMI.

A cauſa exiſtimet) Id eſt, a parte Sullana.

Me pro illa tenui infirmaque) Pro Mariana, pro equitibus Romanis.

Cum maxime voluerim) Id eſt, bella civilia.

Animadverſum eſt in eos) Id eſt, in Marianos.

Si id actum eſt idcirco) Senſus talis: non, inquit, idcirco putamus Sullanas partes contra Marianos arma tuliſſe, ut reſtitueretur omnibus libertas. Sin autem (1) ductum eſt hoc bello, ut liberti homines aliena occupent bona, non eſt hoc bello data libertas, verum longe aliter. Non, inquit, quiſquis vituperat Chryſogonum, jam Sullam vel nobilitatem vituperat, ſed malum: nam, qui vult vituperare partem Sullanam, dicit, quia Chryſogonus multum poteſt; qui laudare, dicit, quia tantum poſſe non debet.

VARIORUM.

Pro illa tenui infirmaque parte) Marii, Cinnæ, Carbonis. HOTTOM. *Me pro illa tenui, infirmaque parte*) Id eſt,

(1) F. id actum. GRÆV.

idcirco arma ſumta ſunt, ut homines poſtremi pecuniis alienis locupletarentur, & in fortunas uniuſcujuſque impetum facerent, & id non modo re prohibere non licet, ſed ne verbis quidem vituperare, tum vero in iſto bello non recreatus, neque reſtitutus, ſed ſubactus, oppreſſuſque populus Romanus eſt. Verum longe aliter eſt: nihil horum eſt, judices: non modo non lædetur cauſa nobilitatis, ſi iſtis hominibus reſiſtetis; verum etiam ornabitur.

48. Etenim qui hæc vituperare volunt, Chryſogonum tantum poſſe queruntur: qui laudare volunt, conceſſum ei non eſſe commemorant. Ac jam nihil eſt, quod quiſquam aut tam ſtultus, aut tam improbus ſit, qui dicat: *vellem quidem liceret: hoc dixiſſem*: Dicas licet. *Hoc feciſſem*: Facias licet: nemo prohibet. *Hoc decreviſſem*: Decerne, modo recte: omnes adprobabunt. *Hoc judicaſſem*: Laudabunt omnes, ſi recte, & ordine judicaris. Dum neceſſe erat, reſque ipſa cogebat, unus omnia poterat: qui poſteaquam magiſtratus creavit, legeſque conſtituit, ſua cuique procura-

eſt, pro mea illa virili parte, pro illa mearum virium infirmitate, atque imbecillitate, pro mearum opum tenuitate; male enim, qui referunt ad Marii, Cinnæ, Carbonis partes. LAMBIN. Fortaſſe hic verbum aliquod excidit. GARAT.

Honos habitus eſt) Præmia tributa ex eorum ſpoliis, in quos animadverſum eſt. HOTTOM.

Homines poſtremi) Id eſt, infimi, nequam, nullo numero; quemadmodum ex contrario *primi homines* pro primarii, honore ac dignitate prædíti. Brutus Ciceroni, in lib. Epiſt. ad Brutum: *Quod ſi Romanos nos eſſe meminiſſemus, non audacius dominari cuperent poſtremi homines, quam id nos prohiberemur*. C. Gracchus in Orat. poſt reditum ex Sardinia: *Si ulla meretrix domum meam introivit, & cujuſquam puer propter me ſollicitatus eſt, omnium uationum poſtremiſſimum nequiſſimumque exiſtimatote*. IDEM.

Nihil eſt, quod quiſquam aut tam ſtultus) Hæc tota cohortatio eſt judicum, Chryſogoni potentiam timentium: ſed quæ de decernendo loquitur, & magiſtratu ac procuratione ad M. Fannium Quæſitorem pertinere maxime videntur. HOTTOM.

Si recte & ordine judicaris) Ordine, modo, ratione, ſapienter. Nam ordo ex ſapientia naſcitur, & apta rerum atque accommodata compoſitione. IDEM. Ed. Ven. *ſi ratione, & ordine*. Eamdem varietatem vidimus cap. 39. Permutantur hæ, quia ſcribitur r̄oē, aliove compendio. Sed haud facile res judicabitur. Superiore illo loco utrumque poteſt defendi. Hic autem pro *ratione* id facit, quod in eamdem ſententiam proximum illud ſit, *modo recte*. Sed *recte*, *atque ordine* formula adprobantium, & laudantium eſt, qua ſenatus quotidie utebatur, ut notiſſimum eſt ex Briſſonio de formul. II. 197. Ego MSorum numero adhærere tutiſſimum arbitror. GARATON.

Magiſtratus creavit) Cn. Papyrio, C. Mario Coss. altero in Sicilia, altero

curatio, auctoritaſque eſt reſtituta. Quam ſi retinere volunt ii, qui recuperarunt, in perpetuum poterunt obtinere: ſin has cædes, & rapinas, & hos tantos, tamque profuſos ſumtus aut facient, aut adprobabunt, nolo in eos gravius quidquam, ne ominis quidem cauſa, dicere: unum hoc dico: noſtri iſti nobiles, niſi vigilantes, & boni, & fortes, & miſericordes erunt, iis hominibus, in quibus hæc erunt, ornamenta ſua concedant, neceſſe eſt. Quapropter deſinant aliquando dicere, male aliquem locutum eſſe, ſi quis vere, ac libere locutus ſit: deſinant ſuam cauſam cum Chryſogono communicare: deſinant, ſi ille læſus ſit, de ſe aliquid detractum arbitrari: videant, ne turpe, miſerumque ſit, eos, qui equeſtrem ſplendorem pati non potuerunt, ſervi nequiſſimi dominationem ferre poſſe. Quæ quidem dominatio, judices, in aliis rebus antea verſabatur: nunc vero quam viam munitet, quod iter affectet, videtis: ad fidem, ad jusjurandum, ad judicia veſtra,

tero Præneſte interfectis, L. Sulla urbe potitus, Dictator a L. Flacco Interrege dictus eſt. Proximis tamen Calendis Ianuariis Conſules creari permiſit, tantum ad ſpeciem, & ut ſcribit Appianus, ες προσχημα της πατριυ πολιτειας, *ad ſpeciem & rationem patrii moris in republica adminiſtranda*, M. Tullium & Cornelium Dolabellam; apud Appianum enim vitioſe legitur Συλλιος και Ορτυλλιος, quum Τυλλιος ſcribi debeat, & Κορνηλιος. Denique hoc toto triennio quo Dictaturam geſſit, Conſules per ſimulationem tantum, ac dicis cauſa creati ſunt. HOTTOM.

Qui recuperarunt) Firmat hoc editio MCCCCLXXX. Nam in Naugeriana *receperunt*, quod multi poſtea probarunt. Camerarius anceps fuit: rectum enim utrumque eſt. Supra etiam cap. 45. *imperiique majeſtatem, quam armis receperat*. Conjectum fuit in margine ed. Lambinianæ *reciperarunt*, ut l. c. idem Lambinus malebat *reciperarat*. Quam ſæpe tria hæc confundantur, ex Drakenborchio ad Liv. VII. 18. ne antiquiores nominem, diſcitur. Profecto illud *reciperarunt* guſtum habet antiquitatis, ſed huic nimium nolo indulgere, mihique videtur Gruteri, & Grævii lectio MSis edd. & iis etiam, quæ affert Drakenborchius, ſatis muniri. GARAT.

Ominis) Sic a viris doctis reſtitutum eſt: nam diu editum fuit *hominis*. IDEM.

Qui equeſtrem ſplendorem pati non potuerunt) Nam huic ordini Sulla victor judicia ademerat, & in Senatorum ordinem transtulerat. HOTTOM.

Servi nequiſſimi) Chryſogoni. IDEM.

Quam viam munitet, quod iter affectet) Renatus Boemoræus legendum putat, *qua viam munitet, quo iter affectet*. LAMBIN. *Quam viam munitet, quod iter affectet*] Sic MSi & antiquitus cuſi: recentius, *quo iter*. Videntur eſſe verba alicujus poetæ; nam pedes aperte apparent Trochaici verſus:

---- *Quam viam*
Munitet, quod iter affectet ----

GRUTERUS. Dicendi modus Terentianus eſt. *Hi gladiatorio animo ad me affectant viam*, Phorm. V. VII. 71. FACCIOL. Certe de Comico, aut Tragico poe-

veſtra, ad id, quod ſolum prope in civitate ſincerum, ſanctumque reſtat. Hic ne etiam ſeſe putat aliquid poſſe Chryſogonus? hic etiam potens eſſe vult? o rem miſeram, atque acerbam! Neque mehercule hoc indigne fero, quod verear, ne quid poſſit: verum quod auſus eſt, quod ſperavit, ſeſe apud tales viros aliquid ad perniciem poſſe innocentis, idipſum queror.

49. Idcirco ne experrecta nobilitas armis, atque ferro rempub. recuperavit, ut ad libidinem ſuam liberti, ſervulique nobilium bona, fortunas veſtras, noſtraſque vexare poſſent? Si id actum eſt, fateor me erraſſe, qui hoc maluerim: fateor inſaniſſe, qui cum illis ſenſerim: tametſi inermis, judices, ſenſi. Sin autem victoria nobilium ornamento, atque emolumento reipublicæ, populoque Romano debet eſſe, tum vero optimo, & nobiliſſimo cuique meam orationem gratiſſimam eſſe oportet. Quod ſi quis eſt, qui & ſe, & cauſam lædi putet, cum Chryſogonus vituperetur, is cauſam ignorat, ſeipſum prope non novit. Cauſa enim ſplendidior fiet, ſi nequiſſimo cuique reſiſtetur. Ille improbiſſimus Chryſogoni fautor, qui ſibi cum illo rationem communicatam putat, læditur, cum ab hoc ſplendore cauſæ ſeparatur. Verum hæc omnis oratio, ut jam ante dixi, mea eſt: qua me uti reſp. & dolor meus, & iſtorum injuria coegit. Sed Roſcius horum nihil indignum putat, neminem accuſat, nihil de ſuo patri-

poeta iſthæc ſumta videntur: quorum etiam in ore fuerunt ſæpe illa frequentativa, *munito*, *geſtiso*, &c. Vnde in Enniano verſu ed. Heſſel. p. 214. *reſtitat* pro *reſtat* quantitatis cauſa reponebat vir ſummus R. Bentleius epiſt. ad Mill. poſt Malel. edita p. 43. In ed. Veneta, *munitet*, *& quod*. Sed hoc mihi eſt inſuave, & ſyllaba male repetita videtur. GARATON.

Quod ſperavit, ſeſe apud tales viros aliquid ad perniciem poſſe innocentis) Vox *poſſe* reſtat ſolum in Palatino pr. hoc poſitu, *viros poſſe aliquid ad perniciem*. At enim ceteri duo, item S. Victoris, nec non edd. exoletæ eam non agnoſcunt, & poterat abeſſe, dummodo & *ſeſe* mutaretur in *ipſe*. GRUTER. At quam mollis, quam delicata, quam vere Ciceroniana hic ſe ex MSis prodit loquutio! Legendum enim: *quod ſperavit eſſe apud tales viros aliquid ad perniciem innocentis*. GRONOV. Acute: verum toties hic ingeritur illud *poſſe*, ut verear, ne hunc etiam locum tueri velit. Nam *aliquid poſſe*, *potens eſſe*, *ne quid poſſit* in hac ſunt vicinitate. Sed totum hoc viris ingenio, præſidiiſque abundantibus eſt committendum. GARATON.

Rationem communicatam putet) Franc. prim. *rationem communicatam velit*. GRAEVIUS.

Impe-

trimonio queritur : putat homo imperitus morum, agricola, & ruſticus, iſta omnia, quæ vos per Sullam geſta eſſe dicitis, more, lege, jure gentium facta: culpa liberatus, & crimine nefario ſolutus cupit a vobis diſcedere. Si hac indigna ſuſpicione careat, animo æquo ſe carere ſuis omnibus commodis dicit: rogat, oratque te, Chryſogone, ſi nihil de patris fortunis ampliſſimis in ſuam rem convertit; ſi nulla in re te fraudavit; ſi tibi optima fide ſua omnia conceſſit, adnumeravit, appendit; ſi veſtitum, quo ipſe tectus erat, annulumque de digito ſuum tibi

Imperitus morum) Ed. MCCCCLXXX. *imperitus morum civilium*: quod in alia nulla editione reperio, earum quidem, quas vidi haud parvo numero. Itaque in ea, aut in aliis etiam ejuſdem ævi, hoc ferme arbitror latuiſſe. Atque illud *civilium* ex interpretatione obrepſiſſe, facili, promtoque judicio ſtatim exiſtimabitur. Verum in hac lectione nihil eſt tam noſtro contemtu dignum, ut ampliari res, judiciumque non poſſit. Cicero de Offic. I. 41. *Quæ more aguntur, inſtitutiſque civilibus*: &, *contra morem, conſuetudinemque civilem*. Nec dubium eſt, quin, uti conſuetudo, & inſtitutum, ita etiam mos civilis dicatur, & quin homo ruſticus, & agricola morum civilium imperitus optime appelletur. Lambini margo alios legere ait *rerum*, qui etiam *rerum civilium* non abſurde legere poſſent. Sed quinam hi ſint, adhuc ignoro. GARATON.

Annulumque de digito ſuum tibi reddidit) Inſigne & ornamentum Equeſtris ordinis, quo uti nemini, niſi qui in cenſu H-S. CCCIƆƆƆ CCCIƆƆƆ CCCIƆƆƆ poſſideret, licebat. Sic ergo loquitur, quaſi omnibus fortunis everſus Roſcius etiam annulum de digito ſuo detraxiſſet, eumque Chryſogono dediſſet. HOTTOM. *Annulum de digito ſuum tibi tradidit*) Sic nunc reſtitui, conjectura ductus, ita certa, & aperta, ut neminem non indoctiſſimum eam improbaturum confidam, doctis quidem aliquot viris, quibuſcum eam communicavi, probari ſcio: in iis, Renato Boemorzo: cui item multo ante, quam mihi, venerat in mentem, ut ex eo cognovi. Licet etiam legere, *annulumque de digito ſuo tibi tradidit*. LAMB. *Annulumque de digito ſuum tibi tradidit*) Auſus ſum ſequi Paullum & Aldum Manutios, admiſſa conjectura Lambini; quod e vulgata nihil boni ſucci exprimerem: nam *os præbere*, paraſitorum tantum, aut eorum, quos non nomino. GRUT. Sex. Roſcius Eques Rom. non fuit. Itaque annulum tradidit non aureum, ſed ferreum, inquit Manutius. Quis vero exiſtimet, hominem, cui præter numeratam pecuniam, ſexagies HS hereditas veniebat, ferreum annulum geſtaſſe? Cicero in Verr. III. 80. *Annulo eſt aureo Scriba donatus, & ad eam donationem concio eſt advocata. Quod erat os tuum, cum videbas in concione eos homines, quorum ex bonis iſte annulus aureus donabatur, qui ipſi annulos aureos poſuerant, liberiſque detraxerant?* An Scriba donatus a Verre annulo aureo Eques Rom. erat? An Equites R. Siculi omnes, qui ſibi, ſuiſque liberis annulos aureos detraxerant? Concludit paullo poſt: *Non enim iſte annulus aureus abs te datus iſtum virum fortem, ſed hominem locupletem eſſe declarat. Ita eumdem annulum ab alio datum teſtem virtutis duceremus, abs te donatum comitem pecuniæ judicamus*. Ergo præter Senatores, & Equites annulum aureum ferebant alii virtutis cauſa illo donati, ferebant locupletes, ut S. Roſcius. Denique aperte Iſidorus: *Annulum aureum neque ſervus, neque liber-*

Digitized by Google

tibi tradidit: ſi ex omnibus rebus ſe ipſum nudum, neque præterea quidquam, excepit: ut ſibi per te liceat innocenti amicorum opibus vitam in egeſtate degere.

50. Prædia mea tu poſſides, ego aliena miſericordia vivo: concedo, & quod animus æquus eſt, & quia neceſſe eſt. Mea domus tibi patet, mihi clauſa eſt: fero: familia mea maxima uteris, ego ſervum habeo nullum: pa-
tior

tinus geſtabat in publico; ſed annulo aureo liberi utebantur, libertini argenteo, ſervi ferreo. FERRAT. Hic MSi haſtenus, editioneſque veteres, ſi diligenter inſpectæ fuerint, ſunt certe corruptæ. Neque enim commoda ulla explicatione illud *os ſuum* donari poteſt. Silvius, qui tamen laudatores invenit, imaginem annulo inſculptam Roſcii putat ſignificari. Qua quid poteſt eſſe, ne gravius dicam, verbi ambiguitate invenuſtius? Verburgius emendat *rus ſuum* magna confidentia. Quam hoc ſit Latinum, mitto quærere: illud dico rus poſt veſtitum, & annulum ſatis imperite, nedum parum oratorie, collocari. Sed inſignis eſt Lambini emendatio, acrique ab ingenio ſummi viri profecta. Quod ſi qua certa eſſe poteſt emendatio, hæc erit ſane certiſſima. Nam in ea ſcriptura *dedit os ſuum* hoc ineſt aperte, *de dito ſuum*. Prætermiſſa igitur in medio vocis ſyllaba una fuit: quod non eſt in codicibus certe novum. Innumera hoc majora compendia reperiuntur: plura ſæpe omiſſa fuerunt. Præterea talis ea ſyllaba eſt, ut perire facillime potuerit; quemadmodum in noſtra denique lingua periit, poſteaquam Latinæ iſta occupavit locum. Nam pro digito nos Itali dicimus *dito*. GARAT.

Os ſuum tibi tradidit) Semper tibi præſto fuit: numquam tuum aſpectum præſentiamque vitavit; ſic apud Terentium in Adelphis: *Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus*: ubi Donatus: *Nulli lædere os, id eſt nullum præſentem lædere*. Plato κατα ϛομα ſimiliter pro præſente aliquo dixit in lib. de Legib. IX. Προ τετα δε κατα το ϛομα των διωκοντος τε και φευγοντες, ὁ δικαϛης εξης ἡμιν εγγυτατα κατα πρεσβυν ιζεϑω. *Antea*, inquit, *in conſpectu accuſatoris & rei, Iudex ordine, & quam proxime poterit, pro dignitate ſua conſideat*. Alibi, ſcilicet in Euthydemo, *in os dicere*, εις την κεφαλην ειπειν dixit, quod Gallice dicimus *in barbam*: Ω' ξενε Θευριε, ει μη αγροικοτερον ἠν ειπειν, ειπον αν σοι εις κεφαλην, ὁτι μαϑων μοι, κ. τ. λ. *O hoſpes Thurie, ni dictu acerbius eſſet, in os tibi dicerem, quod ſcilicet reſcivi, me &c.* Noſter autem ſic Verrina oratione quarta: *Qui teſtes interrogari priore actione nolueris, & in tacitum os tuum præbere malueris, quamvis & te, & patronos tuos ingenioſos eſſe dicito*. Item lib. Epiſt. ad Atticum I. *Auli filius millies dignus, qui Palicano, ſicut facit, os ad male audiendum quotidie præbeat*, id eſt qui quotidianas ejus contumelias audiat. Terent. in Adelph. *Quid potui melius, qui hodie uſque os præbui?* id eſt, morem geſſi, inquit, Donatus. Item nonnulli eruditi hoc loco contra omnium, quos quidem novi, librorum auctoritatem repoſuit, *de digito ſuum* pro *dedit os ſuum*. Vtraque igitur lectio probabilis & aperta eſt. HOTTOM. Sed vide notam præcedentem. GRÆV.

Ego aliena miſericordia vivo) Quod vulgus dicit *ex eleemoſyna*: inſignis locutio. HOTTOM.

Animus æquus eſt) Lucret. lib. V.

Divitiæ grandes homini ſunt vivere parce
Æquo animo.

Et Plaut. Aulul. II. 2.

Pol ſi eſt animus æquus tibi, ſatis habes, qui vitam bene colas.

Familia mea maxima) Familia, ut ipſe inquit in orat. pro Cæcina, *intelligitur, quæ conſtat ex ſervis pluribus*. HOTTOM. Ed. Ven. *maxime*. GARAT.

Ab

tior, & ferendum puto. Quid vis amplius? quid inſequeris? quid oppugnas? qua in re tuam voluntatem lædi a me putas? ubi tuis commodis officio? quid tibi obſto? ſi ſpoliorum cauſa vis hominem occidere, ſpoliaſti. Quid quæris amplius? Si inimicitiarum: quæ ſunt tibi inimicitiæ cum eo, cujus ante prædia poſſediſti, quam ipſum cognoſti? Sin metuis: ab eo ne aliquid metuas, quem vides ipſum ab ſeſe tam atrocem injuriam propulſare non poſſe? Sin, quod bona, quæ Roſcii fuerunt, tua facta ſunt, idcirco hunc illius filium ſtudes perdere: non ne oſtendis, id te vereri, quod præter ceteros tu metuere non debeas, ne quando liberis proſcriptorum bona patria reddantur? Facis injuriam, Chryſogone, ſi majorem ſpem emtionis tuæ in hujus exitio ponis, quam in his rebus, quas L. Sulla geſſit. Quod ſi tibi cauſa nulla eſt, cur hunc miſerum tanta calamitate affici velis: ſi tibi omnia

Ab eo ne aliquid metuas) Sic optime Francii primus. Vulgati: *ab eo ne metuis*. GRÆV. Ed. SS. *ab eo ne aliquid metuis*. Sic Naugeriana, & omnes, ut hanc lectionem pro vulgata Grævium oporteat habuiſſe. Errore τὸ *aliquid* omiſſum fuit: nam ſi conſulto, ambigua ſaltem ea lectio relinqueretur. GARATONIUS.

Quod præter ceteros tu metuere non debeas) Cum tantum apud Sullam gratia valeas, quantum in civitate nemo alius. GRÆV. Sic quoque Manutius. Sed, quæſo, videamus ea, quæ ſequuntur: utrumque enim Cicero exponit, tum quid eſſet, quod in ea re Chryſogonus metueret, tum qua de cauſa metuere ipſe non deberet. Quod metuebatur, hoc erat: *ne quando liberis proſcriptorum bona patria reddantur*. Id autem, Sulla vivo, quis umquam ſanus timeret? quod, ne illo quidem mortuo, præſtare potuit biennio poſt M. Lepidus Conſul armatus. Itaque Cicero ipſe ſtatim ſubjicit cauſam, cur id non deberet Chryſogonus metuere: *Facis injuriam, Chryſogone, ſi majorem ſpem &c.* Qui metuebat, ne redderentur aliquando bona liberis proſcriptorum, primum putabat, ea per vim, & injuriam erepta fuiſſe, proindeque, ubi leges valere cœpiſſent, reſtitui debere: deinde non dubitabat, quin acta Sullæ quamprimum reſcinderentur: hoc enim ex illo conſequitur. Quam injuriam ne Sullæ patrono libertus Chryſogonus faceret, maxime omnium metuere ipſe debebat, ut hæc, Sulla vivo, ſeſe oſtenderet exiſtimare. FERRATIUS. Hæc probe intelligebat Lambinus, dum conabatur emendare: *facis injuriam Lucio Sullæ, Chryſogone*. Lambino ipſo injuriam Guilielmius fecit, exiſtimans, a locutione & egregie Latina, & admodum pervulgata talem virum abhorruiſſe. Ita vero eſt hoc abſolute dictum, *facis injuriam*, ideſt, injuria hoc facis, injuſte facis, ut referatur tamen ad Sullam. GARAT.

Facis injuriam Chryſogone) Male hic voces tranſponit Lambinus; nam eſt formula leniter objurgantis peccantem: addatur Plautus Milite actu II. ſc. 5. verſ. 28. Sic & pro Flacco cap. 17. *Facis injuſte, Læli; ſi putas &c.* GUIL.

Quam in his rebus, quas L. Sulla geſſit) Quas L. Flaccus interrex ratas in perpetuum eſſe juſſit. Supra hæc tamen

mnia ſua præter animam tradidit, nec ſibi quidquam paternum, ne monumenti quidem cauſa, reſervavit: per deos immortales, quæ iſta tanta crudelitas eſt? quæ tam fera, immaniſque natura? quis umquam prædo fuit tam nefarius, quis pirata tam barbarus, ut, cum integram prædam ſine ſanguine habere poſſet, cruenta ſpolia detrahere mallet? Scis hunc nihil habere, nihil audere, nihil poſſe, nihil umquam contra rem tuam cogitaſſe: & tamen oppugnas eum, quem neque metuere potes, neque odiſſe debes, nec quidquam habere jam reliqui vides, quod ei detrahere poſſis: niſi hoc indignum putas, quod veſtitum ſedere in judicio vides, quem tu e patrimonio, tamquam e naufragio, nudum expuliſti. Quaſi vero neſcias hunc & ali, & veſtiri a Cæcilia, Balearici filia, Nepotis ſorore, ſpectatiſſima femina: quæ cum patrem clariſſimum, ampliſſimos patruos, ornatiſſimum fratrem haberet: tamen, cum eſſet mulier, virtute perfecit, ut, quanto honore ipſa ex illorum dignitate afficeretur, non minora illis ornamenta ex ſua laude redderet.

51. An quod diligenter defenditur, id tibi indignum facinus videtur? Mihi crede, ſi pro patris ejus hoſpitiis, & gratia, vellent omnes hujus hoſpites adeſſe, & auderent libere defendere, ſatis copioſe defenderetur: ſin autem pro magnitudine injuriæ, proque eo, quod ſumma reſp. in hu-

tamen dicuntur *ἐν ὑποκρίσει*. Hottom.

Veſtitum ſedere) Nam atra toga luctuoſe indutus cum barba & capillo in judicium reorum more venerat. Hottoman.

A Cæcilia, Balearici filia, Nepotis ſorore) Non fuiſſe Balearici filiam, & ideo hunc locum corruptum eſſe ſuperius oſtenſum eſt. Grav.

Quanto honore) Lambinus conjicit, *quantocumque honore*. Garat.

Quod diligenter defenditur) Advocationem ipſius copioſam ſignificat: de qua initio orationis dictum eſt non uno loco. Hottom.

Quod ſumma reip.) *Summa reip.* locutio eſt idem ſignificans quod ſtatus, ſive firmamentum reip. Ergo hic ſenſus eſt; *Tentatur ſumma reip.* id eſt, id agitur ut reſp. evertatur, ut optimis quibuſque civibus, qui ſua virtute remp. ſuſtinent, exitium ac pernicies afferatur. Idem. Lambini margo, & Grut. editio: *ſumma reſpublica*: ſi eſt ex MSis, valde laudo. Nam ſic ſæpe Cicero loquitur, aliique: I. ad Att. 12. *Rogatus ego ſententiam multa dixi de ſumma republica*, hoc eſt de re, in qua maxime verſatur ſalus totius reipublicæ. Multis de hoc loquendi genere vir ſummus I. F. Gronovius egit in notis ad Liv. XXVI. 9. Sane in ve-

Digitized by Google

in hujus periculo tentatur, hæc omnes vindicarent, conſiſtere mehercule vobis iſto in loco non liceret. Nunc ita defenditur, non ſane ut moleſte ferre adverſarii debeant, neque ut ſe potentia ſuperari putent. Quæ domi gerenda ſunt, ea per Cæciliam tranſiguntur: fori judiciique rationem Meſſalla, ut videtis, judices, ſuſcepit: qui, ſi jam ſatis ætatis, atque roboris haberet, ipſe pro Sex. Roſcio diceret: quoniam ad dicendum impedimento eſt ætas, & pudor, qui ornat ætatem, cauſam mihi tradidit, quem ſua cauſa cupere, ac debere intelligebat: ipſe aſſiduitate, conſilio, auctoritate, diligentia perfecit, ut Sex. Roſcii vita, erepta de manibus ſectorum, ſenteutiis judicum permitteretur. Nimirum, judices, pro hac nobilitate pars maxima civitatis in armis fuit: hæc acta res eſt, uti nobiles reſtituerentur in civitatem, qui hoc facerent, quod facere Meſſallam videtis: qui caput innocentis defenderent, qui injuriæ reſiſterent, qui, quantum poſſent, in ſalute alterius, quam in exitio, mallent oſtendere. Quod ſi omnes, qui eodem loco nati ſunt, facerent, & reſpublica ex illis, & ipſi ex invidia minus laborarent.

52. Verum ſi a Chryſogono, judices, non impetramus, ut pecunia noſtra contentus ſit, vitam ne petat: ſi ille adduci non poteſt, ut, cum ademerit nobis omnia, quæ noſtra

in vetuſtiſſima editione, quam ſæpe laudavi, & Francii primo legitur *quod ſumma reip. in hujus honore tentatur*. GRÆV. Ed. M. CCCLXXX. diſerte, *ſumma reſpublica*. GARAT.

Meſſalla) De hoc Meſſalla ipſe in Bruto ſic loquitur: *M. Meſſalla minor natu quam nos, nullo modo inops, ſed non nimis ornatus genere verborum, prudens, acutus, minime incautus patronus in cauſis cognoſcendis componendiſque, diligens, magni laboris, multæ operæ, multarumque cauſarum*. HOTTOM.

Ad dicendum impedimento eſt ætas) Annus legitimus cauſas agendi fuit decimus octavus, uti ſcribit Vlp. l. 1. D. de Poſtul. & Inſt. §. 3. Qui, & quibus ex cauſ. manumiſſ. nam anno ætatis XVII. pueri depoſita prætexta virilem ſumebant, atque in forum a parentibus deducebantur. IDEM.

Sua cauſa cupere, ac debere) Vſitata loquutio, *alterius cauſa cupere*, alterius cupidum & ſtudioſum eſſe, alteri ex animo bene velle, vereque amicum eſſe, propendere benevolentia & ſtudio in alterum. IDEM.

Vti nobiles reſtituerentur in civitatem) Sulla namque in bellum Mithridaticum profecto, Marius & Cinna vi in urbem cum hoſtili exercitu regreſſi, & Conſulem utrumque, Octavium ſcilicet & Merulam, & omnes adverſæ partis nobiles partim occiderunt, partim, qui effugere potuerant, proſcripſerunt. IDEM.

Cru-

noſtra erant propria, ne lucem quoque hanc, quæ communis eſt, eripere cupiat: ſi non ſatis habet avaritiam ſuam pecunia explere, niſi etiam crudelitate ſanguinis perlitus ſit: unum perfugium, judices, una ſpes reliqua eſt Sex. Roſcio, eadem, quæ reipublicæ, veſtra priſtina bonitas, & miſericordia: quæ ſi manet, ſalvi etiam nunc eſſe poſſumus: ſin ea crudelitas, quæ hoc tempore in republ. verſata eſt, veſtros quoque animos, id quod fieri profecto non poteſt, duriores, acerbioreſque reddidit, actum eſt, judices: inter feras ſatius eſt ætatem degere, quam

Crudelitate ſanguinis perlitus ſit) Non ferunt aures meæ in Cicerone, *crudelitate ſanguinis perlini*: nec hoc ulli alii condonaremus, qui ſermonis elegantiæ ſpretor non eſſet. Legendum, *crudelitati ſanguine perlitarit*. Quod elegantiſſime exprimit crudelitatem hominis *Crudelitati* quaſi Deæ ſacra facientis, eique *perlitantis*, ſive *καλλιερῶντος* ſanguine Roſcii, quem ſpoliaverat, hoc eſt, explentis crudelitatem, ut avaritiam jam expleverat. CLERICUS Art. crit. III. 1. 8. Ingenioſa quidem conjectura, & commoda, non tamen neceſſaria. Quid eſt enim *crudelitas ſanguinis*? Omnino ſanguis per crudelitatem effuſus. Amat eas commutationes vocum Cicero, atque hac arte novitatem ſuæ dictioni, admirabilitatemque conciliat. Vel in hac ipſa oratione multa ferre non poſſent, qui aures habent tantum grammaticas. cap. 2. *pecuniam tam plenam*: cap. 5. *quotidiano ſanguine*: cap. 10. *quoniam crimine non poterant, tempore ipſo pugnarent*. Quin eſt in hoc ſignificandi vis major, & quædam colorandi efficacia, quam philoſophi non norunt, ſed boni oratores habent, quemadmodum poetæ. OLIVETUS. Edit. MCCCCLXXX. *præditus*, ſicque aliæ: quod eſt tam nihili, ut qui tueatur, nemo, niſi homo nihili, eſſe poſſit. GARATONIUS.

Eadem, quæ reipublicæ) Ed. Veneta exhibet, *eademque*, ſenſu eodem, ſed, mea ſententia, etiam melius. IDEM.

Quæ hoc tempore in rep. verſata eſt) In libro manuſcripto pro *verſata*, ſcriptum eſt *graſſata*: quæ ſcriptura vehementer mihi placet. F. URSIN. Pall. & Franc. *in rem publicam*, quæ videntur Fulviani libri ſcripturam firmare. GRÆV. Iannoctii codex, *in remp. craſſata eſt*. Solemnis hujus verbi ſcriptura per *c* Librariis fuit. Conſule Drakenborchium ad Livium II. 12. Copiam exemplorum invenies: ſimulque ex Feſto doceberis legendum eſſe *graſſatus*, *graſſari* &c. Quin autem Tullius ſcripſerit *in rempublicam graſſata eſt*, vix tandem dubium eſſe poteſt. Sic Livius VI. 5. *Nobiles homines in poſſeſſionem agri publici graſſari*: ubi eumdem V. Cl. vide. Hinc eſt, quod acutiſſimus Grævius, cum in duobus MSis *in remp.* ſcriptum invenerit, ut etiam Ven. habet editio, favere id Urſini codici exiſtimarit. Sic enim conſtrui ſciebat *graſſor*, non autem *verſor*. Quamquam de v. *verſor* id ſine ulla exceptione affirmari non facile poteſt, ut vidimus ad orat. pro Quint. cap. 30. ſed plerumque ita eſt: ut contra *graſſor* aliquando ablativum habuit comitem. Iuſtinus XXXVIII. 6. *Neque in ſe uno, ſed in aliis quoque omnibus hac ſemper arte graſſatos*, recondito dicendi modo, quem ibi I. F. Gronovius illuſtrat. Sed nihil opus eſt talia huc revocare: ſatis firma jam noſtra lectio eſt, quam illud etiam inventam tueri poteſt, quod proxime ſequatur, *in hac tanta immanitate verſari*: neque enim ſuaderet, ut eam adduceremus. GARAT.

Actum eſt, judices) In ſumma rerum deſperatione ponitur, ut ſæpe apud

Digitized by Google

quam in hac tanta immanitate verſari. Ad eam ne rem vos reſervati eſtis? ad eam ne rem delecti, ut eos condemnaretis, quos ſectores, ac ſicarii jugulare non potuiſſent? Solent hoc boni imperatores facere, cum prælium committunt, ut in eo loco, quo fugam hoſtium fore arbitrentur, milites collocent: in quos, ſi qui ex acie fugerint, de improviſo incidant. Nimirum ſimiliter arbitrantur iſti bonorum emtores, vos hic tales viros ſedere, qui excipiatis eos, qui de ſuis manibus effugerint. Dii prohibeant, judices, ut hoc, quod majores conſilium publicum vocari voluerunt, præſidium ſectorum exiſtimetur. An vero, judices, vos non intelligitis, nihil aliud agi, niſi ut proſcriptorum liberi quavis ratione tollantur; & ejus rei initium in veſtro jurejurando, atque in Sex. Roſcii periculo quæri? Dubium eſt, ad quem maleficium pertineat, cum videatis ex altera parte ſectorem, inimicum

apud Terentium. Nam quum judices de conſilio dimittebantur, præco pronunciabat, *actum eſt*, *ilicet*, id eſt, ire licet. HOTTOM.

ANONYMI.

An vero judices) Dicit, ut hoc judicio ut omnium proſcriptorum interimantur filii: deinde dicit hoc tantum agere Roſcios, quia accuſant innocentem, cum ipſi criminoſi ſint.

VARIORUM.

Conſilium publicum) Id eſt, conſeſſum judicum publicæ utilitati conſulentium. Sic in lege Iulia repetundarum apud Venuleium l. 5. D. illo tit. *Ne quis ob ſententiam in Senatu conſiliove publico dicendum pecuniam accipiat*. Nam *conſilium* pro cœtu conſeſſuque judicum uſurpari, conſtat ex locis innumeris. In orat. pro Mil. *In judicio vero, & in eo conſilio, in quo ex cunctis ordinibus ampliſſimi viri judicarent*. Et ſupra hae ipſa orat *Qui ex civitate in Senatum, ex Senatu in hoc conſilium delecti eſtis*. Neque iis aſſentior, qui quia Senatus *publicum conſilium* vocatur, ita hunc judicium conſeſſum dictum putant, quod Senatores hi judices eſſent; non enim pars tam exigua Senatus *publicum conſilium* vocatur, ſed cunctus Senatus. Præterea non quaſi Senatores hic ſedent, ſed quaſi judices: nec majores judicium hoc publicum, *conſilium publicum* eo dumtaxat tempore vocari voluerunt, quo ſoli Senatores judicabant, quid enim? duos abhinc annos conſeſſus Equitum & Senatorum: decem autem poſt annos, Equitum Senatorum & Tribunorum æris, numquid publicum judicium eodem modo vocitatum eſt? Sed *publica conſilia*, meo judicio, omnia judicia publica vocata ſunt, & diſtincta hoc nomine a privatis: in quibus etiam judices & advoratorum ejus conſilium dicitur, ſed privatum, quippe quod non rei communis & publicæ, ſed privatæ tantum & pecuniariæ rei cauſa ſit advocatum. Cicero pro Quintio; *Si apud hoc conſilium ex operibus, non ex veritate cauſa pendetur*. Et alibi frequenter. HOTTOMAN.

Cum videatis ex altera parte ſectorem) Sic reſcripſi ex Francii primo, & quia ſtatim ſequitur, quod huic reſpondet, *ex altera parte egentem*. Vulgati, *in altera parte ſectorem*. Paocis verſibus ante idem codex: *Majores conſilium publicum vocari maluerunt*. GRÆVIUS.

ANO-

cum, ſicarium, eumdemque accuſatorem hoc tempore: ex altera parte egentem, probatum ſuis filium, in quo non modo culpa nulla, ſed ne ſuſpicio quidem potuit conſiſtere? Numquid aliud videtis obſtare Roſcio, niſi quod patris bona venierunt?

53. Quod ſi vos id ſuſcipitis, & ad eamdem rem operam veſtram profitemini; ſi idcirco ſedetis, ut ad vos adducantur eorum liberi, quorum bona venierunt, cavete, per deos immortales, judices, ne nova, & multo crudelior per vos proſcriptio inſtaurata eſſe videatur. Illam priorem, quæ facta eſt in eos, qui arma capere potuerunt, tamen ſenatus ſuſcipere noluit, ne quid acrius, quam more majorum comparatum eſt, publico conſilio factum videretur. Hanc vero, quæ ad eorum liberos, atque infantium puerorum incunabula pertinet, niſi hoc judicio a vobis rejicitis & aſpernamini, videte, per deos immortales, quem in locum rempubl. perventuram putetis. Homines ſapientes, & iſta auctoritate, & poteſtate præditos, qua vos eſtis, ex quibus rebus maxime reſpubl. laborat, iis maxime mederi convenit. Veſtrum nemo eſt, quin intelligat, populum Romanum, qui quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore

ANONYMI.

Homines ſapientes) Sapientis viri eſt, ei rei (1) qui laborat adferre remedium.

VARIORUM.

Numquid aliud videtis obſtare) Sic quoque codex Francii. Cum *hic* quod eſt in editis, in quibus legitur: *Numquid hic aliud*, nullam hic vim habeat. Mox in eodem rectius ſcribitur: *quod ſi vos id ſuſcipitis, & ad eamdem rem operam veſtram profitemini*. Appoſitum tamen erat *ad* ab alia manu, ſed antiqua. *Eamdem rem* eſt etiam in Palatinis pleriſque. Hinc fere, ut edidimus, conjecerat Guilielmius edendum eſſe. IDEM. Gruteriani codices, ut & noſtri, habent aut *eadem re*, aut *eamdem rem*: unde Guilielmius faciebat, *eam ad rem*. LALLEMAND. Ed. Ven. *eadem in re*, quæ Naugerii etiam, & vulgata denique lectio eſt, nec ſane damnanda: quamquam Grævio in hac, quæ ſatis antiqua videtur, varietate lubens accedo, quocum facit ipſe Tullius in Rull. c. ult. *Si vos veſtrum mihi ſtudium, P.C. ad communem dignitatem defendendam profitemini* GARATONIUS.

More majorum comparatum eſt) In Franc. primo non legitur *eſt*. Alia manus, ſed antiqua, & forte eadem, quæ reliqua ſcripſit, minoribus litteris adſcripſerat, *eſt*. GRÆV.

Atque infantium) *Atque ad infantium*, ed. MCCCCLXXX. GARAT.

Populum Romanum, qui quondam in hoſtes leniſſimus) Vide Cæſarem apud Salluſt. in bello Catilin. cap. 50. GRÆVIUS.

(1) F. quæ. I. FR. GRON.

ANO-

re domeſtica crudelitate laborare. Hanc tollite ex civitate, judices, hanc pati nolite diutius in hac republ. verſari, quæ non modo id habet in ſe mali, quod tot cives atrociſſime ſuſtulit, verum etiam hominibus leniſſimis ademit miſericordiam conſuetudine incommodorum. Nam cum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus, aut audimus: etiam qui natura mitiſſimi ſumus, aſſiduitate moleſtiarum ſenſum omnem humanitatis ex animis amittimus.

ANONYMI.

Verum etiam hominibus) Semper vicinitas ex aliena rubigine livorem trahit. Monet autem judices Cicero, ne crudeles ſint, & incaſſum interficiant: quamvis, inquit, aliquis manſuetus ſit, tamen viſa crudelitate fit crudelior; & præſens crudelitas omittenda eſt, & ſuperior delenda.

VARIORUM.

Ex animis amittimus) *Ex animis* non eſt in primo Francii, & commodius abeſt. Nam *ſenſum amittere* malorum frequentius dixit Tullius. GRAEVIUS.

Deſit fortaſſe quidpiam) Hoc, opinor, inducendum eſt, & ex libris tollendum. Nam mihi quidem nihil fingi poſſe videtur perfectius. HOTT. Itaque delevi, cum in MSis non reperiatur. GRAEV.

M. T.

M. T. CICERONIS
PRO
Q. ROSCIO COMŒDO.
ORATIO TERTIA.

Argumentum P. Manutii.

TRadidit C. *Fannius Cherea Q. Roſcio , communemque cum eo fecit ſervum ſuum Panurgum , ea conditione, ut illum arte biſtrionica erudiret , deinde quæſtus communis eſſet: aliquanto poſt Q. Flavius quidam Tarquinienſis Panurgum occidit . Flavium Roſcius judicio perſequi cum vellet, cognitorem in eam rem Fannium dedit : lite conteſtata, judicio damni injuria dati conſtituto , decidit cum Flavio Roſcius, ut ipſe ajebat , pro ſua parte ; ut Fannius , pro tota ſocietate ; fundum accepit, non pecuniam. Poſt aliquot annos Roſcium Fannius arbitrum adegit : arbiter fuit idem, qui in hac cauſa judex eſt,* C. *Calparnius Piſo : is de re ſententiam non tulit, ſed Roſcium rogavit , ut Fannio pro labore , quod cognitor fuiſſet, quod vadimonia obiſſet ,* H-S ccIↃↃ *daret, cum eo tamen, ut Fannius repromitteret , ac ſtipularetur , ſi quid exegiſſet a Flavio, partem ejus dimidiam ſe Roſcio daturum : ſpopondit ita ſe facturum Fannius : deinde Flavio litem intendit : judex fuit* C. *Cluvius , eques Romanus : ejus ſententia Flavius* H-S cccIↃↃↃ *Panurgi nomine Fannio diſſolvit : cujus pecuniæ pars dimidia , cum ex reſtipulatione Roſcio deberetur : tamen tantum abeſt, ut ei quidquam Fannius dederit, ut eum etiam in judicium vocaverit, tamquam ſua parte in vetere illa deciſione fraudatus : æſtimabat enim fundum, quem a Flavio Roſcius acceperat,* HS cccIↃↃↃ. *inde petebat* H-S IↃↃↃ. *quaſi Roſcius pro ſocietate, non pro ſe tantum, decidiſſet: in quo lis tota vertitur. Et hoc maxime ar-*

me ar-

Digitized by Google

me argumento ad criminationem Fannii refellendam Cicero utitur, quod is, accepta a Roſcio pecunia, quia cognitor ejus fuerat, repromiſiſſet, & reſtipulatus eſſet, ſi quid a Flavio exegiſſet, dimidium ei ſe daturum, quo ſibi nullam a Roſcio ex vetere deciſione deberi pecuniam indicavit. Acta cauſa videtur poſt Aureliam legem, quæ Pompeio & Craſſo coſſ. judicandi poteſtatem reſtituit equitibus Romanis: (1) *nam ante, quam Fannius Roſcium in judicium vocavit, judex fuerat inter Fannium, & Flavium C. Cluvius. De anno, jure dubitatur: nam, ſi eſt acta poſt Aureliam legem, unus ei aſſignandus eſt ex tribus annis, qui ſunt ante conſulem C. Piſonem, qui hac in cauſa judex eſt: anno primo, quo lex Aurelia fertur, id eſt Pompeio, & Craſſo coſſ. acta non videtur: nam, cum dicat Cicero, Flavium jampridem eſſe mortuum, qui cum Fannio litigaverat ad judicem Cluvium, fieri non poteſt, ut eodem anno Fannius cum Flavio ad judicem Cluvium, & cum Roſcio ad judicem Piſonem litigaverit* (2). *Sequitur annus Hortenſio & Metello coſſ. quo anno cum*

(1) Hanc rationem infirmam eſſe, nihilque valere, oſtendimus ad cap. 1. Or. pro Quint. FERRAT.

(2) Manutii conjectura hæc fuiſſe videtur, quod putet, interfecto Panurgo, ſtatim quidem Roſcium deciſiſſe cum Flavio, ſed aliquot annis poſt hanc deciſionem Roſcium coactum fuiſſe ad arbitrum C. Piſonem venire a Fannio Cherea. Quid vero Cicero? Quid præſtitiſſe Piſonem arbitrum dicit? *Tu, Piſo, Q. Roſcium pro opera, pro labore, quod cognitor fuiſſet, quod vadimonia obiſſet, rogaſti, ut Fannio daret* H S. CCIↃↃ. *hac conditione, ut, ſi quid ille exegiſſet a Flavio, partem ejus dimidiam Roſcio diſſolveret*. (cap. 13.). At quando Fannius Roſcio promittit, ſe illi ſoluturum dimidium ejus, quod exegiſſet a Flavio? *Repromittis tu abhinc triennium*, cap. eod. Quando Roſcius cum Flavio deciderat? *abhinc annis quatuor*, cap. eod. atque adeo unus tantum annus interjectus eſt inter deciſionem cum Flavio, & controverſiam cum Fannio. Verum ex hac ipſa oratione aperte colligitur, quo anno, & quibus Coſſ. Roſcium Cicero defenderit. Decidit enim cum Flavio Roſcius, & agrum accepit per eam deciſionem, *temporibus iis, cum jacerent prædiorum pretia*. Ratio quoque aſſignatur: *Tum enim propter reip. calamitates omnium poſſeſſiones erant incertæ, nunc Deum immortalium benignitate omnium fortunæ ſunt certæ*, cap. 12. Quis dubitet, proſcriptionis tempora, Dictaturam Sullæ, Conſulatum Tullii, & Dolabellæ ſignificari? Iam vero & medium tempus inter deciſionem, & hanc habitam orationem conſtat ex cap. 13. *Criminatio tua quæ eſt? Roſcium cum Flavio pro ſocietate decidiſſe. Quo tempore? abhinc annis quatuor*. Anno ſcilicet Tullii, & Dol. adde alterum, quo Sulla Coſ. fuit cum Metello Pio, biennium deinde, quo Cicero fuit in Græcia ex Plutarcho, quatuor integros habes annos Æmilio, & Bruto

cum ædilis Cur. Cicero fuerit ; veriſimile non videtur, privatam cauſam in illo magiſtratu eum agere voluiſſe. De tertio anno, quo Metellus, & Rex conſulatum geſſerunt, facile crediderim : nam, qui poſt hunc ſequitur, eo conſul fuit C. Piſo, hujus cauſæ judex, qui vero poſt Piſonem ſequitur, eo præturam Cicero geſſit, ut Roſcii cauſam omnino agere non potuerit : poſt præturam vero ſuam non dixiſſet Cicero, Magis mea adoleſcentia indiget illorum bona exiſtimatione, quam illorum ſeveriſſima ſenectus deſiderat meam laudem. *Quæ ſi dicantur L. Metello, & Rege coſſ. biennio ante Ciceronem prætorem, ferri poſſunt : iis enim conſulibus annum ætatis* XXXIX. *Cicero agebat, qua ætate alios quoque appellatos eſſe adoleſcentes, alibi docuimus.*

ARGUMENTUM HOTTOMANNI.

C. Fannius ſervum ſuum Panurgum Q. Roſcii Comœdi gratis communem fecit, pactis legibus, ut eum Roſcius arte hiſtrionica inſtitueret. Inſtitutum Q. Flavius Tarquinenſis quidam interfecit. Roſcius ad Flavium judicio DAMNI INJURIA DATI *perſequendum, Fannium cognitorem dedit. Lite conteſtata, judicio conſtituto, Q. Roſcius cum Flavio ſine Fannio decidit, accepit fundum, quem* H-S *centum millium fuiſſe, ajebat Fannius. Anno poſt teſte & arbitro C. Piſone, Q. Roſcius C. Fannio pro opera, pro labore, quod cognitor fuiſſet, quod vadimonia obiſſet, certam pecuniam dedit, ea conditione, ut ſi quid ille exegiſſet a Flavio, partem ejus dimidiam Roſcio diſſolveret. C. Fannius, quum Flavium diu multumque perſecutus eſſet, neque quidquam (ut ipſe dicebat) ab eo exigere potuiſſet, Roſcium in jus vocat. Judicium in certam pecuniam,* H-S *ſcilicet quinquaginta millium a Prætore poſtulat : & actionem, quæ certi condictio vocatur, impetrat,*

Bruto Coſſ. Nam ſequenti fuiſſe Quæſtorem in Sicilia Ciceronem, manifeſtum eſt ex Verrinis. Et ſane ad annum ſuæmet ætatis triceſimum reſpexit orator iis cap. 15. verbis : *magis mea adoleſcentia indiget &c.* quod minime deceat virum XXXIX. annum agentem, ac Prætorium candidatum, juxta Manutii ſententiam. FERRAT. Vide ad cap. 13. GARAT.

trat, hanc afferens cauſam, quia quodcumque ſibi petit ſocius, id ſocietatis ſit: H-S *centum millia Roſcius a Flavio exegit, eorum partem dimidiam ad ſe pertinere. M. Tullius Q. Roſcium hac oratione defendit: demonſtrat ſocium, niſi cognitorem datum, partem alterius petere non poſſe, ac multo minus de ea tranſigere: atque hoc idem Fannium ipſum judicaſſe, qui, tranſactione a Q. Roſcio facta, nihilominus Flavium perſecutus eſt, Roſcioque etiam repromiſit partem ejus, quod exigeret, dimidiam: hoc amplius,* H-S *centum millia a Flavio exegiſſe. Sed initio orationis non ſtatim ingreditur in cauſam. Diſputat enim, male Fannium egiſſe; neque enim incertam pecuniam ad judicem peti: hanc autem vel ipſius Fannii confeſſione incertam eſſe: quippe quam ad arbitrum antea petierit: ad arbitrum autem incertam pecuniam peti. Cauſa privata eſt: ſtatus juridicialis Intentio: debes mihi* H-S ıↃↃↃ: *iis de cauſis, quas ſuperius expoſui. D. non debeo. Q. an debeat. Ratio: quia non ſocietatis, ſed meo privato nomine tranſegi. Firmamentum: At quod ſocius a debitore exigit, id non ſibi, ſed ſocietati exigit. Diſceptatio, an ſocius cum debitore ſocietatis tranſigere, niſi pro tota ſocietate, non poſſit. Agitur apud C. Piſonem judicem a Prætore datum, cui M. Perpenna, vir Conſularis in conſilio adeſt. Quibus Conſulibus acta ſit, non reperio. Facile tamen ante ſuperiorem actam eſſe duobus hiſce de cauſis exiſtimarim. Primum, quia conſtat, acta ſuperiore cauſa, continuo Tullium in Græciam metu L. Sullæ profectum eſſe. Deinde, quod Macrobius ſcribat Roſcium a L. Sulla Dictaturam gerente, aureo annulo donatum: quod quum ad Roſcii laudem vel maxime pertineret, mihi veriſimile non ſit oratorem, ſi jam tum id factum fuiſſet, prætermiſſurum fuiſſe,*

Multa, quæ deſunt, quærenda.

1\. malitiam naturæ, crederetur. Is ſcilicet vir optimus, & ſin-

✳ M ✳ *Vita quæ deſunt quærenda*) Deeſt principium, narratio, partitio, & prima pars confirmationis, in qua quid demonſtratum ſit ex ſequentibus intelligetur: nimirum pecuniam, quæ hoc judicio petitur, adnumeratam non fuiſſe. HOTTOM.

ſingulari fide præditus, in ſuo judicio ſuis tabulis teſtibus uti conatur. Solent fere dicere, qui per tabulas homines citi

Malitiam naturæ, crederetur, is ſcilicet) Locum ſine dubio mendoſum reſtitui poſſe exiſtimat Ant. Auguſtinus, ſi interpunctionis nota ponatur poſt verbum *naturæ*, & pro *crederetur*, legatur *credetur*; quæ lectio mihi quidem non multum ſatisfacit: nec enim operam ponendam cenſeo in loco plane trunco reſtituendo, qui adhuc reſtitutus maneat truncus; videtur autem ſenſus hujus loci fuiſſe, quod alicui crederetur ſuas tabulas fideles affirmanti, in quo nullam naturæ malitiam ante perſpexiſſemus, &c. qui conatur, &c. Duriuſcula vero erit lectio, *ſi ſcilicet* tertio loco ponatur: & *credetur*, pro *crederetur*, minime neceſſarium contra veteres codices præſertim. F. VRSIN.

Is ſcilicet vir optimus) C. Fannius, & εἰρωνικῶς dicitur pro Quintio ſupra: *Vereor ne ſe derideri putet, cum iterum jam dico Optimus*. HOTTOM. *Is ſcilicet vir optimus*) Renatus Boemoræus legendum exiſtimat, *hic ſcilicet*, &c. Idem delet relativum, *qui*, quod eſt intra non longe. LAMBIN.

Qui ſuo judicio] *In ſuo judicio*, Aldinus, & omnes ſcripti libri, quod verum puto. HOTT. *In ſuo judicio*) Hæc eſt lectio Palatini, & editionum veterum, invenitque in ſuis ſcriptis Hottomannus; vulgata, *præditus, qui quo jud.* GRVTER. *In ſuo judicio* eſt ubi res ipſius agitur. Palatini & Hottomanni libris adſentit prim. Franc. GRAVIVS.

Tabulis ſuis] Moris erat ut patres familiarum, quæcumque per ſingulos dies aut acciperent, aut expenderent, ea primum propere ac feſtinanter in codicem memoriæ cauſa paratum referrent, quæ *adverſaria* dicebantur: deinde per otium in aliis tabulis ordine & accurate præſcriberent; eas *tabulas accepti & expenſi* nominabant: de quibus Cicero in Cluentiana ſic ſcribit: *Confecit tabulas diligentiſſime*. Hæc autem res habet hoc certe, ut nihil poſſit neque additum, neque detractum de re familiari latere. De earum tabularum fide Cenſores cum urbem luſtrarent, patresſam. jusjurandum (ut ait Dionyſius lib. 4.) interponere jubebant. Nam ex iis uniuſcujuſque civis cenſum æſtimabant. Tabulas autem qui in poteſtate patris erant, nullas conficiebant; ut ex Orat. pro Cælio intelligitur. HOTT. *Suis tabulis* Franc. prim. GRAV.

Per tabulas hominis honeſti) Ut ſi tu ab eo, qui mihi pecuniam debebat, pecuniam meo juſſu accipias. HOTT. *Qui per tabulas homines citi pecuniam expenſam tulerunt*] Ita legit Victorius. Manutius vero *homines honeſti*, quod nimis abeſt a primo: Ant. Auguſtinus putat legendum *tabulis hominis ſciti*, quæ tamen lectio nec ipſi penitus ſatisfacit, & jure quidem: nam non eſt neceſſe mutare *per tabulas* in *tabulis*, & proprietas *ſciti* hic non habet locum. Quid ſi legatur *hominis acciti*? quod aliquando qui alteri pecuniam numerarent, ipſi manu ſua in tabulas illam expenſam non ferrent, ſed alium accirent, qui eam expenſam ferret. Pantagathus pro *citi*, legebat *alieni*, nimis longe a vulgata ſcriptura. F. VRSIN. Franc. prim. *homines citi pecuniam*, quod malui retinere cum Victorio, quam centonem Manutii aſſuere Tullio. GRAV. Obſervandum eſt hic aliquid deeſſe, illudque *citi* finem alicujus vocabuli, ex quo primæ ſyllabæ interciderint, videri facile poſſe. Notat enim Gruterus in MSis Palatinis eſſe *homines . . . . . pecuniam*, & in veteribus edd. *homines . . . . . citi pecuniam*; quod ſpatium etiam in Naugeriana relictum fuit. Habebat hanc orationem in ſuo codice Jannoctius, ſed ejus hoc loco diligentiam deſidero. Neque enim, quod nihil notavit excuſationem ullam inveniet. Si enim *hominis honeſti* eo in codice legebatur, ut erat in ed. Manutii, quacum codicem conferebat, ut etiam Lambinus ediderat, magnam iniiſſet gratiam ab incertis optima de hac lectione do-

citi pecuniam expenſam tulerunt ; Ego ne talem virum corrumpere potui , ut mea cauſa falſum in codicem referret? Exſpecto, quam mox Chærea hac oratione utatur: Ego ne hanc manum , plenam perfidiæ , & hos digitos meos impellere potui , ut falſum perſcriberent nomen ? Quod ſi ille ſuas proferet tabulas , proferet ſuas quoque Roſcius : erit in illius tabulis hoc nomen ; at in hujus non erit. Cur potius illius , quam hujus credetur? Scripſiſſet ille, ſi non juſſu hujus expenſum tuliſſet? non ſcripſiſſet hic , quod ſibi expenſum ferri juſſiſſet ? Nam quemadmodum turpe eſt ſcribere , quod non debeatur : ſic improbum eſt non referre, quod debeas : æque enim tabulæ condemnantur ejus, qui verum non retulit, & ejus, qui falſum perſcripſit. Sed ego copia , & facultate cauſæ

ne doctis viris , ſi eam ſui primum codicis auctoritate firmaſſet . Quod ſi codex ille reliquis conſentiebat , eo magis erat notandum . Quamquam non ſine cauſa ſuſpicor , Manutium id ex MSis dediſſe , cum ſuas emendationes ſoleat commemorare , hic autem penitus ſileat, & in fronte ed. ſuæ MDXL. collationem vetuſtorum exemplarium diligentem profiteatur . Iannoctii quoque ſilentium Manutio certe potius , & Lambino, quam ceteris , favet . Lambinus nec varietatis ullius meminit , nec emendationis. GARATON.

Expenſam tulerunt) Id eſt , in tertii tabulas referri , ac perſcribi juſſerunt , expenſam tibi ab ſe pecuniam fuiſſe . Moris erat , ut ſi cui quid expenſum ferretur, creditor non modo in utriuſque , verum etiam in aliquot aliorum tabulas id referendum curaret , quo res cautior eſſet . Seneca lib. de Benef. III. cap. 15. *Utinam nulla ſtipulatio emtorem venditori obligaret , nec pacta conventaque impreſſis ſignis cuſtodirentur ! fides potius illa ſervaret , & æquum colens animus . Adhibentur ab utraque parte teſtes . Ille per tabulas plurium nomina , interpoſitis parariis , facit. Ille non eſt interrogatione contentus , niſi rem manu ſua tenuit .* *Expenſam* autem dicimus , ut adnumeratam , creditam , diſſolutam , Ære enim gravi , & libra in eo tradendo veteres utebantur : unde *expenſa* in rationibus ſemper poſtea dicta ſunt , & *prima penſio* , *ſecunda* , & ſi qua alia . Item *diſpendium* , & *compendium* . Hæc ex Varrone , & Plinio . HOTTOM.

Falſum perſcriberent nomen) *Nomen* eſt quodcumque in tabulas refertur , inſcripto ejus , cui vel acceptum , vel expenſum fertur , nomine . Plautus in Curculione : LYCO *trapezita* , *novi Ædepol nomen ; nam mihi iſtoc nomine dum ſcribo , explevi totas ceras quatuor* . Et PERSCRIBERENT, recte : quum in aliis codicibus *perſcriberem* vitioſe legatur . IDEM.

Erit in illius tabulis hoc nomen : at in hujus non erit) Franc. prim. *Erit in illis tabulis hoc nomen . At hujus non erit . Cur potius illius , quam hujus crederetur* . GRÆV.

Quod ſibi expenſum ferri juſſiſſet) Id eſt , quod ipſe Roſcius juſſiſſet . Planius autem ita dixiſſet : Quod ſibi ille acceptum ferri juſſiſſet ; nam conſtat moris fuiſſe , ut creditor in ſuis tabulis expenſum debitori ferret : debitor contra in ſuis , acceptum illi referret . HOTTOM.

Æque enim tabulæ condemnantur ejus , qui verum non retulit, & ejus , qui falſum

ſæ confiſus vide, quo progrediar. Si tabulas C. Fannius accepti, & expenſi profert ſuas, in ſuam rem, ſuo arbitratu ſcriptas, quo minus ſecundum illum judicetis, non recuſo. Quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit, ut, quodcumque retuliſſet, id ratum haberet? ratum habebit Roſcius, profer: quod tibi fuerit perſuaſum, huic erit perſuaſum; quod tibi fuerit probatum, huic erit probatum. Paullo ante M. Perpernæ, P. Saturii tabulas poſcebamus, nunc tuas, C. Fanni Chærea, ſolius flagitamus,

ſum perſcripſit) Argumentum a pari. Nam qui verum non refert, id agit dolo, ne ex ſuis tabulis quod debet, probetur; & qui falſum refert, dolo etiam agit, ut inde probet. ſe credidiſſe, quod non credidit. PASSER.

Et ejus, qui falſum perſcripſit) Nihil muto: venit tamen in mentem, VT pro ET dici frequentius. HOTTOM.

Profert) Lambinus, *proferet*. GARAT.

Quo minus ſecundum illum judicetis) Iudicat unus C. Piſo, cui qui in conſilio aſſident, utpote injurati, proprie non judicant. Improprie igitur hoc verbo. HOTT. *Quo minus ſecundum illum judicetis*] Vetus liber habet *ſecundum illas*, ut ad *tabulas* referatur. F. VRS. Sic legendum eſſe cenſebat etiam Muretus. GRAEV.

Paullo ante a M. Perpenna P. Saturii tabulas poſcebamus) C. Piſo Iudex fuit hujus judicii. Ei in conſilio adfuit M. Perpenna, ut dicemus infra in illum locum: *Nam tibi M. Perpenna, C. Piſo certe tanti non fuiſſet, &c.* Quo in loco (ut apparet) aſſeſſor priore loco nominatus eſt: quo modo hic quoque factum arbitramur: ut verbum *Saturii* pro *argentarii* poſitum ſit. *Argentarium* autem cum ſignificat, cujus opera in aliqua earum tranſactionum, de quibus poſtea dicet, uſi ſunt: ad argentariorum tabulas, qui tabernas in foro habebant, iſtiuſmodi pactiones pecuniarum fieri ſolitas, patet ex orat. pro Quintio, pro Cæcina, & aliis locis. Locum igitur hoc modo reſtituendum putamus: *Paulo ante M. Perpenna, C. Piſo, argentarii tabulas poſcebamus.* Nam *a* particula, quæ verbis illis *M. Perpenna* antecedit, abeſt ab omnibus veteribus & manuſcriptis, & impreſſis libris. Præterea *P. Saturium* non eſſe hoc loco appellatum a Tullio, illud conjecturam affert, quod ſupra, primum eum tum demum appellare videtur, *quid, ait, tu Saturi, qui contra hunc venis, exiſtimas aliter? &c.* HOTTOM. Aſſentior Hottomanno in eo, quod hic *M. Perpernam* (ſic autem cognomento dicebatur, non *Perpenna*) & *C. Piſonem* appellari arbitratur: in hoc non ſum eum ſecutus, quod P. Saturii, qui dicebat pro Fannio, nomen non putat eſſe a Cicerone poſitum, ſed ita eſſe ſcriptum, *paullo ante, Marce Perperna, Cai Piſo, argentarii tabulas, & cetera.* LAMBIN. *Paullo ante a M. Peeperna P. Saturi tabulas poſcebamus tuas, nunc C. Fanni Chærea ſolius flagitamus*) Ita hunc locum legebat Pantagathus: in vetere autem libro ſcriptum eſt: *Paullo ante M. Perperne P. Saturi tabulas poſcebamus, nunc tuas C. Fanni, &c.* F. VRSIN. *Paullo ante a M. Perpenna P. Saturii tabulas*) Pall. codd. *Paullo ante M. Perpennæ, P. Saturii &c.* quod placebat Turnebo lib. XXIX. cap. 36. GRVTERVS. Lego: *Paullo ante M. Perpennæ, & P. Saturii tabulas poſcebamus; nunc tuas C. Fanni Cherea ſolius flagitamus.* Perpenna unus erat e judicibus: Saturius patronus Fannii: Fannius autem Græcus erat, ſed donatus fuerat civitate; aut libertinus: utrique enim patronorum nomina ferebant, & iis ſuum addebant. Iſte igitur antea Chærea vocabatur, poſtea de Fannii patroni nomine C. Fannius Chærea. TVRNEB. Cum hanc lectionem ſtabiliant Palatini codices, ut & Franc. prim. niſi quod copulam omit-

omittant, cur eam repudiarunt editores? Mihi ſane fuit religioni optimorum librorum conſenſum ſpernere. Recte vero Manutius ſcripſit PERPERNÆ. Nam ſic nummi, & veteres libri Græci quoque. Nullos Romani norunt Perpennas, ſed Perpernas. GRÆVIUS. Tempus in his explicandis terunt Manutius, & Ferratius IV. epiſt. II. Amiſſa enim ſuperiore orationis parte, ad quam illud *paullo ante* refertur; hanc rem perſpicere plane non poſſumus. Præterea eam lectionem hi VV. CC. ſecuti ſunt, quam recte abire juſſit Grævius, perperam denuo obtruſerunt Verburgius, & Olivetus, Vrſini, & Gruteri, & Francii MSis nulla de cauſa contemtis. His MSis accedit unus Pariſienſis, cui, & iis, quos dixi, fidem Lallemandus non denegavit. Sed, his relictis, de nominis *Perpernæ* varietate diſſeramus. Perpennam exhibent Livii codices XLIV. 27. Nepotis in Catone cap. 1. Velleii II. 4. Eutropii IV. 20. Aurelii Vict. epit. c. XXX. Servii ad Æneid. VII. 728. & plerique Flori II. 20. Valerii Max. III. 4. Iuſtini XXXVI. 4. Sed Perpernam hic Vrſini codex, & in Floro l. c. codex Florentinus, teſte Dukero, & in Iuſtino Mediceorum unus præſtantiſſimus a Theod. Gronovio collatus, & bini codices in Liviana epitome lib. LIX. Drak. notante. Περπέρνας etiam vertit Pæanius in Eutropiano l. c. quo ſic eum ibi reperiſſe ſciamus. Mitto Tacitum Annal. III. 62. Oroſium V. 10. apud quos jamdudum ex MSis editur Perperna. Verum quod Grævius hic, & antea Sigonius, aliique de Græcis affirmarunt, id refellit Drakenborchius ad l. c. Livii: utraque etiam lectio apud Græcos apparet. Vtrumque etiam antiqua marmora inſculptum gerunt, ut Boſius ad l. c. Corn. Nep. aliique notarunt. Conſule Burmannum ad Vellei. l. c. cui ſane non videtur negari poſſe, aliquos extitiſſe Perpennas. Ex nummis quoque, quibus Pighius, & Grævius innituntur, nihil conficitur: quos enim ego quidem novi in Theſ. Morelliano tab. XXVII. num. 16. 17. 18. eos incertæ fidei a doctis haberi, compertum eſt. Quid igitur in hac varietate ſentiemus? Sufficere Faſtos Capitolinos ad Perpernas ubique tuendos, Drakenb. exiſtimat. Quibus cum viri docti ſemper plurimum detulerunt, tum ego inſaniam, ſi fallaces illis membranas anteferam. Aſſentior itaque hac de cauſa: non vero, quod eos Faſtos putem a Verrio Flacco confectos, ut ſummi hactenus viri crediderunt: qua ex opinione non mediocre aliquod judicio ſuo momentum accedere Drak. putavit. Detecti enim haud ita pridem Præneſte fuerunt illi ipſi marmorei Faſti, quos ibi *in hemicyclio publicaſſe* Verrium, aperte Svetonius ſcripſerat de illuſtr. Gram. c. XVII. Sed verba Svetonii mirum in modum vexaverant, qui Præneſte Romam Verrii Faſtos accibant. Nunc autem a Faſtis Conſularibus ille diſcedet, atque in præſtantiſſimo Kalendario Præneſtino, a quo invitum abduxerant, libenter hærebit. Quod utinam integrius erutum haberemus! Apluſtra enim ſunt ex magna navi. Sed ad Perpernæ probandum nomen publica illa monumenta, ſempiternam ad memoriam condita, quo tempore id ignorari non poterat, ſatis eſſe debebunt. Faſtis nec favet, nec opponitur vetus inſcriptio apud Fabrettum X. 553. in qua Claudius fuiſſe dicitur COS. CVM. M. PERPENA. Eam quidem Maffeio art. crit. lap. p. 463. injuria ſuſpectam fuiſſe arbitror: Neque enim Romanæ reip. temporibus quidquam habet indignum. Errore fortaſſe littera R excidit, contra Faſtos certe non facit. Codices denique ipſi, ut vidimus, hanc ſcribendi rationem non penitus deſeruere: quin optimi fere quique ſervarunt. Iis autem vetuſtiſſimæ Livii membranæ addendæ ſunt, ex quibus XCI. ejus hiſtoriarum libri fragmentum Romæ nuper ſumma vir eruditione Vitus Iuvenatius protulit, & ornavit. Bis enim habent quadratis ſuis litteris PERPERNAM ed. Rom. pag. XVIII. XIX. Hæc omnia demonſtrant, legendum hic eſſe cum Lambino, Manutio, & Grævio *Perpernæ*: ubicumque nimirum de vetuſtis illis, celebribuſque Perpernis eſt ſermo. Hac etenim diſtinctione plana omnia fiunt, atque concordia: lapideſque ſuos Perpennas, nec Faſtis, nec Hiſtoricis repugnantibus, licebit habere. GARATONIUS.

mus, &, quo minus ſecundum eas lis detur, non recuſamus. Quid ita non profers? non conficit tabulas? Immo diligentiſſime. Non refert parva nomina in codices? Immo omnes ſummas. Leve & tenue hoc nomen? H-S. CCCIↃↃↃ ſunt: quomodo tibi tanta pecunia extraordinaria

Secundum eas lis detur) Quidam legendum putant, *lis decidatur*: alii, *ſecundum eas judicetur*. Sed Memmius indicavit mihi ſic locutos eſſe veteres. Val. Max. *Secundum te litem do.* LAMB. Suet. Claud. 15. *Abſentibus ſecundum præſentes facillime dabat*: vide ibi Torrent. GRÆV.

Non conficit tabulas?] Hoc pronunciatur a perſona Chæreæ ad judices converſo vultu: ut ſit ſenſus: Fortaſſe quæratis, an tabulas non conficiat; nam illo loco: *Quomodo tibi tanta p. ext. jacet?* rurſus aſpectus in Chæream convertitur. HOTTOM.

Leve & tenue hoc nomen H-S. cccIↄↄↄ *ſunt?*] Nomen quinquaginta dumtaxat millium eſſe debebat, non centum, ſed elate hoc dicitur quod centum millia Roſcius a Flavio accepiſſet, utriuſque nomine, ut Fannius quidem dicebat, ut Roſcius, ſuo ſolius.

H-S cccIↄↄↄ Valerius Probus in libello de notis antiquis, & Priſcianus in eo, quem de ponderibus & menſuris inſcripſit, docent his notis cccIↄↄↄ ſignificari centum millia, his vero ccIↄↄ decem millia, illis Iↄↄ quinque millia. Priſcianus quidem his litteris Iↄↄↄ quinquaginta millia: uterque vero (ut modo diximus) illis ſuperioribus cccIↄↄↄ centum millia. Quæ quum ita ſint, & quales antiquæ notæ fuerint tam facile ex his notis intelligi exiſtimarique poſſit: id certe doctiſſimis illis viris in mentem non veniſſe valde miror, niſi forte, quod mihi magis veriſimile videtur, eorum libri, ac notæ depravatæ ſunt. Nam ſi in augendo totidem ad lævam adjectæ C litteræ, vel apoſtrophi (ut Priſcianus vocat) quot ante ad dextram fuerant, priorem numerum altero tanto multiplicant: dubium, opinor, non erit quin demendis utrimque iiſdem litteris contra atque in augendo uſuveniat; quod ipſi quoque in utriſque illis numeris verum eſſe oſtendunt. Docent enim & Iↄↄↄ quinquaginta millia deſignare, & cccIↄↄↄ centum millia, ac ſimiliter Iↄↄ quinque millia: ccIↄↄ vero, decem millia. Quod ſi ita eſt, profecto non modo hæc nota Iↄↄↄↄ quingenta millia ſignificabit, illa vero ccccIↄↄↄↄ decies centena millia: verum etiam illa Iↄ quingenta, hæc vero cIↄ millenarium numerum, ut ex illa obſervatione intelligitur, quod quantum augetur numerus adjectis litteris, tantumdem ademtus minuitur. Ex quo illud etiam exiſtimare poſſumus, quas notas vulgo pro quingentis & pro mille uſurpari ſcribunt, D ſcilicet & ∞: eas notas pro illis germanis Iↄ & cIↄ vulgo uſurpatas eſſe. Nam quod corruptas quidam arbitrantur poſteriorum imperitia fuiſſe, hoc ex monimentis antiquiſſimis falſum eſſe apparet: in quibus & D pro quingentis, & cIↄ pro mille fere invenitur, ut etiam ∞ pro quadringentis plurimum reperiatur, quod D pro quingentis uſurpari ſolitum oſtendit. Nam ſi Iↄ tantum ſcriberetur, prapoſita littera c millenarium numerum efficeret. Vtcumque autem ſe res habeat, illud eſt certe ſine controverſia quod paulo ante diximus, & Iↄ quingentorum, cIↄ millenarii numeri ſignificationem fuiſſe: quod ex aliarum notarum analogia, de quibus inter Priſcianum & Valerium conſtat, cuivis licet animadvertere. Sed quoniam de notis numerorum quædam obſervavimus, ex quibus & quæ ſit ſcribendi antiqua ratio intelligi poteſt, & plerique veterum auctorum loci vitioſe ſcripti, caſtigari: non alienum erit præcepta quatuor, quibus hanc omnem diſciplinam complexi ſumus, hoc loco exponere: ſed principio unamquamque notam ſuo ordine atque loco collocabimus.

I	CIↃ	1000
IIII	CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ	4000.
V	IↃↃ	5000
X	CCIↃↃ	10000
XXXX	CCIↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ	
L	IↃↃↃ 50000	(40000
C	CCCIↃↃↃ	100000
CCCC	CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ	
IC		(400000

Prima obſervatio : Numerorum notæ ſunt quinque ſimplices : reliquæ vero coniunctæ : ſimplices ſunt I. V. X. L. C. Secunda : Hæ notæ alternis tantum ex ſuo genere multiplicantur : ceteræ nonniſi cum diverſi generis notis conjunguntur ; nam neque plures V. neque plures L. neque aut IↃ. aut ceteræ, quæ alternis vicibus ſubſequuntur, ſimul reperiuntur, ſed aut I, aut X, aut inſequentes intermediæ. Sequitur tertia obſervatio: Multiplicatio non fit ſupra quadruplum : nam in quinto loco nova nota ſuccedit. Hoc notavimus in numeris qui ex ſuo genere multiplicantur. IIII. enim tantum ſcribuntur, non IIIII. & XXXX. non XXXXX. quum certa nota, & hujus numeri propria conſtituta ſit. Quarta obſervatio : In conjunctione priores augent poſtpoſitæ ſequentibus: præpoſitæ vero detrahunt, hoc modo : I litteræ V poſtpoſita valet ſex : præpoſita quatuor : I poſt X valet undecim, ante novem. In antiquiſſimis monumentis IIX. valet octo, & VL quadraginta quinque. Sed in vulgatis & parvis numeris facilior eſt cognitio, in majoribus ſane peccatum eſt in libris veterum, ignorantia librariorum multis locis, ut quum Verrina V. ſic ſcribitur, *Modium LXX M.M.M*, pro ſeptuaginta tria millia, ſic enim Latine & antique ſcribi oportuit, *IↃↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ CIↃ CIↃ CIↃ*. & alibi *XV M.* pro quindecim millibus. Quum enim nullam eſſe certam notam viderent, quæ hunc numerum indicaret, non animadverterunt conjungi notas oportere maximorum numerorum, item ut ſuperiores: & in conjunctione priores augere poſtpoſitas ſequentibus ; ut ſi hanc notam IↃↃ illi ſequenti CCIↃↃ poſtponamus, efficiemus quindecim millia, & hoc modo CCIↃↃ CCIↃↃ IↃↃ pro 25000. qua in re vel plurimum in Plinianis numeris peccatum eſt. Sic in maximis numeris priores notæ propoſitæ ſequentibus tantumdem quantum poſtpoſitæ efficerent, detrahunt : quod ex monumentis antiquis intelligitur, in quibus DXC quingenta nonaginta ſignificat : & DXXC. quingenta octoginta. Hoc poſtremo de notis numerorum intelligendum eſt, quod Valerius Probus etiam oſtendit : lineam alicui numero impoſitam ſignificare millia : quod ex Ciceronis epiſt. ad Attic. quinta & ſexta facile intellectu eſt ; nam pro H-S XXCN. qua nota epiſtola quinta uſus eſt, in ſequenti epiſtola H-S CCIↃↃ CCIↃↃ CCCC ſcripſit. Quo ex loco etiam, veterem hanc notam N. non novam & ab imperitis confictam eſſe, quemadmodum antea dicebamus, perſpicue conſtat. Atque hæc quidem de notis, numerorum. De ſeſtertiis vero eorumque notis, in libello de re nummaria copioſe diximus. HOTTOMAN. *Leve, & tenue hoc nomen?* ~~LLS~~ CCCIↃↃↃ *ſunt*) Alii libri vulgati ſic habent interpunctum, *leve & tenue hoc nomen* LLS. CCCIↃↃↃ. *ſunt* : & hanc interpunctionem probat Marcbal. Boemoræus : alii ſic, *leve, & tenue hoc nomen*, ~~LLS~~. CCCIↃↃↃ *ſunt?* LAMBIN.

Pecunia extraordinaria) Iam ſupra diximus, moris fuiſſe ut omnes pecuniæ ordine in tabulas referrentur : & hoc ipſum oſtenditur ſupra. Quamobrem quum cetera nomina in ordinem referebas, hoc nomen in adverſariis relinquebas? Ob eamque cauſam quæ non erant relatæ, *extraordinariæ* ab antiquis vocabantur. Sic idem in Verr. III. *Homo ſtultiſſime & amentiſſime, tabulam quum conficeres, & quum extraordinaria pecunia crimen ſubterfugere velles, ſatis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pecuniam credebas, iis expenſum non ferres, neque in tuas tabulas ullum nomen referres?* Et Verr. IV. *Idem præterea pecunias iſtius extraordinarias grandes ſuo nomine fœnerabatur.* HOTTOM. Turnebus Adverſar. XXIX. c. 35. putat extraordinariam pecuniam, quæ neque de quæſtu, neque de reditu, neque de bonis redacta eſt, ſed extra ordinem de morte Panurgi evenerat, eaque ex ſocietate debebatur. Sed rectius Hottomannus. Aſcon. in illud III. Verrin. *Hinc illæ extraordinariæ, Sordida lucra*, inquit, *& furta ſignificat. Nam eæ ſunt, quæ neque de*

ria jacet? quomodo H-S. CCCIↃↃↃ in codice accepti, & expenſi non ſunt? Pro dii immortales! eſſe ne quemquam tanta audacia præditum, qui, quod nomen referre in tabulas timeat, id petere audeat? quod in codicem injuratus referre noluit, id jurare in litem non dubitet? Quod ſibi probare non poſſit, id perſuadere alteri conetur?

2. Nimirum cito ait me indignari de tabulis: non habere ſe hoc nomen in codice accepti, & expenſi relatum confitetur: ſed in adverſariis patere contendit. Vſque eo ne te

reditibus, neque de annonis, neque de aliqua legitima acceſſione, ut donis vel hereditatibus, videntur adjectæ. GRÆVIUS.

Jacet) Iacere ſignificat negligi, & pene omnino relinqui, ut infra: *Cur tam diu jacet in adverſariis hoc nomen?* & pro Quintio: *Jacet res in controverſiis biennium*. Et VII. ad Att. *Tota Capua, & omnis hic delectus jacet*. Item. *Cn. noſter ut totus jacet*. PASSERAT.

Tanta audacia præditum) Guilielmius putabat vocem poſtremam ex adnotamento Scholiaſtis: is ad hanc orationem nullum habuit librum manuſcriptum: ego unum tantum. GRUT. Exſtat ſane *præditum* in prim. Franc. GREV. Nec repudiandum. GARAT.

Referre in tabulas) Quia falſum ſit. HOTTOM.

Id jurare in litem non dubitet) Iusjurandum, opinor, illud dicit, quod poſtea Iuriſconſulti *jusjurandum calumniæ* appellarunt: quum qui aliquem in jus vocat, jurat ſe non malitia, neque falſa, fictaque intentione, ſed quia bonam ſe, & veram cauſam habere arbitretur, litem intendere. Sed aliud eſt *jusjurandum in litem*, de quo iidem Iuriſconſulti diſputant, quum judex propter rei calumniam, atque contumaciam, actori, quanti litem illam, id eſt adverſarii injuriam æſtimet, jurare permittit, de quo quidem jureiurando loqui oratorem non arbitror, quum infra non litis æſtimationem, ſed certam pecuniam, quæ ex ſocietate debeatur, a Fannio actione *Pro ſocio* petitam eſſe demonſtret. IDEM. In judicio ſocietatis ob dolum in litem jurat, ut Iuriſconſulti ſcribunt, & in omnibus adeo judiciis bonæ fidei. TURNEB. *Id in litem jurare*, eſt tanti rem æſtimare jurejurando delato. Ego ita accipio, non quaſi juraverit in litem, ſed quaſi paratus ſit jurare in litem, ſi jusjurandum id deferatur. Paullus in l. Arbitrio ff. de dolo: *Certa quantitas, quæ in hac actione non adjicitur, ut poſſit per contumaciam ſuam tanti reus condemnari, quanti actor in litem juraverit*. PASSERAT.

Nimium cito ait me indignari de tabulis) *Indagare*, pro *indignari* ſcriptum eſt in antiquo, & infra: *Non modo ex tuis tabulis*. URSIN. *Indignari* tuetur Franc. prim. GREV.

In codice accepti & expenſi) Magis placeret *in codicem*: ut in multis veteribus, etiam impreſſis. HOTTOM. *In codicem accepti, &c.*) Fortaſſe legendum, *in codice accepti, &c.* ut Boemoræo videtur. Idem infra non longe, putat legendum: *Cur in adverſariis ſcriptum habes?* non, ut habent libri vulgati: *Cur in adverſariis ſcriptum habebas?* LAMBIN. In prim. Franc. eſt *in codice*. GREV.

In adverſariis patere contendit) *Adverſaria* dicuntur tabulæ ad quotidianum uſum paratæ: in quibus curſim & negligenter ea ſcribimus, quæ poſt accuratius in certas, & perpetuo manſuras tabulas ordine ac diſpoſite perſcribimus, deductaque ex eo appellatio videtur, quod ibi ſtatui ſoleant, ubi nobis aſſidue obverſentur: quaſi adverſus nos poſita: unde etiam *adverſarii* dicti, quaſi in quos perpetuo incur-

Digitized by Google

ne te diligis, & magnifice circumſpicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis, ſed ex adverſariis petas? Suum codicem teſtis loco recitare, arrogantiæ eſt: ſuarum perſcriptionum, & liturarum adverſaria proferre, non amentia eſt? Quod ſi eamdem vim, diligentiam, auctoritatemque habent adverſaria, quam tabulæ; quid attinet codicem inſtituere, conſcribere? ordinem conſervare? memoriæ tradere litterarum vetuſtatem? Sed ſi, quod adverſariis nihil credimus, idcirco codicem ſcribere inſtituimus: quod etiam apud omnes leve, & infirmum eſt, id apud judicem grave, & ſanctum eſſe ducetur? Quid eſt, quod negligenter ſcribamus adverſaria? quid eſt, quod diligenter conficiamus tabulas? qua de cauſa? quia hæc ſunt menſtrua, illæ ſunt æternæ: hæc delentur ſtatim, illæ ſervantur ſancte: hæc parvi temporis memoriam, illæ perpetuæ exiſtimationis fidem, & religionem amplectuntur: hæc

incurramus, vel qui ſe nobis aſſidue opponant: hoc enim proprie *adverſari* ſignificat. *Adverſaria* & *tabulas* noſter Verrina IV. ſic expreſſit: *Omnia, quæ dicimus, rationibus populorum non interpoſitis, neque perturbatis, neque repentinis: ſed certis inſtitutis, ordine relata atque confecta ſunt.* HOTTOM.

Uſque eo ne te diligis & magnifice circumſpicis) Translatum a pavonibus, qui dum adverſo ſole expanſis plumis frequenter ſe circumſpectant, ac veluti mirantis caudæ gemmantibus pinnis ſe protegunt (ut ille ait) propter earum ornatum ac ſplendorem, majorem in modum ſibimetipſis placent. IDEM.

Pecuniam non ex tuis tabulis) Leg. *non modo ex tuis tabulis.* MURET.

Memoriæ tradere litterarum vetuſtatem) *Litterarum vetuſtatem* ſic accipio, litteras vetuſtas: & litteras vetuſtas, vetuſta nomina. Nam *litteræ* privatæ tabulæ modo dicuntur: ut Verr. IV. & VI. multis locis infra. Hinc illud in Piſonem: *Quas rationes ſi cognoris, intelliges nemini plus, quam mihi litteras profuiſſe:* quem locum alibi explicavimus. Ergo *memoriæ tradere litterarum vetuſtatem*, hoc ſignificat, conſervare vetuſta nomina, curare ut eorum memoria in multum tempus perduret. IDEM.

Apud judicem) Qui jurisjurandi religione de unaquaque re diligentius æſtimanda & perpendenda commoneri debeat. IDEM.

Quia hæc ſunt menſtrua, illæ ſunt æternæ) *Hæc* ad remotius: *Illæ* ad proximum retulit, præter conſuetudinem Latinæ orationis, quo modo loquutum Ariſtotelem Budæus putavit in IV. Ethic. *Ιδοι δ' αν τις και εκ των κωμωδιων των παλαιων και των καινων. τοις μεν γαρ ην γελοιον αισχρολογια, τοις δε μαλλον η ὑπονοια. Quod quidem ex veteribus & novis Comœdiis cuivis intelligere licet. Illis enim ridicula res erat verborum obſcœnitas: his ſententiæ potius verbis tecta.* HOTTOMANN. Non præter conſuetudinem Latinæ linguæ ſic locutus eſt Cicero. Nam & aliis in locis ſic ipſe, ut in VII. ad Fam. 2. & alii ſcriptores hoc loquendi genere uſi ſunt, ut docet Gronov. Obſerv. III. 16. Sanctius in Minerva lib. II. c. 9. ubi vide quæ notavit Perizonius. GRÆVIUS.

Perpetuæ exiſtimationis fidem & religionem) Qui enim in cenſum adſcribeban-

hæc ſunt dejecta, illæ in ordinem confectæ. Itaque adverſaria in judicium protulit nemo, codicem protulit, tabulas recitavit.

3. Tu, C. Piſo, tali fide, virtute, gravitate, auctoritate ornatus, ex adverſariis pecuniam petere non auderes. Ego, quæ clara ſunt conſuetudine, diutius dicere non debeo. Illud vero, quod ad rem vehementer pertinet, quæro: quam pridem hoc nomen, Fanni, in adverſaria retuliſti? Erubeſcit: quid reſpondeat, neſcit: quid fingat extemplo, non habet. Sunt duo menſes jam, dices. Tamen in codicem acceptum, & expenſum referri debuit.

bantur, & tabulas conficiebant, jusjurandum dabant, ſe bona fide tabulas confecturos; ut ſcribit Dionyſius Hal. lib. IV. HOTTOM.

Hæc ſunt dejecta) Sic omnes libri veteres. Alii tamen *conjecta*, quod plane rejicio. Nam *dejecta* ſic accipio, quaſi disjecta, & permiſte, nulloque ordine poſita, uti ea quæ de ſuperiore loco in inferiorem fortuito depulſa, ac deturbata ſunt. Haud ſcio tamen, annon *disjecta* rectius legeretur. IDEM. *Hæc ſunt dejecta*) Vide, num melius ſit, *conjecta*, ut eſt in vetere libro. F. VRSIN. *Hæc ſunt dejecta*) Forſan *defecta*, adnotatum Guilielmio. Lambinus conjecit cum Hottomanno: *disjecta*; *illæ in ordinem conjectæ*. GRVTER. *Dejecta* ſunt diſſipata, perturbata. PASSERAT. Neſcio, cur *nomina dejecta* intelligere, quam *adverſaria*, quæ ſane hic perſpicue cum tabulis comparantur, Erneſtus maluerit. Sed magnopere vereor, ut nullum inveniamus exitum, niſi legamus *disjecta*: quod Hottomannus etiam, & Lambinus veriti ſunt. Quid porro hac emendatione facilius, aut rectius? Affinia hæc vocabula quam ſæpe confundantur, omnibus compertum eſt. Sic in Ovidio Metam. XII. 109. ubi *dejeci* edebatur, quinque codices habebant *disjeci*, quod N. Heinſius probavit, atque reſtituit. Nos in hac oratione inopia codicum laboramus: quo magis ratione utamur, oportet. Iannoctii codex vulgatam tuetur. Sed jam de codicum in hoc fragmento maculis Menardus in argum. audiatur. GARATON.

Auctoritate ornatus) Deleri poſſe illud *ornatus* putabat Guilielmius, librarii ſcilicet adnotamentum. GRVTER. Male hic *ornatus* & in præcedente capite Guilielmius *præditus* deleri velit. Nam ſi conciſa ſæpius oratione utuntur veteres, & hæc, quæ ſemper ſubaudiuntur, ſæpius omittunt, præterea ne ſuſpecta ſint nobis loca, ubi ea apponunt, & integris utuntur locutionibus? Sic cum *candidatus* dicitur, ſubauditur *petitor*: integrum eſt apud Sueton. in Octavio. Merito Torrentius vapulat Gronovio, qui *petitor* ibi velit expungi: vide ejus obſervat. XI. 24. GRÆV.

Tamen in codicem) Vſitata defectio. Subauditur enim, ut tibi hoc concedam & largiar. HOTTOM.

In codicem acceptum & expenſum referri) Fortaſſe alibi ſic recte dicatur, ut ſit ſenſus, id quod acceptum & expenſum eſt, ſed hoc loco verba hæc ad vocem ſuperiorem *nomen* referuntur. Quare *accepti & expenſi* reponendum potius putarem. IDEM. *In codicem acceptum & expenſum referri debuit*) Pal. non agnoſcit verbum *referri*: ejus loco eſt in editione vetertima *eſſe*: unde fieri commode queat, *acceptum & expenſum eſſe debuit*, ut & conjecerat Guilielmius noſter: hodie fere legitur, *in cod. accepti & expenſi referri debuit*: quæ eſt conjectura Hottomanni, item Turnebi. GRVTERVS. *Tamen* eſt tandem. I. Verrin. *Venit paratus cum ſubſcriptionibus. Eſt tamen hoc aliquid.* Pacuvius

Peri-

debuit. Amplius ſunt ſex menſes. Cur tamdiu jacet hoc nomen in adverſariis? Quid ſi tandem amplius triennium eſt? quomodo, cum omnes, qui tabulas conficiant, menſtruas pæne rationes in tabulas transferant, tu hoc nomen triennium amplius in adverſariis jacere pateris? Vtrum cetera nomina in codicem accepti, & expenſi digeſta habes, an non? Si non: quomodo tabulas conficis? ſi etiam: quamobrem, cum cetera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in adverſariis relinquebas? Nolebas ſciri, debere Roſcium. Cur ſcribebas? Rogatus eras, ne referres. Cur in adverſariis ſcriptum habebas? Sed hæc quamquam firma eſſe video, tamen ipſe mihi ſatisfacere non poſſum, niſi a C. Fannio ipſo teſtimonium ſumo, hanc pecuniam ei non deberi. Magnum eſt, quod conor: difficile eſt, quod polliceor: niſi eumdem & adverſarium, & teſtem habuerit Roſcius, nolo vincat.

4. Pecunia tibi debebatur certa, quæ nunc petitur per judi-

Periboea apud Non. *Tamen obſirmato animo miteſcit metus.* Salluſt. I. Hiſt. *Nam qui enare coacti fuerant, & ſæpe ferramentis navium tamen ſunt vulnerati; a ſuis aut afflicti undarum vi mulcato corpore periere.* PASSERAT. Paulli Manutii editio recepit emendationem Hottomanni & Turnebi, reſcripſitque, *in codicem accepti & expenſi*. Si ullus codex hanc conjecturam adprobaret, ego ſane quoque illam amplecterer. Sed refragatur cum aliis etiam Francii primus. Non eſt autem neceſſarium, ut *nomen* hic repetatur. *Referre in codicem acceptum & expenſum*, eſt quæ accepimus, & expendimus in tabulas referre. GRÆV. *Accepti, & expenſi*, Hott. & Turn. pro vulgato *acceptum, & expenſum*, errore non inſolito Librarii, qui, quia præceſſerat vox *codicem*, ſcripſit *acceptum, & expenſum.* LALLEMAND. Hæc profecto emendatio neceſſaria videtur. Nam, ſi *nomen* repetatur, totum hoc redundabit; ſi vero cum Grævio explicemus, Fannius quidem pecuniam, quam ſibi debitam contendebat, Roſcio expenſam ferre poterat, ſed numquam acceptam. Nullum ab hoc abſurdo effugium eſt. Verburgius, & Olivetus MSis adhæſerunt, quod non vitupero, modo codices corruptos eſſe hic intelligamus, GARATON.

Amplius triennium eſt) Nam tantum temporis interceſſit, ex quo Panurgus interfectus eſt, & Roſcius ejus nomine H·S ccc1ↄↄↄ accepit a percuſſore. HOTTOM.

Pecunia tibi debebatur certa) Longa diſputatio, in qua ad ſummam hoc dicit, male Fannium egiſſe, qui incertam pecuniam petat ad judicem. Incertam autem Fannium ipſum judicaſſe; quum eamdem ante *ad arbitrum* petierit: nam *ad arbitrum* numquam niſi incertam pecuniam peti. *Arbitrum* autem hoc toto loco etiam eum ſignificat, qui judex eſt, ſed in iis judiciis, quæ nunc a Iuriſconſultis vel *arbitraria*, vel *bonæ fidei* appellantur: in quibus additur EX FIDE BONA: quibus in cauſis iidem *judices* dicebantur & *arbitri*, idem *judicium* & *arbitrium*, ut diximus in orat. pro Quintio. Atque hoc

judicem, in qua legitimæ partis ſponſio facta eſt. Hic tu ſi amplius H-S. nummo petiſti, quam tibi debitum eſt, cauſam perdidiſti: propterea quod aliud eſt judicium, aliud arbitrium. Iudicium eſt pecuniæ certæ: arbitrium incertæ. Ad judicium hoc modo venimus, ut totam litem

hoc eſt, quod idem ait in Murænjana, *Iurisconſultos nondum ſtatuere potuiſſe, utrum arbiteos an judices appellarent.* Idem.

In qua legitimæ partis ſponſio facta eſt) Infra *tertiam* appellat: ex quo conjecturam capimus, in litibus, quibus pecunia certa petitur, non fieri ſponſionem arbitratu litigatorum, ſed lege conſtitutam, & definitam ſummam fuiſſe opinor ex Prætorum edictis; quæ leges erant annuæ. Addidit autem *in qua legitimæ partis ſ. f. eſt*, quo magis oſtenderet, certam pecuniam in judicium deductam eſſe. Hottom.

Si amplius H-S nummo petiſti) Hoc eſt, apud judicem, ſeu in judicio ſi ſeſtèrtio nummo plus petiſti, quam tibi debetur, cauſam perdidiſti. Lambin. ICti id plus petere dicunt, quod fit quatuor modis. Re, ſi decem pro quinque petantur. Tempore, ſi ante diem petatur. Loco, ſi alio loco, quam quo promiſſum eſt, agitur. Cauſa, ſi ex duabus rebus disjunctim promiſſis altera præcipue petatur. Passer.

Iudicium eſt pecuniæ certæ, arbitrium incertæ) Quid ita? quoniam judices (quippe privati homines) poteſtatem judicandi nullam, niſi quam a magiſtratu, & qua de re acceperant, habebant, veluti, *L. Caſſius judex eſto. Si apparet aureos XX. Nævia dare oportere Sempronium, eum tantæ pecuniæ condemnato*. Poterat L. Caſſius de aureis XX. judicium ſtatuere; de uno minus, aut amplius, non poterat, non accepta ſcilicet a Prætore poteſtate; nam poteſtates & imperia ſunt penes magiſtratus; judices autem privati (ut diximus) homines erant. Itaque ſi maxime unde viginti deberentur, quia tamen XX. petita ſunt, petitorem judex damnabit, unde illud vulgatum, ut *qui plus peteret, cauſa caderet*. Officium ergo judicis eſt, conſtituere ſimpliciter, debeantur ne XX. aurei, an non debeantur; non autem de aureorum numero arbitrari. Qua de cauſa reprehendit Hippodamum Mileſium Ariſtoteles lib. de Repub. II. qui judicibus poteſtatem fecerat, ut reum partim damnarent, partim abſolverent: *Ου καλως δ' ουδ' ὁ περι της κρισεως εχει νομος, το κρινειν αξιουν διαιρουντα της κρισεως ἁπλως γεγραμμενης, και γινεσθαι τον δικαστην διαιτητην. De judiciis*, inquit, *non recte ſancitum eſt: quum poteſtas ſit judici, ut dividat, id eſt partim condemnet, partim abſolvat, quum pure dica ſcripta eſt, utque ex judice fiat arbiter*. Nam *την κρισιν ἁπλως γραφειν*, Iuriſconſulti ſic Latinis verbis explicant: *Iudicium ſive actionem pure intendere*. Et paullo poſt: *Επειτα πως ουκ εσται ταραχωδης ἡ κρισις, όταν οφειλειν ὁ μεν δικαστης οιηται, μη τοσουτον δ' όσον ὁ δικαζομενος; ὁ μεν γαρ εικοσι μνας, ὁ δε δικαστης δεκα μνας, η ὁ μεν πλεον, ὁ δε ελασσον, αλλος δε πεντε, ὁ δε τετταρας, και τουτον δε τον τροπον δηλονοτι μεριουσιν. οἱ δε παντα δικαζουσιν, οἱ δε ουδεν· τις ουν ὁ τροπος εσται της διαλογης των ψηφων. ετι δε ουδεις επιορκειν αναγκαζει τον ἁπλως αποδικασαντα η καταδικασαντα, ειπερ ἁπλως το εγκλημα γεγραπται δικαιως. ου γαρ μηδεν οφειλειν ὁ αποδικασας κρινει, αλλα τας εικοσι μνας. αλλ' εκεινος ηδη επιορκει ὁ καταδικασας, μη νομιζων οφειλειν τας εικοσι μνας· Iam vero*, inquit, *qui poterit non turbulentum eſſe judicium? quum deberi quidem judex, non tantum autem, quantum petitor exiſtimabit. Hic enim viginti minas, judex vero decem: hic plus, ille vero minus, alius quinque, alius quatuor, atque hoc ſcilicet modo partientur: alii integram ſummam, alii nihil deberi judicabunt. Quanam igitur ratione diſcerni ac numerari ſententiæ poterunt? Præterea nemo pejerare cogit eum qui ſimpliciter damnabit, aut abſolvet, ſi pure lis jure intendatur. Neque*

tem aut obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc modo adimus, ut neque nihil, neque tantum, quantum poſtulavimus, conſequamur. Ejus rei ipſa verba formulæ teſtimonio ſunt. Quid eſt in judicio? directum, aſperum, ſimplex: SI PARET H-S. IↃↃↃ DARI OPORTERE. Hic, niſi pla-

que enim qui abſolvit, nihil deberi judicat, ſed viginti minas. Is vero pejerat, qui, quem viginti minas debere non putat, tanti tamen condemnat. Hæc ille. Exemplum autem ſubjiciemus: Qui abſolvit reum, a quo viginti aurei petuntur, quum decem tantum deberet, non judicat nihil deberi, ſed viginti aureos deberi negat, quod verum eſt. HOTTOM. Per arbitros, hic non intelliguntur arbitri compromiſſarii, ſed judices, qui bonæ fidei judiciis arbitrariis præponebantur, quod propius ad arbitrorum ſolutam poteſtatem accederent. PASSERAT.

Vt totam litem obtineamus) Corrige, *aut obtineamus*, ut in aliis libris. Hujus autem rei ipſa verba formulæ teſtimonio ſunt: *Ajo te mihi dare centum oportere*; nam *opertere* verbum neceſſitatem ſignificat: ex quo aperte intelligitur, quod Paulus reſpondit in l. Verbum oportere, D. de verb. ſign. ad libera & bonæ fidei judicia referendum non eſſe: *Verbum oportere*, inquit, *non ad facultatem judicis pertinet, qui poteſt, vel pluris vel minoris condemnare: ſed ad veritatem refertur. Iudicem* enim appellat, quem *arbitrum* hoc loco Cicero nominavit, nimirum eum qui in bonæ fidei judiciis ſedet; quum contra qui in ſtricti juris judiciis ſedent, hic a Cicerone *judices* appellentur. HOTTOM.

Ad arbitrium hoc animo) Primus Francii *hoc modo*, alia manus ſuper poſuerat *al' aio*. Prius probo. *Ad judicium hoc modo, ad arbitrium hoc modo*. Error natus eſt ex librariorum oſcitantia, qui *modo* ſic exprimunt *mo*. Littera *m* in *ni* fuit reſoluta, *nio* vero cum nihil denotaret, alii *a* præfixerunt, unde natum eſt *animo*. GRÆV.

Poſtulavimus) Regius optimus cod. *poſtulamus*. LALLEM.

Ejus rei ipſa verba formulæ teſtimonio ſunt) *Formulæ judicii* ſcilicet, quod a Prætore dari judici ſolebat. Et H-S IↃↃↃ poſuit: quod hæc ipſa eſſet præſentis judicii data ac præſcripta Piſoni judici a Prætore formula, in hanc enim ſummam ſponſio facta eſt. HOTT. *Ejus rei teſtimonio ſunt* inſolens ſermo. Nam ex conſuetudine dicere debuit *ei rei*: ut lib. VIII. ad Att. *Cui rei teſtimonio ſunt litteræ*. Pro Fonteio: *Teſtimonio ſum illius virtuti*. PASSERAT.

Si paret H-S IↃↃↃ dari oportere) Corruptus locus, quem ſic puto corrigendum: SI PATERET H-S. IↃↃↃ DARI OP. Id eſt, oportere, ut apud Valerium Probum in not. antiquis, ut verba ſint formulæ judicii, & grandioribus litteris ſcribantur. Sic Verr. V. *Dabat iſte judicium*: SI PATERET *jugera ejuſmodi fundi eſſe plura, quam colonus eſſet profeſſus, tum Xeno damnaretur*. Et eadem rurſus orat. *Quærebant quæ in verba Recuperatores daret: reſpondebat*, SI PATERET *adverſus edictum feciſſe, quæ in judicio dicturum eſſe dicebat*: Et in Divinat. *Iudicium dat ſtatim*: SI PATERET, *eam ſe, & ſua Veneris eſſe dixiſſe*. Nam & PATERET dicebatur, & APPARET, ut Verr. 4. & PARET, ut in Inſtitut. Iuris libro IV. cap. de Actionibus. Hanc autem notam OP. quæ Auctore Paulo Diacono, *oportere* ſignificat, aut reponendam arbitror, aut certe ſubaudiendam. HOTTOM. *Si paret H-S. IↃↃↃ dari oportere*) Sic legendum eſt, non, *ſi peteret*, ut eſt in vulg. neque, *ſi pateret*, ut quidam volunt. Erat enim hæc formula: SI PARET TITIVM DARE OPORTERE, atque in Verrinis ubicumque legitur, in iis, quæ ad hanc formulam pertinent, *ſi pateret*, &c. legendum, *ſi pareret*, paret autem, id eſt, apparet. *Patere* porro locum habet in iis, quæ ſunt in tabulis, aut adverſariis perſcripta. LAMB. Sed *oportere* in nullo MSo habetur, nec *dari* legitur in prim. Franc. Illud eſt incul-

planum facit, H-S. IↃↃↃ ad libellam ſibi deberi, cauſam perdit. Quid eſt in arbitrio? mite, moderatum. QVANTVM ÆQVIVS MELIVS, ID DARI. Ille tamen confitetur plus ſe petere, quam debeatur: ſed ſatis ſuperque habere dicit, quod ſibi ab arbitro tribuatur. Itaque alter cauſæ confidit: alter diffidit. Quæ cum ita ſint; quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipſis H-S IↃↃↃ, de tuarum tabularum fide compromiſſum feceris, arbitrum ſumſeris,

culcatum ex Hottomanni conjectura, qui tamen cenſet poſſe ſubaudiri. GRAVIVS.

Ad libellam ſibi deberi) *Libella*, idem quod libra, pondo, as valebat, & erat ex argento parva, ut apud Varronem lib. de Ling. Lat. IV. Veteres autem cum parvam pecuniolam ſignificabant, hoc verbo utebantur. Cicero Verr. IV. *Et quis Valcatio, ſi ſua ſponte veniſset, unam libellam dediſſet*? Plautus in Pſeudolo:

HARP. Tibi libellam argenti numquam credam. PS. dum tu ſtrenuas. HOTT.

Cauſam perdit) Etiamſi uno non minus deberetur. Et hoc eſt quod modo dixerat, *directum*, *aſperum*, *ſimplex*, hoc eſt præfracte judicium a Prætore definitur, & quaſi ad vivum reſecatur, ut judici ab iis verbis ne tantulum quidem diſcedere liceat: unde judicia hæc ſtricti juris a Iuriſconſultis appellantur, quod iis dati judices ad certam formulam ac ſummam adſtringantur. Quæ vero ea ſint, docuimus in libello de actionibus. IDEM.

Mite, moderatum, quantum æquius & melius ſit dari) Sic reſtituo: *Mite moderatum*; QVANTVM ÆQVIVS ET MELIVS SIT DARI: ut verba ſint arbitrii a Prætore dati, & ſubaudiatur, Tantum dari jubeas, aut aliquid ejuſmodi. In arbitrio rei uxoriæ de repetitione dotis: ſoluto matrimonio, formulam hanc fuiſſe ipſe in lib. de Offic. III. docet his verbis: *Reliquorum autem judiciorum hæc verba maxime excellunt in arbitrio rei uxoriæ*, MELIVS ÆQVIVS. In Topicis autem: *In primiſque in arbitrio rei uxoriæ, in quo eſt*, QVID ÆQVIVS MELIVS. Ergo hoc pro exemplo poſuit, cum in aliis addi ſolere ſoleret, EX BONA FIDE, ut lib. de Offic. III. *Quid ſibi dare facere oporteat ex fide bona*. Nam hac formula non certa & definita ſumma petebatur, ſed quantum judex bona fide deberi judicaſſet. Atque hoc eſt quod Iuſtinianus ait ſub tit. de Actionibus: *In bonæ fidei judiciis libera poteſtas permitti videtur judici ex bono & æquo æſtimandi, quantum actori reſtitui oporteat*. Dicebantur autem *bonæ fidei* judicia, conciſa loquutione, pro judicia in quibus addebatur, EX BONA FIDE, ut diximus in orat. pro Quintio. IDEM. Sic receperunt ex Hottomanni conjectura. Lambini editio: *Quantum æquius & melius id dari*. Copulam non agnoſcit Manutii editio, & ſane in aliis Ciceronis locis, ubi hæc habetur formula, non conſpicitur. In talibus formulis ſollennibus Romani ſolebant fere copulas omittere. Prim. Franc. & Palatinus: *Quanto æquius & melius id clarius*. GRÆV.

Ille tamen confitetur) *Ille* dicit, alium litigatorem ſignificans, alioqui dixiſſet *hic*; ſed eum, qui arbitrio ageret, deſignat: & TAMEN dixit, cum uſitata defectione. Subauditur enim, quamquam pecuniæ ſummam aliquam nominet. HOTTOM.

Itaque alter cauſæ confidit) Qui ad arbitrum venit. Confidit enim pluris petitionem non obfuturam, quæ aliis apud judicem litigantibus periculoſa eſt. IDEM.

Quæ cum ita ſint) Cum in arbitrio nonniſi incerta pecunia petatur. IDEM.

De hac pecunia) Certa & definita. ID.

Compromiſſum feceris) In judiciis *ſponſiones*, in arbitriis *compromiſſa* fieri ſolebant: illæ, ni vere actio intenderetur;

ſeris, quantum æquius melius ſit dari, repromittive, ſi pareret. Quis in hanc rem fuit arbiter? Vtinam is quidem Romæ eſſet! Romæ eſt. Vtinam adeſſet in judicio! Adeſt. Vtinam ſederet in conſilio C. Piſonis! Ipſe C. Piſo eſt. Eumdem ne tu arbitrum, & judicem ſumebas? eidem & infinitam largitionem remittebas, & eumdem in angu-

tur; hæc, ni damnatus arbitri ſententiæ pareret. Quid ſit *compromiſſum*, explicabimus Verrina IV. IDEM. Compromittere dicuntur, qui hinc inde promittunt, ſe arbitri ſententiæ ſtaturos. Inde *compromiſſarius judex* in D. PASSERAT.

Repromittive) *Repromittere*, eſt ei, qui mihi ſtipulanti ante promiſit, viciſſim a me ſtipulanti promittere. ut in hoc judicio certam pecuniam Roſcius promiſit Fannio ſtipulanti, & Fannius reſtipulanti Roſcio repromiſit tantum ejus, quod excegerat a Fannio. IDEM.

Si pateret) Omnes alii, & ſcripti & impreſſi libri, SI PETERES? cum interrogandi nota, quod perſpicue rectum eſt. Senſus eſt enim, ſi peteres quantum æquius melius arbitro videretur, quo modo de hac certa, & definita pecunia compromiſſum faciebas? Repugnant enim *certam pecuniam petere*, & *petere quantum æquius melius*; illic judex ad certam ſummam adſtringitur, hic arbitro poteſtas permittitur de quavis ſumma pro ſuo arbitratu ſtatuendi. HOTTOM. *Dari repromittive, ſi pareret*) Sic legi debet, non, *ſi peteres*. Eſt enim hæc lectio inepta, & ridicula, vel, *ſi pateret*. *Si pateret* autem, videlicet in tabulis: id eſt, ſi eſſet in tabulas relatum. Sic ſupra loquitur: *Sed in adverſariis patere contendit.* Sic & Catullus: *Ecquid nam in tabulis patet lucelli Expenſum?* LAMB. *Dari repromittive, ſi pateret*) *Dari repromittive tibi petieris*, Pantagathus. F. VRSIN. Prim. Franc. Pal. & ed. antiqua *ſi pejeres*. GRÆV.

Iam utinam adeſſet) Pal. & ed. vetus, *Nam utinam*. Adſentior Turnebo delendam illam ſyllabam arbitranti. GRUT. Prim. Franc. non agnoſcit *jam*, quem ſequor. GRÆV. Obſecuti Turnebo delevimus primam vocem, cujus loco Gruteriani codices, & noſtri habent *nam*, quæ vox forte retinenda fuit. LALLEM. Si quid retinendum eſſet, *jam* certe præferrem: cujus aptum loco *huic* uſum viri doctiſſimi videntur animadvertiſſe: verumtamen, ut membra eſſent plane ſimilia, illud expulerunt. Explicari etiam poſſet *inſuper*, *præterea*, ut apud Livium III. 34. ubi ſimiliter duo MSi fecerant de more *nam*. Vide ibi eruditione, diligentiaque præſtantem virum Drakenborchium. GARAT.

Eumdem ne tu arbitrum, & judicem ſumebas?) Simul, & uno tempore, quia ſimul, & quantum æquius melius eſſet petebas, & certam, ac definitam pecuniam præciſe flagitabas. HOTTOM.

Infinitam largitionem) Nam arbitris, ut dictum eſt, certa ſumma non definitur, in qua vel damnent, vel abſolvant: ſed ex æquo & bono poteſtas eis de ea re diſceptandi permittitur. *Infinitum* autem dixit pro eo quod vulgo dicimus *indefinitum*. IDEM. Quid hoc eſt *infinitam largitionem remittebas?* an id ſignificat, jure tuo poteras obſtare, ne infinita largitione uterere, ſed remiſiſti. Nugæ. Legendum eſt: *poteſtatem permittebas*. Nam ut recte Paullus in libro XIII. ad Edictum in Pandect. lib. IV. 7. leg. 32. §. 15. *Non quodlibet ſtatuere arbiter poterit, nec in qua re libet: niſi de qua re compromiſſum eſt, & quatenus compromiſſum eſt.* Eſt autem permittere poteſtatem, dare poteſtatem. Cic. II. in Rullum: *Permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ*. Et pro Sext. Roſcio: *Vitam ſuam ſententiis judicum permittere*. Virg. IX. Æn. *Cui tanta Deo permiſſa poteſtas?* GRÆV. Facilis eſt emendatio Græviana *permittebas*, ſed cau-

anguſtiſſimam formulam ſponſionis concludebas? Quis umquam ad arbitrum, quantum petiit, tantum abſtulit? nemo: quantum enim æquius eſſet ſibi dari, petiit. De quo nomine ad arbitrum adiſti, de eo ad judicem veniſti. Ceteri cum ad judicem cauſam labefactari animadvertunt, ad arbitrum confugiunt: hic ab arbitro ad judicem venire eſt auſus: qui cum de hac pecunia, de tabularum

caute adhibenda, cum in acuta de his verbis Gronovii Obſ. IV. 2. diſputatione illud tamen relinqui certum, firmumque videatur, *remittere* pro concedere, ac permittere uſurpari, quod oſtendit Cujacius XXI. Obſ. 29. probavitque Lipſius ad Tacit. Annal. I. 8. cujus explicatio eſt maxime loco illi apta, itemque Dukerus ad Livium XXXII. 2. Quamquam *permittere* pro *remittere* abſolute adhiberi cum Gronovio negari facile poſſit. Hic itaque aut vulgata lectio recta erit, aut ſaltem lenis emendatio. Sed *largitionem* in tam diſtans verbum *poteſtatem*, invitis MSis, convertere, id vero Grævio paucos arbitror conceſſuros. Optime dicitur *infinita poteſtas*, & arbitro convenit: an idcirco *largitionem* hinc ejiciemus? Defendere, ſi poſſis, erit ſane prudentius. Largitionem infinitam Fannius Piſoni conceſſerat, cum eum arbitrum de pecunia ſumſiſſet. Poterat *de alieno*, ut Livius III. 1. loquitur, arbiter Piſo largiri: poterat controverſam pecuniam arbitratu ſuo dividere. Quod eam ipſam poteſtatem a Grævio huc adductam oratorie mihi videtur exprimere. Neque enim neceſſe eſt, propriam arbitrorum largitionem fuiſſe: ſuæ oratoribus figuræ ſunt relinquendæ. GARAT.

In anguſtiſſimam formulam) Vno tempore. In eamdem rationem Seneca libro de Beneficiis III. ſic ſcribit: *Melior videtur conditio cauſæ bonæ ſi ad judicem, quam ſi ad arbitrum mittatur, quia illum formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit; hujus libera, & nullis conſtricta vinculis religio eſt: detrahere aliquid poteſt, & adjicere.* HOTTOM.

De eo ad judicem veniſti) In quo male te utrobique egiſſe oſtendis; nam ſi pecunia incerta eſt, ad judicem peti non poteſt; ſi certa, ad arbitrum. HOTTOM.

Cum ad judicem cauſam labefactari) *Labefactari* ſic accipio, ut ſi dixiſſet *labefactatum iri*, quemadmodum apud Iuriſconſultos frequentiſſime, ſatiſdare judicatum ſolvi, pro ſolutum iri: decem dari, pro datum iri. Neque enim ſi cauſa agi ad judicem cœpta eſt, ad arbitrium defertur. Ergo hic ſenſus eſt: Qui animadvertunt fore, ut ſi cauſa ad judicem deferatur, evertatur ac labefactetur, malunt arbitrium ſumere. Exemplum exſtat in oratione Demoſthenis contra Phormionem: *Μιλλουσης δε της δικης εισιεναι εις το δικαστηριον, εδεοντο ὑμων επιτρεψαι τινι· και ἡμεις επετρεψαμεν Θεοδοτῳ ισοτελει κατα συνθηκας.* *Cum vero cauſa ad judices eſſet deferenda, precabantur nos, ut ad arbitrum aliquem veniremus. Nos igitur rem permiſimus Theodoto municipi ex pacto.* Et adverſus Apaterium: *Εισηκοιων δ' αυτοις των δικων, πεισθεντες ὑπο των παροντων εις επιτροπην ερχονται· και γραψαντες συνθηκας ενι μεν διαιτητῃ κοινῳ Φωκριτῳ πολιτῃ αυτων, ενα δ' εκατερος παρεκαθισατο, ὑτος μεν Αριστοκλεα Οηθεν, ὁ δε Παρμενων εμε.* *Inſtante autem eis judicio, adducti ab iis, qui aderant, ad arbitrium veniunt, & pactione conſcripta unum arbitrum Phocritum, civem ſuum communiter deligunt: cui unum uterque attribuit, iſte Ariſtoclem Œenſem, Parmeno me.* Sed qui ſemel judex datus eſt, arbitrium recipere ejus rei, de qua judex eſt, inque ſe compromitti jubere, lege Iulia prohibetur. IDEM.

Ad judicem venire eſt auſus) Quum tamen malam cauſam haberet; nam malæ

larum fide arbitrum ſumſit, judicavit ſibi pecuniam non deberi.

5. Iam duæ partes cauſæ ſunt confectæ: adnumeraſſe ſeſe negat: expenſum tuliſſe non dicit, cum tabulas non reci-

malæ cauſæ ad arbitrum melior eſt conditio: ut ex Seneca paulo ante docebamus. Quod autem ab arbitro ventum ad judicem orator ſcribit, obſervandum eſt. Nam commiſſum fuiſſe compromiſſum Paulo videtur in l. ſi quis 30. D. de Recept. qui arbitr. rec. *Si quis ait, rem, de qua compromiſſum ſit, in judicium deducat, quidam dicunt, prætorem non intervenire ad cogendum arbitrum ſententiam dicere: quia jam pœna non poteſt eſſe: atque ſi ſolutum eſt compromiſſum. Sed ſi hoc obtinuerit, futurum eſt, ut in poteſtate ejus, quem pœnitet compromiſiſſe, ſit compromiſſum eludere. Ergo adverſus eum pœna committenda eſt, lite apud judicem ſuo ordine habenda.* Hæc Paulus. Vtrum igitur Fannius compromiſſum amiſerit, an non, cum id certi juris non fuerit, incertum eſt. IDEM.

Indicavit ſibi pecuniam non deberi) *Judicavit*, omnes alii libri: quod magis placet; nam *judicare*, fateri & oſtendere plerumque ſignificat, ut in Orat. pro Quintio, non uno loco. Senſus autem hic eſt: Quum ad arbitrum hanc pecuniam petiit, aperte oſtendit ſibi pecuniam certam non deberi, nunc autem eamdem pecuniam petit. Incertam igitur pecuniam male ad judicem petit. IDEM. *Indicavit, ſibi pecuniam*) Libri manuſcr. habent, *judicavit*: quam ſcripturam quamvis valde probem, *indicavit*, tamen non rejicio; ita enim fere loquitur infra, ibi: *Nam, quo tu tempore illa formula uti maluiſti, nihil hunc in ſocietatem fraudis feciſſe oſtendiſti*. Omnino utraque lectio probabilis eſt; ſed antiqua tutior. LAMBIN. Prim. ſane Francii etiam *indicavit*. GRÆVIVS. Naugerius edidit, *judicavit*. Nihil hac permutatione frequentius. GARATON.

Adulteraſſe ſeſe negat) Plane dicit Cicero de tribus modis, quibus certum peti poſſit, dato, expenſo lato, ſtipulato: ut ſuſpicer pro *adulteraſſe* (quod priores editiones habebant) debere eſſe *annumeraſſe*, vel, ut aliqui quondam ſcripſere, *adnumeraſſe*, id eſt, dediſſe. CAMERARIVS.

Adnumeraſſe ſeſe negat) Ita legit Manutius, pro *adulteraſſe*, ſive ea ſit antiqua lectio, ſive (ut magis credo) conjectura. Aut. Auguſtinus *adnotaſſe*: Pantagathus *adverſaria ſcripſiſſe*: quæ lectio elicitur ex ſuperioribus, & ex triplici genere memoriæ, Adverſariorum, Codicum, & Stipulationum. In veteris autem libri margine manu docti, ut videtur, viri, notatum eſt, *dediſſe*. F. VRSIN. *Adnumeraſſe ſeſe negat*) Ita nunc omnes fere excuſi; quod manavit a conjectura Ioach. Camerarii; priores enim *adulteraſſe*, ut & Pal. noſter. GRVTER. Recte Camerarius: *Adnumeraſſe* eſt numerato crediddiſſe. Pro Sex. Roſcio: *Omnia ſua tibi conceſſit, adnumeravit, appendit*. Cicer. XIII. ad Att. 6. *Numerato malim, quam æſtimatione*. GRÆVIVS.

Expenſum tuliſſe non dicit) Indicat tres obligationes, ex quibus certi condictio naſcitur, Re, Nominibus, & Stipulatione, nam ex actu incerto ad arbitrum datur actio. *Expenſum* ergo *tuliſſe*, & *adnumeraſſe* non idem ſunt? nam quæ pecunia mutuo datur, *adnumerari* dicitur, *mutuum enim*, inquit Paulus, *non poteſt eſſe, niſi proficiſcatur pecunia*: ejuſque nomine chirographum, id eſt pecuniæ cautio fiebat; quod vero non in pecunia numerata debetur, expenſum in tabulas refertur, ut ſi ſocius H-S ccciↃↃↃ ſocietatis nomine ſervum emerit, ſocio ſuo ıↃↃↃ expenſa referret. De ſyngrapha vero, & obligatione quæ nominibus fiebat, dixi copioſe Verr. III. HOTTOM.

Cum tabulas non recitat) Nimirum tabulas accepti & expenſi. Hæc ratio credendi a Iuriſconſultis dicitur fieri

recitat: reliquum eſt, ut ſtipulatum ſe eſſe dicat; præterea enim, quemadmodum certam pecuniam petere poſſit, non

per *expenſilationem*. Nimirum cum quis pecuniam alii numerabat domi ex arca ſua, nomenque illius, cui hanc pecuniam mutuam dederat, referebat in tabulas cum ſumma, quam expenſam tulerat. Hæ tabulæ domeſticæ in judicio prolatæ fidem faciebant, pecuniam hanc a Paulo creditam fuiſſe Caio. *Expenſilatio* dicebatur, quia creditor in tabulis ſuis ſcribebat nomen debitoris, cui expenſam illam crediti ſummam ferebat, quam dediſſet mutuam. Cum debitum illud receperat, tum acceptum in iiſdem tabulis ferebat. Inde expenſi & accepti tabulæ illæ dicebantur. Hæc erat mutui contrahendi obligatio, quæ *nominibus* olim fieri dicebatur. Aliter contrahebatur debitum aut chirographis, aut ſyngraphis, aut teſtibus; vide Gell. lib. XIV. cap. II. Chirographon dicebatur cum debitor ſua manu ſcriberet & ſubſignaret tabulas, quibus teſtabatur ſe tantum pecuniæ mutuum accepiſſe ſub talibus uſuris. Syngrapha dicebatur, quæ & a tabellione publico ſcripta erat, & a teſtibus ſubſcripta & obſignata. Hinc dicit ille apud Gellium loco laudato: *Petebatur apud me pecunia, quæ dicebatur data numerataque, ſed qui petebat neque tabulis, neque teſtibus id factum docebat*. Item in ſequentibus: *Ut ſi quod inter duos actum eſt, neque teſtibus, neque tabulis planum fieri poſſet*; hoc eſt, neque chirographis, neque ſyngraphis. Ex tabulis agere dicebatur creditor, cum tabulas accepti & expenſi producebat, quas hic Cicero intelligit, cum dicit *tabulas non recitat*, *ex tabulis obſignatis*, cum aut chirographum producit in judicio debitoris, aut ſyngrapham, quæ confecta erat a publico tabellione, & ſignata teſtibus. Hunc modum debitum contrahendi Cicero intellexit in præcedentibus verbis, cum dicit, *adnumeraſſe ſeſe negat*, quia nullam ſyngrapham, aut chirographum affert, & oſtendit, quo ſe ſummam hanc ei adnumeraſſe teſtatum faceret judicibus. In ſtipulatione quoque teſtes adhibebantur, & ſic *neque teſtibus* intelligendum apud Gellium. Hinc paullo inferius Cicero: *Stipulatam non eſſe taciturnitas teſtium concedit*. Et paullo ante: *Stipulatus es? ubi? quo die? quo tempore? quo præſente? quis ſpopondiſſe me dicit? nemo*. Sic hunc locum intelligendum eſſe cenſeo. Quæ de chirographo, & ſyngrapha, & nominibus hic diſputantur, debentur Salmaſio, qui hæc pluribus eſt exſecutus in libro de modo uſurarum. GRÆVIUS.

Ut ſtipulatum ſe eſſe dicat) De ſtipulationis etymologia, formula, vi & effectu vide in comment. noſtro de verbis juris. Stipulationis exemplum, quod creditori dabat debitor, hoc erat: *Lucius Titius ſcripſi me accepiſſe, & accepi a Publio Mævio mutua, & numerata de domo ex arca ſua decem millia nummum, & hæc decem millia reddi ſibi Kalendis Juniis proximis futuris, cum uſuris ſemiſſibus, ſtipulatus eſt Publius Mævius, ſpopondi ego Lucius Titius*. Si pecunia non eſſet numerata, ſed per ſcripturam menſæ data, pro illis verbis, *numerata domo ex arca ſua*, ſcribebant in chirographo, *ſcripſi me accepiſſe, & accepi, mutua, & data ex menſæ ſcriptura decem millia*. SALMASIUS.

Quemadmodum certam pecuniam petere poſſit) Eadem partium enumeratio eſt apud Agellium, c. II. lib. XIV. ſed paulo aliis expreſſa verbis: *Is tamen*, inquit, *cum ſuis multis patronis clamitabat, probari apud me debere pecuniam datam conſuetis modis: expenſi latione, menſæ rationibus, chirographi exhibitione, tabularum obſignatione, teſtium interceſſione*. Nam *menſæ rationem* argentariorum tabulas intelligit, quæ *expenſi latione* continentur; de quibus dixi ſuperius. *Chirographum* autem & tabulas debitoris ſigno conſignatas, *adnumerationis* verbo Cicero complexus eſt: *teſtium interrogationem*, *Stipulationis*. Quare hic locus diligenter juris ſtudioſis notandus, atque ob-

ſer-

non reperio. Stipulatus es? ubi? quo die? quo tempore? quo præſente? quis ſpopondiſſe me dicit? nemo. Hic ego ſi finem faciam dicendi, ſatis fidei, & diligentiæ meæ, ſatis cauſæ & controverſiæ, ſatis formulæ, & ſponſioni, ſatis etiam judici feciſſe videar, cur ſecundum Roſcium judicari debeat. Pecunia petita eſt certa: cum tertia parte ſponſio facta eſt. Hæc pecunia neceſſe eſt aut data, aut expenſa lata, aut ſtipulata ſit. Datam non eſſe, Fannius confitetur: expenſam latam non eſſe, codices Fannii confirmant: ſtipulatam non eſſe, taciturnitas teſtium concedit. Quid ergo eſt? quod & reus is eſt, cui & pecunia leviſſima, & exiſtimatio ſanctiſſima fuit ſemper: & judex eſt is, quem nos non minus bene de nobis exiſtimare, quam ſecundum nos judicare velimus; advocatio ea eſt, quam

ſervandus eſt: qui tribus tantum cauſis certam peti poſſe pecuniam oſtendit: nimirum ex obligationibus, quæ vel re, vel verbis, vel litteris contrahuntur, unde tractatus apud Iuriſc. *Si certum petatur*. Nam bonæ fidei judiciis incerta petitur: *quum judici*, ut Iuſtinianus ait, *poteſtas permittatur ex æquo, & bono æſtimandi, quid cuique debeatur*. HOTTOM.

Quo die) Dies enim ſolutionis ſtipulationis pars eſt. Vlp. de edendo, ubi rationes ait edi debere cum die, & conſule. Pignus tamen per epiſtolam ſine die & conſule contrahitur. l. eum tabernam D. de pignor. PASSERAT.

Cum tertia parte ſponſio facta eſt) Proxima pagina *legitimam partem* appellavit. In petitione igitur certæ pecuniæ non arbitratu litigatorum ſponſiones fiebant, ut in aliuſmodi cauſis, ſed lege præſcriptæ, ac definitæ fuerunt. HOTTOM.

Quod & reus is eſt) Ita probo: quum in aliis vitioſiſſime legatur: *Et res ejus eſt, cujus*. IDEM. *Quod & reus is eſt*) Eſt ab editione veteri Rob. Stephani, recepitque & Lambinus, & Manutius: antea cuſi, & Pal. *quod & res ejus eſt*. GRUTER. Optime. Reus talis eſt, ut minimi pecuniam, exiſtimationem plurimi faciat. Quod autem hic dicitur *cui pecunia leviſſima*, ſimiliter Tacitus Annal. XI. 38. de Quæſtoriis ornamentis Narciſſo delatis, *leviſſimum* intolerandæ ſuperbiæ liberto id ait fuiſſe. GARAT.

Advocatio ea eſt) Iam ſupra dixi, moris fuiſſe in judiciis tum privatis, tum publicis, ut litigatores cum patronis amicos adducerent, quorum præſentia, & gratia cauſam ſuam apud judices adjuvarent. HOTTOM. Sic quoque Manutius: perperam utrique. Profitetur Cicero hoc eodem loco, ſe jam Roſcii cauſam abſolviſſe, dicturum alia quædam non victoriæ, ſed bonæ exiſtimationis cauſa: argumento vero utitur ab adjunctis perſonarum, quod & reus Roſcius ſuam exiſtimationem plurimi faciat, & Piſonem judicem bene de ſe exiſtimare maxime velit, & advocationem, ut judicem unum, vereatur propter eximium ſplendorem. Cur non eſt de Perpernæ, viri Cenſorii, exiſtimatione æque ſollicitus? Vitioſa eſt diſtributio: nam illum adfuiſſe, negari non poteſt. Cur dubitat Roſcius, an de ſe bene ſentiant ii, quos ipſe ſibi advocatos ob eximiam benevolentiam delegerat, qui, niſi de eodem optime ſenſiſſent, nequaquam reo ſuffragari præſentia ſua voluiſſent? Cur vereatur, ut judicem unum, quos, ut pa-

quam propter eximium ſplendorem, ut judicem unum, vereri debeamus: perinde ac ſi in hanc formulam omnia judicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domeſtica concluſa, & comprehenſa ſint, perinde dicemus,

tronum unum adhibebat? Nam reus, patroni, & advocati una, eademque cenſentur eſſe perſona. Sed non loquitur Cicero de Roſcii advocatis: loquitur de advocatis a Piſone judice, de Perperna, aliiſque ampliſſimis viris, quos in conſilio ſibi adeſſe Piſo voluerat: eodem plane ſenſu, ac in ea pro Quint. cap. 2. de C. Aquilio judice, *aut quo non in iis, quos tibi advocaſti &c.* Qui ſic advocabantur, conſultores judicis erant. &, cauſa perorata, ſimul omnes de ferenda ſententia conſultabant. Conſultationes autem dici *advocationes*, patet etiam ex Verrina I. c. 49. *Quo ſæpenumero Senatus convocatur, quo maximarum rerum quotidie frequentiſſimæ advocationes fiunt*: h. e. quo ſæpe convocari Senatus ſolet de maximis rebus conſilium initurus. FERRAT. Quid porro eſt hoc, *advocationem vereri, ut judicem unum*? Neque enim ita ſe vereri omnes judices ait Tullius, ut apud eos extra cauſam vellet de bona exiſtimatione differere, ſed tales judices, qualis erat Piſo. Hinc ea ſententia eleganter exoritur: *Illa ad judicem, hæc ad C. Piſonem*. Quod ſi advocatio tota unius judicis loco habenda erat, non video, cur plus illa ſibi, quam vulgares judices, poſtularet. Imo, ſi Ferrario aſſentimur, adſeſſores nullo mehercule *eximio ſplendore*, ut ita colantur, egebunt. Quis enim orator non eos vereatur maxime, qui ſunt in conſilio? Quis non pæne alteros judices putet? Itaque, ſi per MSos liceret, libenter legerem, *ut judicem ipſum*. Scilicet eximius ſplendor advocationis facit, ut æquiparari ipſi judici Piſoni poſſit. Iannoſtii MSus *judicis unum*, mendoſe: at fortaſſe corruptum indicat locum. Vulgatam qua alia ratione tuear, neſcio, niſi hac: gradus obſervantiæ hic eſſe quoſdam: Piſonem plus quam judicem, advocatos, qui judices non erant, tamquam judices vereri Tullium. Quod quidem an recte dicatur, alii videant. GARAT.

In hanc formulam) Iudicii, quæ tibi, C. Piſo, a Prætore ſcripta eſt; quæ quamvis facilis ſit & expedita, neque a me longiore oratione explicanda eſſe videatur; tamen perinde ac difficillima quæque judicia, & arbitria obſcuriſſima de cauſa conſtituta in ea formula concluſa eſſent, ita longa utemur explicatione. HOTTOM.

Iudicia legitima) Quibus lege agi dicebatur. IDEM.

Omnia arbitria honoraria) *Arbitri* appellantur *honorarii*, opinor, ex eo, quod honoris cauſa arbitrium ad eos defertur, unde *honoraria* illiuſmodi amicorum opera appellatur in Orat. pro Cæcina; quoniam, ut Vlpianus ſcribit, *qui arbitrium ſumunt, quaſi virum bonum eum diſceptatorem inter ſe deligunt*; nam *honos*, ut ſcribit Varro, quaſi honeſtum onus. Itaque *honeſtus* dicitur, & *honoratus*, quaſi *oneratus*, qui ſuſtinet Rempubl. Cicero de Fato: *At mihi quidem videtur, quum duæ ſententiæ fuiſſent veterum Philoſophorum, Chryſippus tamquam arbiter honorarius, medium ferire voluiſſe*. Et lib. Tuſcul. V. *Quorum controverſiam ſolebat tamquam honorarius arbiter judicare Carneades*. An potius hoc modo: quoniam *arbitrorum duo ſunt genera*, ut Proculus ſcribit, in l. Societatem. D. pro ſocio: & alii a Prætore dantur, qui litium ſcilicet cauſa ſumuntur: alii non dantur, quum dicimus *arbitratu L. Titii inſulam ædificare ſpondes*? tum enim boni viri arbitrium comprehenſum eſt: ii quidem qui a Prætore dantur, *honorarii* appellantur, quod ab eo qui honorem gerit, ſumti ſint; quomodo *jus honorarium* Iuriſconſulti interpretantur, & *actiones honorarias*, item *ſucceſſiones honorarias*. IDEM.

Omnia officia domeſtica) Si ageretur in hoc

mus. Illa ſuperior fuit oratio neceſſaria, hæc erit voluntaria: illa ad judicem, hæc ad C. Piſonem: illa pro reo, hæc pro Roſcio: illa victoriæ, hæc bonæ exiſtimationis cauſa comparata.

6. Pecuniam petis, Fanni, a Roſcio: quam? dic audacter & aperte. Vtrum quæ tibi ex ſocietate debeatur? an, quæ ex liberalitate hujus promiſſa ſit, & oſtentata? quorum alterum eſt gravius, & odioſius: alterum levius, & facilius. Quæ ex ſocietate debeatur? Quid ais? Hoc jam neque leviter ferendum eſt, neque negligenter defendendum. Si qua enim ſunt privata judicia ſummæ exiſtimationis, & pæne dicam capitis, tria hæc ſunt, fiduciæ,

tute-

in hoc judicio de maximis quibuſque officiis; qualia ſunt quæ domeſtici, & cognati inter ſe debent. IDEM. Diſceptatore domeſtico plerumque controverſiæ dijudicari ſolent. Pro Cæcinna: *Intra parietes, aut ſummo jure experiri*. Pro Cœlio: *Experiri congreſſu & conſtituto*. In epiſtola quadam ad Tironem lib. XVI. ad Fam. *Innumerabilia tua ſunt in me officia domeſtica, forenſia, urbana, provincialia in re publica, in re privata*. PASSER.

Perinde dicemus) Pantagathus tollit adverbium *perinde*, quod eſt ſecundo loco poſitum. F. VRSIN. Nulla de cauſa. GARAT.

Quæ tibi ex ſocietate debeatur) Hoc Fannius confirmabat, quum diceret Roſcium Panurgi nomine, qui utriuſque illorum communis erat, pecuniam accepiſſe, quam inter illos dividi ex ſocietatis partibus oportebat. Non eſt tamen hæc actio *Pro ſocio*, ut multis ex locis intelligitur: quum enim actio *Pro ſocio bonæ fidei* ſit, patet tamen hanc *ſtricti juris* eſſe, utpote *Certi condictionem*. HOTT.

Oſtentata) Ejus ſpes oblata. Orat. II. in Rullum: *Largitio aliqua vobis oſtentari poteſt, re fieri niſi exhauſto ærario non poteſt*. II. de Fin. *In fronte oſtentatio, intus veritas occultatur*. PASSER.

Quid ais?) Mera interjectio admirantis. *Quid ais? tuus ille fundus erat?* Pro Cæcin. Infra: *Q. Roſcius? quid ais?* Plautus ſæpe Amph. *Sed quid ais? num obdormiviſti dudum?* IDEM.

Hoc jam non leviter ferendum) Oratoria calliditate crimen exaggerat, quo minus probabile ſit a bono viro admiſſum. Sic pro Sex. Roſcio: *Occidiſſe patrem Sex. Roſcius arguitur. Sceleſtum! dii immortales & nefarium facinus*. IDEM. Livius XXIX. 9. *Neglectam ab Scipione, & nimis leviter latam ſuam injuriam ratus*. GARAT.

Privata judicia ſummæ exiſtimationis) In quibus omnis exiſtimatio agitur, & periculum eſt, ne reus turpiſſimo judicio damnetur. Sic enim erant infames edicto Prætoris; vide leg. I. ff. de his, qui notantur infamia. PASSERAT.

Fiduciæ) *Fiducia* eſt contractus, quo fidem alterius ſequuti, rem ei aliquam ſimulandi tantum cauſa mancipamus: veluti, vult aliquis filium ſuum ex manu poteſtateque ſua dimittere. Lex eum jubet alteri filium ſuum mancipare ac vendere, nummumque ab illo accipere, ut poſtea filius ille ab emtore, quaſi ſervus emtus manumittatur. Hæc venditio *fiducia* dicitur, quia non vere nec ex animo facta eſt, ſed ea ſpe ac fiducia tantum, ut emtor illum manumittat; unde etiam *fiduciarius pater* emtor ille appellatur. Nomen autem *fiduciæ* ex eo invenit, quod pater verus alia re nulla fretus, quam fide ac probitate emtoris, filium ei ſuum mancipat. Quod ſi viciſſim pater ille fiduciarius vendi-

tum

tutelæ, ſocietatis. Æque enim perfidioſum, & nefarium eſt fidem frangere, quæ continet vitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit: & ſocium fallere, qui ſe in

tum ſibi filium naturali patri remancipet ac vendat, tum *fiducia contracta*, id eſt ultro citroque facta dicetur: quia non vera venditio hæc eſt, ſed ad ſpeciem facta dumtaxat, & ea ſpe ac fiducia, ut eum pater verus manumittat; ita enim emancipati filii ſui, ſi inteſtato deceſſiſſet, pater heres futurus erat. Hæc autem a nobis eo fuſius explicata ſunt, quod illa neminem eorum, qui hac ætate jus civile interpretati ſunt, in iis quidem libris, quos legimus, adhuc animadvertiſſe comperiebamus. Boetius autem in Topica Ciceronis aliud exemplum exponit *fiduciæ*, quod ſubſcribemus: *Fiduciam accipere dicitur is, cui res aliqua mancipatur, ita ut eam aliquando mancipanti remancipet; veluti ſi quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, ut ei, cum tempus, quod ſuſpectum eſt, prætericrit, reddat; hæc mancipatio, fiduciaria dicitur, idcirco quod reſtituendi fides interponitur*. Hæc ille. Cicero autem pro Flacco exemplum *fiduciæ* protulit, quæ pignus tantummodo ſignificat, qua in re Paulus Iuriſconſultus in Sententiis hoc nomen crebro uſurpat. Adoleſcens enim pecuniam ſenore acceperat, ſic ut pro ea pecunia fundum ſimulate mancipaſſet, ea ſcilicet lege, ut ſi infra certum diem pecuniam redderet, ipſi fundus redderetur. Pecuoiam, inquit, adoleſceotulo grandi ſeoore, *fiducia* tamen accepta, occupaſti. Hanc fiduciam commiſſam tibi tenes hodie, ac poſſides. Id eſt, quia intra præſtitutum tempus perſoluta tibi non eſt pecunia, ſtipulatio commiſſa eſt: hoc eſt, commiſſum eſt id, quamobrem fundus ſit tuus. *Fiduciam* igitur *dare* tum dicimur, quum ejus fidem, qui nobis jure civili obligari non poteſt, ſequimur (qualia fere *fideicommiſſa* olim fuerunt: tametſi non eadem prorſus ratio eſt) ut recte majores eum qui fiduciam violaſſet, ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimarint. *Ad cujus enim fidem is confugiet, qui per ejus fidem læditur, cui ſe commiſerit?* ut ipſe ſcribit in Orat. pro Sex. Roſcio. De *fiducia* autem dictum eſt etiam in Orat. pro Cæcio. Hott. Bene Hottomannus oſtendit fiduciam eſſe contractum, quo aliquid alicui traditur, vel redditur ſub conditione redditionis, vel remancipationis. Verum *fiducia* generatim etiam veteribus eſt pignus & hypotheca, & frequentius hypotheca. Hinc apud veteres Iuriſconſultos *fiduciæ judicium* eſt, quod Tribonianus dixit *pigneratitium judicium*. Paullus lib. V. tit. 26. *Si creditor rem fiduciatam fecerit meliorem, ob ea recuperanda, quæ impendit, judicio fiduciæ debitorem habebit obnoxium*. Et Modeſtinus in collationibus legum Moſaicarum cap. 5. *Sic enim & in fiduciæ judicio, & in actionibus rei uxoriæ, & dolus, & culpa deducitur, quia utriuſque contrahentis utilitas intervenit*. In pignore dando utriuſque contrahentis utilitas intervenit. Datur quippe pignus, ut ait Caius III. Inſtitut. 15. *utriuſque gratia, & debitoris, quo magis ei pecunia credatur, & creditoris, quo magis ei in tuto ſit creditum*. Apud eumdem Paullum *fiduciæ actio* vocatur pigneratitia actio, quæ datur debitori adverſus creditorem recuperandæ fiduciæ gratia, hoc eſt pignoris vel hypothecæ. De his fiduciis loquitur etiam Cicero III. de Offic. *Fideique bonæ nomen exiſtimabant manare latiſſime, idque verſari in tutelis, ſocietatibus, fiduciis, mandatis, rebus emtis venditis, conductis locatis, quibus vitæ ſocietas continetur*. *Fiduciæ* ſunt pignora & hypothecæ. Sic & interpretandum apud eumdem Cic. in Topicis: *Si tutor fidem præſtare debet, ſi ſocius cui mandaris, ſi qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator*. Salmaſius de modo uſurarum cap. 14. ubi vide plura. Grævius.

Et ſocium fallere) De ſocietate, in Orat. pro Sext. Roſcio ſupra. Hottomannus.

Qui

ſe in negotio conjunxit. Quæ cum ita ſint, qui ſit, qui ſocium fraudarit, & feſellerit, conſideremus: dabit enim nobis jam tacite vita acta in alterutram partem firmum, & grave teſtimonium. Q. Roſcius? Quid ais? Nonne ut ignis in aquam conjectus continuo reſtinguitur, & refrigeratur: ſic refervens falſum crimen in puriſſimam, & caſtiſſimam vitam collatum ſtatim concidit, & exſtinguitur? Roſcius ſocium fraudavit? Poteſt hoc homini huic hærere peccatum? qui medius fidius, audacter dico, plus fidei, quam artis: plus veritatis, quam diſciplinæ poſſidet in ſe: quem populus Romanus meliorem virum, quam hiſtrionem eſſe arbitratur: qui ita digniſſimus eſt ſcena pro-

Qui ſe in negotio conjunxit) Qui ſocietatem coiit negotiationis faciendæ cauſa. Pro Quintio: *Eques Romanus locuples, ſui negotii bonum gerens*. Vipian. l. Inſtitor de inſtitoria actione: *Inſtitor ex eo appellatus eſt, quod negotio gerendo inſtet*. PASSER.

Qui ſit) Franc. primus: *quis ſit*: GRAVIUS.

Dabit enim nobis jam tacite vita acta alterutram partem firmam & grave teſtimonium) Hunc locum ipſe in Sullana luculenter tractat his verbis: *Omnibus in rebus, judices, quæ graviores majoresque ſunt, quid quiſque voluerit, cogitarit, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus ejus, qui arguitur, eſt ponderandum: neque enim poteſt quiſquam noſtrum ſubito fingi, neque cujuſquam vita repente mutari, aut natura converti*. Et hoc ipſum eſt, quod ſcribit Iuvenalis Satyra II. *nemo repente fit turpiſſimus*. HOTTOM. Cicero in Topicis argumentationem artis expertem teſtimonii nomine complectitur, in quo cum requiritur auctoritas, eam, inquit, virtus affert; ac paullo poſt, quorum vitam conſtantem & probatam rentur, ut Catonis, Lælii, Scipionis, eos dignos quibus credant putant. Pro Quintio: *Vitæ ratio cum ratione vitæ decernit*. Vide lib. II. de Invent. PASSER.

Nonne ut ignis in aquam conjectus continuo reſtinguitur) Argumentum eſt a ſimilitudine. Cum igne comparatur calumnia, quod utraque res peſſima, ex proverb. *Πυρ, και θαλασσα, και γυνη, κακα τρια*. Vita vero caſta cum aqua, ex verſu Euripidis in Iphigenia: *θαλασσα κλυζει παντα τ' ανθρωπων κακα*. Cicer. pro Sex. Roſcio: *Ne mare ipſum pollueret, quo cetera expiari putantur*. IDEM.

Refervens falſum crimen) *Refervens* hic eſt fervens. Cic. I. de Div. *Sanguis viſus efferveſcere*. In Bruto: *Contentio vocis reciderat, & quaſi referverat oratio*. IDEM.

Poteſt hoc homini huic hærere peccatum) Eſt translatio a facibus ardentibus, quæ in materiam conjectæ ei adhærent. Cicer. II. de Orat. *Facete dictum, ſimul atque emiſſum eſt, hærere debet*. V. in Verr. *In eo crimen hærebit*. Et I. *Peccatum hæret in os, qui non obtemperavit*. Virg. *Haſta ſub exertam donec perlata pupillam hæſit*. IDEM.

Audacter dico) Nam elate loqui videtur, & oratorie, eum plus fidei in Roſcio ineſſe dicit, quam artis: cum in eo tantum artis & diſciplinæ ſit, quantum in nullo alio poſt hominum memoriam fuiſſe creditur. HOTTOM. *Audacter* eſt confidenter, Plaut. Amph. *Quæ non deliquit, decet audacem eſſe & confidentem pro ſe*. PASSERAT.

Plus veritatis) Bonitatis, probitatis: quod ſæpe alibi commonſtratum eſt. HOTTOM.

Quam diſciplinæ poſſidet in ſe) Artis hiſtrionicæ habet in animo. PASSER.

Qui ita digniſſimus eſt) *Ita* pro

Digitized by Google

7. Fraudavit Roſcius. Eſt hoc quidem auribus, animiſque hominum abſurdum. Quid ſi tandem aliquem divitem timidum, dementem, inertem nactus eſſet, qui experiri non poſſet? tamen incredibile eſſet. Verumtamen quem fraudarit, videamus. C. Fannium Chæream Roſcius fraudavit. Oro, atque obſecro vos, qui noſtis, vitam inter ſe utriuſque conferte: qui non noſtis, faciem utriuſque conſiderate: nonne ipſum caput, & ſupercilia illa penitus abraſa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur? nonne ab imis unguibus uſque ad verticem ſummum, ſi quam conjecturam affert hominibus tacita corporis

Cheree arbitratu cauſam agebas) Vt volebat loquebaris, ſerviebas ejus cupiditati. IDEM.

Aliquem timidum) Qui de ſocio, a quo fraudaretur, queri non auderet. HOTTOM. *Aliquem timidum dementem*) *Clementem* eſt in manuſcripto pro *dementem*, quod non ita placet. F. VRS. Scripſi ex Francii primo: *divitem, timidum, dementem, inertem*. Vulgati: *timidum, dementem, divitem, inertem*. GREVIVS. Nihil rectius. GARAT.

Dementem) Qui ſe fraudari ſentiret, non animadverteret. HOTTOM.

Divitem) Qui non tanti faceret pecunia fraudari, quam litium & judiciorum moleſtiam ſuſcipere. IDEM.

Inertem) Qui de ſuo jure decedere, quam litigare mallet. IDEM.

Nactus eſſet) Roſcius. IDEM.

Qui experiri non poſset) *Experiri* quid ſit, jam ſupra dictum eſt in orat. pro Quintio. IDEM.

Incredibile eſset) Propter ipſius vitam ab ejuſmodi ſuſpicione plane abhorrentem. IDEM.

C. Fannium Chæream Roſcius) Vis magna eſt in nominibus notarum perſonarum. Aſconius in orationem pro Scauro: *Q. Varias Hiſpanus M. Scaurum, principem ſenatus, ſocios in arma ait conciiſſe. M. Scaurus princeps ſenatus negat: teſtis nemo eſt. Viri vos, Quirites, convenit credere? qua voce ita commutavit omnium animos, ut ab ipſo etiam Tribuno dimitteretur*. PASSER.

Vos qui noſtis) *Vos qui utrumque noſtis*, ſententia poſtulat, & ſic puto corrigendum. HOTTOM. *Qui noſtis*] Hottomannus vult legi, *qui utrumque noſtis*, ego nihil addo ſcripturæ vulgatæ. LAMB.

Faciem utriuſque conſiderate) Os, vultum, oculos, frontem contemplamini. GREV.

Ipſum caput & ſupercilia illa penitus abraſa) Caput & ſupercilia radere, moris fuit quibuſdam calorem ægre & moleſte ferentibus. Iulius Cæſar etiam velliſſe capillos dicitur. Suetonius: *Circa corporis curam moroſior, ut non ſolum tonderetur diligenter ac raderetur, ſed velleretur etiam, ut quidam exprobraverunt: calvitii vero deformitatem iniquiſſime ferret, ſæpe obtrectatorum jocis obnoxiam expertus*. P. Scipio Africanus apud Gellium lib. VII. *Nam qui quotidie unguentatus adverſum ſpeculum ornetur, cujus ſupercilia raduntur, qui barba vulſa feminibuſve ſubvulſis ambulet, &c. eum ne quiſquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinædi facere ſolent?* Sed Cicero quæ Fannius mollitiæ & delitiarum cauſa fecerat, quia deformitatem afferebant, oratoriæ impudentiæ ſignum interpretatur. HOTT. De raſura, & quam varia ea ſignificaverit apud veteres eruditiſſime egit, ut ſolet, Hadr Iunius in comm. de coma p. 445. & ſeqq. ed. ult. VERBVRG.

Nonne ab imis unguibus uſque ad verticem) Sic Plaut. in Epidico. STRATIPHOCLES: *Contempla Epidice, uſque ab unguiculo ad capillum ſummum*. HOTT.

Si quam conjecturam affert hominibus) Quæ fuit opinio quorumdam, quos ideo

ris figura, ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur? qui idcirco capite, & ſuperciliis ſemper eſt raſis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur: cujus perſonam præclare Roſcius in ſcena tractare conſuevit: neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur. Nam Ballionem illum improbiſſimum, & perjuriſſimum lenonem cum agit, agit Chæream: perſona illa lutulenta, impura, inviſa, in hujus moribus, natura, vitaque eſt expreſſa. Qui quamobrem Roſcium ſimilem ſui in fraude, & malitia exiſtimarit, nihil videtur: niſi forte, quod præclare hunc imitari ſe in perſona lenonis animadvertit. Quamobrem etiam

ideo φισιογνομυς Græci appellant, qui ſe profitebantur hominum mores naturaſque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere. Id. Non dicebantur φισιωγνομοι ſed φυσιογνωμονες, & μετωποσκοποι, de quibus exſtat Adamantii Sophiſtæ libellus a Cornario editus, qua in arte valde dicuntur excellere Seres ſeu Chinenſes, & Indi. Grev.

Capite & ſuperciliis ſemper eſt raſis) Fortaſſe quod libertus. Plaut. *Ut ego hodie raſo capite calvus capiam pileum*. Horat.

Conſpexit, ut ajunt,
Abraſum quemdam.

Mox:

---- *Quo ſit patre, quove patrono,*

Aut quod fuerit homo mollis & impudicus. Sic Scipio Africanus apud Gell. VII. 12. objicit ei mollitiem, qui ſupercilia radit, & barbam vellit, & femina, ut monuit Manutius. Vellebantur & lævigabantur cinœdi, quin & pilos ſuburebant: vid. Suet. Aug. 68. Græv.

Ne ullum pilum viri boni habere dicatur) Cic. V. ad Att. *E Cappadocia ne pilum quidem*. II. ad Quintum fratrem: *Ego ne pilo quidem te minus amabo*. Catull. *Nec faceret pili cohortem*. Sic Græcis ἀξιος τριχος, dignus pilo. Idem valet illud in Pſeud. *Cui neque parata gutta conſilii*. Passerat.

Ballionem illum improbiſſimum) Notiſſimum lenonem ex Pſeudolo Plauti Comœdia ceterarum omnium facile principe. Hott.

Perſona illa lutulenta, impura, inviſa) Alludit ad verba Plauti ſcen. 3. act. 1. Pſeud. *Fraudulente, impure lenocinium*. Sic *lutulenta ſus* apud Horat. Cic. in Piſon. *o lutum, o ſordes*! Inviſos eſſe diis lenones oſtendit in Rudente Charonides. Nam Labrax leno ab eo dicitur naufragii cauſa fuiſſe. Act. II. ſc. 6. Passer.

Vitaque eſt expreſſa) Planiſſime efficta. Pro Sex. Roſcio: *Etenim hæc conficta arbitror a poetis* (Comicis) *ut effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamque imaginem vitæ quotidianæ videremus*. Cic. ap. Non. *Comœdia imitatio vitæ, ſpeculum conſuetudinis, imago veritatis*. Idem.

Nihil videtur) Deeſſe putabat, *cauſæ*, aut ſimile quid Guilielmius. Edd. vett. & Pal. habent, *mihi videtur*. Turnebus reponebat e libris *non mihi videtur*. Gruter. Immo vulgatum eſt perfectiſſimum, & e medio Romanæ linguæ flore, ſimile illi Liviano XXV. 7. *Senatum nihil videre, cur reſp. committenda ſit*, ubi videre potes paterna. Cui ſimile illud VIII. 2. *nihil intercedi*. Gronovius. Cave quidquam mutes, quamvis in Francii primo ſcribatur *non videtur*. Nam *nihil videtur*, eſt non videtur. *Nihil* pro *non* ſæpius legitur. Cic. VI. ad fam. ep. 8. *Nihil attinet me plura ſcribere*. Grev.

Præclare hunc imitari ſe in perſona lenonis) Salſe & contumelioſe dictum, & eſt ſenſus: Roſcius, tum quam optime lenonem agit, cum Chæream optime imitatur: quia perſona illa impu-

etiam atque etiam conſidera, C. Piſo, quis quem fraudaſſe dicatur. Roſcius Fannium? Quid eſt hoc? probus improbum, pudens impudentem, perjurum caſtus, callidum imperitus, liberalis avidum. Incredibile eſt, quemadmodum ſi Fannius Roſcium fraudaſſe diceretur, utrumque ex utriuſque perſona veriſimile videretur, & Fannium per malitiam feciſſe, & Roſcium per imprudentiam deceptum eſſe: ſic cum Roſcius Fannium fraudaſſe arguatur, utrumque incredibile eſt, & Roſcium quidquam per avaritiam appetiſſe, & Fannium quidquam per ſe bonitate amiſiſſe.

8. Principia ſunt hujuſmodi: ſpectemus reliqua. H-S IↃↃↃ Qu. Roſcius fraudavit Fannium. Qua de cauſa? Subridet Saturius veterator, ut ſibi videtur. Ait: propter ipſa H-S IↃↃↃ. Video: ſed tamen cur ipſa H-S IↃↃↃ jam vehementer concupierit, quæro: nam tibi, M. Perperna, C. Piſo,

impura & lutulenta in hujus vita & moribus expreſſa eſt; imirari autem ſimilium eſt; quare ſui ſimilem, qui ſe imitaretur, Roſcium exiſtimavit. Hæc Turnebus. Sed videamus ne ad Chæream hæc nullo modo referri poſſunt, quem aut hiſtrionem fuiſſe, aut lenonum perſonam agere conſueviſſe, nulla, ut opinor, in hac oratione littera ſignificatur. Plauti autem locum de pileo perſpicuum eſt ad eum morem pertinere, quo radi ſervi ſolebant, cum accepto pileo libertatem aſſequebantur. HOTT. Vide Manut.

Avidum) Avarum. In II. Philipp. *Avidus in pecuniis locupletum Antonius*. & in Parad. *aviditas pecuniæ*. Plaut. Aulul. *avido ingenio fuit*. Nonius: *Avidus eſt is etiam qui honeſte cupit, avarus ſemper in reprehenſione eſt.* PASSER.

Fannium quidquam per ſe bonitate amiſiſſe) Omnes libri conſentiunt: ego contra omnium auctoritatem *per ſuam bonitatem*, reſtituo, ſententia poſtulante, quam omnibus libris antepono: nam bonitatem *εὐήθειαν* modo dicit: *εἰρωνικῶς* loquitur. HOTT. *Quidquam pre ſuam bonitatem*) Sic ſine dubio legi debet, quod & Hottomannus cenſet, & mihi jam pridem in mentem venerat. LAMB. Hottomannus legit: *per ſuam bonitatem*, recte. Infra: *Largiter eſt, hoc eſt diſſolutus & liberalis & bonitate affluens Fannius Roſcio.* In Partit. orat. *Juſtitia erga Deos religio, erga parentes pietas, vulgo bonitas.* III. de fin. *Juſtitiæ adjuncta bonitas, quæ & benignitas, & liberalitas.* Virg. *boni dil.* PASSERAT. Si in libro ullo alicujus fidei haberetur *pre ſuam bonitatem*, ſane & ipſe hanc ſcripturam probarem. Verum cum pro vulgata ſtent omnes libri tam ſcripti manu, quam editi, nihil immutem. *Per ſe bonitate amittere*, eſt ſua ſponte non coactum amittere per bonitatem, hoc eſt, quia bonus, benignus, & liberalis ſit. GRÆV.

Veterator) Pro Cæcin. *Veterator intellexit, quid cauſa poſtularet.* II. de fin. *Acute veeſutum veteeatorem quem fallat.* Aſcon. in I. Verrin. *Veteratorium callidum.* Donat. in Andr. *Veterator eſt vetus in aſtutiis, & qui in omni re callidus eſt.* Vid. & Feſtum. PASSER. Francii primus ſic interpungit: *Subridet Saturius. Veteeator, ut ſibi videtur, ait propter ipſa* H-S IↃↃↃ. GRÆV.

Propter ipſa HS. IↃↃↃ) Id eſt, tantum ob lucrum & quæſtum. HOTT.

M. Perperna) Cum antea C. Piſonem

Piſo, certe tanti non fuiſſent, ut ſocium fraudaretis. Roſcio cur tanti fuerint, cauſam requiro. Egebat? Immo locuples erat. Debebat? Immo in ſuis nummis verſabatur. Avarus erat? Immo etiam, antequam locuples, ſemper liberaliſſimus, munificentiſſimuſque fuit. Pro deum, hominumque fidem! qui H-S. CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ quæſtus facere noluit (nam certe H-S CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ merere & potuit, & debuit, ſi poteſt Dionyſia H-S CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ merere) is per ſummam fraudem, & malitiam, perfidiam H-S IↃↃↃ appetiit? Et illa fuit pecunia immanis, hæc parvula: illa honeſta, hæc ſordida: illa jucunda, hæc acerba: illa propria, hæc in cauſa, & in judicio

nem aperte hujus judicii judicem appellarit, apparet M. Perpennam ei in conſilio adſuiſſe, ut moris erat judicibus advocare Iuriſperitos, quorum conſilio in re diſceptanda uterentur: ſicuti in cauſa P. Quintii, C. Aquilius L. Lucullum, P. Quintilium, & M. Marcellum advocavit. Sed M. Perpennam priore loco nominat, opinor ob eam cauſam, quod ampliſſimis honoribus uſus eſſet. Eum enim fuiſſe puto, qui fuit Conſul cum P. Claudio, annos ab hinc ad quatuordecim, & a quo poſtea Sertorius interfectus eſt. Roſcium principibus quibuſque civitatis, in his etiam L. Sullæ, & L. Catulo gratioſiſſimum fuiſſe ita notum eſt, ut teſtimonia proferre putidum videatur. IDEM.

Tanti non fuiſſent) Ita requirit ſententia, placebatque Turnebo lib. XXIX. cap. 36. ut & mox *fuerint*. Vulgati tamen omnes & Pal. *fuiſſet*, item *fuerit*, quod etiam habet quo ſe tueatur. GRVT. Pro vulgatis etiam end. Iann. facit. GARAT.

In ſuis nummis verſabatur) Perſpicuum rectum: cum in aliis prope omnibus, *ſummis* pro *nummis* vitioſe ſcriptum ſit: & hanc lectionem ſimilis locutio confirmat. Verr. VI. infra: *Non modo in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multis eſſe, ac ſemper fuiſſe*. HOTT. Naugerius quoque *nummis* ediderat. GARAT.

Qui H-S CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ quæſtus &c.) Budæus libro III. de Aſſe, quod inveniſſet in retro vulgatis, *qui* H-S CCCLIII CCCLIII CCCLIII, legendum putabat, CCCLM. tamquam ea littera facile degenerare queat in III. & verum eſt. Sed ego in MSis noſtris item antiquitus cuſis, numquam reperi numeros centenarios inverſos, neque adeo I in medio lunularum illarum, ſed ſemper expreſſum per *l* & i. Sic ſupra, ubi ſumma erat CCCIↃↃↃ erant in libris illis CCCLIII. Et cum ſequeretur IↃↃↃ habebant iidem LIII. Hæc ſemel adnotaſſe libuit: nam numquam ſere aliter eſt. GRVT. H-S. tercent. mil. quæſtum Roſcius ſacere noluit: numerus enim ille CCCIↃↃↃ. ter repetitus hanc ſummam conſtituit. Sunt qui dubitent, qua de cauſa tantum quæſtum repudiaverit Roſcius: idque miror vehementer, cum ipſe orator dicat paullo poſt: *qui tantas, & tam infinitas &c.* Non ceſſavit recitare in ſcena, licet quæſtum facere nollet. FERRAT. Scilicet laudem, gloriamque unice Roſcius artificio ſuo quærebat. ab eoque infamiam quæſtus removere, præclarum, ut erat, exiſtimabat. GARAT.

Si poteſt Dionyſia) Nota ſaltatricula, cujus nomine oratorem Hortenſium Torquatus appellabat. Gellius lib. I. cap. 5. HOTTOM.

Illa propria) Id eſt, ſine controverſia, ſine judicio. IDEM.

H-S.

cio collocata. Decem his annis proximis H-S ſexagies honeſtiſſi-

H-S. ſexagies) De hac locutione dixi in orat. pro Sex. Roſcio. Hæc autem ſumma ſuperiorem ſummam trecentorum millium decies repetitam altero tanto exſuperat: tricies enim illa annis decem tantummodo conficit: hæc in annos ſingulos H-S ſexcenta millia, id eſt, ıↃↃↃↃ ccctↃↃↃ: neque, equidem quemadmodum hunc nodum expediam, conjectura aſſequi poſſum: nam quod apud Plinium lib. VII. legimus, *H-S quingenta millia annua meruiſſe Roſcium*: valde etiam incertum eſt, cum, ut Budæus quoque admonuit, in pleriſque non *quingenta*, ſed *CCCL* ſcriptum ſit. Macrobius autem lib. Satur. II. de Roſcio ſic ſcribit: *Tanta autem fuit gratia & gloria, ut mercedem diurnam de publico mille denarios ſine gregalibus ſolus acceperit*: quæ ſumma ſingulis annis H-S efficit ccctↃↃↃ ccctↃↃↃ ccctↃↃↃ ccctↃↃↃ ccctↃↃↃ ſupra ıↃↃↃ ccıↃↃ, id eſt: quatuordecies ſexaginta millia H-S: ut ille locus ſuperioris paginæ mihi valde lubricus & incertus eſſe videatur. IOAN. Apud Plinium forte pro *D* reponenda ſunt *DC* ex Ciceronis hoc loco, ex quo conſtat publicam mercedem annuam, quam Roſcius recuſavit, ſeſtertium ſexcentorum fuiſſe, quæ ſumma decies multiplicata efficit ſex mille ſeſtertia, ſive quod idem eſt, ſexagies H-S. I. HARDUINUS. *Sexagies* H-S. ſunt noſtra moneta centum quinquaginta millia ſcutatorum. In *ſexagies* autem non ſubauditur centena millia, ut notat vir doctiſſimus, ſed centies. GRÆVIUS. Roscius merere potuerat HS. trecentis millibus: quomodo inde colligit Cicero, eum decem annis proximis HS. ſexagies honeſtiſſime conſequi noluiſſe? Si annua opera trecentis millibus merere potuerat Roſcius, decem illis annis tricies, non ſexagies, repudiaſſet. Verum notandum eſt in pluribus ludis comœdiam locum habuiſſe quolibet anno, primo quidem in Megalenſibus, ultimo in Plebejis, ut cecinit Juvenalis Sat. VI. verſ. 67.

- - - Quoties aulæa recondita ceſſant,
Et vacuo, clauſoque ſonant fora ſola theatro,
Atque a Plebejis longe Megaleſia - - -

Hoc eſt, a Plebejis, qui ludi poſt reliquos omnes fiebant, Megalenſes, primi ludi ſequentis anni multum diſtabant. Sic igitur arguit Cicero: ſi potuit Roſcius merere in Megalenſibus, aliiſque ludis huc uſque factis, HS. trec. mill. (loquitur de anno, quo cauſa Roſcii agebatur) totidem HS. merere poterit in Apollinaribus, & Plebejis, qui adhuc reſtant hoc eodem anno: adeoque, ſi annuus quæſtus Roſcii eſſe potuit HS. ſexcentorum millium, decem annis proxime elapſis potuit conſequi HS. ſexagies, niſi tantum quæſtum per ſummam liberalitatem repudiaſſet. Utcumque hoc oratorie dictum exiſtimo ad amplificandum, cum Macrobius II. Saturnal. 10. ſcribat, mille tantum denariis, nimirum HS. quatuor millibus, meruiſſe diurna opera Roſcium, quamvis poſt Sullæ dictaturam luxus in urbe Roma in immenſum excreverit. FERRAT. Hic, ut vides, diurnam illam publicam Roſcii mercedem minorem toto anno Tullianis his trecentis millibus conficere ſummam putavit. Nimirum eam mercedem iis tantum diebus, quibus ludi eſſent, Roſcio credidit adnumeratam fuiſſe, vereque, mea ſententia, credidit: quam cum ad ſingulos anni dies Hottomannus cum aliis retuliſſet, annuam illam ingentem ſummam confecit, quæ decennio grandiorem alteram, immanemque admodum peperiſſet. Sed ut obſcura hæc in luce tamen aliqua collocentur, illud inprimis arbitror eſſe tenendum, Ciceronem hic de certa illa, quam refert Macrobius, Roſcii mercede non loqui: quæ tunc fortaſſe nondum ei fuerat de publico attributa: quam is videtur non repudiaſſe, cum Plinius, & Macrobius facti tam ſplendidi non meminerint. Cicero enim calculum init quemdam ejus pecuniæ, quam noluit, cum poſſet, Roſcius accipere, ad eamque rem de ſaltatricula Dionyſia conjecturam ſumit. Quid erat his opus, ſi certam Roſcius, publicamque mercedem recuſaverat? Cur quod erat Roſcio perhonorificum, ornari decreto publi-

ſtiſſime conſequi potuit : noluit: laborem quæſtus recepit: quæſtum laboris rejecit : populo Romano adhuc ſervire non deſtitit : ſibi ſervire jampridem deſtitit. Hoc tu umquam, Fanni, faceres? & ſi hos quæſtus recipere poſſes, non

publico, & ingens ex eo compendium virtutis cauſa remittere, id Tullius ne verbo quidem attigit? Aut igitur nondum ea fuerat Roſcio conſtituta merces, aut non repudiata locum laudi relinquebat nullum. Quamobrem Ferratii rationes ad illud *ſexagies* inveniendum videntur ducere probabilius. Summam certe, ut in his de conjectura calculis fit, mente quamdam Cicero finxit: & eam quidem vero minorem potius, quam, ut Ferratius exiſtimat, majorem. Quæſtum enim Roſcii accepimus fuiſſe permagnum. Hunc tamen, ut dixi, ſupra credibilem modum illi augent, qui acceptos a Roſcio unoquoque anni die mille denarios, Macrobium exiſtimant tradidiſſe. Pluſquam duplum hoc eſſet ejus annuæ pecuniæ, qua meruiſſe Roſcium Plinius VII. 39. narrat. Ait enim, DCC. *annua ſeſtertia meritaſſe*. Harduinus, licet hic malit DC, ita edidit ex pluribus, probatiſque codicibus. Eum vide in not. & emend. ad l. VII. num. CVIII. Atqui hæc ipſa DCC. ſeſtertia & ſunt, & Plinio merces ampla videntur. Ego iſta omnia ita conciliare aliquo modo conabor: Ciceronis calculum ex conjectura produci: Macrobium ſingulos ludorum dies intelligere: mercedem in eos dies publice conſtitutam, quam videtur ſignificare Plinius; annua illa Pliniana ſeſtertia ſeptingenta conficere: quæ merces in annos ſingulos centum millibus HS. Tullii conjecturam excederet. Hinc CLXXV. ludorum dies, quibus quidem Roſcius ſpectaretur, haberemus. Quod an verum eſſe poſſit, aliis inquirendum relinquo. Hoc enim loco brevitas a me poſtulatur. Satis igitur habui ſummis ea labiis attingere, quæ mihi, ut in obſcuris, veriſimiliora ſunt viſa. GARATON.

Honeſtiſſime) Non malis artibus, ſed legitime, ſummoque jure tantam pecuniam, quippe operæ, laboriſque mercedem, conſequi potuit. Quæſtum enim facere hiſtrionia, honeſtum, ac liberale nemo putabit: quantumvis probus fuerit Roſcius, quantavis hic, & Æſopus, ut l. c. narrat Macrobius, gratia floruerint. Vide Prætoris edictum in l. 1. D. de his, qui not. infamia. GARATON.

Laborem quæſtus recepit, quæſtum laboris rejecit) Hoc lumen orationis dicitur Cornificio IV. ad Herenn. commutatio, cum duæ ſententiæ inter ſe diſcrepantes ex transjectione ita efferuntur, ut a priore poſterior contraria priori proficiſcatur, ut eſſe oportet, ut vivas, non vivere, ut edas. Sic poema loquens pictura eſt, pictura tacitum poema dicitur eſſe. PASSERAT.

Populo Romano adhuc ſervire non deſtitit; ſibi ſervire jampridem deſtitit) Lepos ex ambiguo. Ita VII. ad Fam. *Servimus nos illi, ipſe temporibus.* Sic pro Plancio: *Reip. ſervivi ſemper, numquam mihi.* Et XVI. ad Fam. *Dum mihi deſervis, valetudini non ſerviſti ſatis.* Pro Seſtio: *Hujus tempori ſerviam potius, quam dolori meo.* Propert.

Nec tantum ingenio, quantum ſervire dolori
Cogor. PASSERAT.

Hos quæſtus reficere) Sic legendum eſt, hujuſque lectionis veſtigia extant non leviter impreſſa in libris antiquis. Dicimus autem Latine, *reficere* & *facere* quæſtum, non *recipere*. LAMBINUS.

Et ſi hos quæſtus recipere) eſt item a Turnebo: nam Pal. & edd. vett. *ſed ſi hos quæſtus recipere.* Lambinus tamen edidit, *& ſi hos quæſtus reficere*: ex veſtigiis, inquit, librorum antiquorum. GRUTER. Sed vulgata non eſt repudianda. *Recipere* eſt acquirere. Cic. II. de Nat. Deorum: *Aures ſonum recipiunt.* Orat. in Rullum: *Si qua pecunia ex vectigalibus recipitur.* PASSERAT. *Si reficere* in libris habetur melioribus, non reſpuerem. *Reficere* ſæpe eſt redigere, quærere. Celſus l. 88. de V. S.

non eodem tempore & geſtum, & animam ageres? Dic nunc te ab Roſcio H-S ɪɔɔɔ circumſcriptum eſſe, qui tantas, & tam infinitas pecunias non propter inertiam laboris, ſed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit. Quid ego nunc illa dicam, quæ vobis in mentem venire certo ſcio? Fraudabat te in ſocietate Roſcius. Sunt jura, ſunt formulæ de omnibus rebus conſtitutæ, nequis aut in-gene-

Tantum quiſque pecuniæ relinquit, quantum ex ejus bonis refici poteſt. Iuſtin. IX. 1. *Impenſas belli alio bello refecturus*: quod non eſt refarturus, ſed quæſiturus alio bello ſumtus ad hoc bellum ſuſtinendum. GRÆVIUS.

Eodem tempore & geſtum & animam ageres) Simul te dirumperes, vel perire ſuſtineres lucri cauſa. IDEM. Vrbane dictum: non ante in ſcena geſtum agere deſineres, quam ſimul cum geſtu animam ageres. Notatur lucri cupiditas, qua Fanoius in agendis fabulis foret aſſiduus, uſque dum animam efflaret. Vide Manutium. GAR.

Ab Roſcio H-S ɪɔɔɔ) Hic quoque habet & Pal. & ed. vet. *ab Roſcio* H-S ɪɪɪɪ. ut & capite decimo infra. GRVT.

Non propter inertiam laboris) Non fuga laboris, ignavia in labore ſuſcipiendo. Orat. pro Muræn. *Fuga laboris inertiam coarguit & deſidiam.* PASSERAT.

Propter magnificentiam liberalitatis) II. de Invent. *Magnificentia eſt rerum magnarum & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione agitatio atque adminiſtratio.* IDEM.

Sunt formulæ de omnibus rebus conſtitutæ] *Ex legibus XII. tabularum Actiones compoſitæ ſunt, quibus inter ſe cives R. diſceptarent: quas actiones, ne populus, prout vellet, inſtitueret, certas & ſolemnes eſſe voluerunt; & appellabatur hæc pars juris, legis actiones. Hæ apud Pontificum collegium erant: ex quibus conſtituebatur, quis quoque anno præeſſet privatus; & fere populus annis prope centum hac conſuetudine uſus eſt. Poſtea cum Appius Claudius compoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has actiones, Cn. Flavius ſcriba ejus, libertini filius, ſurreptum librum populo tradidit. Augeſcente civitate, qui prætereant, quædam agendi genera compoſuerunt. Nec poſt multum temporis ſpatium Sex. Ælius actiones compoſuit, & librum populo dedit, qui appellatur jus Ælianum.* Hæc Pomponius in l. 2. ff. de Orig. Iur. Non modo autem ex duodecim tabularum legibus formulæ conceptæ ac proditæ fuerunt, verum omnibus etiam ex Legibus, quæ poſtea latæ ſunt; veluti ex lege Aquilia, Rhodia, Cornelia, Voconia, &c. quas actiones, *legitimas* Vlpianus appelat in l. Qui ſervandarum, ff. de præſcr. verbis: tum præterea conſenſu populi, ex placitis Iuriſconſultorum, ut illa de dolo malo formula, quam Cicero *everriculum malitiarum omnium* appellat. Quin etiam Prætores quarum rerum nova in edictis judicia conſtituebant, earum rerum formulas atque actiones certas inſtituere ſolebant; ut teſtatur hic ipſe Verr. V. his verbis: *A L. Metello ut ex edicto judicium daret in Apronium, quod per vim, aut metum abſtuliſſet (quam formulam Octavianam & Romæ Metellus habuerat, & habebat in provincia) non impetrat.* Omnium autem, quocumque ex jure profectæ eſſent, formularum quaſi diſpenſator quidam, atque adminiſtrator urbanus Prætor erat; ut qui judicio vellet contendere, is ejus judicii actionisque formulam ab illo poſtulare cogeretur. In quo non parvæ ſæpe apud Prætorem contentiones exoriebantur, cum an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore (ut Fabius ſcribit) liceret agere, diſceptaretur. Nam ſi quis formula cecidiſſet, id eſt, non eam, qua agere debebat, poſtulaſſet, cauſa cadebat: ut ſcribit Cicero lib. de Invent. II. *Ita jus civile, inquit, habemus conſtitutum, ut cauſa cadat is, qui non, quemadmodum oportet, egerit.* Prætor autem, ſi modo idoneam atque appoſitam actor formulam

lam poſtularet, quamvis eam dari non æquum eſſet, recuſare tamen non poterat. Quomodo enim? an cum admioiſtrator juris eſſet, id quod jus largiri atque impertiri jubebat, recuſaſſet? Quapropter ſi domum, quam ex mea materia iu Titii ſundo conſtructam poſſideo, Titius (utpote ipſius jure civili dominus) petere velit, actionemque (pretium tameo materiæ non offerens) a Prætore poſtulet, quam lex XII. tab. domiois ad rés ſuas vindicandas dedit: *Si paret hanc domum ex jure Quirltium meam eſſe*; quamvis iniquum id videatur, recuſare tamen illi Prætor nec actionem nec judicium poterit: quippe cum jus actor poſtulet, id eſt quod ſibi a legibus conceſſum ac permiſſum eſt. Hanc tamen juris acerbitatem ita Prætor leniet, ut judicem a ſe datum, ſi dolo malo actorem uti cognoverit, reum abſolvere jubeat. Exceptionem enim adjiciet, *extra quam ſi dolo malo Titium uſum appareat*. Atque hoc eſt, quod ait eodem in loco Cicero: *Prætoris exseptionibus multæ excluduntur actiones*. Ac de formulis quidem hactenus. Cum autem ejuſmodi negotium exortum eſſet, cujus certa nondum eſſet inſtituta formula: aut Prætor ipſe de controverſia cognoſcebat, aut *ſubſidiariam actionem* dabat, quæ modo *utilis*, modo *in factum præſcriptis verbis* dicebatur: cujus rei exemplum Vlpianus in Titulis oſtendit. Cum enim *fideicommiſſa* leges improbarent, quippe quæ clam iis relinquerentur, quibus aperte legibus non licebat, actionem ſcilicet eorum nomine ae formulam leges nullam inſtituerant: quapropter ubi conſtitutum eſt, ut *fideicommiſſa* valerent, Vlpiaqus ait ea non per formulam peti conſueſſe, ſicuti legata: ſed cognitionem Romæ quidem fuiſſe Conſulis, aut Prætoris, qui *fideicommiſſarius* vocabatur: in provinciis vero, Præſidum provinciarum. Quod tamen cum magno in litium numero fieri non poſſet, Prætor quidem Romæ, in provinciis vero Præſides, aut Proconſules, actiooem plerumque *utilem* actori concedebant, judicemque aut Recuperatores dabant, qui de ea controverſia cognoſcerent. Eſt autem *utilis actio*, quæ cum alia de cauſa inventa atque inſtituta ſit, aliam tamen in eauſam atqoe controverſiam accommodatur: ex eo dicta, quod utilitate Reipublicæ poſtulante concedi ſoleat. *Quoties enim deficit actio*, inquit Vlpianus, *utilis actio danda eſt*. Exempli cauſa, Flavius Panurgum ſervum Roſcii manu ſua interſecit. *Lex Aquilia* coocedit actionem Roſcio adverſus Flavium, SI PARET Panurgum manu Roſcii ioterſectum, Flavius quanti plurimi damnetur. Prætor ergo Roſcio legis Aquiliæ actionem dabit: quæ quoniam directo, id eſt, ex præſcripto legis datur, *directa* nomioatur. Quod ſi non ſua manu Panurgum Flavius occiderit, non eſt actio *lege Aquilia* prodita. Prætor tamen, quamvis jus non ſit dari, eamdem formulam ad hanc quoque eauſam accommodabit, quæ ob eam cauſam *utilis* dicetur, quod eam uſu Reipublicæ poſtulaore concedere ſoleat. Quid vero ſi neque ſuo corpore, neque corpus læſit Flavius: ſed miſericordia ductus Panurgum compeditum ſolverit, & is poſtea effugerit? Tum quia novum hoc negotium eſt, & neque jus, neque utile eſt, dari *Aquilianam*, novam concipiet Prætor formulam, quæ *in factum* appellabitur, quod factum in ea Prætor comprehendat. Eaque actio plerumque *civilis* a Iuriſconſultis appellatur, opinor, quaſi dicas humanam, & humanitatis ac civilitatis gratia inſtitutam: cum alibi *civiles actiones* iidem nominent, quæ jure Civili, oon Prætorio conſtitutæ ſunt. Et quoniam de Vlpiani libello mentio facta eſt, hoc loco non poſſum præterire ſilentio inſignis loci caſtigationem, quam idem liber mihi hodie demonſtravit: numquam enim iotempeſtivum eſſe arbitror, ſtudioſorum labores juvare, & maeulas ex his Ciceronis pulcherrimis libris eluere: præiertim cum beneficium clariſſimi & præſtantiſſimi viri Io. Tilii meis ſcriptis celebrare mihi in animo ſit, ut cum illum, qui librorum optimorum theſaurum habec inæſtimabilem, ex quo etiam ad nos nonnulla jam pervenerunt, majoraque perventura ſperamus: tum alios ad iſtiuſmodi liberalitatem in ſtudioſos exercendam alliciam. Locus ergo ille nobilis, qui in libro de orat. I. vulgo ſic legitur: *De his credo rebus, inquit Craſſus, ut in conditionibus ſcribi ſolet,*

genere injuriæ, aut ratione actionis errare poſſit : expreſſæ ſunt enim ex uniuſcujuſque damno, dolore, incommodo, calamitate, injuria, publicæ a prætore formulæ, ad quas privata lis accommodatur.

9. Quæ cum ita ſint, cur non arbitrum pro ſocio adegeris Qu. Roſcium, quæro. Formulam non noras? Notiſſima

ſolet : quibus ſciam poteroque : quinque doctiſſimorum ingenia non ſine cauſa exercuit, ſic corrigendus eſt, ut pro *conditionibus*, *cretionibus* legamus. *Cretio* enim, inquit Vlpianus, *eſt certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto heredi, ad deliberandum, utrum expediat adire hereditatem, nec ne : velut : Titius heres eſto, cernitoque in diebus centum proximis, quibus ſcieris poteriſque : niſi ita creveris, exheres eſto.* Et paulo poſt : *Cretio vulgaris dicitur, aut continua. Vulgaris, in qua adjiciuntur hæc verba : Quibus ſcieris poteriſque. Continua, in qua non adjiciuntur. Et qui vulgarem cretionem habet, dies illi dati computantur, quibus ſcit ſe heredem inſtitutum eſſe, & potuit cernere : ei vero qui continuam habet cretionem etiam illi dies computantur, quibus ignoravit ſe heredem inſtitutum : aut ſcivit quidem, ſed non potuit cernere.* Hæc Vlpianus. Quin ergo ad eam formulam Craſſus alluſerit, hominem certe, qui dubitet, neminem fore arbitramur. HOTTOM.

Ne quis aut in genere injuriæ) Tu ἀδικήματος, damni accepti. Hic injuria communi notione accipitur pro eo, quod non jure fit : ut l. 1. D. de injuriis. Et privati judicii eſt, & pecuniæ. Alias publici judicii, & capitis, ut in judicio injuriarum. Pro Cæcin. *Ut jus meum teneam, & injuriam non perſequar.* IDEM.

Aut ratione actionis) Via, modoque agendi. IDEM.

Ad quas privata lis accommodatur) *Accommodetur*, duo libri veteres: quod magis probo. IDEM. *Privata lis* eſt cotroverſia inter privatos orta. Nam pro Cluentio dicitur etiam *lis capitis : Si quæ in eum lis capitis illata eſt, non admittit.* PASSERAT.

Cur non arbitrum pro ſocio adegeris, Vetus locutio, *adigere arbitrium*, pro *agere ad arbitrium*: utrumque autem dicimus, *arbitrium adigere*, & *arbitrum adigere*: & eſt ſimilis ſignificatio, quæ illius, *agere in judicium*, vel *ad judicium*. Idem Offic. III. *Itaque Calphurnius cum demolitus eſſet, cognoviſſetque Clodium ædes poſtea proſcripſiſſe, quam eſſet ab Auguribus demoliri juſſus, arbitrum illum adegit, quidquid ſibi dare facere oporteret ex fide bona.* Et in Topicis: *Quemadmodum ſi in urbe de finibus controverſia eſt, quia fines magis agrorum videntur eſſe, quam urbis, finibus regundis adigere arbitrum non poſſis : ſic ſi qua pluvia in urbe nocet, quoniam res tota magis agrorum eſt, aquæ pluviæ arcendæ adigere non poſſis arbitrum.* HOTTOM. *Cur non arbitrum pro ſocio adegeris*) Id eſt, cur non Roſcium ad arbitrum pro ſocio adegeris. *Arbiter pro ſocio* autem, id eſt, arbiter, qui datur duobus ſociis inter ſe judicio, ſeu arbitrio pro ſocio contendentibus: *arbitrum* porro, non, *arbitrium* eſſe legendum pervincunt complures loci, in quibus ita loquitur M. Tullius: verbi gratia, in Topicis, in tertio de Officiis. LAMBIN. *Cur non arbitrum pro ſocio*) Vetus liber *cur non ad arbitrum, &c.* F. VRSIN. *Cur ad arbitrum pro ſocio, &c.*) Ita & Pal. noſter, & antiquior editio: nam mediæ ætatis, *arbitrium* : quod ipſum an alteri cedere debeat, diſputatum a Turnebo lib. XXIX. cap. 36 GRUTER. Feſt. *adigas adire cogas.* Sic leg. vulgo male *dare cogas.* Igitur *adigere arbitrum* eſt cogere adire ad arbitrum. PASSER.

Cur non arbitrium pro ſocio adegeris) Hæc fallaciter dicuntur & oratorie. Nam re vera C. Piſonem arbitrum *Pro ſocio* ſumſeras : ſed cum paratum eſſet judicium, pactione (ut Saturius dicebat) interpoſita, renuntiatum ac remiſſum eſt. HOTT. Præclara vero fuiſſet iſta fallacia, coram ipſo C. Piſo-

ma erat. Iudicio gravi experiri nolebas? Quid ita? propter familiaritatem veterem? cur ergo lædis? Propter integritatem hominis? cur igitur inſimulas? Propter magnitudinem criminis? Ita ne vero? quem per arbitrum circum-

Piſone, qui arbiter in hac controverſia captus fuerat, P. Roſcium a Fannio adactum ad arbitrum non fuiſſe, contendere. Vide cap. 4. Proximis enim verbis Cicero de re numquam incepta ſe loqui ſignificat, ut fruſtra mendacium lenire V. C. interpretando conetur, quo nihil opus erat umquam ad cauſam futurum. Quid ergo eſt? Hottomannum, ut ſibi conſtaret, dicere oportebat, Piſonis arbitrium pro ſocio non fuiſſe: neque enim illud *pro ſocio* Cicero addidit ſine cauſa, quod in Piſoniano arbitrio numquam uſurparat. Rem a principio cognoſcere, neceſſe eſt. Repete illa ex cap. 4. *De hac pecunia, de his ipſis* HS. 1000. *de tuarum tabularum fide compromiſſum feceris, arbitrum ſumſeris, quantum æquius melius ſit dari, repromittive, ſi pareret . . . . De quo nomine ad arbitrum adiſti, de eo ad judicem veniſti*. Piſo igitur arbiter ex compromiſſo fuit, ut Menardus in argumento dixit: deinde judex eu de pecunia, quæ incerta pridem vi compromiſſi, tunc certa ex petitionis formula facta eſt. Nam *certi condictione*, ut recte Menardus, & Hottom. ajunt, Fannius eſt uſus: idque Tullius cap. 5. perſpicue affirmat, cum ait, *pecunia petita eſt certa &c.*, ſeque de ſocietate, Roſcioque objecta fraude ſponte, ac exiſtimationis bonæ cauſa extra controverſiæ fines hæc omnia eſſe dicturum. Iam vero Tullius Fannium hic interrogat, cur, cum ſe fraudatum a Roſcio diceret, certi petitione, & anguſtiſſima formula uti maluerit, quam actione, judicioque pro ſocio, quod *erat proprium* eius criminationis, cum in illud fraus omnis ſociorum, crimenque veniret. Nam judicium pro ſocio *arbitrium* vocari, & eſſe, monuit Hottomannus, omneſque in Romano jure non plane hoſpites ſciunt. Licet igitur compromiſſum ad ſocietatem omnem pertinuerit, tamen hoc arbitrium ab illo tantum differet, quantum a domo privata forum, ab amica diſceptatione conteſtata lis, & acerrima. Miror hæc tam promta, & expoſita ICtum præſtantiſſimum non vidiſſe. Nam cetera, quæ optime is expoſuit, particulam *non* magis etiam, quam MSorum conſenſio, requirunt: neque in Cicerone tam ſtulti mendacii poteſt ſuſpicio reſidere. Vox *ad* cum Gratero forte ex optimis codicibus eſt retinenda: utroque modo Latinos loqui, compertum omnibus eſt. GARAT.

Iudicio gravi experiri) Apparet verum eſſe quod in Quintiana diximus, in iis judiciis, in quibus *ex fide bona* adderetur, idem fuiſſe *judicium* atque *arbitrium*, de quo tamen aliter Budæus exiſtimaſſe videtur in commentariis, ubi etiam illud adſcripſit: *Iudicio Pro ſocio damnatum exiſtimationem amittere: arbitrio, non amittere*; quod cum hic locus aperte repudiat, tum ille alius luculentus, quem ex orat. pro Sex. Roſcio ſubjiciam: *Si hanc ei rem privatim Sex. Roſcius mandauiſſet, ille qui ſeſe facturum recepiſſet, nonne ſi ex eo negotio tantulum in rem ſuam convertiſſet, damnatus per arbitrum, & rem reſtitueret, & honeſtatem omnem amitteret?* HOTTOM.

Gravi judicio) *Grave* Pro ſocio *judicium* ſive arbitrium ſic appellat, ut in orat. pro Cæcina, *turpe*: in Roſciana, modo *infame*, modo *turpiſſimum*: paullo ſupra, *ſummæ exiſtimationis, & pene dicam capitis*. Ex hoc porro loco facile intellectu eſt, quod initio diximus, non eſſe hoc judicium *Pro ſocio*, cujus cauſa habita hæc oratio eſt: ſed *certi condictionem*. IDEM.

Cur ergo inſimulas) Fraudis & perfidiæ arguis. *Inſimulare* eſt crimen in aliquem confingere. Donat. in Phorm. *Inſimulatio eſt veri & falſi criminis incuſatio*. PASSER.

Propter magnitudinem criminis) Refer

Digitized by Google

cumvenire non poſſes, cujus de ea re proprium erat judicium, hunc per judicem condemnabis, cujus de ea re nullum eſt arbitrium? Quin tu hoc crimen aut objice, ubi licet agere; aut jacere noli, ubi non oportet. Tametſi jam hoc tuo teſtimonio crimen ſublatum eſt. Nam, quo tu tempore illa formula uti noluiſti, nihil hunc in ſocietatem fraudis feciſſe oſtendiſti. *Fecit pactionem.* Num tabu-

ſer ad proximum membrum, *inſimulas*, ut ſit, num inſimulas propter magnitudinem criminis? id eſt fraudis in ſocietate factæ? HOTT. *Propter magnitudinem criminis*) Eſt a Turnebo, nam prius cuſi *ægritudinem*, forte fuit *acritudinem*. GRVT. Franc. prim. *Propter ægritudinem corporis*? GRÆV.

Quem per arbitrum) Senſus eſt: ſi arbitrum (qui & Iudex dicitur) ſumſiſſes, & actionem *Pro ſocio* apud eum egiſſes, is, qui a Prætore de ea re judicandi poteſtatem accepiſſet, ſi planum feciſſes fraudatum te in ſocietate a Roſcio fuiſſe, Roſcium condemnare potuiſſet; quia planum facere non poteras, non egiſti actione *Pro ſocio*, neque eo judicio condemnare Roſcium potuiſti. Vel ſic: com egiſſes actione *Pro ſocio*, (revera enim ſumtus antea fuerat arbiter) quia tamen intelligebas non poſſe id planum fieri, judicium litemque omnem remiſiſti. Nunc judex datus eſt, cui certa formula de H-S ıɔɔɔ a Prætore præſcripta eſt: ſponſio in eamdem ſummam facta eſt, ad cujus anguſtiſſimam formulam Piſonem adſtrinxiſti, de ſocietate neque in ſponſione, neque in formula verbum ullum feciſti. Hoc igitur judicio condemnare Roſcium fraudis in ſocietate factæ non potes: quod Piſonis de ea re nullum eſt arbitrium, id eſt, nulla ei de ea re judicandi facultas data eſt; in formula enim certa & anguſta a Prætore concluſus eſt: a qua ne tantulum quidem poteſt diſcedere. HOTT. Quem per arbitrum opprimere falſa accuſatione non poſſes, hunc per judicem, cujus de ea re propria cognitio non erat, reum perages fraudis. Nam qui reum peragit, etiam eom condemnare videtur. V. Verrin. *Uno ex crimine eum condemnari neceſſe eſt*. PASSERAT.

Cujus de ea re proprium erat judicium) Sic poſtulat ſententia. Alii libri corrupte, *Proprium non erat*. HOTTOMANN. *Proprium erat judicium*) Et hoc quoque eſt a Turnebo, quippe antea legebatur inſerta negativa, *proprium non erat judicium*; quomodo item Pal. GRVT.

Cujus de ea re nullum eſt arbitrium) Cui non eſt ſtatuendi de ea re poteſtas ſoluta. Ex hoc loco apparet judicium eſſe arbitrium, ut latiſſime hoc nomen accipiatur, ſed arbitrium non eſſe judicium. PASSER.

Ubi licet agere) Si judicio *Pro ſocio* uſus eſſes, id eſt, libero judicio, & ut Iuriſconſulti ex verbis illis *ex fide bona* præciſe appellant, *judicio bonæ fidei*, licuiſſet hoc objicere; nunc quia *ſtricto* judicio (ſic enim iidem appellant) uſus eſt, non licet: nihil autem oportet, quod non licet; non igitur oportet. HOTT.

Jacere noli) Tamquam tela. Orat. pro Quint. *jacis adulteria*. Pro Sulla: *jacere contumeliam*. Pro Quint. *Cum adverſarius telum nullum jecerit*. PASSER.

Illa formula uti noluiſti) Cum arbitrio *Pro ſocio* uti noluiſti: id eſt, cum inſtitutum judicium renuntiaſti, ac litem inchoatam remiſiſti, noluiſti perſequi judicium de ſocietate, quod inſtitueras. HOTT.

Nihil hunc in ſocietatem fraudis feciſſe) Bene Franc. primus: *nihil hunc in ſocietate fraudis feciſſe*, quamvis vulgatam non damnem. GRÆV.

Fecit pactionem) Verba Fannii: Volebam, inquit, litem inſtitutam perſequi: ſed Roſcius metuens, ne turpi judicio damnaretur, fecit pactionem, tranſegit de ſumma quapiam. HOTTOMANNUS.

ma erat. Iudicio gravi experiri nolebas? Quid ita? propter familiaritatem veterem? cur ergo lædis? Propter integritatem hominis? cur igitur inſimulas? Propter magnitudinem criminis? Ita ne vero? quem per arbitrum circum-

Piſone, qui arbiter in hac controverſia captus fuerat, P. Roſcium a Fannio adactum ad arbitrum non fuiſſe, contendere. Vide cap. 4. Proximis enim verbis Cicero de re numquam incepta ſe loqui ſignificat, ut fruſtra mendacium leuire V. C. interpretando conetur, quo nihil opus erat umquam ad cauſam futurum. Quid ergo eſt? Hottomannum, ut ſibi conſtaret, dicere oportebat, Piſonis arbitrium pro ſocio non fuiſſe: neque enim illud *pro ſocio* Cicero addidit ſine cauſa, quod in Piſoniano arbitrio numquam uſurparat. Rem a principio cognoſcere, neceſſe eſt. Repete illa ex cap. 4. *De hac pecunia, de his ipſis* HS. 1000. *de tuarum tabularum fide compromiſſum feceris, arbitrum ſumſeris, quantum æquius melius ſit dari, repromittive, ſi pareret . . . . De quo nomine ad arbitrum adiſti, de eo ad judicem veniſti*. Piſo igitur arbiter ex compromiſſo fuit, ut Menardus in argumento dixit: deinde judex ea de pecunia, quæ incerta pridem vi compromiſſi, tunc certa ex petitionis formula facta eſt. Nam *certi condictione*, ut recte Menardus, & Hottom. ajunt, Fannius eſt uſus: idque Tullius cap. 5. perſpicue affirmat, cum ait, *pecunia petita eſt certa &c.*, ſeque de ſocietate, Roſcioque objecta fraude ſponte, ac exiſtimationis bonæ cauſa extra controverſiæ fines hæc omnia eſſe dicturum. Iam vero Tullius Fannium hic interrogat, cur, cum ſe fraudatum a Roſcio diceret, certi petitione, & anguſtiſſima formula uti maluerit, quam actione, judicioque pro ſocio, quod *erat proprium* ejus criminationis, cum in illud fraus omnis ſociorum, crimenque veniret. Nam judicium pro ſocio *arbitrium* vocari, & eſſe, monuit Hottomannus, omneſque in Romano jure non plane hoſpites ſcient. Licet igitur compromiſſum ad ſocietatem omnem pertinuerit, tamen hoc arbitrium ab illo tantum differet, quantum a domo privata forum, ab amica diſceptatione conteſtata lis, & acerrima. Miror hæc tam promta, & expoſita ICtum præſtantiſſimum non vidiſſe. Nam cetera, quæ optime is expoſuit, particulam *non* magis etiam, quam MSorum conſenſio, requirunt: neque in Cicerone tam ſtulti mendacii poteſt ſuſpicio reſidere. Vox *ad* cum Gratero forte ex optimis codicibus eſt retinenda: utroque modo Latinos loqui, compertum omnibus eſt. GARAT.

Iudicio gravi experiri) Apparet verum eſſe quod in Quintiana diximus, in iis judiciis, in quibus *ex fide bona* adderetur, idem fuiſſe *judicium* atque *arbitrium*, de quo tamen aliter Budæus exiſtimaſſe videtur in commentariis, ubi etiam illud adſcripſit: *Iudicio Pro ſocio damnatum exiſtimationem amittere: arbitrio, non amittere*; quod cum hic locus aperte repudiat, tum ille alius luculentus, quem ex orat. pro Sex. Roſcio ſubjiciam: *Si hanc ei rem privatim Sex. Roſcius mandaviſſet, ille qui ſeſe facturum recepiſſet, nonne ſi ex eo negotio tantulum in rem ſuam convertiſſet, damnatus per arbitrum, & rem reſtitueret, & honeſtatem omnem amitteret?* HOTTOM.

Gravi judicio) *Grave* Pro ſocio *judicium* ſive arbitrium ſic appellat, ut in orat. pro Cæcina, *turpe*: in Roſciana, modo *infame*, modo *turpiſſimum*: paullo ſupra, *ſummæ exiſtimationis, & pene dicam capitis*. Ex hoc porro loco facile intellectu eſt, quod initio diximus, non eſſe hoc judicium *Pro ſocio*, cujus cauſa habita hæc oratio eſt: ſed *certi condictionem*. IDEM.

Cur ergo inſimulas) Fraudis & perfidiæ arguis. *Inſimulare* eſt crimen in aliquem confingere. Donat. in Phorm. *Inſimulatio eſt veri & falſi criminis incuſatio*. PASSER.

Propter magnitudinem criminis) Refer

cumvenire non poſſes, cujus de ea re proprium erat judicium, hunc per judicem condemnabis, cujus de ea re nullum eſt arbitrium? Quin tu hoc crimen aut objice, ubi licet agere; aut jacere noli, ubi non oportet. Tametſi jam hoc tuo teſtimonio crimen ſublatum eſt. Nam, quo tu tempore illa formula uti noluiſti, nihil hunc in ſocietatem fraudis feciſſe oſtendiſti. *Fecit pactionem.* Num tabu-

ſer ad proximum membrum, *inſimulas*, ut ſit, num inſimulas propter magnitudinem criminis? id eſt fraudis in ſocietate factæ? HOTT. *Propter magnitudinem criminis*) Eſt a Turnebo, nam prius cuſi *egeitudinem*, forte fuit *acritudinem*. GRVT. Franc. prim. *Propter ægritudinem corporis*? GRÆV.

Quem per arbitrum) Senſus eſt: ſi arbitrum (qui & Iudex dicitur) ſumſiſſes, & actionem *Pro ſocio* apud eum egiſſes, is, qui a Prætore de ea re judicandi poteſtatem accepiſſet, ſi planum feciſſes fraudatum te in ſocietate a Roſcio fuiſſe, Roſcium condemnare potuiſſet; quia planum facere non poteras, non egiſti actione *Pro ſocio*, neque eo judicio condemnare Roſcium potuiſti. Vel ſic: cum egiſſes actione *Pro ſocio*, (revera enim ſumtus antea fuerat arbiter) quia tamen intelligebas non poſſe id planum fieri, judicium litemque omnem remiſiſti. Nunc judex datus eſt, cui certa formula de H-S ɔɔɔ a Prætore præſcripta eſt: ſponſio in eamdem ſummam facta eſt, ad cujus anguſtiſſimam formulam Piſonem adſtrinxiſti, de ſocietate neque in ſponſione, neque in formula verbum ullum feciſti. Hoc igitur judicio condemnare Roſcium fraudis in ſocietate factæ non potes: quod Piſonis de ea re nullum eſt arbitrium, id eſt, nulla ei de ea re judicandi facultas data eſt; in formula enim certa & anguſta a Prætore concluſus eſt: a qua ne tantulum quidem poteſt diſcedere. HOTT. Quem per arbitrum opprimere falſa accuſatione non poſſes, hunc per judicem, cujus de ea re propria cognitio non erat, reum perages fraudis. Nam qui reum peragit, etiam eum condemnare videtur. V. Verrin. *Uno ex crimine eum condemnari neceſſe eſt.* PASSERAT.

Cujus de ea re proprium erat judicium) Sic poſtulat ſententia. Alii libri corrupte, *Proprium non erat*. HOTTOMANN. *Proprium erat judicium*) Et hoc quoque eſt a Turnebo, quippe antea legebatur inſerta negativa, *proprium non erat judicium*; quomodo item Pal. GRVT.

Cujus de ea re nullum eſt arbitrium) Cui non eſt ſtatuendi de ea re poteſtas ſoluta. Ex hoc loco apparet judicium eſſe arbitrium, ut latiſſime hoc nomen accipiatur, ſed arbitrium non eſſe judicium. PASSER.

Ubi licet agere) Si judicio *Pro ſocio* uſus eſſes, id eſt, libero judicio, & ut Iuriſconſulti ex verbis illis *ex fide bona* præciſe appellant, *judicio bonæ fidei*, licuiſſet hoc objicere; nunc quia *ſtricto* judicio (ſic enim iidem appellant) uſus eſt, non licet: nihil autem oportet, quod non licet; non igitur oportet. HOTT.

Iacere noli) Tamquam tela. Orat. pro Quint, *jacis adulteria*. Pro Sulla: *jacere contumeliam*. Pro Quint. *Cum adverſarius telum nullum jecerit*. PASSER.

Illa formula uti noluiſti) Cum arbitrio *Pro ſocio* uti noluiſti: id eſt, cum inſtitutum judicium renuntiaſti, ac litem inchoatam remiſiſti, noluiſti perſequi judicium de ſocietate, quod inſtitueras. HOTT.

Nihil hunc in ſocietatem fraudis feciſſe) Bene Franc. primus: *nihil hunc in ſocietate fraudis feciſſe*, quamvis vulgatam non damnem. GRÆV.

Fecit pactionem) Verba Fannii: Volebam, inquit, litem inſtitutam perſequi: ſed Roſcius metuens, ne turpi judicio damnaretur, fecit pactionem, tranſegit de ſumma quapiam. HOTTOMANNUS.

ret : te adfuturum negaſti : debere tibi ex ſocietate nihil clamitaſti : judici hic denuntiavit : abſolutus eſt. Tamen fraudis, ac furti mentionem facere audes? Perſtat in impudentia, *pactionem enim*, inquit, *mecum fecerat*. Idcirco videlicet ne condemnaretur. Quid erat cauſæ, cur metueret,

vit apud me, in mei generi Craſſipedis hortis. Hoc vero dilucide Suetonius in Tiberio demonſtrat: *Sexto*, inquit, *Claudio libidinoſo, ac prodigo ſeni cœnam ea lege condixit, nequid ex conſuetudine immutaret, aut demeret*. ID. *Quod temere commiſiſti in judicium ut denunciaret, rogaſti ut ignoſceret: te adfuturum negaſti: debere tibi, &c.*) Ita Pantagathus legebat hunc locum. F. URSIN. Sic ſcribitur in primo Franc. ut conjecerat Pantagathus. Nondum tamen ſanatus videtur eſſe locus. Nunc videndum, an mendæ hæ poſſint elui, ſi ſcribas, ut Ciceronem exiſtimo ſcripſiſſe: *quod temere commiſiſſes, id judici ut denunciares rogaſti; rogaſti ut ignoſceret, te adfuturum negaſti*. Alterum *rogaſti* videtur excidiſſe: dein ſcribendum eſſe, *id judici ut denunciaret rogaſti*, ſequentia ſtatim oſtendunt: *judici hic denunciavit, abſolutus eſt*. Fecit nimirum Roſcius, quod tu rogabas, judici ſignificavit, te fateri, te temere commiſiſſe, & rogaſſe, ut ei ignoſceres: te actionem deponere, ac nolle pudore ſuffuſum eſſe præſto in judicio, & tuam actionem perſequi. Hac Roſcii denuntiatione motum judicem abſolviſſe Roſcium. Nihil clarius. Quamvis *judicium denunciare* recte alibi Cicero dixerit, nihil tamen facit ad hunc locum. Nam *judicium denunciare* eſt actionem intendere in perſonam, condicere. Quid vero ſit *denunciare in judicium* id fateor me ignorare: poſſet tamen etiam legi, *in judicio ut denunciaret* ſc. judici, ſeu arbitro. Sed illud præfero propter ſequentia. Nam ſi ſic ſcripſiſſet, in ſequentibus etiam verſibus Cicero hoc ſic repetiiſſet, *in judicio denuntiavit*. illud *um* in *judicium* ex ſequente *ut* ortum eſt forte. GRÆV. *Commiſiſti* eſt etiam in Naugeriana. Non abſurda, neque a MSis aliena eſſet hæc lectio: *quod temere comm. id judicium ut denunciares, rogaſti ut ignoſceret*: quæ Lambini lectio eſt, niſi quod *in* ille omiſit in *id* facile commutandum. Iudicium pro arbitrio, ut ſtatim judex pro arbitro, etſi non plane juridice tamen recte dicitur. De compromiſſo hic agi certum eſt, quod *ad ſimilitudinem judiciorum redigitur*, ut in L. 1. D. de rec. qui arb. ait Vlpianus: qua de cauſa dicitur etiam rectius. „Neque item *arbiteium denunciare* de eo, qui petit, male uſurpabitur, etſi compromiſſum debeat ex conſenſu duarum partium exſiſtere. Iudicium enim denunciavit Fannius, quodcumque demum id fuerit, quo primum tempore controverſiam movit. Sed pro Græviana emendatione, quæ longius a MSis abit, mirifice facit eadem locutio alio repetita modo, eoque loco, ut a priori pendere facile videatur. Tum vox *denunciaret* conſtanter a MSis exhibita, quæ altero illo ſenſu leviter poſtrema in littera eſt immutanda. De loci corruptione ſatis contendet aliquis non conſtare. Nam illud *in judicium* explicari poſſet *in jus, in tribunal*, ut dies, & locus ad ſententiam ferendam condictus indicaretur. Translatum hoc eſſet a foro ad privatum judicem. Sed quis ferat *in judicium* dici potius, quam, ut poſtea dicitur, *judici*, cum, Fannio le adfuturum negante, ſolus de Roſcio judex hæc ſit auditurus? GARAT.

Abſolutus eſt) Iudicio liberatus eſt, dimiſſus eſt, της δικης απηλλαχθη. HOTTOM.

Idcirco videlicet) Ironia. IDEM. Sit ne hæc Ciceronis ironia, an Fannii ſermo, ut putat Ferratius VI. epiſt. 5. nihil refert, nec dignoſci facile poteſt. Ceteras dialogi partes recte diſtinguit Hottomannus, cum eoque contra Manutium ſentit idem Ferratius. GARAT.

Quid erat cauſæ) Interrogatio Cicero-

ret, ne condemnaretur? *Res erat manifeſta: furtum erat apertum.*

10. Cujus rei furtum factum erat? Exorditur magna cum exſpectatione veteris hiſtrionis exponere ſocietatem. Panurgus, inquit, fuit Fannii: is fuit ei cum Roſcio communis. Hic primum queſtus eſt non leviter Saturius, communem factum eſſe gratis cum Roſcio, qui pretio proprius fuiſſet Fannii. Largitus eſt ſcilicet homo liberalis, & diſſolutus, & bonitate affluens Fannius Roſcio? Sic puto. Quoniam ille hic conſtitit paulliſper, mihi quoque neceſſe eſt paullum commorari. Panurgum tu, Saturi,

ronis. Hortom.

Res erat manifeſta) Fannii reſponſum; nam in illius perſona loquitur. Idem.

Magna cum exſpectatione) Iudicum; nam hic locus nota diſtinctionis eſt interpungendus. Idem.

Veteris hiſtrionis) Ordo eſt, exponere ſocietatem, quam de Panurgo vetere hiſtrione Roſcius & Fannius contraxerant. Idem. *Vetus hiſtrio* eſt qui diu exercitatus eſt & nobilis. Pro Quintio: *Vetulus gladiator*. Pro Sex. Roſcio: *Vetulus accuſator*. Ibid. *Plurimarum palmarum vetus, ac nobilis gladiator*. V. Tuſc. *Vetus miles, & exercitatus*. Passer. Irriſio eſt in iis verbis, *veteris hiſtrionis*. Saturius querebatur, Panurgum Fannii ſervum gratis cum Roſcio factum fuiſſe communem. Querela hæc juſta, ſi Panurgus, jam vetus hiſtrio, communis eſſet factus: non enim in partem quæſtus vocandus Roſcius, ſi Panurgus totus erat Fannii. Hinc merito ſubridens Cicero: quid tu, ait, Saturi, tanta cum exſpectatione quereris injuriam factam Chereæ, quaſi veterem hiſtrionem communem cum Roſcio fecerit, non autem novicium dederit, ac tironem ſummo cum labore, ac ſtomacho erudiendum? Tandem concludit, non faciem Panurgi, quæ erat Fannii, ſed artem a Roſcio traditam fuiſſe pretioſam. Manutius pro tota Saturii narratione, quod ejus erat initium, habuiſſe videtur, idque ipſum, tamquam humile, male contemnit. Similia enim narrationum initia non modo apud Plautum, verum apud Tullium quoque in orationibus pro Quintio, pro Cæcina, pro Cluentio, & paſſim occurrunt. Neque orator, modo nihil cauſæ utile futurum omittat, de narrationis brevitate reprehendendus, quæ imo in ejus laudibus numeratur. Ferrat.

Fuit Fannii) Scilicet ſervus, ut Plaut. *Ego ſum Amphitruonis, Soſia.* Pass.

Communem factum eſſe gratis cum Roſcio) *Nam & ita coiri poſſe ſocietatem non dubitatur* (inquit Iuſtinianus Inſtit. l.III. tit.26. §.2.) *ut alter pecuniam conferat, alter non conferat: & tamen lucrum inter eos commune ſit, quia ſæpe opera alterius pro pecunia valet*. Hott.

Diſſolutus) Eſt profuſus prodigus. Pro Quint. *Diſſolutus, profuſus, perditus nepos*. Contra attenti ad rem dicuntur adſtricti. Propert.

---- *Quæ te*
Adſtrictus ploret ſæpe dediſſe pater.

Inde tractum quod in zonis olim ferebant pecuniam. Plaut. Pœnul. Tum qui zonam non habent ſunt diſcincti, diſſoluti: *Diſcinctus aut perdam ut nepos*. Horat. Passer.

Quoniam ille hic conſtitit) Vbi amplificandi datur locus, ibi conſiſtendum monent Rhetores. Erat autem conqueſtionis locus. Passer.

Paululum commorari) In II. de orat. *Commoratio una in re permultum movet.* Et IV. ad Herenn. *Commoratio eſt cum in loco firmiſſimo, quo tota cauſa continetur, manetur diutius, & eodem ſæpius redi-*

ri, proprium Fannii dicis fuiſſe. At ego totum Roſcii fuiſſe contendo. Quid erat enim Fannii? corpus. Quid Roſcii? diſciplina. Facies non erat, ars erat pretioſa. Ex qua parte erat Fannii, non erat H-S IↃↃↃ. ex qua parte erat Roſcii, amplius erat H-S CCCIↃↃↃ. Nemo enim illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico æſtimabat. Nam illa membra merere per ſe non amplius poterant duodecim æris: diſciplina, quæ erat ab hoc tradita, locabat ſe non minus H-S CCCIↃↃↃ. O ſocietatem captioſam, & indignam! ubi alter, H-S IↃↃↃ. alter CCCIↃↃↃ. quod ſit, in ſocietatem affert: niſi idcirco moleſte pateris, quod H-S IↃↃↃ. tu ex arca proferebas, H-S CCCIↃↃↃ. ex diſciplina, & artificio Roſcius promebat. Quam enim rem,

reditur. Io. Ab errore *paululum* hoc Paſſeratii profluxit, quod nullibi reperi: mihi tamen aurium cauſa vehementer placeret. Facilis repetitæ ſyllabæ omiſſio, & alicubi hoc fortaſſe latet. GARAT.

Facies non erat) Corpus non magni æſtimabatur. Facies ſæpe eſt totius corporis habitus. Donat. ad illa Terentii, in Eunucho II. 3. *O faciem pulcram! Faciem modo non partem corporis dicit, ſed totam ſpeciem, quæ apparet, & cernitur*. Plaut. Aſin. II. 3. quærit mercator:

M E. *Qua facie veſter Saurea eſt? ſi is eſt, jam ſcire potero.*

L I. *Macilentis malis, rufulus, aliquantulum ventrioſus,*

Truculentis oculis, triſti fronte, commoda ſtatura.

Ovid. VI. Metam.

—— *Sua quemque Deorum*

Inſcribit facies. GRÆV.

Non erat H-S IↃↃↃ) Non vendi poterat ſeſtertiis quinquaginties mille. *Eſſe* enim eſt venalem eſſe. Vide ad orat. pro Roſc. Amer. cap. 2. GRÆVIVS.

Duodecim æris) Præciſa locutio. Subanditur enim *nummos*: & idem ſignificat ut ſi diceret, duodecim aſſes. Gellius lib. XX. ad hanc legem: *Si injuriam alteri faxit, viginti quinque æris pœnæ ſunto: Quis*, inquit, *erit tam inops, quem ab injuria facienda viginti quinque aſſes deterreant?* As autem denariolos Gallicos quatuor valebat, ut Budæus docet: quem ubique ſecuti ſumus, & ab ære dictus eſt, ut Varro tradit. Æreis enim nummis Romani plurimum utebantur: unde Ærarium dictum, & Tribuni, Quæſtores, ac Scribæ Ærarii. HOTT.

O ſocietatem captioſam & iniquam) Sic eſt ſine dubio legendum, non, ut in libris vulgatis, *indignam*: iniquam autem, id eſt, inæqualem. LAMB. An cum ſit inæqualis, *indigna* dici non poterit? Quod vero Tullius de hac inæqualitate oratorie queritur, id juris auctoritate non caret. Nam, ut ait Vlpianus L. 29. D. pro ſocio, *plerumque tanta eſt induſtria ſocii, ut plus ſocietati conferat, quam pecunia*. Talem autem Roſcius aſſerebat induſtriam, ut locum hic habere potuerit illa, quæ ibi profertur ab Vlpiano ſententia: *Si placuerit, ut quis duas partes, vel tres habeat, alius unam, an valeat? placet valere: ſi modo aliquid* (lege *aliquis*) *plus contulit ſocietati, vel pecuniæ, vel operæ, vel cujuſcumque alterius rei cauſa*. Meliore conditione in ſocietatem eos admitti, quorum opera eſſet PRETIOSA, Sulpicio ipſi, Tullii familiari placebat: ne quis contemnat Vlpianum. Vide Inſt. III. 26. §. 2. quo verbum illud vel ex Tullio, vel ex Sulpicio tranſtulit Tribonianus. GARAT.

rem, & exſpectationem, quod ſtudium, & quem favorem ſecum in ſcenam attulit Panurgus? Quod Roſcii fuit diſcipulus: qui diligebant hunc, illi favebant: qui admirabantur hunc, illum probabant: qui denique hujus nomen audierant, illum eruditum, & perfectum exiſtimabant. Sic eſt vulgus: ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat. Quid ſciret ille, perpauci animadvertebant: ubi didiciſſet, omnes quærebant: nihil ab hoc pravum, & perverſum produci poſſe arbitrabantur. Si veniret ab Statilio, tametſi artificio Roſcium ſuperaret, adſpicere nemo poſſet. Nemo enim, ſicut ex improbo patre probum filium naſci, ſic ex peſſimo hiſtrione bonum comœ-

Quam enim rem & exſpectationem) Renatus Boemor. legendum exiſtimat. *Quam enim ſpem, & exſpectationem*. Lamb. Adlentior Boemorao. Solet enim Cicero has voces conjungere. III. ad Att. 20. *Ego huic ſpei, & exſpectationi, quæ nobis proponitur, maxime tamen volui præſtolari apud te in Epiro*. In Rullum: *Nolo ſuſpenſam & incertam plebem Romanam obſcura ſpe, & cæca exſpectatione pendere*. Spes eſt exſpectatio boni. Sicut autem hic *ſpem, & exſpectationem*, ſic in ſequentibus verbis *ſtudium, & favorem* conjunxit. Graev.

Sic eſt vulgus) Similis fere ſententia de Imperatorum exiſtimatione in orat. pro Leg. Man. *Vehementer autem pertinere ad bella adminiſtranda, quid hoſtes, quid ſocii de Imperatoribus veſtris exiſtiment, quis ignorat? cum ſciamus homines in tantis rebus, ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minus famæ, quam aliqua certa ratione commoveri*. Hottomannus. Cic. pro Plancio: *Non eſt conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen*. II. de Leg. *Vulgi opinionibus rapimur in errorem*. Pro Mur. *Nihil incertius vulgo*. Passer.

Si veniret ab Statilio) Hiſtrione vulgo non admodum probato, ut hic locus oſtendit. Hott. Alii libri *Satilio*. Legendum eſt *Satirio* pro *Saturio*. Supra *magna cum exſpectatione veteris hiſtrionis*, quod de Saturio intelligendum. Et P. Statilium inter conjuratos Catilinæ nominat in II. Catilin. Passeratius.

Adſpicere nemo poſſet) Omnes ſibilis eum exploderent. Mos eſt hominibus ſe ab iis avertere, quos odere. In Vatin. *Nemo te aſpicit, quin ingemiſcat*. Virgil. *Illa ſolo fixos oculos averſa tenebat*: Thoas apud Euripidem, ex Iphigenia quærit, quo argumento hoſpitum ſcelera deprehenderet, reſpondet: ηλεγχον ὡς θεας βρετας απεστραφη παλιν. *Cognovi quod Deæ ſimulacrum averſum eſt retro*. Idem.

Sicut ex improbo patre probum filium naſci) Eſt ſimilitudo in contrarium ornandi cauſa. IV. ad Heren. Ceterum de re ipſa Horat. *Fortes creantur fortibus & bonis*. Et contra verum proverbium: Κακυ κορακος κακον ωον. Euripides id quoque indicat:

Φευ φευ παλαιος αινος ὡς καλως εχει,
Ουκ αν γενοιτο χρυσος εκ κακυ πατρος.
Hei hei antiquum dictum ut recte ſe habet:
Non naſcitur bonus ex improbo patre.

Theognis:

Ουτε γαρ εκ σκυλλης ροδα φυεται.
Ex ſquilla non naſcuntur roſæ.

Ariſtot. III. Polit. βελτιυς εκ βελτιονων. *præſtantiores ex præſtantibus naſci*. Plato in oratione funebri: αγαθοι δε εγενοντο δια το φυναι εξ αγαθων. *Boni fuerunt, ex bonis nati ſunt*. Simili argumento Virgilius: *Nec tibi Diva parens*. Idem.

Non

mœdum fieri poſſe exiſtimaret. Quia veniebat a Roſcio, plus etiam ſcire, quam ſciebat, videbatur.

11. Quod item nuper in Erote comœdo uſu venit: qui poſteaquam e ſcena non modo ſibilis, ſed etiam convicio explodebatur: ſicut in aram confugit in hujus domum, diſciplinam, patrocinium, nomen. Itaque perbrevi tempore, qui ne in noviſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos pervenit comœdos. Quæ res extulit eum? Vna commendatio hujus; qui tamen Panurgum illum, non ſolum ut Roſcii diſcipulus fuiſſe diceretur, domum recepit: ſed etiam ſummo cum labore, ſtomacho, miſeriaque erudiit. Nam, quo quiſque eſt ſollertior, & ingenioſior, hoc docet

Non modo ſibilis, ſed etiam convicio explodebatur] Non modo explodebatur, ſed etiam maledictis petulantius exigebatur. Pro Seſtio: *Qui rumore, & (ut ipſi loquuntur) favore populi tenetur & ducitur, plauſum immortalitatem, ſibilum mortem videri neceſſe eſt*. II. ad Att. *Sibilis conſcindi*. Ibid. *Fuſtam clamoribus, conviciis, ſibilis conſectabantur*. Horat.

---Populus me ſibilat, at ego mihi plaudo
Ipſe domi.

Exſibilare & explodi in Paradoxis. PASSERATIVS.

Sicut in aram confugit in hujus domum]

Proprie Virg.

Huc tandem concede, hæc ara tuebitur omnes.

I. Tuſcul. *Priamum, cum in aram confugiſſet, hoſtilis interemit manus*. Pro Cæcin. *Tamquam in aram confugit in exſilium*. IV. Verrin. tribunal prætoris Aram legum vocat. In.

Ad primos pervenit hiſtriones) Locus declarat honeſtius fuiſſe *comœdi* nomen, quam *hiſtrionis*, tametſi *hiſtrionis* nomen generale ſit, & comœdos, tragœdos, mimos, pantomimos, ethologos comprehendat: itaque Cicero lib. de Orat. I. & alibi, Æſopum & Roſcium claros hiſtriones nominat; ſed opinor *hiſtrionum* nomen in iis permanſit, qui ceteras fabulas Hetruſcorum more agerent, quorum omnium turpis erat exiſtimatio. *Comœdos* autem proprie eos fuiſſe, qui Atellanas agerent: *Quod genus ludorum*, inquit Livius, *ab Oſcis acceptum, tenuit juventus, nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt, eoque inſtitutum manet, ut actores Atellanarum nec tribu moverentur, & ſtipendia, tamquam expertes artis ludicræ, faciant*. Hæc Livius, & Val. Maximus. HOTTOM.

Summo cum labore, ſtomacho, miſeriaque erudiit) Summa cum moleſtia, iracundia, & faſtidio, & animi ægritudine. Stomachus, ut IV. Tuſc. *Fortitudinem non egere ſtomacho*. Pro Muræn. *Si mihi ſtomachum moverint*. III. ad Q. Frat. *Stomachi & querelarum plena epiſtola*. PASSER.

Quo quiſque eſt ſollertior) Itaque libro de Orat. I. in perſona Craſſi ſic ſcribit: *Sæpe enim ſoleo audire Roſcium, cum ita dicat, ſed adhuc reperire diſcipulum, quem quidem probaret, potuiſſe neminem: non quo non eſſent quidam probabiles, ſed quia, ſi aliquid modo eſſet vitii, id ferre ipſe non poſſet*. De diſcipulis quoque in quibus docilitas ineſt, & memoria, idem ſcribit Plato in perſona Theodori, in dialogo περι της επιςημης. Το γαρ ευμαθη οντα, ὡς αλλω χαλεπον, πρᾳον αυ ειναι διαφεροντως, και επι τυτοις ανδρειον, παρ' ὁντινυν. εγω μεν ετ' αν ῳομην γενεσθαι, ετ' ὁρω γιγνομενας, αλλ' οιτε οξεις, και αγχινοοι, και μνημονες, ὡς τα πολλα και προς τας οργας οξυρῥοποι εισι και αττον-

cet iracundius, & laborioſius. Quod enim ipſe celeriter arripuit, id cum tarde percipi videt, diſcruciatur. Paullo longius oratio mea provecta eſt hac de cauſa, ut conditionem ſocietatis diligenter cognoſceretis. Quæ deinde ſunt conſecuta? Panurgum, inquit, hunc, ſervum communem Qu. Flavius Tarquinienſis quidam interfecit; in hanc rem, inquit, me cognitorem dediſti; lite conteſtata, judicio damni injuria conſtituto, tu ſine me cum Flavio deci-

ἐκπεσόντες φέρονται, ὥσπερ τὰ ἀπερμάτιστα πλοῖα, καὶ μανικώτεροι, ἢ ἀνδρειότεροι φύονται. οἵτε αὖ ἐμβριθέστεροι, νωθρότερως ἀπαντῶσι πρὸς τὰς μαθήσεις, καὶ λήθης γέμοντες. Id eſt: *Docilem enim peedifficile eſt, ſimul admodum eſſe manſuetum, & preteres fortem, cum omnibus ego quidem neque fuiſſe puto, neque qui ſint video; ſed acati, & ingeaioſi, & optima memoeia prediti vel plurimum in ieacundiam propenſi ſunt, & cum impetu feeuntur, ut naves ſine retinaculis: & furioſi potins quam viriles exſiſtunt. Conſtantiores autem & geaviores, tedi fere ſunt ad artes perdiſcendas, & obliviosi*. Hottom. Cic. Tuſcul. I. *Ariſtoteles* (in Problematib.) *ait, omnes ingenioſos melancholicos eſſe, ut me tardiorem eſſe non moleſte feram*. Passer.

Celeeiter aeripuit) Tradidit memoriæ aviditate diſcendi. In Catone: *Litteras Græcas ſenex didici, quas quidem ſic avide arripui, quaſi diutuenam ſitim erplere cupiens*. Pro Muræna: *Hæc homo ingenioſiſſimus, ut Cato, auctoribus eruditiſſimis inductus arripuit*. Pro Milon. *Eſt hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natuea ipſa aeeipuimus, hauſimus, expreſſimus*. Id.

Paullo longius oeatio mea peovecta eſt) Progreſſa eſt tamquam navis. De aruſp. reſponſ. *Sulpicium longius, quam volebat, populaeis auea provexit*. VII. Verr. *Paullum provecta claſſis*. Virg. III. Æn. *Peovehimur pelago*. Propert. *Cum tibi provectas auferat unda eates*. Idem.

Quæ deinde ſunt conſecuta?) Sic prim. Franc. & ed. Victorii. Cur omiſerunt *ea ſunt* recentiores? Græv. Sic etiam Lambinus, ut Verburgium, Olivetum, Lallemandum a Grævio, iiſque aliis VV. CC. mirandum ſit diſceſſiſſe. Garat.

Me cognitorem dediſti) *Cognitor* præſentis dicitur: *Procurator* abſentis; hoc aliis multis locis explicavimus, & mendum Aſconii libro, ubi hoc ipſum explicabat, ſuſtulimus. Hott. *Me cognitorem dediſti*, eſt rogaſti ut hanc cauſam noſſem ac tuerer ut meam. Passer.

Lite conteſtata) *Lis conteſtata* dicitur, cum accepto a Prætore judicio utraque pars teſtibus præſentibus pronuntiat *teſtes eſtote*. Gallus Ælius reos tum demum dici putavit, cum lis conteſtata eſt: reos autem ſive qui agerent, ſive cum quibus ageretur. Hottom.

Iudicio damni injueia conſtituto) Præciſa locutio; ſubauditur enim *dati*; ut illa duo verba *damni injueia*, formulæ verba ſint, & graudioribus litteris ſcribantur. Senſus eſt igitur, judicio conſtituto, cujus formula hæc uſitata eſt, *damni injuria dati*, &c. ut paulo ſupra. Et in Quintiaua; *arbiteium pro ſocio* adigere; in Topicis, *Finium regundorum*, *aquæ pluvie arcendæ*. *Injueiæ* autem nomine in hac actione culpa intelligitur: ut Vlpianus ſcribit in l. 1. D. de injur. nam ſi injurioſe Flavius Panurgum interfeciſſet, ex uno facto incidiſſet & in Aquiliam, & in injuriarum actionem; *injueia enim ex affecta fit; damnum ex culpa*: ut ſcribit Paulus in l. qui ſervum, D. de action. & oblig. Hæc autem ſi vera ſunt, Iuriſconſultorum libros innumeris in locis mendoſos eſſe oportet: in quibus

deciſti. Vtrum pro dimidia parte, an pro tota ſocietate? planius dicam, utrum pro me, an pro me, & pro te? Pro me? potui: exemplo multorum licitum eſt: jure fecerunt multi: nihil in ea re tibi injuriæ feci; pete tu tuum, exige, & aufer quod debetur; ſuam quiſque partem juris poſſideat, & perſequatur. At enim: *tu tuum negotium geſſiſti bene*. Gere & tu tuum bene. *Magno tu tuam dimidiam partem decidiſti*. Magno & tu tuam partem decide.

bus non *injuria*; ſed *injuriæ*, ſcriptum eſt; oam hanc quidem lectionem etiam veterum librorum confirmat auctoritas. IDEM. Henr. Cannegieterus in reſcriptis Boxhornio poſt Catonis dyſticha Ed. Arntzeoii pag. 490. explicat *damni er injuriæ*, ut rubricam Inſtitutionum III. 22. *de conſenſu obligatione* interpretatur de obligatiooe ex conſenſu. Multa apud eum ex vetuſtis auctoribus hujus locutionis exempla: poſſent alia quoque addi, quibus Hottomannum, Menardum, alioſque ICtos neceſſe non habuiſſe, ut *dati* ſubaudirent, facile demonſtretur. Vbi enim Latini ſermonis ratio locutionem firmat, non ſunt alia quærenda ſubſidia. Legendum autem *injuria*, quamvis in Inſtitutionibus perpetuo exſtet *injuriæ*, præter hunc Ciceronis locum, jubet Florentinus Pandectarum codex, in quo vide l. 1. ad Leg. Aquil. Hoc ex ipſis legis Aquiliæ formulis, quæ capite primo *injuria* ait *occiderit* l. 2. eod. tertioque, *uſſerit*, *fregerit*, *ruperit injuria* l. 27. eod. Quod ſæpe imperitia corruptum fuit. GARAT.

Cum Flavio decidiſti) *Ex duobus reis ſtipulandi ſi ſemel unus egerit, alteri promiſſor offerendo pecuniam nihil agit*; l. ex duobus 16. D. de duobus reis conſt. HOTTOM. Decidiſti, i. e. tranſegiſti. IV. Verr. *Cum reo tranſigat, mox cum accuſatore decidat*. Pro Sex. Roſcio. *Si mandaviſſet, ut cum Chryſogono tranſigeret ac decideret*. PASSER.

Planius dicam) Nam cum pro dimidia parte dixiſſet, obſcurum erat, utrum dimidiam partem litis, an ſocietatis intelligeret HOTTOM.

Pro me? potui) Hoc ergo ſignificat, ſervo communi occiſo, & altero ex ſociis cognitore facto ad percuſſorem judicio perſequendum, lite jam ab eo conteſtata, poſſe tamen alterum ſuo nomine cum percuſſore tranſigere. Sane ſocium ſuæ partis alienandæ poteſtatem habere, conſtat ex l. Si ſocius D. ſi cert. pet. & l. Nemo. 2. D. pro ſocio; & quamvis procurator per litis conteſtationem ſit dominus litis, l. Quod quis, l. Neque tutores, C. de Procur. nihil tamen officit quominus dominus, eoque etiam ſocius, de ſua parte tranſigere poſſit, l. Traoſactionis, C. de tranſact. IDEM. *Pro me? potui; exemplo mult.*) Renatus Boemoræus ſic diſtinguit: *pro me? potui exemplo multorum: licitum eſt juee: fecerunt multi*; cui aſſentior. LAMB. *Peo me? potui: exemplo multorum licitum eſt: juee fecerunt, &c.*) Turnebus monet quoſdam libros interpuogere: *Peo me potui, multorum exemplo: licitum eſt; jure fecerunt multi*. GRVT. *Pro me? potui multorum exemplo: licitum eſt*. Ita Regius optimus codex. LALLEM. Ita edendum videtur. GARATON.

Iuee fecerunt multi) Uſi ſuot poteſtate legibus conceſſa. GRAV.

At enim tu tuum negotium) Abjecerunt *tu* recentiores editores, quod tamen Franc. prim. & Vict. editio merito tuentur. GRAEVIVS. Tuetur item Naugerianam Lambinus, Manutius, & MSus Iannoctii fortaſſe, cum varietas nulla notetur. Neque faſtidium ſyllabæ iteratio creabit, ſi ter ea fieri tam paucis in verbis animadvertatur. GARAT.

Magno tu tuam dimidiam paetem decidiſti) Grandem pecuniam a Flavio acee-

de. H-S CCCIↃↃↃ. *tu abſtuliſti*. Si ſit hoc vero; H-S CCCIↃↃↃ. tu quoque aufer.

12. Sed hanc deciſionem Roſcii oratione, & opinione augere licet: re, & veritate mediocrem, & tenuem eſſe invenietis. Accepit enim agrum temporibus iis, cum jacerent pretia prædiorum: qui ager neque villam habuit, neque ex ulla parte fuit cultus: qui nunc multo pluris eſt, quam tunc fuit. Neque id eſt mirum; tum enim propter reipubl. calamitates omnium poſſeſſiones erant incertæ: nunc deum immortalium benignitate omnium fortunæ ſunt certæ; tum erat ager incultus ſine tecto: nunc eſt

accepiſti, ut componeret controverſiam. Idem.

Si ſit hoc vero) *Si ſit hoc verum*: ſententia poſtulat, & ſic puto corrigendum. Hott. *Si ſit hoc vero*) Nihil muto, recta enim, & incorrupta eſt lectio. Eſt autem tempus præſens pro præterito, hoc modo: *Si vero hoc ſit*, id eſt, ſi vero hoc factum eſt, &c. Hottomannus autem legit: *Si ſit hoc verum*; a quo diſſentio. Lamb. *Si ſit hoc vero*) *Si ſit hoc verum*, ſcriptum eſt in vetere libro. F. Vrsin *Si ſit hoc vero*) Sic MSi ſic edd. omnes, niſi quod nuper quædam Hottomanni conjectura, *Si ſit*; at ego potius habuerim illas tres voculas, *ſit hoc vero*, pro gloſſatoris additiuncula. Guilielmius delebat *ſi ſit*; nec hoc malum. Turnebus malebat: *Si ſit hoc verum*. Gruter. Non ſollicitanda eſt librorum omnium lectio. *Vero* eſt ſerio. Terent. Eunuch. *Obſecro te vero Phædria*. Plaut. Amphit. II. 2. *Quamque adeo cives Thebani vero rumificant probam*. Ibid. *An joco? imo vero & ſerio*. *Fit* autem pro factum eſt. Plaut. Aſin. *Siccine hoc ſit foras ædibus me ejici?* Passer.

Hanc deciſionem Roſcii oratione & opinione augere) Hanc pactionem & tranſactionem cum Flavio verbis & animo licet amplificare. Supra: *Vulgus ex opinione multa, ex veritate pauca æſtimat*. Topic. *Honeſtum an revera, an opinione ſit?* Pass.

Cum jacerent pretia prædiorum) Proſcriptione Sullana; tum enim emere nemo volebat; nam ſive diverſarum partium quis eſſet, bona erant ipſius incertiſſima: *quia uti quiſque aut domum* (inquit Salluſtius) *aut villam, poſtremo vas aut veſtimentum alicujus concupiverat, dabat operam, uti is in proſcriptorum numero eſſet*: ſive in ſtudio Sullanarum partium fuiſſet, viliſſimo pretio proſcriptorum bona, auctione conſtituta, mercari poterat; *cum*, ut idem ait, *numquam prius finis jugulandi fuerit, quam Sulla omnes ſuos divitiis expleverit*. Hott. *Jacerent pretia prædiorum*, hoc eſt, viliſſima eſſent. II. de Off. *Leges nihil valent, judicia jacent*. Tuſcul. I. *Honos alit artes*. *Jacent, quæ apud quoſque improbantur*. Tempora difficillima ſolutionis vocat Cicero Sullana in Orat. pro Cæcinna; vid. etiam Sueton. in Cæſ. c. 42. & Plut. in Craſſo. Passerat.

Qui ager neque villam habuit) *Villa ab eo quod in eam invehuntur, & evehuntur quæ veneunt, dicta eſt, a quo ruſtici veam non viam dicunt, propter vecturas; & vellam non villam, quo vehunt; item qui vehunt dicuntur vellaturiam facere*; hoc ex Varrone lib. de re ruſt. II. Hott. *Neque villam habuit*) Contra Catonis præceptum, cap. 3. de re ruſt. *Ne fundus villam, nec villa fundum deſideret*. Græv.

Omnium poſſeſſiones erant incertæ) Agri prædia eripi poterant per vim. Passerat.

Omnium fortunæ ſunt certæ) Bona juris legumque confirmata præſidio. Idem.

Tum

eſt cultiſſimus cum optima villa. Verumtamen, quoniam natura tam malevolus es, numquam iſta te moleſtia, & cura liberabo. Præclare ſuum negotium geſſit Roſcius: fundum fructuoſiſſimum abſtulit: quid ad te? tuam partem dimidiam, quemadmodum vis, decide. Vertit hic rationem: & id, quod probare non poteſt, fingere conatur. De tota re, inquit, decidiſti. Ergo huc univerſa cauſa deducitur, utrum Roſcius cum Flavio de ſua parte, an de tota ſocietate fecerit pactionem. Nam ego Roſcium, ſi quid communi nomine tetigit, confiteor præſtare debere ſo-

Tum erat ager incultus ſine tecto) Vt ſit in bello. Virg. VII. Æn. *Et latos vaſtant cultoribus agros.* I. Georg. *Squallent abductis arva colonis.* IDEM.

Natura tam malevolus es) Vt ægritudinem ſuſcipias propter Roſcii proſperitatem. HOTT. Dixit autem *natura malevolus*. Nam, ut Cic. in Top. ait, *natura fit ut vitium in dies creſcat*; quia ſecundum Horat.

Naturam expellas furca, tamen uſque recurret.

Eſt ſane malignitas turpe vitium, & morbus inſanabilis. PASSER.

Iſta te moleſtia, & cura liberabo) Invidentia, quæ tibi dolorem & moleſtiam affert: quam tibi ego ademerem, ſi prædii bonitatem verbis extenuarem. HOTT.

Vertit hic rationem) Immutavit defenſionem: aliam defenſionis viam iniit. HOTT. Alio modo agere incipit, hoc eſt, quod ait Terent. *Hac non ſucceſſit, alia aggrediemur via.* Sic Catullus: *Mutanda eſt ratio modusque nobis.* Eadem ſententia *vertere ſtylum*, IV. Ver. & *mutare ſententiam* pro Muræna. PASSER. Franc. prim. *vertit hic orationem*; & ſtatim idem, *quod adprobare non poteſt*. GRÆV.

Et id, quod probare non poteſt, fingere conatur) Quod verum oſtendere non poteſt, vero ſimile reddere ſtudet falſis. *Fingere* eſt callidi & mendacis. Ovidius armorum judicio:

Prodere rem Danaum finxit, fictumque probavit

Crimen.

Donat. in And. *Fit, quod verum eſt, fingit, quod falſum eſt.* PASSER.

De tota re decidiſti) Ambigue dictum: quaſi de tota ſumma Fannius dixiſſet: cum contra non de tota re, ſed pro tota ſocietate, id eſt, pro utroque decidiſſe Roſcium diceret. Revera autem ita eſt ut Cicero diſputat; non enim pro tota ſocietate, ſed pro ſua tantam parte exegit. Vlpianus l. ſi ſervus 27. §. 2. D. ad leg. Aquil. *Si ſervus communis meus & tuus ſit occiſus a ſervo Titii, Celſus ſcribit, alterum ex dominis agentem, aut litis æſtimationem conſecuturum pro parte, aut noxæ dedi ei in ſolidum oportere: quia hæc res diviſionem non recipit.* Ex quibus verbis apparet, ſi res diviſionem reciperet, pro parte tantum ſolutionem recipi: quomodo intelligenda eſt l. ſi in re communi, 19. D. de noxal. act. HOTT.

Ergo huc univerſa cauſa deducitur) Ea præcipua eſt quæſtio hujus judicii, *το κρινομενον, qua de re agitur*, ut ait Cic. in Top. PASSER.

An de tota ſocietate) Planius dixiſſet, *pro tota ſocietate*: vel, ut ſupra, *Pro me & pro te*. HOTT. *De* eſt *pro*. Cicer. de Quint. *De capite ſuo priore loco cauſam dicere*. Terent. Eunuch. *Ecquid nos amas de fidicina iſta.* Idem igitur eſt hic *de tota ſocietate*, quam quod ſuperius dixit, *utrum pro dimidia parte decidiſti*. PASSER.

Si quid communi nomine tetigit) Societatis. Recte *nomine*. Nam ſocietatis nomen eſt, quod ipſa debet. *Tetigit* ut apud Plaut. *Non recte quidquam ſumſi aut tetigi.* Cic. Caninio epiſt. 17. lib. II. *De*

re ſocietati. Societatis, non ſuas lites redemit, cum fundum a Flavio accepit. Quid ita ſatis non dedit, amplius a ſe neminem petiturum? Qui de ſua parte decidit, reliquis integram relinquit actionem; qui pro ſociis tranſigit, ſatiſdat, neminem eorum poſtea petiturum. Quid ita Flavio ſibi cavere non venit in mentem? neſciebat videlicet Panur-

II. *De preda mea teruncium nec attigit, nec tacturus eſt quiſquam*. IDEM. Communi nomine dicitur, ut meo nomine, tuo nomine. Neque huc quidquam facit debitum ſocietatis, aut creditum: ſocietati enim debebat Flavius, deinde, ſi ejus nomine deciderit, Roſcius debuiſſet. GARATON.

Preſtare debere ſocietati) Teneri reddere partem debitam. Cic. Top. *Quid ſocium ſocio præſtare oporteret*. Sic I C. *preſtare culpam, caſum, periculum, diligentiam*: ἐγγυᾶσθαι καὶ ἀναδέχεσθαι. PASSERAT.

Societatis, non ſuas lites redemit) Verba Saturii. Pactionem, inquit, non de ſua lite, ſed de ſocietatis fecit. HOTTOM. Aliud eſt *redimere judicium* II. Verr. ſuſcipere corrumpendos *judices*. Sed *redimere litem*, eſt litis periculum certa mercede pacta in ſe recipere, quod qui faciunt dicuntur *redemtores litium*. Sic ſane Vlp. l. ſi renumerandi §. Marius vocat. Idem l. nequidquam §. Circa advocatos de off. proc. cauſarum redemtores. Impp. Diocletian. & Maxim. l. litem Cod. de procur. lib. II. *Litem te redemiſſe contra bonos mores, precibus manifeſte profeſſus es*. Invidioſe igitur in Roſcium. PASSERAT. Imo verba Tullii ab Saturio dicta repetentis, & explicantis. Saturio enim illa tribuuntur: *de tota re decidiſti*. GAR.

Quid ita? ſatis non dedit) *Satiſdare* eſt ſponſores dare, quantum ei ſatis ſit, qui ſibi ea ratione cavet: ut ſi quis pecuniam ſocietati debeat, & uni ex ſociis ſolidum perſolvat, cavet ſibi ab eo, acceptis ſponſoribus, id eſt, fidejuſſoribus, neminem amplius eo nomine quidquam petiturum: eleganter hoc verbum Cicero tranſtulit in Bruto: *Ego tibi*, inquit, *Brute non ſolvam, niſi prius a te cavero, amplius eo nomine neminem, cujus petitio ſit, petiturum*. Sed de *ſatiſdare* & *cavere* in orat. pro Quintio fuſius explicavimus. HOTTOM.

Quid ita? ſatis non dedit, &c.) Hoc totum dicitur a Cicerone, *Quid ita?* id eſt, quamobrem dicis, ſeu quo argumento iſtud probas, Roſcium non de ſua, ſed de totius ſocietatis lite pactionem feciſſe? nam, ſi iſtuc verum eſſet, ſatis dediſſet Flavio, neminem amplius ab eo petiturum. Nunc autem ſatis non dedit: ergo de ſua lite dumtaxat pactionem fecit. Renatus Boemoræus mavult legi, *ſatis non dedit amplius eſſe nem. pet.* LAMBIN.

Amplius a ſe) Nonnulli *a ſe*, pro *ab ipſo* poſitum hoc loco exiſtimant. Sed videamus, ne nimis hoc ſit inſolens: & ſic potius locum accipiamus, quaſi ſtipulationis formulam Cicero uſurparet: quod mihi ſane veriſimilius videtur. HOTTOM. Lambinus emendavit *ab eo*. Et ſane aut ſic, aut potius cum Boemoræo legendum: niſi hæc, quod mihi verius videtur, Tullio adſuta exiſtimamus ab interprete ſatis inepto. Nam in hac formula & a quo peti poſſit, & verbum *eſſe* prætermittitur, atque hoc ipſo loco bis: cum tamen illud *a ſe* optime, potiorique admodum jure illis de Flavio verbis *non reſtipulatur, neminem &c.* addi potuerit. Exempla formulæ dabit Briſſonius. V. 56. quem hæc ipſa referentem, quod ineſt novum, & abſonum, miror non animadvertiſſe. GARAT.

Quid ita Flavio ſibi cavere non venit in mentem) Quamobrem Roſcius Flavio ſatis non dedit ab eo neminem amplius petiturum? An eo hoc dices, Flavio non veniſſe in mentem ſponſores a Roſcio poſtulare, quibus ſibi cautum eſſet, neminem amplius eo nomine a ſe petiturum? in priore editione ſcio aliter fuiſſe diſtinctum: ſed hæc

Panurgum fuiſſe in ſocietate? Sciebat: Neſciebat Fannium Roſcio eſſe ſocium? Præclare; nam iſte cum eo litem conteſtatam habebat. Cur igitur decidit, & non reſtipulatur, neminem amplius petiturum? cur de fundo decidit, & judicio non abſolvitur? cur tam imperite facit, ut nec Roſcium ſtipulatione alliget, neque a Fannio judicio ſe abſolvat? Eſt hoc primum & ex conditione juris, & ex conſuetudine cautionis graviſſimum, & firmiſſimum argumentum: quod ego pluribus verbis amplecterer, ſi non alia certiora, & clariora teſtimonia in cauſa haberem.

15. Et, ne forte me hoc fruſtra pollicitum eſſe prædices, te, te, inquam, Fanni, ab tuis ſubſelliis contra te teſtem ſuſcitabo. Criminatio tua quæ eſt? Roſcium cum Flavio pro ſocietate deciſiſſe. Quo tempore? Abhinc annis

hæc diſtinctio nunc magis placet. LAMBIN.

Fuiſſe in ſocietate) In bonis ſocietatis Mira locutio. An ut illa, *eſſe in alicujus ære*? Liv. LXXXIV. *In manu & poteſtate, non in ſervitio* dicit eſſe mulieres. PASSERAT.

Et non reſtipulatur) Roſcius transactionis nomine fundum ſtipulatus erat a Flavio. Tum ſi ſatisdandum fuerat amplius non peti, Flavius debuiſſet viciſſim a Roſcio ſtipalari, & hoc eſt *reſtipulari*. Sic apud Val. Max. II. 8. *Valerius ſponſione Lutatium provocavit, ni ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa. Nec dubitavit reſtipulari Lutatius*. IDEM.

Cur de fundo decidit) Legendum: *De fundo decedit*, ut *decedere de ſuo jure*, pro Roſc. Amer. In IV. Verrin. *Si prætor vi cogat aliquem de ſuis bonis decedere. De poſſeſſione decedere* in Rullum IDEM. Docte: at non neceſſario. Fundus enim hic totius debiti Flaviani loco non inepte poſitus eſt: cum eo fundo de univerſa lite ſocietatis transactum Fannius contenderet. GARAT.

Judicio non abſolvitur) Non liberatur ab ea controverſia, quam ei Fannius intenderat, ſi de tota lite decidebat. HOTTOMAN.

Cur tam imperite facit) De ignoratione juris, ut ſup. *callidum imperitus fraudavit*. Vnde *periti* pro Iuriſconſultis pro Cæcin. PASSERAT.

Vt nec Roſcium ſtipulatione alliget) Neminem poſtea petiturum. HOTTOM. Hæc proptia eſt reſtipulatio. *Stipulatio* autem *firmiſſimum eſt obligationis vinculum*. Cic. pro Cæcin. Sic *vinculum cautionis* Papin. l. ſi impuberi D. de tutoribus & curatoribus datis. PASSERAT.

Neque a Fannio) Ex parte Fannii. VI. ad Att. *Res tranquillæ a Parthis*. & de Orat. *A ceteris ſilentium fuit*. PASSERAT.

Et ex conditione juris) Quia jus eſt, ſolidum ſolventi hanc ſtipulationem interponere. HOTTOM. Quia hoc ex formula juris eſt conſtitutum. PASSERAT.

Ex conſuetudine cautionis) Quia hæc ſatiſdatio & cautio in hujuſcemodi ſolutionibus exigi conſuevit. HOTTOM.

Ab tuis ſubſelliis) Vt *ſubſipere non plane ſapere, ſic ſubſellium non plane erat ſella*. Varro IV. de L. L. Pro ſubſelliis olim litigatores mercedem ſolvebant. Suet. Ner. XVII. PASSERAT.

Contra te teſtem ſuſcitabo) Magis placet *excitabo*, ut eſt in manuſcripto. VRSIN. Catullus: *Suſcitat a cano vulturium capite*. Propert. *Cauſa perorata eſt: flentes me, ſurgite teſtes*. PASSERAT.

Abhinc annis XV.) Manifeſtum mendum.

nis IV. Defenſio mea quæ eſt? Roſcium pro ſua parte cum Flavio tranſegiſſe. Repromittis tu abhinc triennium Roſcio. Quid? recita iſtam reſtipulationem clarius. Attende, quæſo, Piſo. Fannium invitum, & huc atque illuc tergiverſantem, teſtimonium contra ſe dicere cogo. Quid

dum. Legendum opinor IV. id eſt, quatuor: primum quod jam ſupra, nomen hoc ɪↄↄↄ H-S, de quo hæc controverſia eſt, non niſi abhinc quadriennium a Fannio in adverſaria relatum dicat: ſcribit enim, *amplius triennium*: deinde quod modo repromiſſionem abhinc triennium factam confirmet, quam ſatis conſtat non multo poſt Roſcii tranſactionem factam eſſe. Poſtremo tamdiu prolatam eſſe rem, mihi certe non ſit veriſimile. Erroris autem occaſionem facile notæ ignoratio imperitis librariis præbere potuit: nam veteres, ut ante dixi, hanc notam IV. pro quatuor ponebant, quæ tamen multis ignota eſt. HOTTOM. *Abhin. annis* IV) Sic emendat Hottomannus, & recte: valet autem hæc nota, IV. idem quod IIII. atque ex ea credibile eſt mendum eſſe natum. LAMBIN. Quibus tandem de cauſis Hottomannus fidem audet MSis omnibus derogare? Abhinc quadriennium retulit Fannius nomen in adverſaria: tunc ergo Roſcius cum Flavio decidit. Hoccine conſequi neceſſe eſt? Retulit Fannius, cum primum ab Roſcio petivit: nam eo tempore arbitrium Piſo recepit, quod, ut vides, repromiſſio illa conſecuta eſt triennium ante actam hanc cauſam. Hoc tantum inde deducitur: illud autem eo minus, quod tranſactionem inter, & reſtipulationem Roſcii non exiguum tempus interceſſit, ut putat Hottom. ſed omnino ſatis longum, quale XV. anni faciunt. Tullio etenim potius credendum eſt, qui, *in re tam veteri &c. nova hæc reſtipulatio*, ait, *interponitur*; & deinde: *poſt deciſionem veterem Roſcii, poſt repromiſſionem recentem hanc Fannii.* Qui rem tribus ante annis geſtam *recentem* appellat, rem anno antiquiorem *veterem* diceret, ut illi alteri opponeret, ut ex diſtantia temporis argumentum, quod tamen facit, augeret? Quo plus ad Tullii mentem attenditur, hoc eo magis elucet. Sed ea rectius objici poſſunt, quæ *ad argum.* Ferratius diſputat. Is quidem pro Tulliano habuit, quod eſt Hottomanni, Manutiumque non vidit ſe rationibus ſuis, ſi codices audiendi ſint, adeo tueri, ut Roſcii defenſionem in ipſam Tullii Præturam conjiciat. Videtur tamen demonſtraſſe, Sullanis temporibus Roſcium deciſiſſe. Hoc ſi ſit omnino tenendum, quod cum Manutii calculo conciliari poteſt, Manutio erit aſſentiendum; ſin adoleſcentem Tullium, id ætatis, geſta Ædilitate, Præturamque petentem ſeſe appellare potuiſſe non credimus, quod ſane, utut aliqui affirment, neque a Romanorum conſuetudine magnopere abhorreat, ego negaverim, tum vero cum Hottomanno emendabimus. Sed tam arctus hic mihi nectitur nodus, ut vix diſſolvi poſſe videatur. Cogitabam itaque, an Bruti, & Mamerci Conſulatus, qui hujus actioni cauſæ aptiſſimus eſt, ita retineri poſſet, ut Roſciana deciſio in legum Druſi agrariarum tempora, motuſque belli ſocialis rejiceretur. Has *reip. calamitates*, his temporibus *jacuiſſe pretia prædiorum* Cicero ſignificaverit. Anni ab iis Coſ. ad Philippum, & Sex. Cæſarem, quibus Coſ. Roſcius tranſegiſſe dicatur, retro quindecim numerantur: neque enim XV. annum oportet exactum penitus intelligere. Sed incertam mihi rem in medio relinquo. GARATON.

Repromittis tu abhinc triennium Roſcio) Societate diſſoluta: nam alioqui promiſſione nulla fuiſſet opus & hoc eſt, quod proxime dicet: *In re tam veteri, in negotio tam confecto, in ſocietate diſſoluta.* HOTTOM.

Huc atque illuc tergiverſantem) Nonius: *tergiverſari, fallere, & dicta mutare, ut tergum vertere, ut verſipellis* apud Plautum: ſed fallitur Nonius.

Nam

Quid enim reſtipulatio clamat? QVOD A FLAVIO ABSTVLERO, PARTEM DIMIDIAM INDE ROSCIO ME SOLVTVRVM SPONDEO. Tua vox eſt, Fanni. Quid tu auferre potes a Flavio, ſi Flavius nihil debet? Quid hic porro nunc reſtipulatur, quod jampridem ipſe exegit? quid vero Flavius tibi daturus eſt, qui Roſcio omne, quod debuit, diſſolvit? cur in re tam veteri, in negotio tam confecto, in ſocietate diſſoluta, nova hæc reſtipulatio interponitur? Quis eſt hujus reſtipulationis ſcriptor? teſtis? arbiter? quis? tu Piſo. Tu enim Qu. Roſcium pro opera, pro labore, quod cognitor fuiſſet, quod vadimonia obiſſet, rogaſti, ut Fannio daret H-S CCCIↃↃↃ, hac conditione, ut, ſi quid

Nam tranſlatum a bello, ubi qui nolunt congredi terga vertunt. Vel proprium eſt militiæ Parthorum. Tergiverſari in S C. Turpiliano eſt in univerſum ab accuſatione deſiſtere. Hic autem accipitur, ut ab Vlpiano in l. Et tertium de judiciis, ubi ait poſt tertium edictum impetrari peremtorium edictum, ita dictum quod diſceptationem perimat, nec patiatur adverſariunt ultra tergiverſari. PASSERAT.

Teſtimonium contra ſe dicere cogo) Aſſentior Boemorzo, qui, ut vitetur numerus poeticus, putat legendum *teſtimonium contra ſe cogo dicere*: ego tamen malim ſic, *teſtimonium dicere contra ſe cogo*. LAMBIN.

Si Flavius nihil debet) Hoc Fannius non dicit: ſed hoc contendit, H-S centum millia, quæ Roſcius a Flavio accepit, communi nomine accepta eſſe, ideoque partem ad ſe dimidiam, ad Roſcium alteram dimidiam pertinere. HOTTOM. *Si Flavius nihil debet*) Si tuam quoque partem diſſolvit Roſcio. PASSERATIVS.

Quod jampridem ipſe exegit) Hoc dicitur ad tempus. Non enim quod exegit a Flavio, nunc ſtipulatur a Fannio: ſed partem dimidiam ejus ſummæ, quam Fannius a Flavio conſequeretur. Hoc enim inter eos certa de cauſa, quam mox explicabit, convenit. HOTTOM. *Quod jampridem ipſe exegit*) Eſt, abſtulit a Flavio, ſi de tota re decidit. PASSERAT.

In negotio tam confecto) Guilielmius inclinabat legere, *jam*. GRVTERVS. Sic quoque Paſſeratius conjecerat ſcribendum eſſe. GRÆV.

Quis eſt hujus ſtipulationis ſcriptor) Ictorum opera utebantur in cavendo, qui idcirco ſcribere dicuntur, cum cavent, ut in Topicis: *Cum mihi meiſque multa ſæpe ſcripſiſſes.* Lib. VII. ad Fam. *Litteras dare gravatus es homini prope domeſtico. Quod ſi ſcribere oblitus es, minus multi, te advocato, cauſa cadent.* PASSERAT.

Pro opera, pro labore) Hæc dicuntur de Fannio: ut ſit, *pro opera*, quam interpoſuit: *pro labore*, quem ſumſit in Flavio perſequendo. HOTTOM. Cic. pro Cæcin. *Hanc ſextulam mercedem eſſe voluit aſſiduitatis, & moleſtiæ ſi quam ſuſceperat*: loquitur de cognitore. PASSER.

Vt Fannio daret H-S CCCIↃↃↃ) Hic mendum eſt ſine dubio; neque enim veriſimile eſt integram ſuam ſummam Roſcium Fannio pro opera & labore dediſſe: præſertim cum ab eo partem dimidiam ejus, quod a Flavio exacturus eſt, ſtipuletur. Sed qua ratione reſtitui locus poſſit, conjectura aſſequi non poſſum. HOTTOM. *Vt Fannio daret H-S. CCIↃↃ IↃↃ*) Sic eſt emendandum: non enim, ut vidit etiam Hottomannus, credibile eſt Roſcium integram ſummam Flavio pro opera & labore dediſſe, nempe centum millia ſeſtertium, ſed potius CCIↃↃ IↃↃ. id eſt, quindecim millia. LAMBIN.

quid ille exegiſſet a Flavio, partem ejus dimidiam Roſcio diſſolveret. Satis ne iſta reſtipulatio dicere tibi videtur aperte, Roſcium pro ſe decidiſſe? At enim forſitan hoc tibi veniat in mentem, repromiſiſſe Fannium Roſcio, ſiquid a Flavio exegiſſet, ejus partem dimidiam: ſed omnino exegiſſe nihil. Quid? tu non exitum exactionis, ſed initium repromiſſionis ſpectare debes? neque, ſi ille perſequi noluit, non, quod in ſe fuit, judicavit, Roſcium ſuas, non ſocietatis lites redemiſſe? Quid ſi tandem planum facio, poſt deciſionem veterem Roſcii, poſt repromiſſionem recentem hanc Fannii, H-S CCC IↃↃↃ Fannium a Qu. Flavio Panurgi nomine abſtuliſſe, tamen diutius illudere viri optimi exiſtimationi Q. Roſcii audebit?

14. Paul-

Hac conditione) Ergo pura reſtipulatione & repromiſſione. PASSER.

Satis ne iſta reſtipulatio) Prim. Franc. *Satis ne ipſa ſtipulatio*. GRAV.

Repromiſiſſe Fannium Roſcio) Vulgata *Fannio Roſcium*, ſed alterum exſtabat in Pal. ſicque reſtituendum indicarat olim Turnebus. GRVT. Reſtipulanti ſpopondiſſe. PASSER.

Si quid a Flavio exegiſſet) Abſtuliſſet judicio damni injuriarum. IDEM.

Quid? tu non exitum exactionis) Aut *exactionis* poſuit pro *actionis & petitionis*, aut quod mihi probabilius videtur *actionis* hoc loco legendum eſt. HOTTOM. Forte: *quid tum? non exitum exactionis*. LAMB. Sententia horum verborum eſt, tu non effectum exactionis, ſed cauſam & originem ſpectare debes. Exitus eſt effectus. Plancius X. ad fam. ad Coſſ. S. P.Q.R. *Vt quæ reip. cauſa vobis polliceremur, exitu præſtaremus*. PASSER. Quid tum? non . . . debes: neque . . . redemiſſe) Sic edidit Lambinus, & Lallemandus. Quod interrogationes ſenſum omnem perturbantes ſuſtulerunt, recte factum. Iis, quæ in his verbis mendoſiſſima eſt, ipſa jam optime Naugeriana carebat. Sed non eſt illud *tum* ſine codicibus recipiendum. Nam neque male ſolum relinquitur *τo quid*? neque vox *tu* inſolitæ cujuſdam eſt diligentiæ, licet non ad Piſonem, ut Menardus exiſtimat, ſed ad Saturium referatur, ut vox *ille* deinde refertur ad Fannium. Hottomannus autem locum corrumperet emendando, ſi mos ei gereretur: dignam Tullio locutionem, ſatiſque perſpicuam removeret. Præceſſerat, *exegiſſe nihil*. Iam vero ſenſus hic eſt: tu, Saturi, non exitum in hac re, ſed initium ſpectare debes. Quinam fuiſſet exitus? exactio. Quod fuit initium? repromiſſio. Si Fannius rem ad exitum noluit, Flavium perſequendo, perducere, non ideo minus judicavit, Roſcium pro ſua tantum parte decidiſſe. Hæc ego, ſuis Menardo relictis. GARAT.

Namque ſi ille perſequi voluit) Ita Pantagathus legebat. F. VRSIN. *Si ille perſequi noluit*, eſt, Si Fannius petere, & exigere a Flavio noluit. PASS.

Poſt deciſionem veterem) Ante triennium factam. IDEM.

Fannium a Q. Flavio) Tranſactionis nomine, quam lite apud Cluvium judicem cum Flavio conteſtata, fecit Fannius, ut infra: *Dicat deciſionem factam eſſe, quæ facta non eſt*. HOTT.

, Panurgi nomine abſtuliſſe) Eam ob cauſam, quod in Panurgo interfecto damnum dediſſet. IDEM.

Tamen diutius illudere viri optimi exiſtimationi, Q. Roſcii) Hæc verba, *Q. Roſcii*: ſubolent gloſſam. Libri tamen ii, quibus, cum hæc ſcriberem, utebar, hanc lectionem retinebant. IDEM.

14. Paullo ante quærebam, id quod vehementer ad rem pertinebat, qua de cauſa Flavius, cum de tota lite faceret pactionem, neque ſatis acciperet a Roſcio, neque judicio abſolveretur a Fannio; nunc vero, id quod mirum, & incredibile eſt, requiro, quamobrem, cum de tota re decidiſſet cum Roſcio, H-S CCCIↃↃↃ ſeparatim Fannio diſſolvit? Hoc loco, Saturi, quid pares reſpondere, ſcire cupio; utrum omnino Fannium a Flavio H-S CCCIↃↃↃ non abſtuliſſe? an alio nomine, & alia de cauſa abſtuliſſe? Si alia de cauſa: quæ ratio tibi cum eo interceſſerat? nulla. Addictus erat tibi? non; fruſtra tempus contero. Omnino, inquit, H-S CCCIↃↃↃ a Flavio non abſtulit, neque Panurgi nomine, neque cujuſquam. Si planum facio, poſt hanc recentem ſtipulationem Roſcii, H-S CCCIↃↃↃ a Flavio te abſtuliſſe, numquid cauſæ eſt, quin ab judicio abeas turpiſſime victus? Quo teſte igitur hoc planum faciam? Venerat, ut opinor, hæc res in judicium. Certe. Quis erat petitor? Faunius. Quis reus? Flavius. Quis judex?

IDEM. *Tamen ne diutius illudere viri optimi exiſtimationi audebit?*) Sic eſt legendum, deletis his vocibus, Q. *Roſcii*, quæ ex ora libri in contextum orationis tranſlatæ fuerant: ut recte judicat Hottomannus. LAMB. *Illudere viri optimi exiſtimationi*) Per ludum & jocum Roſcii famam vellicare. Pro Sex. Roſc. *illudere hujus miſeri fortunis*. PASSERAT. *Illudere* recte jam inſultare ex Servio Sylvius expoſuit. GARAT.

Cum de tota lite faceret pactionem) Non *de tota re* Fannius dicebat: ſed de tota ſocietate, vel totius ſocietatis nomine. HOTT.

Fannium a Flavio H-S. CCCIↃↃↃ *non abſtuliſſe? an alio nomine & alia de cauſa abſtuliſſe*) Franc. prim. *Fannius a Flavio Sext.* CCCLIII. *non abſtuliſſet? an alio nomine abſtuliſſet?* non damno GREV.

An alio nomine) Alio titulo debiti. ID.

Et alia de cauſa) Quam ob interfectum Panurgum. PASSER.

Quæ ratio tibi cum eo interceſſerat) Quod negotium cum eo contraxeras. Pro Quintio: *Communicare de re & ratione Gallicana*. Ibid. *Omnes, quibus ratio cum hoc eſt, aut fuit*. *Rationes* ſæpe dicuntur. Plaut. Prolog. Amphit. *Et ut res rationeſque veſtrorum omnium expedire vultis*. PASSER.

Addictus erat tibi] Apud veteres, qui pecuniæ damnati judicatum facere non poterant, nexi in ſervitutem creditoribus addicebantur, ut ille Veturius, de quo ſcribit Val. Maximus lib. VI. cap. 1. unde *addicti* nominati ſunt. Sed, opinor, elate hoc dictum eſt, pro damnatus erat tibi pecuniam aliquam ſolvere? De *addictis* notus eſt Quinctiliani locus lib. VII. de Finitione. HOTT.

A Flavio non abſtulit] Fannius: & verba ſunt Saturii. IDEM.

Numquid cauſæ eſt) Ita ex incorruptioribus libris Turnebus lib. XXIX. cap. 36. nam antea habebamus *cauſæ ee*; quod & in Pal. neque video, cur non poſſet tolerari. GRUT. Sed lectionem a Grutero receptam probat prim. Francii. GREV. Cum receperit Manutius eamdem, probari eam ab ſuo MSo Iannoctius, qui nullam varietatem notat, fortaſſe ſignificat. GAR.

Quis reus?) Unde petebatur. GREV.

Digitized by Google

des? Cluvius. Ex his unus mihi teſtis eſt producendus, qui pecuniam datam dicat. Quis eſt ex his graviſſimus? Sine controverſia, qui omnium judicio comprobatus eſt judex. Quem igitur ex his tribus a me teſtem ſpectabis? petitorem? Fannius eſt; contra ſe numquam teſtimonium dicet. Reum? Flavius eſt. Is jampridem eſt mortuus. Si viveret, verba ejus audiretis. Iudicem? Cluvius eſt. Quid is dicit? H-S CCCIↃↃↃ Panurgi nomine Flavium Fannio diſſolviſſe, quem tu ſi ex cenſu ſpectas, eques Romanus eſt, ſi ex vita, homo clariſſimus eſt: ſi ex te, judicem ſumſiſti: ſi ex veritate, id, quod ſcire potuit & debuit, dixit. Nega, nega nunc, equiti Romano, homini honeſto, judici tuo, credi oportere. Circumſpicit, æſtuat, negat nos Cluvii teſtimonium recitaturos; recitabimus; erras: inani, & tenui ſpe te conſolaris. Recita teſtimonium T. Manilii, & C. Luſcii Ocreæ, duorum ſenatorum

A me teſtem ſpectabis?) *Exſpectabis*, opinor, ſcriptum a Cicerone eſt: & ſic puto legendum. Hott. Solemnis Librariorum error in his verbis invicem permutandis fuit: de quo ſæpe jam eruditi homines monuerunt. Vide, qui plures citat, Drakenborchium ad Liv. VI. 33. XXII. 22. XXX. 23. & paſſim. Hic nulla verbi *ſpectare* apta ſignificatio eſt, præſertim cum præcedat *a me*: tum ſyllaba præcedens alterius corrumpendæ occaſionem potuit facile præbere. Itaque ſine ulla dubitatione reponerem *exſpectabis*, ut olim Lambinus fecerat, quem recte ſecuti ſunt Olivetus, & Lallemandus, invitis licet MSis omnibus, etiam Iannoctiano. Audet plura Manutius: qui non eſt in eo valde reprehendendus, quod legerit *exſpectatis*. Quamquam enim Saturio Tullius hæc dicat omnia, interpoſuit tamen illud *audiretis*, quod ad ſuperiora, quibus de agimus, adeo pertinet, ut, niſi jam ſatis contra codices actum videretur, Manutio plane ſubſcripſerim. Garatonius.

Flavium Fannio diſſolviſſe) Ex tranſactione; infra: *Dicat deciſionem factam eſſe, quæ facta non eſt*. Hottom.

Si ex cenſu ſpectas) *Cenſus* eſt facultatum cujuſque civis æſtimatio. Teſtes autem ex cenſu ſpectantur, quod homines tenues & egentes facile pretio ad falſum dicendum adducantur. Vnde teſtes idonei, *locupletes teſtes* dicebantur. Cicero in Topicis: *Opulentos homines, & ætatis ſpatio probatos, dignos quibus credatur, putamus, non recte fortaſſe; ſed vulgi opinio vix mutari poteſt*. Idem.

Eques Romanus eſt) Quorum cenſus erat H·S CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ, auctore Suetonio. Idem.

Homo clariſſimus eſt) *Clariſſimus*, integerrimus, caſtiſſimus, nulla malæ exiſtimationis labe contaminatus; nam ſi de magiſtratibus & imperiis intelligeret, non dixiſſet; *Si ex vita*: ſed potius; *Si ex honoribus*. Idem. *Homo clariſſimus eſt*) Legendum fortaſſe eſt, *homo caſtiſſimus eſt*. Lamb. *Clariſſimus* eſt honeſtiſſimus, ſpectatæ & ab omnibus celebratæ integritatis & probitatis. Paullo poſt vocat *hominem honeſtum*, hoc eſt, qui propter ſpectatam fidem eſt in honore apud omnes. Grævius.

Si ex te) Ex tuo judicio. Passer.

T. Manilii, C. Luſcii Ocreæ) Ant. Augu-

rum, hominum ornatiſſimorum, qui ex Cluvio audierunt. TESTIMONIVM T. MANILII, ET C. LVSCII OCREÆ.

15. Vtrum dicis, Luſcio & Manilio, an & Cluvio non eſſe credendum? Planius, atque apertius dicam. Vtrum Luſcius, & Manilius nihil de H-S CCCIↃↃↃ ex Cluvio audierunt? an Cluvius falſum Luſcio, & Manilio dixit? Hoc ego loco ſoluto, & quieto ſum animo: &, quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro. Firmiſſimis enim, & ſanctiſſimis teſtimoniis virorum optimorum cauſa Roſcii communita eſt. Si jam tibi deliberatum eſt, quibus abroges fidem jurisjurandi, reſponde. Manilio, & Luſcio negas eſſe credendum? dic, aude; eſt tuæ contumaciæ, arrogantiæ, vitæque univerſæ vox. Quid? exſpectas, quam mox ego Luſcium, & Manilium dicam ordine eſſe ſenatores; ætate grandes natu; natura ſanctos, & religioſos; copiis rei familiaris locupletes, & pecunioſos? non faciam: nihil mihi detraham, cum illis exactæ ætatis ſeve-

Auguſtinus ſuſpicatur *Ocric.* legendum eſſe, pro *Ocreæ*, ut ſi nomen Tribus Ocriculanæ, in qua Luſcius cenſeretur: hujus autem ſcripturæ in veteribus aliquot libris veſtigia adhuc remanent non obſcura, in quibus *Ocric* ſcriptum cum olim fuiſſet, mox *Ocriæ*; id in *Ocreæ* mutatum poſtremo fuit, cujus quidem cognominis memoria nuſquam, quod ſciam, extat, cum Ocriculanæ Tribus mentio in veteribus monumentis frequens reperiatur. *Sex. Pompeius Sex. F. Ocric. civica. Q. Claudius Q. F. Ocric. Victor. D. Iunius Q. F. Ocric. Pollux minor. M. Servilius M. F. Ocricul. Severus*. F. VRSIN. Nihil mutandum, omnes intelligunt. GAR.

Qui ex Cluvio audierunt) *Nam*, ut Verrina III. ſcribit Aſronius, *apud veteres etiam de auditione teſtimonium dicebatur*. Poſt verbum autem *audierunt*, deeſſe hæc opinor omnia, quæ fere in omnibus ſimilibus locis interponuntur, *teſtimonium T. Manilii, & C. Luſcii*. HOTT.

Fidem jusjurandi) *Iurisjurandi*, omnes alii, & ſic emenda. HOTTOM. Iam inde a Naugerio editiones præcipuæ hoc receperunt. GARAT.

Nihil mihi detraham) Locus eſt ſubobſcurus: ſed, ut opinor, hic ſenſus eſt, nihil ſciens de mea exiſtimatione detraham, nihil lubens, ac volens diminuam; quod facerem, ſi tantum mihi ſumerem, ut de illorum exacta ſeveriſſime ætate, adoleſcens, & nulla auctoritate præditus, judicium meum interponerem: non faciam igitur, ut mihi tantum arrogem; conceptam enim de me opinionem imminuerem, & temeritatis, atque arrogantiæ notam ſubirem. HOTT. Ferratius *ad argum.* hoc loco uſus eſt ad demonſtrandam ætatem, qua Tullius hanc egerit cauſam, eique ad cap. 13. ego ſubſcripſi. Neque enim puto Prætorium hæc candidatum fuiſſe dicturum: imo neque Ædilem, ac Senatorem. Non hac ſane modeſtia teſtes, quos dedit in Verrem, primarios viros, laudavit, cum *beneficio P. R. de loco ſuperiore* diceret creatus Ædilis. In Verr. I. 5. &c. Hic ita loquitur, ut ſe non adoleſcentem ſolum, ſed etiam nulla dignitate hominem fateatur. Quamobrem, licet Romanorum adoleſcentiam cum doctis, qui leguntur, viris ad XL. annum protrahamus,

ſeveriſſime fructum, quem meruerunt, retribuam ; magis mea adoleſcentia indiget illorum bona exiſtimatione, quam illorum ſeveriſſima ſenectus deſiderat meam laudem. Tibi vero, Piſo, diu deliberandum , & concoquendum eſt , utrum potius Chæreæ injurato in ſua lite, an Manilio , & Luſcio juratis in alieno judicio credas. Reliquum eſt , ut Cluvium falſum dixiſſe Luſcio , & Manilio contendat ; quod ſi facit, qua impudentia eſt, eum ne teſtem improbabit, quem judicem probarit? ei negabit credi oportere, cui

mus, Fertatium tamen propterea non deſeremus. Quin admodum adoleſcens fuerit is, oportet, qui viros clariſſimos laudans reprehenſionem pertimuerit quamdam temeritatis. Præcipue Senator non fuit, qualis Verrem accuſans erat jam Cicero (in Verr. I. 6.) nam ordo ſaltem illi communis cum Luſcio, & Manilio fuiſſet. Quanti hæc interſint, qui ſuperiora legit, intelligit. GARAT.

Diu deliberandum & concoquendum) Quæ concoquimus, retinemus: quæ non concoquimus, evomimus, ac rejicimus: ergo a ventriculo translatum eſt vocabulum, ut ea non concoquere dicamus, quæ rejicimus, ac probare non poſſumus. Cicero Varroni: *Nunc vide utra te κρισις magis delectet, χρυσιππεια ne, an hæc quam noſter Diodorus non concoquebat*. Ea contra concoquere, quæ pati, ac ferre poſſumus. Idem ad Q. Fr. de epiſtola Vatinii: *Riſi, ſed me ab eo ita obſervari ſcio, ut ejus iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam*. Græci, αλλα και πεψω, vel πεπανω. ut illud Xenoph. in IV. de Cyri diſciplina: Η' οργη εν σαφως οιδ' ότι όποτε των αγαθων πεπανθησεται, και συν τω φοβω ληγοντι απεισι. *Quapropter hæc ira (ſat ſcio) ſecundis hiſce rebus concoquetur, & cum timore deſinente abibit.* Sed hoc loco *concoquendum* dictum eſt, quaſi *ruminandum*, & ſæpius idem animo agitandum. Senſus eſt enim, quemadmodum cibum gravem diutiſſime concoquimus prius, quam in ſanguinem & nutrimentum mutetur, eodem modo diu multumque de hac ſalebroſa & difficili propoſitione prius deliberandum eſt, debeas ne Chæreæ injurato in ſua lite credere: quam eam comprobes. Græci κναμασσεσθαι dicunt, ut apud Ariſtophanem in Veſpis: Μολις το πραγμα εγνωσαν κναμασσομενοι· *Vix rem cognorunt, ubi concoxerunt*. HOTT. To *concoquendum* non video hic locum eſſe. Credo librariorum culpa primam ſyllabam in *coquendum* eſſe geminatam, indeque factum *concoquendum*, cum Cicero ſcripſerit: *diu deliberandum & coquendum*, hoc eſt animo agitandum. Sic enim *coquere* translate nonnumquam accipitur, ut *coquere bella* apud Livium lib. VIII. *Omnibus conſultationibus inter ſe principes occulte Romanum bellum coquebant*. Et lib. III. *Inde impotentibus inſtructi conſiliis, quæ ſecreto ab aliis coquebant*. GRÆV. Nihil mutandum, egregie docet Erneſtus in Latinitat. ind. v. *concoquere*. Hottomannus autem optime explanando facit, ut hoc verbum etiam amemus. A ſtomacho enim eſt, in quo non coqui cibi dicuntur, ſed concoqui: quod eſt certe majus, atque omnem vim ejus rei, laboremque ſignificat. Id poeta elegans Serenus Sammonicus verſ. 330. ſic expreſſit: *Proderit hoc ſtomacho, & victas concoquet eſcas*. Livius allatis a Grævio locis nihil ad ſtomachum: qui tamen, ubi metaphoram petere inde voluit, *concocta* dixit *conſilia*. Locum affert, recteque tuetur Erneſtus. GARAT.

Injurato in ſua lite) In ſuo negotio, ubi mentiri ſua cauſa non dubitabit. PASSER.

Quod ſi facit, qua impudentia eſt, eum ne teſtem) Male hactenus, *qua impudentia eſt? eum ne &c.* cum interrogatione, dictum enim, ut illud Ovidii, *quæ veſtra libido eſt*: ſic & eodem fere

cui ipſe crediderit ? ejus teſtis ad judicem fidem infirmabit, cujus propter fidem, & religionem judicis teſtes comparabat ? quem ego ſi ferrem judicem , refugere non deberet, cum teſtem producam, reprehendere audebit ? Dixit enim, inquit, injuratus Luſcio, & Manilio.

16. Si diceret juratus, crederes ? At quid intereſt inter perjurum , & mendacem ? Qui mentiri ſolet, pejerare conſuevit; quem ego ut mentiatur inducere poſſum, ut pejeret exorare facile potero. Nam qui ſemel a veritate deflexit, hic non majore religione ad perjurium , quam ad men-

ſere modo infra, ipſo fine orationis: *qua , malum , ſtultitia fuit Roſcius*. GVILIELMIVS.

Ad judicem) Supra : *Ceteri cum ad judicem cauſam labefactari vident , ad arbitrum confugiunt*. IDEM: *Quis ad arbitrum quantum petiit , tantum abſtulit* . PASSER. cap. 4. *Ad* pro *apud* notiſſimum eſt uſurpari. GARAT.

Quem ego ſi ferrem judicem) *Judicem* enim actor, quem ei commodum erat, ferebat ; reus aut recuſabat , ſi ſibi eum iniquum fore putaret, aut comprobabat : comprobato ab utroque judici Prætor judicandi poteſtatem faciebat , hinc *judex* dictus , ut ſcribit Varro, qui judicat accepta poteſtate. Ferre autem judicem veteres dicebant pro offerre ; ſic lib. de Orat. II. *Cum ei M. Flavius in aliis probris objectis P. Mutium judicem tuliſſet*, *&c.* Item : *Servilius ille Galba cum judices a Scribonio Tribuno pl. ferat familiares ſuos &c.* HOTT. Sic pluribus locis loquitur etiam Livius . III. 24. *Ni ita eſſet , multi privatim ferebant Volſcio judices* . III. 57. *Se iterum , ac ſæpius judicem illi ferre &c.* Itaque judicem is ferebat , qui eum offerebat , proponebat, ut recte Hottomannus, non ferebat , quia datum a Prætore non rejiceret , ut Menardus exiſtimat . Cui quidem fucum ea res fecit , quod hic de reo dictum id, & non ſine quadam ambiguitate videri poſſit. Sed abſolute dicitur , & oratoria licentia, ut ad accuratam judiciorum formam non ſit exigendum . Si quid vero ambiguum ſit, facile , ac dilucide determinatur ex eo, quod hic ſequitur, *refugere non deberet* , ex eoque præterea , quod ipſe Tullius de Oratore l. c. & Livius dativum addiderint. Hottomanni ſententiam prætulit etiam Drakenborchius . Erneſtus hanc formulam præterivit . GARAT.

Dixit enim injuratus) Hoc illud eſt quod Fabius præcepit libro V. *Nam & tota genera teſtimoniorum elevata ab oratoribus ſcimus , ut auditionibus : non enim ipſos eſſe teſtes , ſed injuratorum afferre voces* . IDEM. *Injuratus*) Cum teſtem juratum eſſe oporteat . PASSER.

Si diceret juratus) *Dixiſſet* , vetus liber . F. VRSIN. Nihil muto : rectum enim utrumque : quod tamen aliquis non putavit , cum hic antecedat *dixit*. Infra , ubi hoc *diceret*, repetitur , ſequitur *dixit*. GARAT.

At quid intereſt inter perjurum & mendacem) Hoc totum ad tempus dicitur, & oratorie ; nam qui *perjurus* eſt, *mendax* etiam erit : at non contra, qui *perjurus* non eſt , *mendax* etiam non erit . Et quæ de peccatorum gradibus dicuntur , eodem modo accipienda ſunt . HOTT. Nonne æque peccat, qui pejerat , quam qui mentitur ? Locus ab admirabili . Secundum Stoicorum ſententiam peccata omnia ſunt æqualia , vide Cic. III. Paradox . Apud Perſas ſcribit Herodotus duas res turpiſſimas homini fuiſſe, mentiri , & æs alienum conflare. Cic. tamen pro Ligario docet eſſe honeſtum aliquod mendacium . PASS. Sententias Cicero ad cauſas accommodat . GARAT.

Digitized by Google

mendacium perduci conſuevit; quis enim deprecatione deorum, non conſcientiæ fide commovetur? Propterea quæ pœna a diis immortalibus perjuro, hæc eadem mendaci conſtituta eſt. Non enim ex pactione verborum, quibus jusjurandum comprehenditur, ſed ex perfidia, & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui, dii immortales hominibus iraſci, & ſuccenſere conſuerunt. At ego hoc ex con-

Quis enim deprecatione Deorum) Deteſtatione. Deprecari eſt deteſtari. Deteſtatio in jurejurando fit bis verbis: *Si fallo, tum me Iupiter diique omnes perduint*. PASS. Sic recte Paſſeratius, peſſime Manutius. GRÆV.

Non conſcientiæ fide commovetur?) Non conſcientiæ religione metuit falſum dicere. In Parad. *Ex conſcientia peccatorum timor oritur*. Et *fidem conſcientiæ* dixit, ut *fidem Deum*, quia conſcientia Dei inſtar. Ovid.

Sibi quiſque profecto Eſt Deus.

Virgil. *Sua cuique Deus fit dira cupido*. Angores conſcientiæ furiarum loco. Cic. pro Sex. Roſc. & pro Cluent. Eſt in Græcorum ſententiis *συνείδησις πλήττει τὴν ψυχήν*, *conſcientia verberat animum*: Iuven. *& ſurdo verbere cædit*. PASSER.

Propterea quæ pœna ab diis immortalibus) Turnebus dicto loco, tentat *præterea*, alterum hæret in Pal. & edd. vett. GRUTER. Perjurii pœna divina exitium, humana dedecus. Mendacii pœna, quod vera dicentibus mendacibus non credetur. PASS.

Non enim ex pactione verborum) Puto melius legi in antiquo, *non enim ex peractione verborum*. F. URSIN. Male: *ex pactione* eſt certa conditione, & formula. An *pactio* modus, ratio, ut cum dicitur *eo pacto*. Donat. in Andriam. An *pactio* formula, quod duorum conſenſus, & conventio certa formula, & conditione comprehenditur, quod dicitur conceptis verbis jusjurandum dare in Plauti Amphit. Præterea in his verbis; *Si ſciens fallo, tum mihi Iupiter iratus ſit*, conditionem in ſe continet. Hoc votis paciſci, *ſi ſervas, dabo*. Cic. in Off. *Sicut verbis concipitur more noſtro*. PASS. Acute, docteque Paſſeratius. Malum enim ſibi pepigit a Diis, qui, dum pejerabat, tamen, ſi ſciens falleret, vindices Deos provocare non verebatur. Urſini codex idem hic peccaſſe videtur, quod Hearnii Oxonienſis in Livio V. 50. ubi *pro ſumma pactæ mercedis* exhibuit *peractæ*. Lineolam certe in prima littera tranſverſam, quæ ſæpe in MSis ad *per* exprimendum adhibetur, Livianus ſibi viſus eſt deprehendiſſe Librarius: nam *pactæ* omnino res poſtulat. Quod notandum eſt maxime: facilius enim eam lineolam præterire, quam addere, omnes exiſtimabunt. Hoc igitur exemplum facit, ut Urſino haud ſtatim aſſentiamur; qui tamen veriorem ſeſe obtuliſſe lectionem, invito licet Paſſeratio, non ſine cauſa putavit: cum præſertim *peragere* de rebus ſolemnibus, ut fabulæ ſunt, & ſacrificia, atque adeo jusjurandum, proprie uſurpetur. Hinc etiam, quam cautos in veteribus lectionibus dijudicandis eſſe nos oporteat, intelligimus. GARAT.

Dii immortales hominibus iraſci) Contra ad Trebatium VII. fam. *Quomodo autem tibi placebit Iovem lapidem iurare, cum ſcias Iovem iratum eſſe nemini ſolere?* Sed jocatur in Epicureum. PASS. Vetus codex in ed. Lambini margine *ſuſcenſere*, Seculi, quo Servius floruit, ſcriptura, ut Grammatici ſciunt: cui quidem nos in aliquibus paremus, ut in verbo *ſuſcipere*, quod antea erat *ſuccipere*, in aliis, quale hoc eſt, non paremus. Auribus nempe id datum. Similem in Livii XXV. 6. MSis Gronovius, & Drakenb. ſcripturam invenerunt. Hinc patet adverſus Faernum Serviani ſeculi ſcripturam in hoc verbo probantem recte, cauſa licet non addita, noſtra, quæ vetuſtior eadem eſt, in orthographia ſua tueri Dauſ-

contrario contendo. Levior eſſet auctoritas Cluvii, ſi diceret juratus, quam nunc eſt, cum dicit injuratus. Tum enim forſitan improbis nimis cupidus videretur, qui, qua de re judex fuiſſet, teſtis eſſet: nunc omnibus inimicis neceſſe eſt caſtiſſimus, & conſtantiſſimus eſſe videatur, qui id, quod ſcit, familiaribus ſuis dicit. Dic nunc, ſi potes, ſi res, ſi cauſa patitur, Cluvium eſſe mentitum. Mentitus eſt Cluvius? Ipſa mihi veritas manum injecit, & pauliſper conſiſtere, & commorari cogit. Unde hoc totum ductum, & conflatum mendacium eſt? Roſcius eſt videlicet homo callidus, & verſutus. Hoc initio cogitare cœpit: Quoniam Fannius a me petit H-S ɪɔɔɔ, petam a C. Cluvio, equite Romano, ornatiſſimo homine, ut mea cauſa mentiatur: dicat, deciſionem factam eſſe, quæ facta non eſt: H-S ccc ɪɔɔɔ a Flavio data eſſe Fannio, quæ data non ſunt. Eſt hoc principium improbi animi, miſeri ingenii, nulli conſilii.

17. Quid deinde? poſteaquam ſe præclare confirmavit, venit ad Cluvium: quem hominem? levem? immo graviſſimum; mobilem? immo conſtantiſſimum; familiarem? immo alieniſſimum. Hunc poſteaquam ſalutavit, rogare cœpit

Dauſqueium. Servio autem de v. *ſuſcipere* magis credo, quam Velii Longi diſtinguentis argutiis. GARAT.

(improbis nimis cupidus videretur) *Cupiditatis* verbum ſere in vitio ponitur. Modo eum ſignificat, qui alterius cauſa cupit: quæ a teſtibus voluntas aliena eſſe debet, de judice quoque ſic in Orat. pro Cæcina: *Tamen is aut timidior videatur, quam fortem, aut cupidior, quam ſapientem judicem eſſe æquum eſt.* HOTT. *Cupere* vitii eſt. Afranius: *Amabit ſapiens, cupient ceteri.* Ennius Phœnice: *Stultus eſt qui cupida cupiens cupienter cupit.* Hinc *cupidi teſtes*, qui vel juvandi, vel nocendi ſtudio feruntur. II. ad Heren. *Cupiditas teſtium arguenda.* In Vatin. *Cupidiſſime falſum teſtimonium dicere.* Sueton. Cæſ. *Cupide condemnare.* PASS.

Nulli conſilii) Non auſus fuiſſem iſtud introducere, niſi mihi auctor fuiſſet Camerarius; & vero ſic non ſolum exſtat in primitus cuſis, ſed & Palatino noſtro: poſteriores, *nullius* inflexione vulgata. GRUT. Sic ſane veteres locutos eſſe Priſcianus exemplis Cæcilii, M. Catonis, C. Licinii, Afranii, Plauti, tum Terentii, cujus iſthoc Andr. Act. III. ſcen. V. *Tam iners, tam nulli conſilii*, oſtendit lib. VI. & XIII. & in libro VI. docet Ciceronem in oratione pro M. Tullio Decula dixiſſe quoque *unæ rei* pro *uni rei*. GERARD. IOAN. VOSSIUS. *Nulli conſilii)* Ita conſtanter codices, & plerique editi: quidam tamen malunt *nullius*, quod a correctoris manu profectum videtur. LALLEM. Maluit hoc ſatis incaute Olivetus. GARAT.

Poſteaquam ſe præclare confirmavit) Poſteaquam corroboravit animum, ſumſit in corde confidentiam, ut Plautus loquitur. PASSER.

Hunc poſteaquam ſalutavit) Qui aliis inſidias tendunt & verba dare parant, a ſa-

pit blande, & concinne, ſcilicet: mentire mea cauſa, viris optimis, tuis familiaribus præſentibus; dic Flavium cum Fannio de Panurgo deciſiſſe, qui nihil tranſegit: dic H-S CCCIↃↃↃ dediſſe, qui aſſem nullum dedit. Quid ille reſpondit? Ego vero cupide, & libenter mentiar tua cauſa: &, ſi quando me vis pejerare, ut paullulum tu compendii facias, paratum fore ſcito; non fuit cauſa, cur tantum laborem caperes, & ad me venires: per nuntium hoc, quod erat tam leve, tranſigere potuiſti. Pro deum, hominumque fidem! hoc aut Roſcius umquam a Cluvio petiiſſet, ſi H-S millies in judicium haberet? aut Cluvius Roſcio petenti conceſſiſſet, ſi univerſæ prædæ particeps eſſet? vix medius fidius tu, Fanni, a Ballione, aut aliquo ejus

a ſalute ordiuntur. Euclio apud Plautum in Aulular.

Illic aurum me ſcit habere, eo me ſalutat blandius.

Theognis φιλους μεχρι προσηγοριας vocat *ſalute tenus amicos*.

Πραγμα μεν εσθ' ὁ φιλος πανυ δυσκολον. εισι δε πολλοι

Και σχεδον οἱ παντες μεχρι προσηγοριας.

Opus quidem admodum difficile eſt amicus: ſunt autem multi

Et prope omnes amici ſalute tenus.

IDEM.

Blande & concinne) Pro Cluentio: *Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, ut blandiſſime poteſt.* Lib. XVI. ad Attic. *Amabo te mi Attice. Vides ne quam blande?* *Concinne* autem uti in Piſonem: *Homo ad perſuadendum concinnus.* Eſt autem *cinnus* potionis genus ex pluribus liquoribus temperatum. Nonius. IDEM.

Quid ille reſpondit?) Grævius in V. L. notavit, Lambinum omiſiſſe *reſpondit*, ſed non vidit eum addidiſſe *inquit* poſt *libenter*. Audax facinus. Naugeriana, ut hic editur, dedit. Sed Manutius a. MDXL. *reſpondit* ante Lambinum omiſit, neque addidit *inquit*. Hæc fortaſſe Iannoctiani MSi lectio fuit, cum varietatem ibi nullam Iannoctius adſcripſerit. Neque codicibus carebat ipſe Manutius. Hæc obſervo, in Manutianam lectionem propenſus, quam alii accuratius perpendent: nam & viris magnis hic gloſſa ſuboluit. GARAT.

Si quando me vis pejerare) Franc. prim. *Si quando me pejerare oportuerit, ut paullulum tu compendii facias.* Et paullo poſt: *Per nuncium hoc quidem tam leve tranſigere potuiſti*; non abſurde. GRÆV.

Per nuncium hoc) Cic. II. ad Attic. *Philotimus non modo nullus venit, ſed ne per litteras quidem, aut per nuntium certiorem facit me, quid egerit.* Nuntius etiam perſæpe accipitur pro eo, qui abſenti miniſterium præbet, & alicujus negotii cauſa deſtinatur. Vlpianus l. *ut in conductionibus* ff. pro ſocio: *per nuncium emere.* Id. l. *Qui autem* §. *Conſtituere* de pecunia conſtituta: *Conſtituere & præſentes & abſentes poſſumus, ſicut paciſci & per nuntium, & per noſmetipſos.* Paullus l. ſequente proxima, miniſterium præſtare exponit in libera perſona nuntii. PASS.

H-S *millies*) Vicies quinquies centena millia aureorum. HOTT.

In judicium haberet) Pro Quintio: *In diſcrimen verſari.* In divinat. *In amicitiam eſſe.* XV. ad Att. *In Tuſculanum futurus.* Sic *in mentem fuit.* PASSERAT. Vid. Gerard. Ioan. Voſſii Ariſtarchum de Conſtructione c. 75. GRÆVIUS.

A Ballione) De Ballione cognoſce infra. HOTTOM.

Hoc

ejus ſimili hoc expoſtulare auderes, & impetrare poſſes; quod cum eſt veritate falſum, tum ratione quoque eſt incredibile. Obliviſcor enim, Roſcium, & Cluvium viros eſſe primarios: improbos temporis cauſa eſſe fingo. Falſum ſubornavit teſtem Roſcius Cluvium; cur tam ſero? cur, cum altera penſio ſolvenda eſſet, non tum, cum prima? nam jam antea H-S ıɔɔɔ diſſolverat.

18. Deinde, ſi jam perſuaſum erat Cluvio, ut mentiretur: cur potius H-S cccıɔɔɔ, quam cccıɔɔɔ cccıɔɔɔ cccıɔɔɔ data dixit Fannio a Flavio, cum ex reſtipulatione pars ejus dimidia Roſcii eſſet? Iam intelligis, C. Piſo, ſibi ſoli, ſocietati nihil Roſcium petiſſe. Hoc cum ſentit Saturius eſſe apertum, reſiſtere, & repugnare contra veritatem non audet: aliud fraudis, & inſidiarum in eodem veſtigio diverticulum reperit. Petiſſe, inquit, ſuam par-

Hoc poſtulare auderes) Aldinus liber, & omnes alii, *expoſtulare*; quorum auctoritate ſummaque conſenſione moveri me fateor. Plautus etiam in Perſa hoc eodem verbo ſic uſus eſt, Act. IV. Scena III.

Benedictis tuis benefacta aures meæ
Auxilium expoſtulant. IDEM.

Hoc expoſtulare auderes) Non potui omittere lectionem veterum editionum & Palatini; utique cum & in ſuis quoque eam inveniſſet Hottomannus; maluerunt poſterius cuſi *poſtulare*. GRUTER. Confirmat id quoque Francii primus. GRÆVIUS. Naugerius in ed. Aldi, & in Iuntina, neſcio, an primus, dedit *poſtulare*, quicum codex Iannoctii facit. Forte ſcriptum fuit *& poſtulare*. Hic autem, ut in l. c. Plauti, *expoſtulo* eſt flagito, vehementer poſtulo. GARAT.

Cum altera penſio ſolvenda eſſet) Apparet deciſionis nomine trecenta Flavium Fannio promiſiſſe: e quibus centum & quinquaginta, id eſt, dimidia pars Flavio debebatur: quam ſummam duabus penſionibus ſolutam eſſe oſtendit; nam prima penſione, inquit, H-S ıɔɔɔ ſoluta ſunt: altera vero, cccıɔɔɔ. *Altera penſio*. Id eſt, ſolutio. Varro de lingua Latina IV. *Ab ære impendendo diſpenſator: & in tabulis ſcribimus expenſum, & prima penſio, & ſic aut ſecunda, aut quæ alia*. HOTT. *Altera penſio* eſt altera pars pecuniæ promiſſæ ad diem certum. Feſtus: *Pendere pœnas ſolvere ſignificat ab eo, quod ære gravi uterentur Romani, penſo eo, non numerato debita ſolvebant; unde etiam penſiones dictæ*. Sueton. Veſp. 23. *Pecuniam ex prima penſione admovit ad naves*. PASSER.

Quam cccıɔɔɔ cccıɔɔɔ cccıɔɔɔ) Id eſt, integram ſummam, quam Fannio Flavius deciſionis nomine promiſerat. HOTT.

Iam intelligis C. Piſo) Nam cum Panurgi nomine pecuniam Fannius acceperit, Roſcium ſibi ſoli petiſſe intelligitur. IDEM.

Repugnare contra veritatem) Pro Quintio: *Eſt quædam ita perſpicua veritas, ut eam infirmare nulla res poſſit*. Pro Cælio: *O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſollertiam, inſidias facile ſe ipſam per ſe defendat*. PASS.

Aliud fraudis & inſidiarum in eodem veſtigio diverticulum reperit) *Eodem in veſtigio* eſt nihil mutato loco ubi conſtiterat. In Piſon. *Eodem in templo, eodem & loci veſtigio*. Cæſar II. Civilium. *Veſtigio temporis id factum*, hoc eſt, puncto. *Diverticulum* eſt latebra

partem Roſcium a Flavio confiteor: vacuam, & integram reliquiſſe Fannii concedo; ſed, quod ſibi exegit, id commune ſocietatis factum eſſe contendo. Quo nihil captioſius, neque indignius poteſt dici. Quæro enim, potuerit ne

tebra & perfugium. Cic. Partit. *Et diverticulum peccatis daretur*. In Piſonem: *Quos tu mæandros, dum omnes ſolitudines perſequeris, quæ diverticula, flexioneſque quæſiſti?* Plaut. Capt. *Non eſt uſque diverticulum dolis*. Idem.

Vacuam & integram) Liberam, nec occupatam. Vacuum eſt interdum quod a nemine detinetur. Cornif. IV. ad Herennium: *Neceſſe eſt, cum conſtet iſtum fundum noſtrum eſſe, te ante vacuum poſſediſſe, aut uſu tuum feciſſe*. III. de Natura Deorum: *Omnis hæc doctrinæ poſſeſſio, in quam homines abundantes otio tamquam caducam, & vacuam involaverunt*. Horat.

Libera per vacuum poſui veſtigia princeps.

Idem. Hinc probe diſtingues ea, quæ vacua ſunt, quod a nemine occupentur, nulliuſve ſint, ut caduca, ab iis, quæ *vacua*, ideſt, libera, noſtra deceſſione, traduntur alicui, de quibus diximus ad Orat. pro S. Roſc. cap. 10. item ab iis, quæ, cum alterius ſint, non occupantur, ideoque vacua illi, atque integra relinquuntur. Nam hic utique Fannii partem Flavius detinebat: ergo non erat ejus vacua poſſeſſio. Ad eum, qui tradidit, aut reliquit, iſta ſunt referenda: quamquam relinqui, aut fieri vacuum aliquid ita poſſit, ut plane deſertum cujuſvis pateat occupationi. Hoc ab illo, ut exemplo utar illuſtri, fit, qui *novis nuptiis domum vacuam facit*, ſive moriendo, ſive, qui obſtabat, necando, de quo duplici locutionis uſu vide Iac. Gronovium ad Liv. I. 46. quem recte in hoc ſequitur Erneſtus in Lat. ind. h. v. Nimirum, quod ad rem noſtram pertinet, verba compoſitioni ſerviunt orationis; ab eaque quaſi quadam veſtium varietate donantur. Id nemo ignorat: veruntamen ſcientes id aliquando fefellit. Quæ bis obſervavimus, Erneſtus omiſit. Tanti viro ſummo non fuerunt. Sed, ne indoctis ſcopulum facerent interpretes, notanda putavimus. Garat.

Id commune ſocietatis factum eſſe) Ejus dimidiam partem præſtare ſocio debemus. Pass.

Quo nihil captioſius, neque indignius poteſt dici) Supra dixit, *O ſocietatem captioſam, & indignam*, ubi *iniquam* legit Lambinus pro *indignam*: itaque vel hic etiam *iniquius*, pro *indignius* legendum eſt, vel ſupra nihil mutandum. F. Vrsin. *Iniquius* in margine jam Lambiniana conjecerat. Sed longe vulgata lectio præſtat. De hac tota diſputatione vide Menardum: ſic tamen audi, ut memor ſis, quod poſtea certum fuit, relatum quippe in Pandectas, id Tullianis temporibus jus controverſum fuiſſe. Incertum erat omnino, an ſocius in judicio petere ſolidum poſſet: quod ni fuerit, Roſcii cognitor Fannius non eſſet factus. Solutiones, tranſactioneſque extra judicium factæ ad unum ne ſocium, an ad ſocietatem omnem pertinerent, id vero ex ipſo erat facto, ſociiſque in gerendo negotio voluntate cognoſcendum: quod cap. 12. Tullius optime præſtitit. Nunc porro cum Saturius Roſcium ſibi ſoli exegiſſe concedat, ſed totum id in ſocietatem redigi oportere contendat, aliam orator inire viam debet. Sumit igitur primum de hac ipſa conceſſione argumentum: deinde alterum de judicio. Fannium enim Roſcii cognitorem cum Roſcio partiri oportuerat, ſi quid exegiſſet, non item cum Fannio Roſcium, qui cognitor illius fuerat numquam. Roſcius de eo, quod per cognitorem judicio petierat, ſolus extra judicium, nullo Fannii mandato, decidit. Nihil ergo ex hac deciſione Fannio debuit, cum ſuo nomine judicio petierit: nam per ſe petere, ac per cognitorem, idem eſt. Illa differunt, per ſe petere,

ne Roſcius ex ſocietate ſuam partem petere, necne. Si non potuit: quemadmodum abſtulit? ſi potuit: quemadmodum non ſibi exegit? Nam, quod ſibi petitur, certe alteri non exigitur. An ita eſt? ſi quod univerſæ ſocietatis fuiſſet, petiſſet, quod tum redactum eſſet, æqualiter omnes partirentur: nunc cum petierit, quod ſuæ partis eſſet, non quod abſtulit, ſoli ſibi exegit?

19. Quid intereſt inter eum, qui per ſe litigat, & qui cognitor eſt datus? Qui per ſe litem conteſtatur, ſibi ſoli petit; alteri nemo poteſt, niſi qui cognitor eſt factus. Ita ne vero? cognitor ſi fuiſſet tuus, quod

tere, & cognitorem alterius fieri: quam vero differrent, ipſe, qui per ſe petierat, ſimulque fuerat Roſcii hanc in litem cognitor, Fannius optime noverat. Neque hic opus eſt illa Menardi ſubtilitate, qua *ſuo nomini* commune nomen opponit: nihil aliud opponitur, quam *ſibi* petere, & *alteri* petere. Neque adeo abſurda eſt illa cognitoris dandi ſive cautela, ſive neceſſitas. Qui enim ſolus exigeret quod pluribus deberetur, *ex condictione juris* (d. cap. 12.) ſatiſdabat, *neminem amplius petiturum*. Atqui hæc ipſa eſt ſatiſdatio procuratoria, quam *de rato* latiori formula dicimus; cujus ipſa ferme verba lex 23. D. de procurator. præclare ſervavit: *Non petiturum eum, cujus de ea re actio, petitio, perſecutio ſit, & ratum habituros omnes, ad quos ea res pertinebit*. Quid igitur mirum ſi ab ſociis cognitores procuratoreſque darentur? Perexiguus ab ea ſatiſdatione ad mandatum eſt gradus: in re nihil, in juris acumine intereſt aliquantulum. Quod ſi cognitori, qui a præſente dabatur, ſatiſdationem remiſſam putemus, cum ipſe, qui dabat, de rato potuerit in judicio ſpondere; tum vero id habuerit ea res commodi, æquitatiſque, ut ſatiſdationis teneret locum, fortaſſe ut etiam liceret utrumvis eligere: quod noſtro jure fieri poſſe non dubitem, ubi quis petat, qui *litis* habeat *conſortes*, de quibus eſt titulus Codicis III. 40. ad quem vide Cujacium tom. X. p. 944. Sic imo iſti forſitan appellandi, ſocietate Panurgi morte diſſoluta, pretium licet, ejuſque diviſio ſupereſſet, ſi hæc illis temporibus nomina jus habuiſſet. GARAT.

Non ſibi exegit) Non ſuo nomine. F. URSIN.

Quod tum exactum eſſet) Pantagathus, *id cum redactum eſſet*. IDEM.

Non, quod abſtulit, ſoli ſibi exegit?) Ex quorumdam librorum vulgatorum, qui ſic habent, *numquid cum abſtulit*, ſcriptura vitioſa, Renatus Marchalus hic ſic legendum putat, *non quod tum abſtulit, &c.* LAMBIN.

Qui per ſe litigat) Legendum videtur, *pro ſe litigat*; & item mox: *qui pro ſe litem conteſtatur*. Opponit enim inter ſe eum, qui pro altero litigat, nempe cognitorem, & eum, qui pro ſe litem conteſtatur. IDEM. Cave Lambinum audias; *per ſe* & *per alium* apud Latinos opponuntur. Pro Flacco: *Lælius dicitur præſens per ſe agere, vi legis niti*. Sueton. Cæſ. 58. *Exercitum . . . . . neque in Britanniam transvexit niſi ante per ſe portus, & navigationem, & acceſſum ad inſulam exploraſſet*. In Auguſto 20. *Externa bella duo omnino per ſe geſſit*. Ibid. c. 64. *Nepotes & litteras, & natare, aliaque rudimenta per ſe plerumque docuit*. Sic paullo poſt *per te*: *Quod ab hoc petis quod per te perſequi & petere debes*. GRÆVIUS.

Qui cognitor eſt datus) Nonnulli impreſſi, *qui cognitorem dat*: imperite, cum in hoc vis ſit, quia cognitor

Ro-

quod viciſſet judicio, ferres tuum; ſuo nomine petiit: quod abſtulit, ſibi, non tibi exegit. Quod ſi quiſquam petere poteſt alteri, qui cognitor non eſt factus: quæro, quid ita, cum Panurgus eſſet interfectus, & lis conteſtata cum Flavio damni injuria eſſet, tu in eam litem cognitor Roſcii ſis factus: cum præſertim ex tua oratione, quodcumque tibi peteres, huic peteres; quodcumque tibi exigeres, id in ſocietatem recideret. Quod ſi ad Roſcium nihil perveniret, quod tu a Flavio abſtuliſſes, niſi te in ſuam litem dediſſet cognitorem: ad te pervenire ni-

Roſcius datus non ſit, alteri non petiiſſe, & hoc verum eſt: nam ſocius (ut antea diximus) ſuam ſolam partem alienare poteſt: ideoque eam ſolam petere. HOTTOM.

Suo nomine petiit) Sic legendum eſt, & ita emendaram in meo codice multis ante annis. Meo autem judicio hoc magis delector, quod idem Hottomanno probari video; hoc tantum inter meam, & illius conjecturam intereſt, quod addo adverbium temporis, *cum*, ibi, *cum ſuo nomine*, *&c.* LAMB.

Sibi non tibi exegit) Corrige ſic, *tibi, non ſibi exegit?* cum interrogandi nota: quod ego, quia perſpicuum eſt, pluribus verbis non confirmo. HOTTOM. *Sibi non tibi exegit*) Legendum omnino putabat Hottomannus, *tibi non ſibi exegit?* illicoque obſecuti ſunt Lambinus atque Aldus Nepos; ſequerer & ego, niſi vetarer a libris. GRUTER.

Et lis conteſtata cum Flavio damni injuria eſſet) Grandioribus litteris duo illa verba ſcribenda ſunt; quæ ex formula Aquilianæ actionis eſſe docuimus infra. HOTT. *Damni injuria* eſt damni dati injuria nomine. PASSERAT.

Ex tua oratione) Qua in petendo ac perſequendo Flavio utebare. HOTT.

Quodcumque tibi peteres, quodc. tibi exigeres id &c.) Sic diſtinxit Gruterus, quum Lambinus *peteres: quodcumque*, & ex illo Gothofredus in quinque editionibus, quum tres noviſſimæ cæcum in modum, ut ſæpe vidimus, nunc quoque ſequantur Gruterum; ut pateat in hæc fuiſſe conjectos oculos. Sed id leve eſt, & hæſi in majore momento. Quid enim cauſæ illis, quos dixi, omnibus fuit, ut jam per ipſos centum annos ex Cicerone exigeretur priſca ſcriptura, *quodcumque tibi peteres, huic peteres: quodc. t. exig.* id &c. ut habet & Veneta Lucæ Ant. Iunctæ 1534. & Pariſina R. Stephani 1539. atque etiamnum Wechelina 1590. Quod tanto magis mirificum, quod ea agnovit, & expoſuit Hottomannus (infra). Vtique ego nihil impedimenti reperiens, & credens in MSis libris omnibus exſtare, & per meram negligentiam, alio ſe committente, ut fit, attentioni alterius, omiſſa eſſe, decrevi reſtituenda, & fideliter reſtitui. GRONOV. Error fuit editionis Gruterianæ typographicus, quem ſine ulla exprobratione ſuſtulit Grævius. Illa vero de duobus punctis quæſtio non levis modo, ſed etiam perridicula eſt. GARAT.

Huic peteres) Non ſoli, ſed ut dicit, *in ſocietatem*. HOTT.

Quod ſi ad Roſcium nihil perveniret) Argumentum a pari. Quod enim in uno ſocio valet, valeat in altero. *Pervenire* eſt verbum juris, & proprie *perveniſſe dicitur, quod eſt remanſurum*. Vlpian. l. aliud de verb. ſignif. *& cum effectu accipiendum*. Idem Vlp. l. nomen eod. tit. *Perveniſſe etiam ad me dicitur, quod per me ad alium pervenit*. Pompon. l. perveniſſe eod. tit. Cicer. pro Rab. poſtumo: *Ad quos ea pecunia pervenerit*. Pro Cæcinna: *Vt perveniat ad me fundus*. PASS.

Actio-

re nihil debet, quod Roſcius pro ſua parte exegit : quoniam tuus cognitor non eſt factus. Quid enim huic rei reſpondere poteris, Fanni, cum de ſua parte Roſcius tranſegit cum Flavio, actionem tibi tuam reliquit, an non? Si non reliquit, quemadmodum H-S CCCIↃↃↃ ab eo poſtea exegiſti? ſi reliquit, quid ab hoc petis, quod per te perſequi, & petere debes? Simillima enim, & maxime gemina ſocietas hereditatis eſt. Quemadmodum ſocius in ſocietate habet partem, ſic heres in hereditate habet partem: ut heres ſibi ſoli, non coheredibus petit, ſic ſocius ſibi ſoli, non ſociis petit; & quemadmodum uterque pro ſua parte petit, ſic pro ſua parte diſſolvit : heres ex ſua parte, qua hereditatem adiit, ſocius ex ea, qua ſocietatem

Actionem tibi tuam reliquit) Facultatem tui juris perſequendi. IDEM.

Per te preſequi) Nam *nihil aliud eſt Actio, quam jus perſequendi in judicio, quod nobis debeatur*. Celſus l. nihil aliud de obligat. & action. Addit *per te*. Recte Eonius in Satyris cap. 29. lib. 21. apud Gellium : *Hoc erit ſibi argumentum ſemper in promtu ſitum, ne quidquid exſpectes amicos, quod tu agere per te poſſis*. IDEM.

Et maxime gemina ſocietas) Eſt tranſlatum a geminis fratribus, qui ſolent eſſe ſimillimi. Pro Sex. Roſcio : *Par eſt avaritia, ſimilis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia*. V. Verr. *Gemina & ſimillima nequitia*. Sic in Lucullo : *Geminiſſimus Stoicus*. In Orat. *Geemanos ſe ii putant Thucydidis*. Dicit ſocietatem eſſe geminam hereditatis, tamen ſocietas conſenſu contrahitur : At heredes ſorte quadam fiunt; hinc *conſortes* dicuntur. Feſtus in erctum, ut κληρονομια Græca voce απο τυ κληρυ. Pro Quintio : *Quia cum te voluntas congregaſſet, aut fortuna conjunxiſſet*. IDEM.

Quemadmodum ſocius in ſocietate habet partem, ſic heres in hereditate habet partem) Vt res inter ſocios communis pro indiviſo eſt, ſic inter heredes. Caius l. 2. communi divid. *Communis res eſt vel cum ſocietate, vel ſine ſocietate. Cum ſocietate ut inter eos, qui eamdem rem emerant; ſine ſocietate, ut inter eos, quibus eadem res legata eſt. Sic inter coheredes nondum diviſa hereditate*. PASS.

Vt heres ſibi ſoli, non coheredibus petit) Nomina ipſo jure dividuntur inter heredes, l. 2. C. famil. erciſc. itaque non poteſt heres agere, niſi pro ea parte qua heres eſt : neque ei ſententia cum altero herede lata, quidquam aut prodeſt, aut nocet l. A ſententia, D. de appellat. quinimo pro parte qua non eſt heres, extraneus habetur l. Prætoriæ, D. de Prætor. ſtipul HOTTOM. *Petit* eſt perſequendi jus habet. PASS.

Pro ſua parte diſſolvit). Pomponius l. hereditatis de verb. ſignif. hereditatis appellatio etiam damnoſam hereditatem ſignificat, quia ut lucrum, ita & damnum ad hereditatem pertinet. Idcirco repertæ cretiones, & deliberationes. Nec cogi poteſt adire hereditatem, niſi ei lucrum vel damnum faſciatur. Vlpian. l. apud Iulian. ad Sc. Trebell. Papian. l cum heres, de diverſis temporalibus præſcriptiou. heres in vitia defuncti ſuccedit Itaque ſi ignorans poſſideat rem furtivam non uſucapiet. IDEM.

Qua hereditatem adiit) Adit, vel repudiat heres alienus, ac voluntarius, immiſcet ſe, vel abſtinet neceſſarius. Iuſtin. de hered. querel. Vlpian. tit. 22. Inſtitut. hanc formulam fuiſſe tradit : *Cum me Mævius here-*

tem coiit. Quemadmodum ſuam partem Roſcius ſuo nomine condonare potuit Flavio, ut eam tu non peteres: ſic, cum exegit ſuam partem, & tibi integram petitionem reliquit, tecum partiri non debet: niſi forte tu, perverſo more, quod hujus eſt, ab alio extorquere non potes, huic eripere potes. Perſtat in ſententia Saturius: quodcumque ſibi petat ſocius, id ſocietatis fieri. Quod ſi ita eſt, qua, malum, ſtultitia fuit Roſcius, qui ex juriſperitorum conſilio, & auctoritate reſtipularetur a Fannio diligenter, ut, quod is exegiſſet a Flavio, dimidiam partem ſibi diſſolveret: ſiquidem ſine cautione, & repromiſſione nihilominus id Fannius ſocietati, hoc eſt, Roſcio debebat?

Deſiderantur non pauca.

heredem inſtituit, eam hereditatem adeo, cernoque. Adire Theophilo προσελθεῖν τῇ κληρονομίᾳ. IDEM.

Socius ex ea, qua ſocietatem coiit) Contraxit. Nam ſi ſocii univerſorum bonorum, inde pariter lucrum, & damnum feret; ſin unius rei, ex ea tantum. IDEM.

Quod hujus eſt, ab alio extorquere non potes, huic eripere potes) Quod Roſcio debetur cogere, ut tecum partiatur. *Ab alio*, ut a Flavio. IDEM.

Quodcumque ſibi petat ſocius, id ſocietatis fieri) Hoc falſum puto: nam, ut paulo ante poſui, ſuam tantum partem ſocius alienare poteſt: ex quo ſuam tantum partem eum poſſe petere, argumentari poſſumus. HOTTOMAN.

Quæ, malum, ſtultitia fuit Roſcii, qui) Sic emendavimus, & ita legi debet, non ut in libris vulgatis, *quæ, malum, ſtultitia fuit? Roſcius, &c.* licet etiam ſic legere, *qua* [*malum*] *ſtultitia fuit Roſcius, &c.* LAMB. *Qua, malum, ſtultitia fuit Roſcius, &c.*) Eſt a conjectura Manutii, a qua non recedunt libri vett. niſi quod ii *quæ*: antea legebatur, *quæ, malum, ſtultitia fuit? Roſcius, &c.* GRUT.

Ex juriſperitorum conſilio & auctoritate) De Piſonis ipſius ſententia. *Auctoritas*, ut pro Cæcinna: *Negat I C. auctoritati eſſe obtemperandum.* Ibid. *Neque prudentiæ tuæ neque auctoritatis eſt id dicere*: de I C. de hoc eodem Piſone. PASSER. Cauſam reſtipulationis vide cap. 13. GARAT.

Sine cautione, & repromiſſione) Cautio eſt Roſcii; qui ſibi cavit, cum reſtipulatus eſt; repromiſſio Fannii, qui reſtipulanti diſſoluturum id ſpopondit. PASSER.

Nihilominus id Fannius ſocietati) Hoc eſt, ſocio, ut ſupra; ut *fraudare ſocietatem* pro Cæcinna. Alioqui ſocietatis nomen in uno homine conſiſtere non poteſt. Nam hoc genus ſocietatis ex conventione eſt, & pactione. Pactio autem duorum pluriumve eſt in unum conſenſus, ut I C. docent. IDEM. Nihil his opus eſt. Fannius debuiſſet ſocietati, ideſt, debuiſſet in commune conferre, tum inter ſe, Roſciumque partiri: nam ex his duobus ſocietas conſtabat omnis. Quorum cum alter ipſe eſſet, neque ſibi debere poſſet, reſtabat, ut Roſcio deberet. Ideo Tullius dixit, *hoc eſt Roſcio*. Quod ſi plures ſocii fuiſſent, aliter dicendum erat. Societati debet, qui exigit pro ſocietate: ſocietatem fraudat, qui aliquid in rem ſuam vertit, quod in commune non conferat. GARAT.

Digitized by Google

IACOBI MENARDI
COMMENTARIVS
IN
M. T. CICERONIS
ORATIONES

PRO P. QVINTIO,
PRO SEX. ROSCIO AMERINO,
PRO ROSCIO COMŒDO.

Digitized by Google

IACOBI MENARDI
COMMENTARIVS
IN ORATIONEM
PRO
PVBLIO QVINTIO.

SUmma totius litis in eo eſt, S. Nævius commune prædium habuit cum C. Quintio, cui heres P. Quintius exſtitit; is S. Nævius cum innumerabilem pecuniam ex rationibus hujus ſocietatis a P. Quintio ſibi deberi diceret, primum ipſum P. Quintium vadatus; re infecta, & dilatis plurimis vadimoniis per annum & ſex menſes, eoque amplius, apud M. Burrienum Prætorem urbanum cum teſtibus & advocatis adſtitit: in bonorum P. Quintii poſſeſſionem mitti deſiderat; quaſi vadimonio deſerto impetrat: cujus defenſioni ſeſe obtulit Sextus Alphenus voluntarius procurator, qui Idibus Septembribus, quæ proximæ futuræ erant, P. Quintium ſiſti promittit. Romam reverſo Quintio ad ipſum judicii diem, tamen ceſſat Nævius; qui denique a Dolabella prætore poſtulat, ut ſibi Quintius ſatisdet judicatum ſolvi, ex formula, quod ab eo petat pecuniam, cujus ex edicto Prætoris Romæ bona dies xxx. poſſeſſa ſunt. *Negante Quintio bona ex Edicto eſſe poſſeſſa, jubet Prætor ſponſionem Quintium facere*, ſi bona ſua ex Edicto Burrieni Prætoris Romæ dies xxx. poſſeſſa non ſunt.

Quid eſt ergo in controverſia? Dico peti in hac oratione certam pecuniam ex ſponſu, quam intendat P. Quintius deberi ſibi a S. Nævio, quaſi commiſſa ſtipulatione.

Quæ igitur argumenta, quæ ratio, qua cauſam probare judicibus Quintius poſſit? Eadem ſane, quæ principali judicio Quintium damno eximat, & periculo. Proinde ſic agit Cicero, non quaſi ex ſponſu pecuniam petat, ſed quaſi capitali judicio defendat. Nam ſi ex ſponſu agens obtinuerit bona

non poſſeſſa ex Prætorio Edicto , non eſt periculum , ut veneant , neque ex hoc judicio infamia Quintium conſequetur ; quod bonis ejus venditis erat neceſſe . Itaque hæc oratio, tamquam capitali judicio conſtituto , recte Quintii defenſio , & pro Quintio inſcribetur ; non in S. Nævium , quamquam actoris partes ſuſtineat in hoc præjudicio Quintius .

Formæ ſponſionis , ſecundum quam ſtipulari Quintium oportuit, fuit ferme talis : Si bona mea ex Edicto P.Burrieni Prætoris xxx dies poſſeſſa non ſunt , S. Nævi , promittis , *puta*, mille nummos? ſtipulatus eſt P. Quintius , promiſit Nævius. *Nam e duabus conditionibus, quæ Prætoris decreto Quintio deferebantur , aut ut ſatisdaret judicatum ſolvi , aut eo quo diximus modo ſponſionem faceret , elegit Quintius facere ſponſionem ; quo genere actoris partes ſuſtinuiſſe oportet , & priori loco dicere ; ut & factum oratio ipſa indicat .*

Nunc ut ipſam , qua de re agitur, intelligatis , ætas veſtra facit ut ordinem judiciorum privatorum , quæ de pecuniis repetundis conſtituta ſunt , παχυμερέστερως , & rudi Minerva exponam ; cujus mihi exemplum ſuppeditabit perpetuo iſta ipſa controverſia .

Sextus Nævius , quam pecuniam a P. Quintio C. Quintii herede , cum quo ſocietas contracta erat , dari ſibi oportere intendebat , eum P. Quintium in jus teſtibus præſentibus ipſe vocabat . Sequi in jus vocantem P. Quintium oportuit , vel ſatiſdare ; ſi non ſequeretur , neque ſatiſdaret , ab actore Nævio obtorto collo in jus rapi poterat. Horat. lib. 1. ſermon. Sat. 9. *in eumque locum* Hel lenius Acron. *adeoque tota illa res plena erat injuriæ.* l. plerique 18. ff. de in jus voc. l. 5. §. ult. ff. qui ſatiſdare cog. *qui vocatus non iret , pro judicis juriſdictione multabatur* l. 2. §. 1. ff. Si quis in jus vocatus non ierit. *Satiſdare , eſt idoneos & locupletes fidejuſſores dare , judicio ſiſti P. Quintium certa die . Si ſtatus non eſſet P. Quintius , pœnam fidejuſſores promittebant ; quæ pœna non ſtato Quintio committebatur* l. ult. ff. Si quis in jus vocatus non ierit ; *aut quod maluit Nævius , in bonorum poſ-*

ſeſ-

ſeſſionem Quintii a Prætore mitti jure deſiderabat. Sic enim habent Edicti Prætoris verba: In bona ejus, qui judicio ſiſtendi cauſa fidejuſſorem dedit, ſi is neque ſui poteſtatem faciet, neque defendetur, iri jubebo. l. 2. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.

Nunc in hac controverſia quomodo, quaque via, quibuſque rationibus, pecuniam ex ſtipulatu Quintius petat a Nævio, vel, ut magis ratione & verbis Ciceronis utar, qui hoc judicium ſemper facit capitale, quibus defenſionibus innitatur, adnotemus.

Triplex autem fuit ejus defenſio, id eſt, quod ſemel dictum hactenus ſit, cauſa petendi. Cauſam non fuiſſe, cur S. Nævius in bonorum Quintii poſſeſſionem mitti deſideraret; quæ juſta fuit defenſio: nam ſi creditor non fuit, qui hanc miſſionem deſideravit, nihil actum eſt tali poſtulatione, id eſt, decretum nullius eſt momenti. l. cum unus, §. plane, ff. de rebus auctorit. judic. poſſid. *Altera, quod ex Edicto bona poſſeſſa non eſſent. Conſtabat quidem petitam a S. Nævio bonorum poſſeſſionem, miſſionem in bona Quintii; & conſtabat decretam a Burrieno ſecundum quod poſtulaverat Nævius: ſed negatur tamen ex edicto eſſe poſſeſſa. Verba enim Edicti ita habent*: Qui fraudationis cauſa latitaverit, ſi boni viri arbitratu non defendetur, ejus bona poſſideri, vendique jubebo. l. Fulcinius 7. §. 1. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur. *Latitaſſe autem Quintium ut abſens eſſet, pernegatur. Aliud eſt enim abſentia, aliud latitatio. Deinde latitatio ea, quam Prætor coercet, requirit animum fraudandi, ut qui latitat, non modo latitet, ſed etiam fraudationis cauſa latitet.* l. 2. & d. l. 7. §. 1. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur. *Conſequenter decretum Burrieni eſſe ambitioſum, nulliuſque momenti.* argumento l. Fulcinius §. ſi quis poſſederit, ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur. *Nam etſi nondum Cornelia lex prolata eſſet, de qua Aſconius in orat. pro Cornelio: tamen non erat ſine vitio, ſi quid Prætores ambitioſe decernerent, aut varie jus dicerent, id eſt, aliter quam ex Edictis ſuis perpetuis:*

quod Cicero lib. 3. *Verrin. crimini objecit Verri . Praeterea Praetor ait*, ſi non defendetur: *defenſum autem per S. Alphenum abſentem Quintium pluribus probatur: quod tertium & ultimum fuit defenſionis, nec fuiſſe bona poſſeſſa; nam eum Quintii hominem, quem Naevius abduxerat a S. Alpheno, ei per vim ereptum; Publiumque Quintium, qui per injuriam a ſervis communibus praedio Gallico expulſus eſſet, eo per C. Flaccum Imperatorem eſſe reſtitutum.*

Effugit memoriam meam, dum id laboro, ut juris locos, quos adduxi, claros vobis faciam, ut quod erat inter praecipua juris capita quae liti dirimendae conducerent, diſquirendum, de ea re verbum non facerem: quod a nobis alieno fortaſſe loco tractabitur. Poſt annum & ſex menſes, quam Quintius Romam e Gallia rediit; cum componi inter Quintium & Naevium res non poſſent, & ſeſe Quintius defenſioni offerret, poſtulabat Naevius, ut ſatiſdaret judicatum ſolvi, ex formula Edicto comprehenſa, quod ejus bona per triginta dies &c. *qua certe formula juſtius non tenebatur Quintius, quam S. Alphenus ab eo onere ſatiſdationis eximi ſe poſtulabat: nam in Alpheni, qui pro Quintio interveniebat, perſona videtur fuiſſe neceſſaria ſatiſdatio judicatum ſolvi, eoque nomine perperam appellaſſe tribunos; quod pro imperio Praetor eum ſatiſdare cogeret.*

Eſt enim perpetua juris regula, alienae rei idoneum defenſorem neminem eſſe ſine ſatiſdatione. Inſtit. 4. *tit.* de ſatiſdat. *quod autem ad Quintii perſonam attinet, ſciendum eſt ex perſonali judicio, qualis eſt actio pro ſocio, quae in principali hoc negotio vertitur, a reo non exigi ſatiſdationem judicatum ſolvi: reo, inquam, ipſo, ſicut multo minus nec ab actore ipſo ſatiſdationem, ratam rem dominum habiturum: a procuratore autem actoris, & rei defenſore, exigi ſtipulationes; ab illo quidem, ratam rem dominum habiturum; & a defenſore, ſtipulationem judicatum ſolvi. Proinde juſta cauſatio fuiſſe videtur Quintii recuſantis ſatiſdare judicatum ſolvi, qui pro rationibus ſocietatis, dominus cum eſſet, conveniebatur. Sed repli-*

…icatur a parte Nævii, quod bona ejus per dies XXX. *poſ-…ſa eſſent; quæ una cauſa erat edicto perpetuo comprehenſa, …ropter quam reus ipſe perſonali judicio conventus fidejuſſo-…es dabat judicatum ſolvi: quæ formula Edicti uno hoc, & ſingulari loco, id eſt, Quintiana Oratione continetur. Cum negaret Quintius bona ſua eſſe poſſeſſa, offerebat ſatiſdationeni; judicatum ſolvi; ſi eamdem ſtipulationem, judicatum ſolvi, idem Nævius petitor facere paratus eſſet: æquum enim eſſe, ut aut uterque, aut neuter ſatiſdaret, quia judicium pro ſocio ultro citroque ſit directum, & alteri ab altero æque cautum eſſe oporteret. Itaque apparet per injuriam decretum a* **Corn.** *Dolabella tum Prætore, ut aut ſatiſdatum iret Quintius, aut ſponſionem faceret; de qua Caius Aquilius judex datus in præſens cognoſcit. Nunc Quintii juſta recognoſcite, quæ nos ſupra præſtrinximus.*

Cap. 2.

PRimum, *quod contra omnium conſuetudinem*) Duplex injuria Prætoris Dolabellæ fuit, & quod offerentem ſe defenſioni Quintium non admiſit; quod oportuit fieri l. 2. §. hæc verba ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur. maxime; cum & mora deterius jus Nævii factum non ſir, l. Etſi poſt. ff. ſi quis cautiooibus. Deinde quod eum unde petebatur cogebat petitoris partes ſuſtinere, eum jubens ſponſionem facere; cum magis ex ordine futurum fuiſſet, ſi Nævium petitorem juſſiſſet ſponſionem facere in hanc fere formulam: *P. Quinti, ni bona tua ex edicto poſſeſſa ſint, promittis*, puta, *mille nummos*; qua forma, & qui petitor eſt, actoris partes ſuſtinuiſſet, & ſuas reus; ſic neutri injuria fieret. Quod autem in concipienda ſtipulatione prætoria, certam ſummam adſcripſi, veluti *mille nummos*, ideo feci, quia expeditior fere erat ratio exſequendæ ſtipulatioois, ſi certa ſumma ſtipulatione comprehenderetur, quam ſi incerta, ſub hac verborum conceptione, *quanti ea res erit*, l. ult. ff. de prætor. ſtipulat. l. 9. ff. judicatum ſolvi; quod tamen fieri potuiſſe non nego.

Geſta & contracta) In l. Labeo. l. 9. ff. de verbor. ſignif. geſtum dicitur, quod ſine verbis fit: ut qui abſentis domum fulſit ſioe mandato, ex geſtione ſibi abſentem obligavit, non ex contractu, qui contractus partium conſenſum deſiderat. Et hæc ſocietas, in quam P. Quintios inciderat, non erat conſenſu celebrata, ſed fortuna conciliata: ſed & tamen fuiſſe Nævio & P. Quintio contractam poſt C. Quintii mortem ſocietatem aliorum bonorum, indicio ſunt illa verba: *emiſti bona Sexti Alpheni* &c. Ergo cum dixit, *geſta*, pertinet ad ſocietatem rerum Gallicarum, quæ ex C. Quintii morte cum P. Quintio communes erant: quod adjicit, *contracta*, reſpicit ſocietatem eam, quam in boois Alpheoi proſcripti invicem coierant.

Cap. 4. *Cum pecuniam C. Quintius*) Videtur inita ſocietas publicorum vectigalium, veluti decumarum, aut portuum, aut paſcuorum publicorum, jam olim inter C. Quintium & P. Scapulam; quorum conductionis merces ærario populi Rom. & quæſtoribus ærarii diſſolvebatur. Vt igitur conſtaret, quaotum liberis Scapulæ deberetur a

quod Cicero lib. 3. *Verrin. crimini objecit Verri . Præterea Prætor ait* , ſi non defendetur: *defenſum autem per S. Alphenum abſentem Quintium pluribus probatur* : *quod tertium & ultimum fuit defenſionis* , *nec fuiſſe bona poſſeſſa* ; *nam eum Quintii hominem* , *quem Nævius abduxerat a S. Alpheno* , *ei per vim ereptum; Publiumque Quintium* , *qui per injuriam a ſervis communibus prædio Gallico expulſus eſſet* , *eo per C. Flaccum Imperatorem eſſe reſtitutum* .

Effugit memoriam meam, dum id laboro, ut juris locos, quos adduxi, claros vobis faciam , *ut quod erat inter præcipua juris capita quæ liti dirimendæ conducerent* , *diſquirendum* , *de ea re verbum non facerem* : *quod a nobis alieno fortaſſe loco tractabitur* . *Poſt annum & ſex menſes, quam Quintius Romam e Gallia rediit* ; *cum componi inter Quintium & Nævium res non poſſent* , *& ſeſe Quintius defenſioni offerret* , *poſtulabat Nævius, ut ſatiſdaret judicatum ſolvi* , *ex formula Edicto comprehenſa* , quod ejus bona per triginta dies &c. *qua certe formula juſtius non tenebatur Quintius* , *quam S. Alphenus ab eo onere ſatiſdationis eximi ſe poſtulabat* : *nam in Alpheni* , *qui pro Quintio interveniebat* , *perſona videtur fuiſſe neceſſaria ſatiſdatio judicatum ſolvi* , *eoque nomine perperam appellaſſe tribunos* ; *quod pro imperio Prætor eum ſatiſdare cogeret* .

Eſt enim perpetua juris regula , *alienæ rei idoneum defenſorem neminem eſſe ſine ſatiſdatione. Inſtit.* 4. *tit.* de ſatiſdat. *quod autem ad Quintii perſonam attinet* , *ſciendum eſt ex perſonali judicio* , *qualis eſt actio pro ſocio* , *quæ in principali hoc negotio vertitur* , *a reo non exigi ſatiſdationem judicatum ſolvi: reo* , *inquam* , *ipſo* , *ſicut multo minus nec ab actore ipſo ſatiſdationem* , *ratam rem dominum habiturum* : *a procuratore autem actoris* , *& rei defenſore* , *exigi ſtipulationes* ; *ab illo quidem* , *ratam rem dominum habiturum* ; *& a defenſore*, *ſtipulationem judicatum ſolvi* . *Proinde juſta cauſatio fuiſſe videtur Quintii recuſantis ſatiſdare judicatum ſolvi* , *qui pro rationibus ſocietatis* , *dominus cum eſſet* , *conveniebatur* . *Sed*

repli-

replicatur a parte Nævii, quod bona ejus per dies xxx. *poſſeſſa eſſent; quæ una cauſa erat edicto perpetuo comprehenſa, propter quam reus ipſe perſonali judicio conventus fidejuſſores dabat judicatum ſolvi: quæ formula Edicti uno hoc, & ſingulari loco, id eſt, Quintiana Oratione continetur. Cum negaret Quintius bona ſua eſſe poſſeſſa, offerebat ſatiſdationem; judicatum ſolvi, ſi eamdem ſtipulationem, judicatum ſolvi, idem Nævius petitor facere paratus eſſet: æquum enim eſſe, ut aut uterque, aut neuter ſatiſdaret, quia judicium pro ſocio ultro citroque ſit directum, & alteri ab altero æque cautum eſſe oporteret. Itaque apparet per injuriam decretum a Corn. Dolabella tum Prætore, ut aut ſatiſdatum iret Quintius, aut ſponſionem faceret; de qua Caius Aquilius judex datus in præſens cognoſcit. Nunc Quintii juſta recognoſcite, quæ nos ſupra præſtrinximus.*

Cap. 2.

PRimum, *quod contra omnium conſuetudinem*) Duplex injuria Prætoris Dolabellæ fuit, & quod offerentem ſe defenſioni Quiotium non admiſit; quod oportuit fieri l. 2. §. hæc verba ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur. maxime; cum & mora deterius jus Nævii factum non ſit; l. Etſi poſt. ff. ſi quis cautiooibus. Deinde quod eum unde petebatur cogebat petitoris partes ſuſtinere, eum jubens ſponſionem facere; cum magis ex ordine futurum fuiſſet, ſi Nævium petitorem juſſiſſet ſponſionem facere in hanc fere formulam: *P. Quinti, ni bona tua ex edicto poſſeſſa ſint, promittis*, puta, *mille nummos*; qua forma, & qui petitor eſt, actoris partes ſuſtinuiſſet, & ſuas reus; ſic neutri injuria fieret. Quod autem in concipienda ſtipulatione prætoria, certam ſummam adſcripſi, veluti *mille nummos*, ideo feci, quia expeditior fere erat ratio exſequendæ ſtipulationis, ſi certa ſumnoa ſtipulatione comprehenderetur, quam ſi incerta, ſub hac verborum conceptiooe, *quanti ea res erit*, l. ult. ff. de prætor. ſtipulat. l. 9. ff. judicatum ſolvi; quod tamen fieri potuiſſe noo nego.

Geſta & contracta) In l. Labeo. l. 9. ff. de verbor. ſignif. geſtum dicitur, quod ſine verbis fit: ut qui abſentis domum fulſit ſine mandato, ex geſtione ſibi abſentem obligavit, non ex contractu, qui contractus partium conſenſum deſiderat. Et hæc ſocietas, in quam P. Quintius inciderat, non erat conſenſu celebrata, ſed fortuna conciliata: ſed & tamen fuiſſe Nævio & P. Quintio contractam poſt C. Quintii mortem ſocietatem aliorum bonorum, indicio ſunt illa verba: *emiſti bona Sexti Alpheni* &c. Ergo cum dixit, *geſta*, pertinet ad ſocietatem rerum Gallicarum, quæ ex C. Quintii morte cum P. Quiorio communes erant: quod adjicit, *contracta*, reſpicit ſocietatem eam, quam in bonis Alpheni proſcripti invicem coierant.

Cap. 4. *Cum pecuniam C. Quintius*) Videtur inita ſocietas publicorum vectigalium, veluti decumarum, aut portuum, aut paſcuorum publicorum, jam olim inter C. Quintium & P. Scapulam; quorum conductionis merces ærario populi Rom. & quæſtoribus ærarii diſſolvebatur. Vt igitur conſtaret, quantum liberis Scapulæ deberetur a

Digitized by Google

Quintio ex rationibus ſocietatis, conſtare oportuit quantum ærario publice deberetur: quod exſolutum fortaſſe a parte Scapularum cum ceteris nominibus ejus quoque ſummæ ratio ad denarium, id eſt, ad rationem denariam revocata eſt; & cum iis tranſactum & deciſum, quid denaria ratione deberetur. Rationum autem ad calculum revocandarum modus fere triplex fuit. *Aſſarius*, ab aſſe dictus, qui eſt 12. partium, ſive unciarum; cum æra, id eſt, particularia nomina, articulos, vernacula lingua diaeris, ſub nota aſſis ita duxeris, ut duodecies reſumantur. *Denarius*, cum ſub nota denarii æra ſubnotantur, ut ſedecies ducantur; eſt enim denarius ſedecim aſſium. *Seſtertiarius*, qui eſt aſſium quatuor, videtur minutulis ſummis accommodatior, ex iis quæ Voluſius Metianus de ponderibus ſcripſit. Tota autem illa ratio valde fuit perplexa & implicata, ut & Horatius indicare videtur, eum liberos civium Romanorum ita huic ſtudio deditos notat, ut ſeriis ſtudiis & Poeticæ non vacet operam dare: nam ad calculandi ſtudium haud dubie pertinent hi verſus, in arte Poetica:

Romani pueri longis rationibus aſſem
Diſcunt in partes centum diducere, &c.

Cap. 5. *Cujus auxilium*) *Auxilium* pro pecunia, quod Aſconius in Verrina 3. notat.

Quam ſi cum auctionem) Qui præconium facit, quod ſua nihil intereſt, quibus ea res, cujus auctionem facit, venit, Domini, id eſt, cujus ea res eſt, juſſu addicit ſecure, ſine ulla ſua ſollicitudine: hoc dicit Cicero exprobrans Nævio viliſſimum quæſtum ex præconio.

Vadimonia dilata ſunt) Id eſt rejecta in alium diem ex partium conſenſu.

Cap. 6. *Obſecro C. Aquili*) Ecce rurſum incipiendo novam narrationem enixe attentionem ſtipulatur: nam is locus eſt, unde narratio tota probabilis fit, qua nihil debere Quintium ſocietati in ſequentibus contendit.

Vadari) In jus vocare, vadimonium promittere, vades dare judicii ſiſtendi cauſa.

Ab atriis Liciniis & a faucibus macelli) Quo ſcilicet conveniebant fere præcones, & auctiones fiebant.

Tabulam Seſtiam) Tabulam Seſtiam opinor contumelioſe exprobrari Nævio, quia forte tum proſcripti Seſtii bona ſub haſta venirent, quo convenire ceteris præconibus opus erat.

Hora ſecunda) Lex eſt 12. tab. *Ante meridiem cauſam conjiciunto*. id eſt, cauſas apud magiſtratum exponant. Martialis:

Exercet raucos tertia cauſidicos.

Cap. 7. *Utebatur populo ſuo*) Scilicet Alphenus: quod honorificentius, & declinandæ invidiæ aptius, quam ſi tribuno plebis diceret: intelligit enim M. Brutum, qui interceſſionem fecit, ne Alphenus ſatiſdaret. Et in tribunis elucebat jus populi.

Negat) Docuimus ſupra hanc eſſe malam rationem, atque ea ea parte Quintii cauſam nutare, niſi qua ceteris rebus ſubſiſtit. Nam ut Quintius non ſatiſdet, cujus cauſa agitur, Alphenum procuratorem ſatiſdare oportuit, ne de eadem re Nævius judicium ſæpius patiatur.

Cap. 8. *Quod ab eo petat*) Reſtitue meo periculo, *quod ab eo petat pecuniam, cujus ex edicto* &c. pecuniam autem adjicit in formula, quo differentia ſit inter vindicationem, id eſt, petitionem rei noſtræ, ab actione perſonali, qua perſequimur, quod nobis debetur. Notate autem hanc Edicti partem, qua reus ipſe judicatum ſolvi prætoria ſtipulatione cogitur, ſi per dies xxx. bona ejus poſſeſſa ſunt; quod alio loco non temere reperiatis.

Ne videretur bona) Cum innumerabilis pecunia peteretur, ſi vades non daret Quintius judicatum ſolvi, futurum erat proxime, ut bona ejus venirent.

Cap. 9. *Se capitis damnaret*) Αὔξησις eſt oratoria; nam neque ex hoc judicio exiſtimationi Quintii periculum creabatur, niſi ex conſequentia; neque ea judicia, in quibus exiſtimationis cauſa vertitur, proprie ſunt capitalia; & ſecernuntur a capitalibus ab auctoribus juris l. capitalium 28. §. de pœnis l. 48. l. 5. ff. de variis & extraord. cognit.

Illud etiam reſtiterat) Puto ſignificare velle Ciceronem etiam id judicium, in quo de ſponſione certæ pecuniæ Aquilius judex ſumtus erat, voluiſſe Nævium facere capitale; ut perinde

ac ex

ac ex legibus judiciorum publicorum tempus & horæ dicendi ex illis legibus præſtituerentur: forte quia in privatis judiciis non a Prætore, ſed ab ipſo judice, quem Prætor negotio addicebat, horæ dicendi litigatoribus ſtatuerentur: nam etiam in iis tempus dari & ex clepſydra dici Martialis bonus teſtis eſt.

In jus) Ad prætorem.

Cap. 10. *Vt eas in conſilium*) Id eſt, ut cauſa peroretur; nam perorata cauſa dimitti judices in conſilium dicebantur.

Priore patrono) Marco Iunio, de quo in principio Orat.

Negamus) Ex eo injuria Dolabellæ prætoris notatur, quod agere priori loco eum, qui negat, cogit contra juris ordinem.

Cap. 11. *Non fuit cauſa cur poſtulares*) Hæ ſunt exceptiones a probabili, quæ ducuntur a præſumtione, non neceſſariæ: nam poteſt eſſe falſum, quod eſt probabile: eoque differt probatio a præſumptione; nam probatio factum demonſtrat; præſumtio veriſimiliter factum: quod ſi hac actione quæreretur, deberet ne Quintius Nævio ex cauſa ſocietatis; & ex rationibus accepti & impenſi probaret Nævius pecuniam eo nomine ſibi deberi: videtis ut exceptiones iſtæ frigidæ, jejunæ ac potius nullæ ſint. Sed in hac controverſia id ſatis fuit facere probabile.

Cap. 13. *Si veretur ut res*) Notate diligenter; hæc eſt enim veriſſima cauſa, propter quam petitur judicatum ſolvi. Nam quare exigitur ſtipulatio judicatum ſolvi? ut res judicio facto parata ſit: id eſt, ut poſt judicium habeat actor, quem conveniat.

Cap. 14. *Vadimonium eſſe deſertum*) Id eſt, non paritum ſtipulationi judicio ſiſti, & promiſſa die abſuiſſe.

Cap. 15. *Continuo ne verum fuit*) *Verum* pro *juſto* ſæpius apud Ciceronem, & Salluſtium, quod & Nonius notat.

Pecuniam ſi cuipiam fortunæ) Similiter eſt Horatii locus de homine avaro & ſordido:

—— Populus me ſibilat: at mihi plaudo
Ipſe domi, quoties nummos contemplor in arca.

Victus veſtituſque) Hæc fere Cicero conjungit, quamquam victus appellatione etiam alterum contineatur l. verbo victus 43. ff. de verb. ſign. alicubi memini me legere, *vita & veſtitus*.

Etenim mors honeſta) Κακόζηλον eſt, & vitioſa affectatio antithetorum; nam mors & vita ſunt ipſa quidem antitheta, ſed periodi partes, quibus hæc applicantur, invicem non opponuntur, ſed altera pars alteram revincit, & pars ſuperior quod ait, inferior negat.

Cui magiſtri fiunt) Magiſter is eſt, qui hodie curator bonis dicitur: tit. ff. de curatore bonis dando l. 42. præciſa locutione: nam pleniore & perfecta, curator bonis diſtrahendis dicitur l. 9. prætor ait §. his verbis ff. de rebus auctor. judic. poſſid. cujus creandi rationem & formam videbitis apud Theophilum Inſtit. 3. tit. de ſucceſſ. ſublat. quæ fiebant per bon. vendit. l. 2. & ult. ff. de curat. bonis dando.

Domini conſtituuntur) Itaque neque ejus nomine, cujus bona veneunt ſtipulatio de rato, id eſt, ut Dominus rem ratam habeat; neque judicatum ſolvi ſtipulatio exigitur, ſi forte ad agendum aut defendendum magiſter ſive curator procuratores dederit: ſed ſatiſdant ipſius magiſtri nomine quaſi vere domini: l. 2. ff. de curat. bonis dando.

Qui qua lege) Nam ultima, id eſt, tertia aditione prætoris permittebatur magiſtro ποιεῖσθαι legem bonorum venditionis: id eſt, edicto proſcribere quantam debiti partem bonorum emtor ſolvere creditoribus teneatur: veluti dimidiam, aut tertiam, aut quartam, ut Theophilus exponit.

Bonorum emtores ut carnifices) Sciendum eſt bonorum iſtam venditionem, quæ ex bonorum debitoris poſſeſſione fiebat, ſucceſſiſſe veteri legi 12. tab. quæ judicatos vel æris confeſſos, ſi non diſſolverent judicatum, poſt trinundinum, ſervatis ſolemnibus, capite puniebat: aut ſi plures eſſent creditores, ſecari eos in partes ab unoquoque creditorum permittebatur. Gellius lib. XX. cap. 1. Tertullianus Apologet. Inde perpetuo in hac oratione cauſa capitis, & cauſa ſanguinis oratorie inſpecta origine vocatur.

Cap. 16. *Multis vadimoniis deſertis*)

Fuiſſe

Fuiſſe tamen in arbitrio ejus qui ſe ſtitiſſet, ut uno Edicto contentus bonorum poſſeſſionem impetraret, vel unus hic locus evincet: nam ſi multa fuerint neceſſaria, quantis lateribus, quanta voce id Cicero inculcaverit, quod fuit potiſſimum obtinendæ victoriæ. Hodie fere neceſſaria ſunt edicta tria l. ad peremtorium 68. cum ſequentibus 5. ff. de judiciis; ſic tamen ut nonnumquam unum impetrare ſit ſatis. l. nonnumquam eod. l. contumacia: §. 1. ff. de re judicat. Et id appellatur *unum*; ſcilicet edictum, pro *omnibus*.

Cap. 17. *Multo facilius divitem*) Nota patrem familias pro honeſto viro dici; cum ex conſuetudine dicatur; qui familiæ ſuæ eſt caput; & ut Horatius loquitur; *pater domus*:

Cap. 18. *Non ad ſolarium*) Turnebus; vir numquam ſine præfatione laudis nominandus; refert ad eam fori locum, in quo fuit ſolarium, id eſt horologium; quod ex umbris horas notat; quo ſcilicet otioſi homines convenire ſoliti eſſent: fuiſſe autem in foro, teſtis eſt Varro lib. de Lingua Lat.

Huic acerbiſſimum vivo videntique) Videri enim bonorum emtorem in miſeri debitoris bona invadere quaſi heredem; non eſt autem hereditas viventis l. 27. ff. de acquir. heredit. l. 29. l. 1. ff. de heredit. vel act. vendit. ideoque inter jura acquirendæ hereditatis tractatur de ſucceſſionibus per bonorum venditionem acquiſitis, Inſtit. III. Tit. 13. & ſucceſſio dicitur l. 24. §. 1. ff. de damno infecto.

Horæ duæ) Et trinundinum vetus & triplex prætoris aditio; de qua Theophilus; quæ haud dubie trinundino illi ſucceſſit, ſtata erant; & certis ac ſuis diebus fieri ſolita, quia lege ageretur; &, ut Iurisconſulti noſtri loquuntur, *fatalia*, quibus diebus ipſis fata ipſa cauſarum expenderentur; Diebus ſeſſionum, in quibus vix per horas duas poteſtatem ſui faciebat Prætor, imo nonnumquam ut ſeſe exhibuiſſet, abſcedebat. Macrobius lib. III. Saturnal. Iuvenalis Sat. 16. *ſubſellia tantum ſternuntur* &c. Ergo duas horas oratorie & finite, pro tempore indefinito: nam ad ſummam tribus fere horis ante meridiem oſtentabat ſe Prætor populo Rom. ut lege ageret; quamquam alioqui liceret uſque ad ſolis occaſum; unde lex 12. tab. *Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto.*

Cap. 19. *Qui fraudationis cauſa latitarit*) Lex prima ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur, ſtrictim expediri poteſt hoc modo: Ex tribus cauſis in univerſorum bonorum poſſeſſionem prætor mittit. *Prima*; rei ſervandæ cauſa; quæ pars edicti ad creditores pertinet, & inde nomen habet; an quia cautionis vice; ut ſibi debitum ſalvum ſit, in poſſeſſionem mittuntur, an quia ita mittuntur, ut in poſſeſſione ſint cuſtodiæ cauſa, quod magis videtur. *Secunda*; legatorum ſervandorum nomine; quæ ſcilicet ſub conditione, vel in diem ſeu certam, ſeu incertam; quæ conditioni æquiparatur, relicta ſunt; quo caſu cavere ejus legati nomine legatario heres detrectat: tunc enim prætor mittit in bonorum poſſeſſionem, eorum ſcilicet, quæ hereditaria fuerint; raro in propriorum heredis, ſi forte hereditaria dolo deſierit poſſidere. l. 5. is cui §. qui in poſſeſſionem ff. ut in poſſeſſionem leg. vel fideicommiſſ. *Tertia cauſa*, ventrem, id eſt, mulierem, quæ uxor fuit, & prægnans ex eo eſt, qui maritus fuit; unde qui naſcetur partus, ſuus defuncto patri futurus eſt, prætor mittit in poſſeſſionem bonorum; ut inde alatur & exhibeatur partus. tit. ff. de ventre in poſſeſſ. mittendo. Rurſum ſervandæ rei cauſa in univerſa bona debitoris mittuntur creditores ex tribus cauſis; quæ hic recenſentur. Primam expoſui ſatis ſupra. Secunda eſt *cui heres non extabit*; nam ſive heredem non habeat debitor, & vacantia bona ſint; ex ea cauſa certum eſt maxime bona poſſideri licere; ſi non defendantur, neque modo ſi heres non erit, ſed etiam ſi forte heres ſcriptus ſit ſub conditione, vel in diem longiorem; & diſtineantur & protrahantur creditores, ex hac edicti parte in poſſeſſionem mittuntur univerſorum bonorum. l. 8. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eat. l. 4. ff. de rebus auctorit. judic. poſſid. Proinde caute in edicto ſcriptum eſt, *cui heres non extabit*, id eſt, non emerget, non apparebit; non hoc modo, *cui heres non erit*. Ter-

tia

Digitized by Google

tia ſubdiviſionis ſpecies, *qui exſilii cauſa ſolum verterit*, quod hodie fere in deportatorum cauſa, & eorum quibus aqua & igni interdictum eſt, quibus deportati ſucceſſerunt, locum non habet. Nam ademtis bonis in exſilium mittuntur; itaque fiſcus Cæſaris creditoribus tenetur; & omni ære alieno, niſi forte procurator Cæſaris conſulto principe bona ea non admiſerit; argumento l. 2. ff. de officio procur. Cæſ. quo caſu in bona deportati mitti creditores non eſt abſurdum. Itaque caute Papinianus l. ad cognitionem ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eat. exemplum adfert exſilio temporario puniti; id eſt, relegati, & ad tempus, ſalva civitate bonisque, in exſilium miſſi. Olim hæc edicti clauſula locum habuit in iis; quibus aqua & igni interdicebatur, quia ſalvis bonis exſulabant, ut judicatur ex orat. Ciceronis *pro domo ſua*. Sed lege Iulia paulo poſt hæc tempora factum eſt, ut qui exſularent partim bonis omnibus; partim dimidia bonorum parte multarentur, ut Suetonius ſcribit in Iulio cap. 42. Poſteaque Auguſto imperante, deportatis vix ad ſubſidium vitæ quidquam relictum eſt, ut Dio ſcribit.

Quo tempore) Expenditur clauſula ſtipulationis recte defendi.

Non modo fieri) Non jubebat prætor præciſe fieri, ſed jubebat fieri ex edicto.

Hominem) Servum, ut alias ſervi, coloni, inquilini.

Cap. 20. *Poſtulabat ut*) Hic eſt ſalebroſus locus, in quo Hortenſius Quintium urgebat. Videndum enim, an judicio ordinario præſcribere poſſit tribunitia interceſſio, quod eſt auxilium extraordinarium; quo qui utitur, poſſit videri non recte defendi. Itaque confugit Cicero ad τὸ πάθος.

Decreto prætoris Romani) Quare autem prætoris Romani? quia in provincia Gallia bona communia non permiſerat Flaccus poſſideri, quod Vrbanus prætor jus non habuit in bonorum poſſeſſionem mittendi; in ea bona quæ erant in provinciis l. 12. §. 1. ff. de rebus auctorit. judic. poſſidend.

Cap. 21. *Hoc ſingulari*) *Singulare* oppoſuit *uſitato*, ſic in jure civili jus ſingulare dicitur, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem introductum eſt l. 16. ff. de legib. Ergo ſingulare extraordinarium, non uſitatum, non ex more & inſtituto judiciorum.

Vt nobili; ne gladiatori quidem) Alluſio eſt in homonymia vocis *nobilis*; nam prima & præcipua ſignificatione natalium denotat ſplendorem, quo modo Sulla pro nobilium cauſa arma ſumſiſſe dicitur. Eſt & nobilis ex aliquo artificio; etiam malæ rei, ut *nobilis latro*, *nobilis gladiator*; qui pluſimarum palmarum, ut orat. *pro Sex. Roſcio Amerino*. Igitur eſt jocus, tam abhorruiſſe Alphenum a partibus nobilium, cum eſſet Marianarum partium; ut nobiles gladiatores etiam averſatus conſectaretur infimos quoſque ex inſtituto & educatione Nævii.

Cap. 23. *Cur bona non venierint*) Quod conſequens fuit bonis poſſeſſis.

Cur ceteri ſponſores) Magiſtro ſcilicet creando, ut bona ejus diſtraherentur.

Æris alieni) *Æs alienum* dicitur, quod ex bonis meis deduci oportet, creditoribus ut ſatisfiat; nam niſi eo deducto, non eſt proprie meum, quod *æs meum* dicitur, in quo ſcilicet nemo partem habet. Eſt etiam legere *æs alienum meum*; quod mihi alii debent.

Cap. 24. *L. Sulla Dictatore vendente*) Hæc Oratio habita M. Tullio Decula & Cn. Cornelio Dolabella Coſſ. anno poſtquam Sulla Dictator factus eſt Reipublicæ conſtituendæ. Gellius lib. XV. cap. 28.

Cap. 25. *Vt ſolus dignus videatur qui eo non*) Erant enim turpes ſcenici, quos jura inhoneſtos eſſe voluerunt, ut Arnobius loquitur lib. I. adverſus gentes. Tertullianus: *Hiſtrionicam artem*, inquit, *Romani cum tanti faciant, artificem notant*.

Intercalares) Ante anni Iuliani digeſtionem erant faſti in poteſtate Pontificum, qui plerumque menſem intercalabant, id eſt; interſerebant; idque poſt refugium, & terminalia, quo die termino ſacra res fiebat. Et is menſis, qui nomen non habebat, ſi quando intercalaretur, intercalaris dicebatur; tot dierum, quot Pontifices indixerant. Hoc igitur anno intercalatum.

Septi-

Septingenta millia paſſuum) Ex prætoris edicto in ſingulos dies vicena millia paſſuum dinumerantur itineri reis conficiendo. l. 1. ff. ſi quis cautionibus. Igitur ſeptingentis millibus paſſuum conficiendis prætor daturus fuit ad minus 35. dies, ut quamquam laxius tempus itineri decurrendo dederit, certe tamen tam longum iter tam brevi ſpatio exigi non potuerit. Si leucæ Gallicæ duo millia aſſignes paſſuum, 350. leucæ Gallicæ pegaſo ſatis erunt, quas triduo pervolet.

Cap. 26. *Sebuſianos*) Sebuſiani putantur Burgundis finitimi, quæ pars dicitur *la Breſſe*.

Vtrumlibet elige] E duobus, quorum alterum incredibile, nempe exacta triduo ſeptingenta millia paſſuum; premit alterum, non eſſe dejectum de Gallicana poſſeſſione Quintium ex edicto, quod nondum interceſſerat decretum; nam poſt interpoſitum decretum, triduo dejectus de poſſeſſione Gallicana eſt Quintius. Ex eo autem decreto non potuit, quia triduo emetiri tot ſpatia nuncius non potuit. Neceſſarium eſt ergo, curante nuncio, qui decretum neſciebat, dejectum Quintium, non ex vi Edicti.

Cap. 27. *Ni ex edicto*) Sic concipit hanc ſtipulationem Cicero, ut e re ſua fuit, & fortaſſe fieri oportuit, alioqui interjecta ſtipulationi P. Burrieni prætoris perſona, magis dubiam litem facit.

Ex edicto non poſſederit] Atqui prætor non hoc modo loquitur, ſed: *ſi in poſſeſſionem venerit*; item: *eos ita videtur in poſſeſſione eſſe oportere*. In ſumma hunc locum Cicero exſequitur non ſatis ex juris diſciplina; ut cum mox infra ſcribit: *ita poſſideto, ut tecum ſimul poſſideat Quintius*. Longe autem diverſa ſunt *poſſidere*, & *eſſe in poſſeſſione*. l. ſi quis ante 10. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 41. l. cum legat. ff. quibus ex cauſis in poſſ. eatur.

Quod ibidem recte cuſtodire) Hæc edicti verba non ſunt in Salviani edicti reliquiis.

Dominum invitum detrudere non placet) Si quando autem prætor jubet poſſidere, dico cum effectu poſſidere, non modo in poſſeſſione eſſe, detrudere dominum permittit poſſeſſorem; ut qui ex cauſa damni infecti permittitur poſſidere: nam decedere poſſeſſione dominus jubetur l. ſi finita. §. ſi forte. ff. de damno infecto, non eum qui in poſſeſſionem miſſus eſt, l. 7. prætor. §. ejus rei. l. ſi finita. §. ſi quis autem. ff. eod. Et hæc jura ita diſtinguunt, quod abſurdum ſit eſſe duos in ſolidum poſſeſſores. l. ſi ut certo §. ult. ff. commodati. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſſ.

Cui Romæ domus) Ad quam denunciare S. Nævium ex officii neceſſitate oportuit, ut ſupra quoque. Nam & ex aliis edicti partibus, antequam in poſſeſſionem mittat, domum denuntiari prætor jubet. l. 4. §. prætor ait. ff. de damno infecto, id eſt, non eſſe ſatis deſertum a reo vadimonium, ut ejus bona poſſideantur, ſed domum ejus prius denuntiari oportet.

Cap. 29. *Vi detruſum*) Nam etiam vis fit, ſi quis de domo ſua in jus aliquem vocet. l. plerique ff. de in jus voc.

Omnia autem bona poſſeſſa) Hæc pars deeſt in illa lacuna, quæ eſt inter *hoc dico*, & *Nævium non appellaſſe*.

Cap. 30. *Gallonii*) P. Gallonius Gurges, a Lælio dictus profuſiſſimus nepotum, ut ex Lucillianis verſibus, qui a Cicerone referuntur de Finibus 2, conſtat.

IACO-

IACOBI MENARDI
COMMENTARIVS
IN ORATIONEM
PRO
SEX. ROSCIO AMERINO.

QVæſtio bujus orationis non eſt altiſſime petenda; poſtulatur Roſcius parricidii. Tota defenſio conſiſtit in inficiando. Sed tam apte purgatur reus, ut non modo ab eo ſuſpicio tanti ſceleris removeatur, ſed etiam ultra transferatur & regeratur in adverſarios Roſcios, maxime in T. Roſcium Capitonem, qui in accuſationis ſubſelliis in Sextum Roſcium proximum ſurrecturus teſtis ſedebat. Itaque artificioſiſſima defenſio eſt, & defenſionis, neque minus accuſationis ſpeciem præ ſe ferens.

Sed ad juris cognitionem adnitentibus vobis, operæ pretium facturum me eſſe exiſtimavi, ſi quod ad parricidii quæſtionem pertinet, cum de lege Cornelia, tum de Pompeia in parricidas lata, perveſtigarem, quæ in eos pœna, & per quos ea decerneretur: quæ res ſane neque plana eſt, neque niſi ex ſignis, quæ a nobis minime dubia putantur, tranſigetur: ut ſi verum non aſſequemur, non aberraſſe tamen nos arbitrabimur ab eo, quod eſt vero propius.

Primum nos aſſeveramus, a L. Cornelio Sulla Dictatore reip. conſtituendæ perlatam legem primam in parricidas, eique crimini quærendo prætorem conſtitutum. hoc l. 2. §. Deinde Cornelius Sulla ff. de orig. jur. *illud etiam* l. 15. Divus. ff. de pœnis. l. ult. Cod. Theod. ad legem Corneliam de falſis. *eamque legem, quæ de parricidis eſt, de ſicariis dici ſupradictis locis contendimus: ut in hac oratione M. Fannium prætorem inter ſicarios nominatim dicit; Et idem Cicero prima pro Cluentio manifeſtum facit*: Quid ergo, *inquit*, eſt?

eſt ? hæc quæſtio ſola ita gubernatur ? quid M. Pletorii & Caii Flaminii inter ſicarios? quid C. Orcinii peculatus? quid mea de repetundis ? quid C. Aquilii, apud quem nunc de ambitu cauſa dicitur, *&c. Videtis ut unicuique Prætori ſuam adſcribat quæſtionem, de qua ex lege quærat: quæſtioni inter ſicarios prætores duos adjiciat, Pletorium & Flaminium. Nempe ita eſt de parricidio alter, de ſicariis ſimpliciter alter, id eſt, qui non eſſent parricidæ, cognoſcebat, ut ſint & parricidæ ſicarii, & prætor parricidii etiam prætor de ſicariis. Nam in genere graſſaturæ & latrocinii non differunt parricidæ a ſicariis; ſicarii enim ipſi quoque ſunt, ſed non retro ſicarii parricidæ. Igitur quæſtio de ſicariis duplex ex lege Cornelia, & ex eadem prætor duplex. Sed in Pompeiam de Parricidiis transfuſa quædam ſunt ex lege Cornelia: adeo ut jam fere non laudetur Cornelia, ſed Pompeia.*

Quomodo autem altera alteri derogaverit, aut in quo, non eſt facile dicere. Hoc tantum certe ſcimus, cum in aliis multis, tum in hac parte multum ſibi permiſiſſe Tribonianum, quod etiam ipſa collatio legis 1. & leg. 9. ff. ad leg. Pomp. de parr. *evincet. E quibus quaſi per nebulam introſpicimus legi Corneliæ de parricidiis locum fuiſſe, ſi pater, mater, avus, avia, cæſi eſſe dicantur: quibus perſonis adjecit Pompeia, fratrem, ſororem, patruelem, matruelem, & ceteros qui d. l,* 1. *continentur* l. 3. ff. eod. de lege Pompeia. *ut in parentum quidem cæde animadvertatur, culleo inſutis parricidis ex more majorum, ut Modeſtinus ait, & ex lege Cornelia de parricidio: cui pœnæ adjecit lex Pompeia virgas ſanguineas, viperam, ſimiam, gallum gallinaceum, & canem. Nam tota hæc oratio ſolius cullei meminit. Ex lege Pompeia, fratris aut ſororis cædes, aut eorum qui ea lege continentur, quæſtione de parricidio tenetur, & apud prætorem parricidii lege Cornelia inſtitutum judicatur: ut ei tamen crimini pœna ſicariorum, eorum ſcilicet, qui non ſint parricidæ, inferatur; id eſt, prætor qui de parricidio cognoſcit, parricidium in non parentes vindicat quaſi ex lege non ſua.*

In d.

In d. l. 9. quod ſcriptum eſt: capitis pœna plectuntur, aut ultimo ſupplicio mactantur; capitis pœna *exſilium eſt*; *nam cum capitis pœna ſit ultimum ſupplicium, quomodo iſta disjunguntur, capitis pœna & ultimum ſupplicium; niſi pœnam capitis dicas deportationem: quæ certe pœna fuit legis Corneliæ de ſicariis*, Paulus lib. 5. Sentent. ſub tit. ad leg. Cornel. de ſicariis. *Suetonius in Iulio cap. 42. ubi cum ſic ſcribit*: Cum locupletes facilius ſcelere ſe obligarent, quod integris patrimoniis exſulabant, parricidas, ut Cicero ſcribit, bonis omnibus, reliquos media parte multavit; *parricidas intelligit lege Pompeia factos, qui præter parentes, conjunctiſſimam aliam perſonam occidiſſent; nam illis aliis culleus inſtruebatur. Vel intellige parricidas etiam eos, qui parentes occidiſſent, ſed eſſent inficiati; nam in ſolos confeſſos atrociſſima pœna illa cullei exercebatur, ut idem Suetonius* in Auguſto cap. 33. *quod caput puto eſſe Pompeiæ legis, non Corneliæ, ex argumento hujus orationis, cum Erutium docet Cicero quibus teſtimoniis, ſignis & judicis uti oporteat, ut reum tantæ pœnæ ſubjiciat*.

Ex his puto conſtare, quare in d. l. Divus. ff. de pœnis *mentio Corneliæ legis fiat, cujus pœna ſit ultimum ſupplicium. Eſt enim Cornelia de ſicariis parricidis, cujus pœna culleus. Is eſt ejus legis ſenſus: Decuriones, quorum ordo in municipiis a Caſſiodoro minor ſenatus dicitur; nam in ceteris civitatibus iidem, ſalva comparatione, fuere, quod Senatores Romæ; ii, inquam, decuriones cum in aliis multis, tum in pœnarum gradibus, a cetero populo privilegiis legitimis, & Principum conſtitutionibus ſegregati fuere: veluti ne torquerentur, aut de iis quæſtio haberetur.* l. ult. ff. de decurionibus. l. Divo. ff. de quæſtion. *Item ut ne verberibus, aut ictibus fuſtium, aut plumbatarum ſubjiciantur, neve in metallum dentur.* l. 2. §. 1. de decurionibus. *Itaque eo valet Adriani decretum, ut propter honorem decurionatus, decurio parricida non cædatur ictibus virgarum ſanguinearum, cum illo comitatu feralium beſtiarum, quæ ex lege Pompeia cum parri-*

parricida induntur in culleum; ſed ut ſimpliciter inſuatur culleo, & mergatur in mare: quam pœnam diximus legis Corneliæ de parricidio: nam lex Cornelia de ſicariis non parricidis, ultimo ſupplicio non affecit delinquentes. Lex autem illa Divus; *ex ſolo parricidii crimine ultimo ſupplicio in parricidas decuriones animadverti ex lege Cornelia præcepit.*

Virgas ſanguineas, ut hoc obiter dicam, didici ab herbariis eſſe noſtratem nerprunum, *atque id mihi facile perſuaſerunt; nam ejus lentitudo vinculorum uſum & vitibus, & aliis rebus facile præbuerit, cui rei commodare ſanguineos frutices Plinius lib. 16. cap. 37. ſcribit; & color fruticis, præcipue adoleſcentis, nomini convenit. De ea idem Plinius lib. 24. cap. 10. ſic ſcribit:* Cortex ejus interior cicatrices, quæ perſanavere, aperit. *ubi,* perſanavere, *dictum paſſive accipi volo, id eſt,* perſanatæ ſunt,

Cap. 1.

E*Go potiſſimum ſurrexerim*) Stantes Oratores cauſas agere oportuit, inde in l. 6. Cod. de poſtulando, eleganter Imperatores edicunt in hæc verba: *Nec putet quiſquam honori ſuo aliquid eſſe detractum, cum ipſe neceſſitatem elegerit ſtandi, & contemſerit jus ſedendi.* Cujus dicti ea ſententia eſt: honorati, & magiſtratu functi jus habent ſedendi cum judicibus. l. ult. Cod. de officio diverſ. iudic. l. 1. Cod. de offic. civilium judic. licet autem his cauſarum patrocinia poſt magiſtratum ſuſcipere: ſed ea conditione, ut ſint, quod elegerint, Oratores; nec ex prærogativa honoris ante geſti, conſedendi cum judicibus habeant facultatem. Ovidius 13. Metamorph.

Conſedere duces, & vulgi ſtante corona,
Surgit ad hos, &c.

Vt cauſam Sexti Roſcii) Cauſam recipere ſingulorum & privatorum, ſuſcipere Oratores civitatum & provinciarum, & ſociorum dicebantur, ut notat Aſconius ad *Divinationem*.

Non modo ignoſcendi ratio) *Ignoſcere* & *cognoſcere* de eodem ſunt fonte, & ſunt quodammodo adverſa. *Ignoſcere* eſt gratiam pœnæ facere; *cognoſcere*, etiam *de crimine cognoſcere*, cui ex lege ultio debeatur. Notantur autem Sullana tempora, cum Sulla victor nemini hoſtium pepercit, & plus quam ſeptem millia civium inauditos indicta cauſa jugulaverit, qua de re idem Cicero graviter conqueritur in orat. pro domo ſua: *Proſcriptionis*, inquit, *miſerrimum nomen illud, & acerbitas Sullani temporis quid habet, quod maxime ſit inſigne ad memoriam crudelitatis?* opinor pœnam in cives Romanos nominatim ſine judicio conſtitutam.

Cap. 2. *Quæ ſunt ſexagies*) Ego ſic ſemper in animum induxi meum, difficilem eſſe comparationem, vel, ut ſic loquar, reductionem rei nummariæ antiquæ, ad rationem ejus, quæ hoc tempore pollet. Idem doctiſſimo ac ſanctiſſimo Epiſcopo Ilerdenſi Antonio Auguſtino videri, ex ſcriptis ejus deprehendi. Ne tamen tam eruditis viris, tam acutis, omnis opera luſa videatur, qui in ea re conquirenda plurimum ſtudii contulerunt, atque ut ne inanis antiquorum librorum lectio, quod ad hanc partem attinet, & ſterilis ſit; demus hoc illis viris,

viris, & ingeniis noſtris plurimum ſcire avidis, ut in eo tamquam in vero conquieſcant, poſſe veterum ſummarum rationem cum noſtratibus nummis iniri. Hæc ſumma ſexagies, quam ſic enuntiari oportet, ſexagies centena millia ſeſtertium nummum, æquiparet forte (1) centum viginti quinque millibus aureorum noſtratium: quæ bonorum Roſcii æſtimatio ſit, cum ea univerſa bona Chryſogonus emta haberet duobus millibus nummum, quæ ad hanc rationem faciant noſtratium aureorum circiter 50.

Is a vobis judices poſtulat) In tam gravi cauſa, & maximo Roſcii periculo, tam apertam ironiam non modo excuſatione, ſed etiam laude dignam facit ſecuritas Ciceronis, & confidentia cauſæ. Nam eo tendit, ut vanam & per ſcelus conflatam accuſationem probet, atque is fortaſſe unus locus erit, in quo jocos Ciceronis inſectati ſint adverſarii ejus, ut eſt apud Quinctilianum libro II.

Cap. 3. *Per quorum ſententias*) Ad judices hoc dictum pertinet, qui operam dabant prætori, & in conſilio erant jurati. Nam ipſi judices jurabant in leges, ut obſtricti religione judicarent: prætor ipſe non jurabat ex more. Aſconius 2. in Verrem, ubi illud exponit: *malim & jurato prætori ſuam.*

Quod antea ipſi ſcelere & ferro] Id eſt quod conqueritur graviter Velleius Paterculus tom. 2. duobus locis: nam adeo res omnes peſſum ierant, ut pretium de ærario conſtitueretur iis, qui cives occidiſſent proſcriptos, &, ut Seneca ſcribit, a quæſtore pretium cædis exigeretur. Senecæ, de Divina Providentia, verba ſunt: *Pretium cædis Sulla per quæſtorem & tabulas publicas numerat.* Et cum bona proſcriptorum in ærarium referri oportuerit, illa facile impetrabant, qui occidiſſent, eorum, quos per ſcelus ſummum occidiſſent: vel ut quam viliſſimo pretio ſibi illa addicerentur. Et hoc eſt quod Velleius dicit: *Suæ quemque cædis mercem & & auctoramentum fuiſſe.* Et eo pertinet quod ait, aduſque Sullam neminem extitiſſe, qui bona civis aut donare auderet, aut petere ſuſtineret. Atque uti ne ea vox, *auctoramentum*, apud Velleium iterum atque tertio repetita aures veſtras inſolentia ſua conturbet; ſcitote aptiſſime illo loco quem citavi prætertim uſum. Eſt enim *auctoramentum*, illud operæ pretium & palmarium, quod pro opera ſua, poſt arenam & munus auferunt munerarii & gladiatores: Suetonius in Tiberio cap. 7. Quod ex eo venit, quod qui ſe ad ludum vendunt, id eſt, gladiatores, *auctorari* proprie dicuntur, & venditio gladiatorum, *auctoratio*. Hellen. Acr. ad Horat. Sat. 7. lib. II. ad illum locum:

Quid refert uri, virgis, ferroque necari;
Auctoratus eas.

Quid ex civitate in ſenatum) Tranſtulit per hæc tempora Sulla judicia ab equeſtri ordine ad ſenatores: quid autem eſt quod ait, *ex ſenatu in conſilium delectos propter ſeveritatem*, cum conſtet ex ſortitione, & ſubſortitione, ut de Cicerone in Verrem ſæpe conſtat? an pro arbitrio Sullæ id fieret in republica dominantis? an, quod magis eſt, ad univerſum ſenatorum ordinem retulit, non modo ad eos qui in conſilio erant. Porro ſeveritas in bonam partem, ut infra, *ſeveriſſimi judices*, infracti, qui nec prece, nec pretio abduci a vero judicio poſſint, qui nihil gratiæ, nihil ambitioni donent: in orat. pro Archia. Et *ars ſevera* apud Petronium Satyricum, ſeria, & cujus ſtudioſos laus ſolida proſequatur:

Artis ſeveræ ſi quis amat affectus,
Mentemque magnis applicat, &c.

Cap. 4. *Ut qualem te M. Fanni*) Salebroſus locus: quid enim eſt jam antea præfuiſſe huic quæſtioni de ſicariis M. Fannium? an anno ſuperiore, id eſt, M. Tullio Decula, & Cn. Cornelio Dolabella Coſſ. cum jam eſſet quæſtio conſtituta de ſicariis, altero ſcilicet anno poſt dictaturam Sullæ? Sed & potuit etiam antecedente illum annum anno, cum poſt cæſos Marium & Cinnam Coſſ. Sulla in reliquum annum Procoſ. imperavit. Quoquo tempore fuerit, nos exiſtimamus Fannio extra ordinem demandatam cognitionem, non prætori, ſed privato: hujus rei indicium ipſa Ciceronis verba: *cum huic quidem quæſtioni judex præeſſes*: alius eſt enim prætor, & alius judex quæſtionis. Verba legis Corneliæ de ſica-

(1) Imo *centum quinquaginta millibus.*

ſicariis ita habent cap. 1. *Vt is prætor judexve quæſtionis, cui ſorte obvenerit quæſtio de ſicariis, ejus quod in urbe Roma propius mille paſſus factum ſit, uti quærat cum judicibus, qui ei ex lege ſorte obvenerint, de capite ejus qui cum telo ambulaverit hominis necandi, furtive faciendi cauſa, hominemque occiderit: cujus id dolo malo factum fuerit.* Sic enim continetur in libro Collationis legum Moſis & Rom. a Clariſſimo Viro Pithœo edito. Et in l. 1. in princ. & §. 1. ff. ad l. Cornel. de ſicariis: *Qui cum magiſtratus eſſet, publicove judicio præeſſet*: item, *quive magiſtratus judexve quæſtionis*. Videtis ut ſeparetur magiſtratus a judice quæſtionis, & ab eo qui publico judicio præeſt: item in l. 131. aliud eſt fraus. §. ult. de verb. ſign. *Magiſtratus*, inquit, *ſolos, & præſides provinciarum poſſe mulctam dicere, mandatis permiſſum eſt: pœnam autem unuſquiſque irrogare poteſt, cui hujus criminis ſive delicti exſecutio competit*. Igitur poteſt criminis exſecutio ei permitti, qui non eſt in magiſtratu poſitus, qui ex ea lege, qua quæret, pœnam infligat; mulctam dicere non poſſit, quod ſolis magiſtratibus competit.

Huic idem quæſtioni) Plurimum quidem differt homicidium a parricidio, ut Tertullianus in Apologetico monet; &, ſi nemo dixerit, ipſa rerum natura loquitur. Sed quia utraque quæſtio de ſicariis dicitur, ut ſupra notavimus, eamdem quæſtionem dicit, utramque, quæ eſt de parricidiis, atque homicidiis; ut ego quidem cenſeo.

Cap. 5. *Cum præſidio venit*) Notandus locus Nonnumquam rei adverſus potentium accuſatorum metum: nonnumquam, ſi res poſtulabat, accuſator præſidium armatorum a Coſſ. impetrabat, quod & Milone reo poſtulato factum eſt.

Cap. 6. *Illo tumultu proximo*) Feſtus ex Verrio, & uterque ex Cicerone in Philippica 8. præcipiunt tumultum dici proprie id bellum, quod ab Italicis finitimis, domeſticis, & Gallicis finitimis imminebat, quod ab his populo major timor oriretur. Et tumultum, civilem diſſenſionem Cicero maluit dicere, quam bellum.

Cap. 8. *Manceps ſit Chryſogonus*) Id eſt, ſit ſector bonorum Sexti Roſcii: nam mancipes dicuntur, qui quid a populo emunt aut conducunt, qui manu ſublata ſignificant ſe auctores emtionis fuiſſe. Feſtus. Aſconius in Divinat. *Mancipes dicit publicanorum principes.* Igitur Chryſogonus in illa ſocietate princeps emtionis fuit, qui ſuo nomine emeret, & ærario ſe obligaretur.

In tanta familia) Notate in familia libertos: ſic in l. ult. Cod. de verb. ſignif.

Cap. 9. *Ne iter quidem ad ſepulcrum*) Quamquam verum fuit proſcriptionem bonorum Sexti Roſcii patris fuiſſe alienationem neceſſariam, & iter, actum, & ceteras ſervitutes prædiorum, jure eſſe in patrimonio noſtro poſita l. ſi quis quadrigenta ff. ad leg. Falcid. ſequi tamen everſum bonis Roſcium iter ad ſepulcrum debuit l. 10. ff. de Religioſis: ut ſit ei familiare ſepulcrum ſupervacaneum, ſi eo non habeat jus eundi: nam nec ea re locupletior futurus eſt l. 5. §. conceſſa ff. de donat. inter vir. & uxor. quod ſi aliqua juris ratio refragaretur, veriſſimum eſt hac in parte, quod Papinianus ſcripſit, ſummam eſſe rationem quæ pro religione facit, l. ſunt perſonæ 43. ff. de Religioſ. id eſt, id eſſe æquiſſimum & utiliſſimum jus, quod religionem tueatur adverſus ſtricti juris rationem. Itaque plauſibilior eſt Ciceronis ſententia illa, quam vera. Ad ſummum, ſi Ciceronis tempore vera vox hæc fuit, reſcripto Antonini diremta poſtea eſt hæc controverſia, ut vicinus, id eſt, qui vicinum ſepulcro prædium poſſidet, vel precario concedat iter, vel etiam extra ordinem compellatur a magiſtratu, ut ei juſto pretio iter concedat l. ſi quis ſepulcrum, ff. de Religioſis. Intereſt autem maxime liberorum, & conjunctiſſimarum perſonarum, iter ad ſuorum ſepulcra habere, propter religionem: nam & publicis feriis Februario menſe, & privatis Denicalibus, & repetitis anniverſariis cæremoniis, cum cereis accenſis ad ſepulcra ſuorum, luctum ac deſiderium illorum revocabant: utque magis dolori ſuo quiſque indulgebat, eo magis illa frequentabat: quo pertinet l. fundus ff. famil. ercif. l. Titio centum §. 2. ff. de conditionib. & demonſtrat.

Decurionum Decretum) Decurionatus

rus ordo fuit, ut ſupra dixi, minor ſenatus in municipiis, & civitatibus aliis extra Romam, qui publica munera omnia exſequeretur, huic ordini qui præerant magiſtratus erant, ſed municipales, non eodem in omnibus civitatibus nomine; nam alibi Ædiles, alibi Dictatores, nonnumquam Conſules, ut eſt apud Plinium lib. VII. ut plurimum Duumviri. Eſt etiam ubi Quinqueviri a numero creatorum dicerentur. Adlegebantur præterea in eum ordinem viri honorati, & potentiſſimi municipiorum, pro civitatis captu & magnitudine plures, aut pauciores, qui eſſent, ut dixi, tamquam ſenatores. In iis maximæ dignitatis erat, qui in albo, ſeu matricula, primus numerabatur; & is primus curiæ appellatur, in l. Alexandrinis Cod. de Decurionib. ſed & decem primi ceteris omnino anteferebantur, l. 2. Cod. Theod. de Quæſtionib. Quæ ratio eſt, eur in l. 39. Cod. Theod. de Epiſcopis & Clericis: *Decemviri primi majori pœnæ pecuniariæ illigentur, quam ceteri decuriones, quia ſcilicet in ordine plurimum poſſunt.*

Cap. 10. *Adpromitteret*) *Adpromittere*, fidejubere, l. 5. §. ſatiſacceptio ff. de Verb. Oblig. *Satiſacceptio*, inquit Pomponius, *eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, ut adpromiſſores quoque ab eo accipiantur*, id eſt, qui idem promittant. Corrupta eſt Feſti ſententia id verbum explicantis; ſcripſit autem haud dubie in hunc ſenſum: *Adpromiſſor eſt, qui quod ſuo nomine promiſit alter, idem pro eo quoque promittit*. Itaque, *adpromitteret*, hoc loco, id eſt, apud ceteros legatos reciperet id facturum Chryſogonum, quod idem Chryſogonus ſe facturum ſuo nomine illis promittebat.

Re inorata) Non expoſita ad Sullam, non convento ipſo, vel *inorata re*, re imperfecta, ut *exorata*, impetrata. Eadem forte licentia diceretur *inorator*, qui non impetraverit, ut a Terentio *exorator*, orator qui obtinuit: *Orator ad vos veni, facite exorator ut fiem*; ſed illud durius.

Nomen de parricidio deferrent) Id ſemper premo, fuiſſe ſpecialem quæſtionem de parricidio, cui rei probandæ etiam hic locus convenit.

Veterem) In malam partem vetus. Terentius: *Veteris ut Poetæ maledictis reſpondeam*. Id eſt, callidum, exercitum, vitilitigatorem; quod Cato nomen de talibus uſurpat, a vitio & litibus convictum, ut Plinius ſcribit in Præfatione Operis.

Cap. 11. *Quid primum querar*) Διαπόρησις oratoria, quæ tunc maxime locum habet, cum ea quæ dicenda ſunt, & magna ſunt, & paria. Hæc Donatus in Terent. Eunuch. act. 5. ſcen. 9. illo loco: *quid commemorem primum?*

Patrem meum cum proſcriptus non eſſet) Paucis ab initio proſcriptis, adjecta ſunt multa millia eorum, qui non modo arma contra tuliſſent, ſed etiam qui divites putarentur. Velleius Paterculus lib II. Florus lib. III. Plinius lib. XXXIII. cap. 11. Oroſius V. cap. 21. proſcriptos prima tabula 80. hominum, ſecunda 500. mox ſubjungit, quod ad hunc locum maxime facit: *Sed ne*, inquit, *in ipſis quidem tabulis fides, ac finis malorum videbantur; namque alios quos proſcripſerant, alios autem poſtquam jugulaverant, proſcribebant*, &c. novem millia cæſorum idem eodem loco ſcribit.

Cap. 12. *Hominem longe audaciſſimum*) Florus epitom. lib. LXXXII. *Ultimæ audaciæ* C. Fimbriam vocat. Inſanum innuit idem Oroſius eod. lib. cap. 20. Hoc autem ejus factum improbiſſimum in Scævolam, ex eodem loco, ut videtur, recenſet Val. Maximus lib. IX. cap. 11. apud quem paulo variat formula, *quod parcius telum corpore recepiſſet*, audaciam facti non ferendi auget improbitas dicti, qualem fere vocem Quinctilianus cefert lib. VI. hominis impotentis & audacis, quem locum ſic lego: *Illud vero etiamſi ridiculum & indignum; tamen eſt omnino intolerabile, quod impotenter, aut turpiter dicitur, quod feciſſe quemdam ſcio, qui humiliori libere adverſus ſe loquenti, colaphum*, inquit, *tibi ducam, & formulam ſcribam; quod caput durum habeas*. Hic enim dubium eſt, utrum ridere audientes, an indignari debuerint. Quinti Scævolæ mortem deſcribit epit. lib. LXXXVI. Valerius Maximus lib. III. cap. 8. tum Florus Rer. Rom. lib. III. Oro-

ſius lib. V. cap. 20. *Damaſippus*, inquit, *prætor incentore Mario Coſ. Q. Scævolam, C. Carbonem, L. Domitium, P. Antiſtium in curiam quaſi ad conſultandum vocatos, crudeliſſime occidit, corpora interfectorum per carnifices unco tracta, atque in Tyberim miſſa ſunt*. In veſtibulo ædis Veſtæ cæſum fugientem Florus e Livio ſcribit ipſe in ſuo opere, id eſt, lib. III. ſic habet: *Namque*, inquit, *Q. Mutius Scævola Pontifex Veſtales amplexus aras tantum non eodem igne ſepelitur*.

C. Marii) Inter auſpicia inauſpicati conſulatus ſeptimi, C. Marius pater Idibus Ianuariis extinctus eſt, cujus cadaver ſepulcro extrahi Sulla juſſit. Plin. lib. VII. cap. 54.

A Chryſogono non eſt ferendum) Lego, *a Chryſogono eſt ferendum?* interrogative; cui dicto multo magis conſtabit ſua venuſtas. Videte autem, ut perſonæ Scævolæ patientis iniuriam non contraponitur perſona Roſcii, cui pariter injuria fiebat; adeo factum per ſe audax & furioſum eſt, ut a quocumque cuiquam talis injuria fiat, improbum factum, audax & petulans, neque ferendum ſit.

Cap. 13. *Tres ſunt*) Hæc eſt diviſio cauſæ, ſemper ſubjecta narrationi: qui autem dividi ratio defenſionis poteſt, quæ in ſola inficiatione tota eſt poſita? cum cauſam dividit, id eſt, actionem ſuam, tres locos defenſione ſua complectitur, non quod cauſa in eos dividatur. Incidunt autem in ipſum præcipuum caput, quod eſt criminis, aut accuſationis, illa duo, audacia & potentia: ſed quia tria illa tam late exſequitur, ex æquo componit.

Accuſator Erutius) Ad invidiam *accuſator* dixit; nam ex ut ſequentibus patet, ex profeſſo vocem ſuam locabat periculo multis creando, de qua re nemo melius dicere poſſit, quam ipſe Cicero, cujus hæc verba ſunt in lib. II. Offic. poſt alia: *Duri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis; id enim tum periculoſum ipſi eſt, tum etiam ſordidum ad famam, ut accuſator nominetur: quod contigit M. Bruto ſummo genere nato, illius filio, qui juris civilis inprimis peritus fuit*. Quis autem *Spurius* iſte *Erutius* fuerit (id enim prænominis ſortiebantur vulgo concepti & incerto patre nati) quis, inquam, is Erutius fuerit, non habeo, quod dicam certi. Eumdem tamen etiam accuſaſſe Varenum cædis, mihi videor commode poſſe dicere. Priſcianus lib. III. ad finem Ciceronis pro Vareno teſtimonium hoc citat. *L.* inquit, *ille Septimius diceret, etenim eſt ad L. Craſſi eloquentiam gravis, & vehemens, & volubilis. Erutius hic noſter Antoniaſter*, ubi, quod bona pace ſcriptum ſit, malim ita ſententiam ſupra ſcriptam disjungere; *at volubilis Erutius hic noſter, & Antoniaſter*, ut Septimio grave, copioſum, plenum dignitatis, ac majeſtatis dicendi genus tribuat, quale fuit in L. Craſſo: turpem imitationem acuti & volubilis, quale in M. Antonio fuit, adſcribat huic Erutio; id enim valet, *noſter Antoniaſter*, quod per diminutionem dictum idem Priſcianus notat, quaſi parvus Antonius. Melius, ut videtur, Quinctilianus, ad Vtilitatem & Humilitatem, lib. VIII. qui hoc dicti, *Erutius Antoniaſter*, citat haud dubie de Ciceronis Oratione pro Vareno, quem Varenum, ut hoc obiter dicam, accuſatum cædis, ejuſdem Quinctiliani locus facit probabile lib. IV. cap. 1. circa fin.

Sceleſtum ac nefarium) Nihil acerbius dicere potuit, ut ſummum ſcelus deſignaret: eſt enim crimine majus, quod dicitur ſcelus; nefarium autem ſcelus, quo violatur pietas. Aſconius III. in Verrem ad illum locum: *Impie nefarieque commiſit, nefandum, eſt non fandum, nefarium, quod ſacra polluit, farre pio ſolita celebrari: ergo nefarii, ſacrilegi*; quod de Varrone ſumſit, cujus auctoritatem e libro I. de Vita populi Rom. Nonius Marcellus tranſcribit in *Nefarii*: *Nefarii*, inquit, *proprietatem Varro patefecit, a farre, quod adoreum eſt, quo ſcelerati uti non debeant*, non *triticum, ſed far*, hoc quoque idem adſignificat, quod qui indigni ſunt qui vivant, nefarii vocantur.

Vitiis flagitiiſque) Vitia diſtant a criminibus, quod illa ne a bonis quidem viris ſatis caventur; errores appellantur ab Auſonio, criminibus appoſiti; flagitia propria adole-

doleſcentiæ, crimina ſola ætate excuſanda, ſi modo excuſanda: nam flagitium veteres, vitium quod virgini infertur, dici voluerunt: Nonius in *flagitium*.

Profligata atque perdita) Profligatum ab affligendo, & ad perniciem interitumque ducendo, Gellius deducit libro XV. cap. 5. uſumque ejus vocis, qui pro tempore invaluerat, reprehendit; quem præſtat videre: conſulendus & Nonius in *profligare*.

Cap. 15. *Certis fundis patre vivo frui ſolitum*) Notate in filii fam. peculio fructum, & reditum prædiorum.

Quod benevolentia ſit) Fieri tamen nonnumquam ſolere ſupplicii cauſa, ut filios male de ſe meritos patres rus ablegarent, unum Manlii Torquati exemplum argumento eſt: quem cum Pomponius tribunus plebis accuſaret apud populum, die ad populum dicta, abdicatus filius ſecreto tribunum convenit, mortem interminatus, ni ab accuſatione deſiſteret. Ergo id eſt argumentum commune, ut Rhetores vocant, quod pro ſua quiſque parte, tam accuſator, quam rei patronus aſſumant.

Cap. 16. *Non enim exprobrandi*) Præmunit, & præſtruit invidioſæ contumeliæ; multoque ante didicerat cavere Cicero, quam præciperet, cujus utilis eſt admonitio in II. Offic. *Utendum etiam*, inquit, *eſt excuſatione adverſus eos, quos invitus offendas, quacumque poſſis, quare id quod feceris, neceſſe fuerit, nec aliter facere potueris; ceteriſque operis & officiis erit quod violatum eſt compenſandum*.

Ut ne a litteris quidem) Humanitatis ſignificatio duplex, ad quarum utramque ſententia hæc reſpicit. Primo modo, benignitas, bonitas, ac dexteritas quædam, ac benevolentia, quam Græci φιλανθρωπίαν vocant, ſed etiam eruditio & inſtitutio, & bonarum artium ſtudium. Græcis παιδεία dicitur; quod bonas artes qui appetunt, & ſinceriter cupiunt, hi vel maxime ſunt humaniſſimi; tum quod ſcientiæ cura, ac diſciplinæ, ex omnibus animantibus uni homini data eſt. Ergo ab Erutio honeſtam inſtitutionem non removet, & naturæ facilitatem concedit, id ex Gellio lib. XIII. cap. 15. & ex Gellio Nonius, in, *humanitatem*.

Quid tandem tibi videtur) Habet hæc comica διήγησις plurimum venuſtatis, neque reprehendenda, quæ cum modo fiat. Itaque & ex Comicis & Tragicis auctoribus plerumque aſſuuntur, tamquam prætextis & pretioſis veſtimentis, ſegmenta ex purpura: ſed modus adſit, ut dixi, ad ſolvendos aliqua urbanitate judices. E qua autem fabula Cæcilii hoc Cicero ſumſerit, non facile eſt dicere: divinamus autem e Tithe; huic enim fabulæ nomen verius opinor cum Adriano Iunio, quam ut in antiquis excuſis Tyche; nam in Nonio, in *contendere*, citatur hic verſus:

Egon' vitam meam Atticam
Contendam cum iſtac ruſticana Syra?

quæ ſcilicet Chereſtratus adoleſcens ille urbanus ad Syram, quod nomen in ſcenis commune feminis fuit, alloquitur; ita ut poſt, *Ruſticana*, interpungatur: quam belle huic loco conveniunt, ut non committatur vita Attica & civilis ruſticanæ Syriæ, id eſt, qualis in Syria degitur; ſed vita civilis Chereſtrati, quam in Aſtu degit, cum vita Eutici fratris ruſticana.

Hæc conficta arbitror) Adumbravit dictum Livii Andronici, qui primus in Latinis comœdiam & tragœdiam dedit. Eſſe enim comœdiam dicebat quotidianæ vitæ ſpeculum, ut Donatus in prolegomenis ad Terentium. Et de eodem Cicerone hanc ſententiam citat, comœdiam eſſe imitationem vitæ, ſpeculum conſuetudinis, imaginem veritatis.

Summam laudem S. Roſcio) Cato de Re Ruſtica, initio: *Virum*, inquit, *bonum cum laudabant, ita laudabant, bonum agricolam, bonumque colonum; ampliſſime laudari exiſtimabatur, qui ita laudabatur*: quæ exſcripſit Plinius lib. XVIII.

Cap. 18. *Exheredare*) Exheredare, teſtamento filium exheredem ſcribere: moribus Romanis, non alias quam teſtamento facto; nam abdicatio, quæ Græcis ἀποκήρυξις dicitur, & inter vivos fiebat, Romanis erat incognita, l. abdicatio. Cod. de patria poteſt.

Cap. 19. *Ut naturam ipſam vinceret*)

Digitized by Google

Præclare Ariſtoteles in fin. lib. VIII. Ethic. ad Nicomach. licere quidem patri, qui filium debitorem haberet, eum exheredare; non tamen eo venturum quemquam, ut filium exheredaret, qui non ad ſummum nequitiæ pervenerit.

Legem Memmiam) Legis Remmiæ de Calumniatoribus meminit l. 1. §. 1. ff. ad SC. Turpilian. & l. quæſitum 13. ff. de teſtibus, quibus locis ex hac Ciceronis Oratione plerique non imperiti humaniorum litterarum, præter juris ſcientiam *Memmiam* reponunt. Sunt qui ex illis & apud Ciceronem *Remmiam legem* legant. Vtut ſit, calumnia eſt, quæ in publicis criminibus fieret inſcriptione frontis, cui littera aliqua cauterio inureretur. Etiam ſunt qui illam litteram, ſi fuit ſingularis, inveſtigent. Pithœus vir clariſſimus & doctiſſimus jure arbitrario, non certo colligit potuiſſe eſſe K. quia calumnia per eam litteram ſcriberetur. Et Iſidorus, duo K. K. ſimul ſcripta ſignificare *calumniæ cauſa*. Nos pronuntiamus non liquere. Seneca de Ira ad Novatum, inter pœnarum genera numerat frontis inſcriptionem: quam omnino ſuſtulit Conſtantinus l. 18. Cod. de pœnit. elegantiſſima ratione: *Quo*, inquit, *facies, quæ ad ſimilitudinem pulcritudinis cæleſtis eſt figurata, minime maculetur*. Ante tamen Conſtitutionem Conſtantini, extra ordinem animadverſum in calumniatores oſtendit d. l. §. 1. ff. ad SC. Turpilian.

Cap. 20. *Innocens eſt quiſpiam*) Calumniam in publicis criminibus acerrime jura vindicant, cum lex Remmia, tum Senatuſconſultum Turpilianum: ut nonnunquam tamen aut errori, aut temeritati accuſantium veniam dari permiſerint, poſita ea re in poteſtate judicantium, d. l. 1. §. ad SC. Turpilian. l. 3. Cod. de Calumniator.

Nocens niſi accuſatus) Hoc jus eſſe ex 12. tabulis Salvianus auctor eſt lib. de Divina Provid. 8. ad finem: *Interfici enim*, inquit, *indemnatum quemcumque hominem, etiam 12. tabularum decreta vetuerunt*.

Anſeribus cibaria) Hæc ſententia laudatur a pſeudo-Plauto in Querulo. Refert & Valerius Maximus, ſed & imaginem anſeris argenteam in area ſub Capitolio poſitam Bartholom. Marlianus ſcribit, lib. III. Topographiæ urbis. Sic meritum illorum fuit, excitatis ſibilo & clangore ſuo Capitolii cuſtodibus, dum illud pervadunt nocte concubia Senones Galli, Brenno duce.

Alii veſtrum anſeres) Libet admirari ingenium Ciceronis, &, ſi quando licebit, imitari. Vſu receptum erat accuſatorum petulantiam *caninam facundiam* dici; ecce pro cauſæ conditione amplificat id dictum per comparationem. Id autem dictum vetus, quo accuſatorum petulantium ſtudium *canina eloquentia* dicitur, Quinctilianus lib. XII. cap. 9. ad Appium refert; puto, Appii Claudii filium, e cujus orationibus fragmentum Priſcianus refert in lib. VI. Sed & is, ut obiter dicam, ſcripſit Grammatica. Martianus Capella lib. III. de Nuptiis philologiæ: *Zηтα vero idcirco Appius Claudius deteſtatur, quod dentes mortui, dum exprimitur, imitatur*. Vellem idem de Σιγμα dixiſſet; nam eodem modo lingua ſe ſubmittit, quod obſcure innuit Terentianus Maurus, de metris:

s x z
σ (preme, ξ & ζ

Has quæ ſequitur littera, mox duæ ſu-
Vicina quidem ſibila dentibus repreſſis
Miſcere videntur; tamen ictus ut priori
S promtus in ore eſt, agiturque pone dentes,
Sic levis eſt, & unum ciet auribus ſuſurrum.

Itaque in l. 2. ff. de Orig. Iur. §. Iuris civilis lubentiſſime ſic legerim: *Item Appius Claudius, qui videtur ab hoc proceſſiſſe, & R. litteram invenit, ut pro Valeſii Valerii eſſent, & pro Fuſii Furii*. Cujus ſententiæ hæc erit vis, ut in Appiorum familia non modo decemvir legibus ſcribendis, id eſt, qui familiam ducit, & Appius Cæcus ex eadem familia: ſed etiam Cæci filius juris ſcientiam, quaſi domeſticum ſtudium ſit proſecutus. De canina facundia & lædendi ſtudio Iuvenalis:

Inde canina foro latrat facundia toto.

Columella præfat. lib. I. de Re Ruſtica: *In propriis nominibus vitandi ominis cauſa R. litteram videtur Appius induxiſſe.*

Ve

Vt etiam eas) Accuſatorum rabularum ignorantiam perſtringit, qui litteris intingi leniter ſatis habebant: alioqui Erutium non inhumanum, id eſt a litteris non abhorrentem, ſupra legimus.

Cap. 21. *Credo cum vidiſſet*) Ecce tertius hic locus in hac oratione obſcurus. Quomodo enim non fuit cognitum Erutio, adeſſe Roſcio Ciceronem, antequam peroraſſet: vide in Divinat. ad verbum: *citato reo*, cum fuerit ſolemne ut Aſconius ait in principio III. Verrinarum, & judices, & reos, & accuſatores & defenſores citari a præcone prætoris? Forte dicturus in reum citabatur voce præconis: qui poſtquam peroraſſet, citabatur reus, & rei defenſor; perorata utrimque cauſa, citabantur e libello judices. Alioqui puto præſenti reo fraudi non fuiſſe, ſi citatus defenſor ac patronus ejus non reſpondiſſet. Ad hunc autem morem citandarum partium perbelle reſpicit l. Divus Antoninus ff. de in integrum reſtit.

Reſideret) Si quando ſcilicet a dicendo pauſam faceret; nam dicentem omnino oportuit ſtare. Interquieſcebant porro oratores, aut orationis parte quadam confecta, cum ad aliam tranſeundum eſſet; nam dicendi per ſex & novem horas ex lege Pompeia, labor immodicus fuit: aut inter immodicas laudationum moras, ut Quinctilianus ait lib. XI. cap. 3. Fuit enim ſolemne populo, ſi quæ bona dicta laudaret, aut concinnius cadentia, clamores magnos tollere; qui donec ſedatur, licuit Oratoribus vel reſidere, vel ſpatiari, hactenus, ut modum teneant: nam de diſcurſatore urbane Flavius Virginius interrogavit, de ſuo quodam antiſophiſta, quot millia paſſuum declamaſſet. Et ineptiſſime fieri, quod hic Cicero reprehendit, idem Fabius docet, cum inter moras laudationum, aut in aurem, inquit, alicuius loquuntur, aut cum ſodalibus iocantur, aut nonnumquam ad librarios ſuos ita reſpiciunt, ut ſportulam dictare videantur. Etiam bibere, & eſſe inter agendum plerique oratorum conſueverant: totum locum lege apud Quinctilianum.

Cap. 22. *Quod in minimis noxis*) Lege *noxiis*; *noxia* peccatum. Terentius in Phormione: *his in noxia eſt*. Plautus in Mercatore: *manifeſte teneo, in noxia es*. Idem eodem: *Vacuum eſſe iſtac ætate his te decebat noxiis*. Idem in Bacchidibus: *Sat ſic ſuſpectus cum careo noxia*. Manilius: *Quin etiam infelix virtus, & noxia felix*. Cicero lib. III. de Legibus: *Noxiæ pœna par eſto*. Vlpianus in l. 1. ff. ſi quadrupes pauperiem fec. dic. *noxia eſt*, inquit, *ipſum delictum*, & in l. pleb. 238. §. ult. ff. de Verb. Sign. *noxiæ appellatione omne delictum continetur*. Apud Feſtum poſt illa verba: *Noxia apud antiquos* male ſubjicitur a viris doctiſſimis *noxa, ut Servius Sulpitius ait*, &c. legendum, *noxia*, & ſupplendum quod notæ ſupra poſitæ indicant: *Noxa*, inquit, *ponitur pro peccato, aut pro peccati pœna, cum lex jubet noxæ dedere pro peccato, item noxia apud antiquos damnum ſignificat, ſed a Poetis ponitur pro culpa*; quod ad hunc locum maxime facit. Nonius Marcellus de Differentiis dictionum in ſignificato: *Noxa*, inquit, *& noxia hanc habent diverſitatem, quod eſt noxa peccatum leve*. Virgilius Æneid. lib. I. *Vnius ob noxam & furias Ajacis Oilei*, cujus auctoritatem ſi ſequeris, retinebis hoc loco *noxis*. Sed in tota illa gloſſa fallitur, & fallit Nonius, ut & cum ſubjicit, *noxia*, *nocentia*, neutro genere, plurali caſu: melius dixiſſet, *noxia* peccatum leve. Nam & Terentius Eunucho act. 5. ſcen. 2. proprie noxiam dicit: *Vnam hanc noxiam mitte, ſi aliam umquam admiſero ullam, occidito*. Quo tamen loco etiam falſus eſt ipſe Donatus, qui *noxiam* pro *noxa* dici notat; nam in altero loco, quem notat Terentii, cum dominam dixit, *extra noxam*, æque proprie locutus eſt Terentius: eſt enim extra damnum, extra periculum, indemnis. Melius Servius ad ſupradictum Virgilii verſum notat, *noxam* pro *noxia* dici. Ergo proprie *noxia* peccatum ipſum, & frequentius leve peccatum: *noxæ* nomine, peccati ſatisfactio, pœna pro peccato; ut cum dicimus, *ſervum noxæ dedere*, quamquam alias, ut jam dixi, *noxa* pro *noxia* dicatur, non ſic fortaſſe *noxia* pro *noxa*.

Cap. 23. *Divina atque humana jura*)

Summo ſceleri opponitur convenienter ſummum officium pietatis, intra quod cetera omnia concluduntur: mors enim *ultima linea rerum*, ut ait Horatius, ut quemadmodum in plano quadrangulum, aut triangulum, tribus, aut quatuor lineis comprehenſum, ex ſe & in ſe totius figuræ formam, modum, finem continet, extra quas lineas nihil ſit quod ad figuram pertineat; eodem modo mors rerum finis eſt. Igitur ſummum officium pro patre mori, ultra quod cogitari nihil poteſt; intra, permulta alia. Sed illud alteram dixiſſe multo plus eſt, quam ſi omnia numeraveris; veluti quod jura præſcribunt patrem ſine petita a prætore venia, in jus non vocari, propter reverentiam, quanta pars officii eſt! Item patri neceſſaria, ſi opus erit, ſubminiſtrare filium, quod eſt *αντιπελαργειν*, quantis ſpatiis relinquitur ab ultimo hoc officio pro patre moriendi! Igitur ſi explicandus & tractandus locus ſit, qui ad parentes pertinet in l. 3. ff. de juſtit. & jure, pro rei dignitate videbitur pertractatus hac una ſententia Ciceronis, pro quibus ſcilicet, mori filios, ubi res poſtulat, divini juris ratio exigat, & humani. Nulla autem quod ſciam, Juſtinianei juris pars id continet, quod Cicero dicit, quod a veteribus juris conditoribus neglectum non putamus. In qua re me percellit deſiderium lib. III. Maſurii Sabini de jure civili, quo libro officiorum gradus percenſebantur, atque etiam explicabantur, ut ex Gellio colligitur lib. V. cap. 13. jura autem divina & humana, id eſt, ut dixi, recta omnis ratio. Viderit ſi forte Eutyphron, aut ſi quiſquam alius ingratiſſimorum hominum, vel etiam prave philoſophantium, & adverſus naturam ipſam calumniantium, qui parentibus nihil plus tribuant, quam alieniſſimis, in quibus doleo ipſum Senecam, *ακριβολογειν accurate diſſerere* dicam, an *λεπτολογειν nugas agere*, qui lib. III. de Beneficiis, quam poteſt multis argumentis, unicum hoc, & ſummum parentum beneficium noſtræ nativitatis extenuat, quod ad exagium revocare ſummæ ſit ingratitudinis. Noſtra hæc eſt ratio: beneficio illi noſtræ nativitatis, non modo hujus lucis uſuram, ſed omnem omnino hujus vitæ fructum pro ſolido deputare; ita ut paria cum parentibus facere in poteſtate noſtra non ſit; ſic tamen, ut quibus officiis poſſumus, promereamur, quo modo pietati ſatisfiat: nam nec Deo optimo ſatisfacere in poteſtate cujuſquam ſit; pietati autem & religioni ſatisfacere non nemo poteſt. Ariſtoteles lib. VIII. Ethicor. ad Nicom. ad fin.

Cap. 24. *Deorum immortalium juſſis*) Videtur Cicero Phœbi monitionem pro mandato accepiſſe. Oreſtes apud Sophoclem in Electra, circa principium, poſt alia:

Χρημοι τοιαυτ' ὁ Φοιβος, ὡν πευσῃ ταχα
Ασκευον αυτον ασπιδων τε και στρατε
Δολοισι κλεψαι χειρος ενδικας σφαγας.
Tum mihi Apollo reſpondit hæc, quæ jam audies,
Nempe ut imparatus ab armis & exercitu
Inſidiis aggreſſus pœnas juſtas ſumerem.

Non modo lavi) *Lavi* veteres pro *lavavi*, & *lavit* pro *lavat*, & *lavere* pro *lavare*. Nonius Marcellus de mutatis conjugationibus.

Cap. 25. *Quanto majores noſtri*) Ante crimen parricidii perpetratum, & ante legem de parricidio a Sulla latam, hic locus manifeſto oſtendit fuiſſe de parricidio a majoribus cautum: nam adhuc adoleſcente Cicerone primum parricidium admiſſum, occiſa per factionem ſervorum matre a P. Malleolo, teſtis eſt Livius, referente Floro epitome 68. verba Pauli Oroſii in lib. V. cap. 16. libet referre, quia maxime huc conferunt: *Igitur*, inquit, *talem Marii triumphum Romanamque victoriam incredibile facinus, & numquam antea Romanis cognitum, Romæ ſubito perpetratum, verſa in horrorem, ac mœrorem tota urbe fuſcavit. P. ſiquidem Malleolus ſervis adnitentibus matrem ſuam interfecit. Damnatus parricidii, inſutuſque in culleum, & in mare projectus eſt. Impleverantque Romani facinus & pœnam, unde Solon Athenienſis decernere non auſus fuerat, dum fieri poſſe non credidit. Et Romani qui ſe ortos a Romulo ſcirent, etiam*

hoc

hoc fieri poſſe intelligentes , ſupplicium ſingulare finxerunt. Quamquam facit negotium Seneca lib. I. de Clementia ad Neronem circa finem, ubi de parricidio loquens : *Multo minus* , inquit, *audebant liberi nefas ultimum admittere, quamdiu ſine lege crimen fuit ; ſumma enim prudentia altiſſimi viri , & rerum naturæ peritiſſimi , maluerunt velut incredibile ſcelus , & ultra audaciam poſitum præterire , quam , dum vindicant , oſtendere poſſe fieri . Itaque parricidæ cum lege cœperunt , & illis facinus pœna monſtravit* . Sed non eſt verum cum lege de parricidio cœpiſſe parricidium, multo autem ante legem & ante facinus , fuiſſe legis pœnam . Fulgeotius Placiades : *Culleus* , inquit , *dicitur ſaccus , in quo rei concluſi in mare mittuntur* . Plautus , Vidularia : *Iube hunc culleo inſui , atque in altum deportari , ſi vis annonam bonam* . De pœna Malleoli videte lib.I. Ciceronis *de Inventione* .

Cap. 26. *Ne cum delati eſſent in mari*] Eſt quidem vulgare dictum cum augetur delicti alicujus gravitas , ut huic dicatur expiando non ſufficere aquas maris ; nam huic quidem officio conferre aquas certiſſimum eſt . Tertullianus de Baptiſmo : *Item* , inquit , *penes veteres quiſquis ſe homicidio infecerat , purgatrice ſe aqua expiabat* . Sed aqua jugi , perenni , viva ſatis fuit . Virgil. lib. VI.

> *Me bello e tanto digreſſum , & cæde recenti ,*
> *Attrectare nefas, donec me flumine vivo Abluero ----*

De marina aqua tamen , ut ſit ad expianda ſcelera potentior fluviatili , hic locus notandus eſt . Alioqui Apollodorus libro III. de Deorum origine, Thetyn , quod maris eſt numen , id eſt , ipſum mare , ideo dictam ſcribit , quod pura omnia faciat , & ſplendida : quæ ſententia de expiatione ſcelerum intelligenda eſt ; nam eluendis terrenis & materialibus ſordibus ac maculis , ineptiſſima eſt aqua maris , ſecundum id quod diſputat Macrobius lib. VII. Saturnal. Homerus quoque Iliad. α.

> *Λαυς δ' Ατρειδης απολυμαινεσθαι ανωγεν .*
> *Οἱ δ' απελυμαινοντο , και εις αλα λυματ' εβαλλον .*
> *Exercitum Atrides luſtrari juſſit :*
> *Illi autem luſtrabantur , atque in mare ſordes projiciebant .*

id eſt , ut Didymus interpretatur , *εις την θαλασσαν τα καθαρσια εβαλλον , φυσει δε το ὑδωρ της θαλασσης καθαρτικον εστιν . In mare purgamenta projiciebant ; maris autem aqua ſua natura abſtergendi vim habet* .

Etenim quid tam eſt commune) Hic exſerit vim , quam in florenti ætate præſtitiſſe ſe idem Cicero fatetur , poſtea tamen deferbuiſſe vim illam , id eſt , maturuiſſe , in Bruto , atque hoc maxime loco præſtitiſſe , teſtis eſt Quinctilianus lib. II. hunc autem locum imitati ſunt Quinctilianus Declamat. 299. Conſtantinus l. 1. Cod. de iis qui parentes vel liberos occid. & demum Iuſtinianus in §. alia deinde lex Inſt. de public. judic.

Ducere animam de cælo non queant) Parricidis , ſtatim atque damnati erant , antequam ad pœnam ducerentur , os folliculo obvolvebatur . Auctor librorum ad Herennium lib. I. *Malleolus judicatus eſt matrem necaſſe , ei damnato , ſtatim folliculo lupino os obvolutum eſt , & ſoleæ ligneæ pedibus inductæ ſunt , & in carcerem ductus eſt.* Idem Quinctilianus eadem Declamat. 299. *Cujus ſtatim ora oculoſque a judicio lex juſſit obduci , ne hunc jucundum cœli aſpectum pollucrent tetri oculi* , &c. Igitur ita vivunt, ex quo etiam pœnam exſpectant ſuam , & in carcerem ducuntur ſtatim a damnatione inducti in pedes ſoleis ligneis , ablato , qua licet , cæli , terrarumque commercio ; ne terram attingant , ne puriſſimum illud mundi oculum aſpectu inceſtent ſuo , neve contactu communem omnium parentem terram .

Cap. 27. *Indidem*] Inſolens adverbium , quod ipſum cum allegat Priſcianus lib. XV. locum hunc laudat , & videtur eſſe adverbium ordinis ; perinde ac ſi dicat *deinde* . *Indidem* , apud Gellium lib. XVII. cap. 9. reperias , & apud Plautum in Ciſtellaria : *Indidem unde oritur facito , ut facias ſtultitiam ſepelibilem* . Advertendus autem locus interrogationibus creber, quo genere fit oratio magis pugnax , & venuſtior , ut Dionyſius Longinus criticus lib. *περι ὑψους παρασκευη εμπρακτοτερα και σοβαρωτερα . De ſublimi-*

blimitate, multo vehementior, & venuſtior.

In victu arido) Hæc eſt quæ a Poeta dicitur *vita* ſine *uncto*, cui contraria ſolutior vita, *unctior vita* dicitur, quod loquendi genus non modo ad edulia, ſed etiam ad omnes vitæ munditias pertinet. Tertullianus, jam Montanici Paracleti furore lymphatus, in libro quem adverſus pſychicos, id eſt, eccleſiam ſcripſit de jejunio, jejuniorum dies appellat ξηροφαγίας. *Arguunt*, inquit, *nos, quod jejunia propria cuſtodiamus, quod ſtationes plerumque in veſperam producamus, quod etiam xerophagias obſervemus ſiccantes, cibum ab omni carne, & omni juruIentia, & viridioribus quibuſque pomis, ne quid vinoſitatis vel edamus vel potemus, lavacri quoque abſtinentiam congruentem arido victui*, &c. Quamquam & veri filii Dei, id eſt, Eccleſiæ, ſuas ſancte & caſte obſervaverint xerophagias, circa nonam diei, cum hymnis & gratiarum actione ſolventes jejunia ſua pomis & leguminibus; ut tamen abſtinerent ab omnibus animantibus, aut iis, quæ eſſent cum aliquo ſenſu vitalia. Prudentius hymno in ſolutione jejunii, qui adverſus Tertulliani opus illud ſcriptus eſt, docuit, *die per religionis cauſam arido atque auſtero*.

Cap. 29. *Vnus puer*) *Pueri* appellatione tria ſignificantur, nam aliquando omnes ſervos pueros appellamus, & olim Marcipores, Publipores, Lucipores Varroni & Plinio, quaſi Marci, Publii, Lucii pueros, id eſt, ſervos. Altera ſignificatio cum puerum contrario nomine puellæ dicimus. Tertia, cum ætatem puerilem demonſtramus, l. pueri 204. ff. de verb. ſignif. Pueri autem appellatio pro ſervo frequentiſſime apud Comicos.

Servos paternos) Non modo juſta poſtulatio fuit, ut ſervi traderentur ad quæſtionem torquendi, pro eruenda veritate dominicæ cædis, ſed etiam neceſſaria, maxime poſt Senatuſconſultum Silanianum, quod proprium ſuum titulum habet lib. XXIX. ff. quod jus mori maiorum adſcribit Cornel. Tacitus lib XIV ut poſſit videri in parte valuiſſe ante id Senatuſconſultum.

Chryſogonum judices) Novum quoddam & inauditum; cum ſit accuſatoris probare crimen quod intendit, fuit, Erutii familiam Sex. Roſcium poſtulare dedi ad quæſtionem, ut totum cædis negotium vi aut metu tormentorum ab iis proderetur; nam ſervo numquam creditur ſine quæſtione; at contra familiam Roſcii poſſident accuſatores, quam ad quæſtionem reus ipſe petit, neque impetrat.

Peculatu) Peculatus eſt furtum pecuniæ publicæ, publicum crimen, & proprium quæſtorem habens ex lege Iulia de Peculatu: titulus eſt in ff. ad legem Iuliam peculatus. Hoc crimen quomodo objecerit Erutius S. Roſcio filio, non poſſumus divinare.

Cap. 30. *Quoniam iſtic ſedes*) In ſubſelliis accuſatoris, advocatum & amicum præ te ferens Accuſatoris Erutii, impetentis caput Sex. Roſcii propinqui. Erat enim in more etiam in privatis judiciis, litigatores utroſque amicos omnes advocare, qui ſibi adeſſent, cujus moris plurima apud Terentium ſunt indicia.

Lucius Caſſius) Hic eſt qui *ſcopulus reorum* appellatus eſt; huic autem ſententiæ prope ſimilem invenietis ejuſdem Ciceronis in Orat. pro Milone, ubi Aſconius.

Cap. 31. *Illud quidem non quærerent*) *Quærere*, cum labore inveſtigare. Igitur Caſſiani in perſpicua re non quærerent, ſed ultro ſuſpicionem ad prædam adjungerent, non ad mendicitatem.

Quod ſi accidit eodem) In his eſt illud Caſſianum dictum, *cui bono?* nam propter hæc bono fuit Tito Roſcio, Sextum Roſcium fuiſſe occiſum.

Os tuum non modo oſtenderes) In ore ſedes modeſtiæ, & inverecundiæ, adeoque totius hominis indolis, quo fit ut contraria indoles hoc uno verbo plerumque deſignetur; nam & de modeſto & verecundo homine loquentes, quam de impudenti poſſumus *os illud* dicere. Apud Suetonium libro de *Claris grammatic.* in Marco Pomponio Marcello, diſtichum finale ſic lego:

Qui caput ad levam dejicit, gloſſemata nobis
Præcipit, os nullum, vel potius pugilis.

Quæſtum autem) *Quæſtus* lucrum ex arte, *fructus*, reditus prædiorum.

Ele-

Eleganter autem *parere*, id eſt, *acquieſcere*, ut in l. 12. tab. quam Plinius refert lib. XXI. cap. 3. *Qui coronam parit ipſe pecuniæve ejus, virtutis ergo arguitor, quam ſervi, equive meruiſſent, pecunia partam lege 12. Tab. dici nemo dubitavit*.

In grege) Tamquam unus in multis, qui gregem faciunt; ſic enim & gregarii milites dicuntur, nullius nominis ac meriti; quibus oppoſiti *egregii*, quaſi ſelecti e grege.

Cap. 32. *Te pugna Cannenſis*) Videtur Cicero jocatus cum quadam paronomaſia, & metatheſi: nam commemoratio Cannenſis pugnæ, Cinnani exercitus, aut ſi pariter ludendum in nomine, Cinnanenſis internecionem auribus audientium obtulit; quam alluſionem multo gratiorem ſecit mentio lacus, Thraſimenis & Serviliis aquis conveniens.

Sed ad Servilium vidimus) Locum obſcurum ſacit auctoritas Pauli Oroſii lib. V. cap. 20. cujus verba ſupra ſcripta laudavi. Nemo enim eſt, mea ſententia, qui Sullanam crudelitatem a Cicerone notari non ſtatim interpretetur, ſed factione Marianorum occiſum P. Antiſtium cum Qu. Scævola & Caio Carbone, ſcribit, ut dixi, Oroſius; cum Seneca Servilium lacum ſpoliarium L. Sullæ crudelitatis appellet, lib. de Divina Providentia cap. 3. cui non ſubſcribimus. Verba ejus quia ad rem faciunt ſubnotabo: *Videant*, inquit, *largum in foro ſanguinem, & ſupra Servilianum lacum, id enim proſcriptionis Sullanæ ſpoliarium eſt, Senatorum capita, & paſſim vagantes per urbem percuſſorum greges, & multa civium Rom. millia uno loco poſt fidem, imo prr ipſam fidem trucidata*. Spoliarium autem, ſi hoc ſcire deſideratis, videtur locus, in quem occiſi gladiatores unco trahebantur. Lampridius in Commodo: *Gladiatorem*, inquit, *in ſpoliario*; poſt pauca: *Rogamus*, inquit, *parricidæ cadaver unco trahatur, gladiatoris cadaver in ſpoliario ponatur*. Illic enim ſpoliati cremabantur, quo reſpexit Lampridius eodem loco: *Qui vivos ſpoliavit, unco trahatue*. Seneca ad Novatum alicubi, *nihil refert* ait, *gladiator in arena, an in ſpoliario occumbat*. Et Servilius lacus, quem *Servilianum* Seneca appellat, appellabatur ab eo, qui eum faciendum curaverat, in principio vici jugarii, continens baſilicæ Iuliæ; in quo loco ſuit effigies hydræ, poſita a Marco Agrippa; hæc Feſtus. Rurſum lacus, quos ſupra mille trecentos numerat notitia urbis, erant, ut videtur, aquarum e Tyberi derivationes in unamquamque urbis regionem plures, in vicanorum uſus infinitos; ut aquationes pecorum, tinctus fullonum, coriariorum pellionum, & infinitos alios uſus, atque ut hanc commentationem abſolvam, quæ multo plura habet parerga, quam ἔργα, Feſti verba ſupra a me laudata hæc: *in quo loco fuit effigies hydræ a M. Agrippa poſita*, me quaſi manu ducunt, ut intelligam ſingulis lacubus, aut præcipuis eorum, in aliquo ſolemni loco propoſitas tabulas & picturas operoſas, a quibus illi lacus nomen acciperent; unde lacus Promethei, cui ſcilicet tabula Promethei caſum oculis exhibens aſfixa eſſet. Sic lacus paſtoris, lacus Daphnidis, lacus Ganymedis. Et lacus intelligo, qui in eadem notitia ſunt, caput Africæ, regione 2. ciconias nixas, regione 9. ſignum Delphini, regione 12. at eam rationem non ſervaſſe lacum Servilium, obſervatu dignum Feſtus judicavit, quá in 8. urbis regione ſuit. Illic enim forum Romanum, quod & magum, & vicus jugarius, unguentarius, ut eadem notitia Romani imperii docet, qui Servilius lacus ſi hydræ lacus dictus eſſet, ea ratione qua ceteri, cauſas denominationum illarum omnino ignoraremus.

Ferro Phrygio) Barbaro; ſunt enim Phryges proprie Barbari, quod Scaligero debetur, ἐτραγῴδει autem Cicero ex aliqua Ennii vel Livii Andronici tragœdia.

Marios) Marcum Marium meminit in Bruto Cicero, non eloquentem quidem illum, tamen aptiſſimum turbulentis concionibus. Paulo poſt meminit P. Antiſtii, quem probabilem rabulam appellat, cujus illic in agendo virtutes & vitia videritis, modo teneatis id, Sullana victoria occiſum, ut hic Cicero docet, non Damaſippi factione, ut Oroſius judicat.

Quem

Quem non modo ætas) Reſpicit ad annos emeritæ militiæ armatæ ; nam agere ſenes , & in judiciis verſari , ut cetera ſint integra , nulla quod ſciam lex prohibet , neque ætas impedimento eſt . Nam ut per legem Memmiam prohibitum Antiſtium intelligam , non habeo ; cum id Cicero in Oratore , ſupra ſcripto loco non dixerit : an quod Marianos Sulla non modo jure petendorum honorum , ſed etiam omni juris civilis communione , officiis muneribuſque publicis interdixerit ? an temporis conditione , quo per armorum ſtrepitum ſilent leges ? nam his temporibus floruiſſe Antiſtium idem Cicero auctor eſt ſupra ſcripto loco , quo ſine legibus uſque ad reditum Sullæ reſpublica fuit . Plane non ex vero hic Cicero loquitur , ſed alludens , & metaphorice , cui cauſam dedit *pugnare* verbi propria ſignificatio , quæ ad milites aut gladiatores pertinet . Nam ut Donatus ait , *omne negotium militiæ , vel pugna , vel ludus eſt* ; gladiatores autem ætas non liberavit , ſed populus , rude conceſſa ; nam in crepidine circi ſtantes & ſupplices a populo miſſionem poſt plures palmas exorabant . Hellenius Acron , in illud Horatii :

Ne populum extrema toties exoret arena .

At militibus prætorianis quidem ſena dena , exercitalibus vicena ſtipendia vacationem militiæ conferebant ; quod pluribus deſcribitur a Cornelio Tacito lib. I. Annal. omnino ut poſt quinquageſimum annum non evocarentur, ut exiſtimo . Seneca de Brevitate vitæ ad Paulin. *Lex a quinquageſimo anno militem non cogit , a ſexageſimo ſenatorem non citat ; difficilius homines otium a ſe impetrant , quam a lege .* Secundum quam ſententiam reſtituenda omnino eſt Aſprenatis ſententia , apud eumdem Senecam lib. II. controverſ. ult. hoc modo , ut & ego cenſeo : *Senator poſt ſexageſimum annum in curiam venire non cogitur , non vetatur, prætorio licet prætexta toga uti feſtis aut ſolemnibus diebus .* Sed ad rem , qui ad quinquageſimum ætatis annum non perveniſſent veterani militia dimiſſi, ſummis reipublicæ temporibus poterant evocari belli gerendi cauſa ; & cum prærogativa dignitatis rurſum merebant , & *evocati* proprie dicebantur . Ætas autem militaris a decimo ſeptimo anno ætatis incipiebat , ut indicat Liv. lib. XXII. & apertius in lib. XXV. ubi poſt alia : *Et ſi qui roboris ſatis ad ferenda arma habere viderentur , etiamſi nondum militari ætate eſſent milites facerent tribuni plebis , ſi iis videretur , ad populum ferrent ut qui minores decem & ſeptem annis ſacramento dixiſſent , iis perinde ſtipendia procederent , ac ſi ſeptem & decem annorum, aut majores milites facti eſſent .* Et lib. XXVII. *Atque* , inquit , *ex iis , qui principio ejus belli decem & ſeptem annos nati fuerant , neque militaverant , omnes ærarios fecerant* ; illic enim 17. non 16. annos e veteribus libris legit Sigonius , quod de Servii Tullii inſtituto fluxiſſe videtur , qui pueros minores annis 17. definivit ; atque inde ab anno 17. quos idoneos reipublicæ arbitraretur milites ſcripſit ; eoſque ad annum 48. juniores , ſupraque ſeniores appellavit ; hæc Gellius lib. X. cap. 18. Itaque veteres illos accuſatores , exacta ætate a foro & judiciis vacationem mereri æquum fuit ; ut certa ætate miſſionem impetrant milites , & fiunt veterani legibus antiquis caſtrorum .

Qui inter ſicarios) Ante legem Corneliam , qua lege proprius prætor crimini inquirendo præerat , ad populum dies ejus criminis poſtulatis reis dicebatur ; qui per centurias diviſus, vel ipſe judicabat , & eo pertinet lex 12. tabul. *De capite civis niſi centuriatis comitiis ne quærunto* ; vel ejus rei cognitionem lege mandabat alicui , vel magiſtratui , vel etiam privato , cujus rei cognitio & a ſenatu poterat demandari l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict. Et nimis diſtricte memini me ſupra exponere , cum recognoſceret Cicero M. Fannium , qui huic judicio præeſt : alias inter ſicarios cognoviſſe , poſt Corneliam legem latam , factum eum judicem ejus quæſtionis ; nam æque potuit & ante illam legem latam, populo , vel ſenatu mandante . Hujus rei exempla duo ſuppeditat Valerius Maximus lib. VI. cap 1. ante legem Iuliam de Adulteriis , lex 1. ff. ad leg. Iuliam de Adulter. Suetonius in Augu-

Auguſto cap. 34. cum non eſſet proprius quæſitor ejus criminis, qui per eam legem factus eſt; ſic enim intelligo, quod Pomponius ſcribit in l. 2. §. Divus deinde Auguſtus ff. de orig. juris, ſexdecim Auguſtum prætores conſtituiſſe. Et Suetonius in Auguſto cap. 37. Auguſtum numerum prætorum auxiſſe; id eſt, legibus publicorum judiciorum a ſe ſancitis quatuor, ſingulis prætorem ſuum conſtituiſſe; ante, inquam, eam legem Metellus Celer Cneo Sergio Silo diem dixit ad populum, promiſſorum matrifamiliæ ſuæ nummorum gratia propter adulterium. Et M. Claudius Marcellus ædilis, die dicta ad populum M Scantinium reum damnavit, propter ſtuprum puero oblatum: quod ipſa lege Iulia de Adulteriis poſtea exſequendum fuit apud prætorem, cui ea lege cognitio permiſſa eſt.

Iudices ſuſtulerunt) Iudices Sulla ſuſtulit, translatis ab equeſtri ordine judiciis ad ſenatum; qui equites per quinquaginta prope annos ex lege Sempronia judicaverunt ſevere & religioſe. Cicero infra II. in Verrem, & Aſconius illo loco. Poteſt & intelligi maximum numerum equitum a Sulla occiſum.

Cap. 33. *Percuſſores*] Exceperat Sulla in ipſa lege Cornelia de Sicariis a pœnis Sicariorum eos, qui proſcriptos occidiſſent, ut hac oratione indicatur, & Suetonius ſcribit in Iulio cap. 11. fit probabile & eos hac appellatione eadem forte lege Cornelia diſcretos a ſicariis. Laudavi ſupra locum Senecæ in libro de Divina Providentia: *paſſim vagantes*, inquit, *per urbem percuſſorum greges*.

Cap. 34. *Quod ſalva fide*) Hæc fuit formula rogandi amicos, & viciſſim eis indulgendi, reſtricte & ſub modo, ſiquando liberam eis & infinitam benefaciendi voluntatem cogeret, & coarctaret aliqua officii neceſſitas, ut ecce, patronus Roſcii Cicero in agenda ejus cauſa tantum Erutii amicitiæ concedet, quod ſalva fide facere poſſit, id eſt, quatenus ne ſit tergiverſator, aut prævaricator; fuit & veteribus ſolenne ſub hac formula judices rogare. Cicero Offic. III. *Itaque præclarum a majoribus accepimus morem rogandi judicis, ſi eum teneremus, quæ ſalva fide facere poſſit.*

Automedontem illum] Locus eſt apud Homerum Iliad. XVI. quo Automedon currum longe bonus agere celebratur, ſubjungit equos Xantum & Balium:

— τῷ ἅμα πνοιῇσι πετέσθην
Τοὺς ἔτεκε Ζεφύρῳ ἀνέμῳ ἅρπυια Ποδάργη. Id eſt:

— *qui curſu valeant præcedere ventos*
Quos peperit Zephyro volucres harpyia podarge.

Cap. 35. *Pervigiles*) Id eſt, totam noctem vigiles, ut pernoctare Pomponius in l. Urbana 166. ff. de Verbor. Signif. *Pernoctare extra urbem intelligendus eſt, qui nulla parte noctis in urbe eſt. Per* enim totam noctem ſignificat, cui dicto exemplum afferri poteſt de Tribuno plebis, quem toto die abeſſe ab urbe non licuit; qui ſi aliqua parte noctis intra ſextam redierit, ſatisfecit legi. Gellius lib. III. cap. 2.

Infames palmas] Victorum præmium in quocumque certamine fere duplex fuit, corona, & palma: militibus bene rem gerentibus, inter alia præmia coronæ multorum generum; gladiatoribus, & ceterorum prope certaminum victoribus, palmæ: utrique generi lemniſci addebantur, ſi cui cumulatiorem honorem βραβευταί, *ludis præfecti*, & deſignatores collatum vellent, ut ſæpius victori, aut virtute antecellenti. Plinius lib. XXI. cap. 3. *Acceſſerunt & lemniſci, quos adjici ipſarum coronarum honos erat, propter Etruſcas, quibus jungi, niſi aurei non debebant.* Livius lib. XXIII. Tertullianus lib. de Corona Militis: *Triumphi laureæ foliis ſtruitur; hinc adverſis lemniſcis* (id eſt, contra ſe poſitis) *inornatur, imbuitur unguentis, delibutæ lacrymis conjugum & matrum, fortaſſe quarumdam & Chriſtianarum, etſi apud barbaros*; (ita enim libenter totum hunc locum corruptum lego) mox: *Coronant & publicos ordines laureis publicæ cauſæ, magiſtratus vero inſuper aureis, ut Athenis: at Romæ ſuperferuntur etiam illis Etruſcæ.* Hoc vocabulum eſt coronarum, quas gemmis, & foliis ex auro quercinis ob Iovem inſignes, ad deducendas tenſas, cum palmatis togis ſumunt, quæ cum Plinio mirifice congruunt, & de lemniſcatis palmis notandus eſt hic præcipue locus Auſo-

Auſonii epiſt. 5. ad Paulinum:

Et quæ jamdudum tibi palma Poetica pollet
Lemniſco ornata eſt, quo mea palma caret.

Lemniſcus autem, quod Græcum verbum eſt Cornelio Celſo auctore lib. VII. de Re Medica cap. 28. eodem interprete lineamentum eſt in longitudinem. Idem & Paulo Æginetæ lib. VI. duobus locis, id eſt, anguſta & tenuis vitta, quam noſtræ mulieres non reddentes verbum e verbo, ſed ipſum idem uſurpantes contracta voce, & detractis aliquot litteris, more noſtrate appellant *des leches* ou *bandes*; illud *leches* dicentes pro *lemniſches*. Quod autem ad coronarios aut palmarios lemniſcos attinet, Feſtus in lemniſci ſic habet: *Lemniſci*, id eſt, *faſciolæ corollariæ* (ſic lego) *dependentes ex coronis propterea dicuntur, quod antiquiſſimum genus fuit coronarum lanearum*: quod qua fide dictum ſit, viderint alii. Auſim dicere Feſti mentem fuiſſe *lemniſcos* dictos, quaſi *laniſcos*; quod coronis qui primum annexi ſunt lanei fuerint, cum eſſent e floribus coronæ ſertæ.

Quem contra morem majorum) Vrbanitas hujus loci in eo eſt, quod habet, *dejectum ex ponte*, duplicem ſignificatum, proprium & translatum; nam etiam in proverbiali dicto non tam propria quam translata ſignificatio intelligitur, & uſus Cicero proverbiali, retulit ad proprium ſignificatum, rationem veteris proverbii. Auctores ceteri fere duplicem, Feſtus quadruplicem affert. Antiquiſſima, cum Aborigines Italiam tenentes ante adventum Herculis, in Tyberim ferio nec dicis cauſa, deturbabant ſexagenarios; cui piaculo ex inſtituto Herculis ſucceſſerunt Argæi, de quibus videndus Varro lib. VI. de Lingua Latina, Ovidius lib. V. Faſtorum, Macrobius lib. I. Saturnal. cap. 5. Obſervanda & alia hiſtoria apud Feſtum in *ſexagenarios*, quam tamen infra refelli ab Afranio Comico in *repudita*. Idem ſcribit, Romanos ſcilicet a Brenno obſeſſos in Capitolio, in penurie alimoniæ ſexaginta annos natos, ut de cetero inutiles, in Tyberim præcipites dediſſe; uno etiam ſervato a filio ſuo, cujus conſilio multa in Republica cum provide adminiſtrata eſſent, & juveni ignotum, & ſexagenariis vita conceſſa. Altera, & exploratiſſima cauſa hujus proverbii, quod quo tempore ſuffragia in comitiis per tabellam & pontes ferri cœpta, juvenes acclamaverunt, ut de ponte dejicerentur ſexagenarii, qui jam nullo publico munere fungerentur, ut ipſi potius ſibi, quam illi deligerent imperatorem. Id proverbium cum minus in ſequenti eſſet ad removendos a Republica ſenes, ex quo eos *depontanos* Feſtus appellatos ſcribit; uſurpavit Cicero ad deſignandum nefarium ſcelus, quaſi ejus uſum revocans ad illam antiquiſſimam cauſam, quam ſupra ſcripſi; pontes autem in comitiis puto fuiſſe, iter & ductum ſublatiorem in Martio campo, vel Flaminio circo, vel ubi comitia haberentur, e ligneis aſſeribus & tabulatis repente ſtructum, per quem qui tabellas e ſingulis tribubus ferebant in ciſtas, vidente populo, qui in ſeptis & ad pontes erat, ad eas commeantes perveniebant; puto, ut ſi qua fraus attentaretur, ne lateret. Eos pontes ideo etiam lex Maria fecit anguſtos; de iiſdem locus eſt inſignis apud auctorem libror. ad Herennium I. & Ciceronem epiſt. 12. lib. I. ad Atticum & lib. III. de Legibus: idem ex Aſconio in Orat. pro Cornelio.

Cap. 36. *Itaque more majorum*) P. Africanus qua de re teſtimonium ſe perhibiturum profeſſus erat, cum eſſet ejus hac de re judicium futurum, nec voluit judicare. Cicero pro Cluentio ſic in re ſua teſtimonium dicturus non fuit; paria ſunt enim de re ſua ſententiam ferre, & teſtimonium lib. I. Cod. Theodoſ. ne quis in ſententiam ſua cauſa judicet: *Promiſcua generalitate decernimus, neminem ſibi eſſe judicem debere; cum enim omnibus in rem propriam dicendi teſtimonium jura facultatem ſubmoverint, iniquum admodum eſſet licentiam tribuere ſententiæ.* Quæ lex a Triboniano ſciſſa in duas partes eſt, quarum una relata eſt in lib. III. Cod. l. 1. ne quis in ſua cauſa judicet, altera in l. omnibus Cod. de Teſtibus lib. IV.

Nihil opus fuit) Sententia ἀνακόλουθος, *non opportuna*, quam quo magis

gis verſavi & attentius tractavi, vitioſam deprehendi. Ego poſt illa, *non nihil opus fuit te iſti credere*; (ſic enim lego) contendo deeſſe in Cicerone pluſcula, cui lacunæ ſi relinquatur ſpatium 15. aut 20 verſuum, aut eo amplius, huic explendæ Ciceronis copia ſatis fuit; locus enim ejus induſtria & cura non indignus, ut videtur quidem mihi; cujus vim ac ſententiam talem aliquam fuiſſe ſubodoror: *Nonnihil opus fuit te Erutio iſti credere, & veteri monitori, & callido obtemperare, in diſſimulandis adverſus miſerum Roſcium inimicitiis; nam ſi palam ſtudium nocendi Roſcii non fuit profeſſi, futurum fuit, ut advocatis eis Sex. Roſcius propinquus uſurus in ſuis periculis fuerit, qui in partibus & ſubſelliis ejus Sex. Roſcii interrogati ab Erutio, eum Roſcium prodere ſimul, ac perdere potuiſſent: neque falſus animi fuit Erutius; quos enim teſtes Sex. Roſcius certiores propinquis ſuis, quos fideliores Roſciis municipibus ſuis in oculis eorum aſſidue verſatus Sex. Roſcius, laudare potuit, anteactæ innocenter vitæ, quod ſibi opprimendo Roſcio conſilium in contrarium verti Erutius cenſeat; nihil enim proficiant infeſtis odiis caput Roſcii petentes, quomodo ſibi fidem ipſis abrogent, manifeſtiſſimi inimici. Et ut maxime velit Sex. Roſcius illis uti in ſummo ſuo diſcrimine, neque poſſit, neque debeat.* Poſtque aliqua talia ſubjungendum quod ſequitur: *Neque enim accuſatore muto, neque teſte quiſquam utitur eo, qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit.* Qui alioqui locum hunc explanabit, ut ſit ſine vulnere, is mihi erit magnus Apollo. Ego vero etiam divinavi, ſed conjecturas meas non vendito ut oracula. Quod ait: *neque enim accuſatore muto*, pertinet ad Roſcium magnum, qui in ſubſelliis Erutii erat, ut advocatus, ut ſupra dixi; quo genere Sex. Roſcium tacitus accuſabat, faventem accuſatori, & comprobantem accuſationem. Quod ait, *neque teſte*, pertinet ad Capitonem. Id autem genus fraudis, ad quam eruendam ſequentia me adduxerunt, aptiſſime deſcribit Quinctilianus lib. V. cap. 7. *Illæ vero peſſimæ artes, teſtem ſubornatum in ſubſellia adverſarii mittere, ut inde excitatus plus noceat, vel dicendo contra reum, cum quo ſederit; vel cum adjuviſſe teſtimonio videbitur, faciendo ex induſtria multa immodeſte atque intemperanter, per quæ non a ſe tantum dictis fidem detrahat, ſed ceteris quoque, qui profuerant, auferat auctoritatem, quorum mentionem habui, non ut fierent, ſed ut vitarentur.* Hæc Fabius.

Cap. 37. *Honoris aliquid habere*) Quod ultro datur ab eo, in quem officium aliquod collatum eſt, honor dicitur, ut hoc loco, & l. ſi remunerandi ff. mandati: *Sic quod teſtator ſponte ſua delargitur, honor.* Cicero ſupra pro Quintio: *Ut ad quem ſummus mæror morte ſua perveniſſet, ad eumdem ſummus honor perueneri*t. Val. Max. lib. VII. cap. 7. *honorem hereditatis*, quem ſcilicet teſtator vult habitum ei, quem heredem ſcripſit, l. & ſi ſuſcepit §. ſed & ſi proponas ff. de judiciis.

Manubias) Notanda hæc tria in hac eadem ſententia: *pugna, præda, manubiæ*, quæ verba ſunt militiæ, quæ definit Gellius lib. XIII. cap. 23. *prædam* ſcilicet, corpura ipſa rerum, quas ab hoſte victor reportat; *manubias*, pecuniam, quæ a ſectione prædæ coacta ſit; unde inſcriptiones fornicum & clypeorum, ex *manubiis*, qua tranſlatione invidioſe Cicero utitur de Roſciis loquens, qui Sex. Roſcium manubiarum cauſa, id eſt bonorum ſuorum, hoſtilibus animis perditum velint. Sic infra Act. III. in Verrem circa finem: *Dubitamus, quid iſte in hoſtium caſtris molitus ſit, qui manubias ſibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit.*

Cap. 38. *Si ſublata ſit venditio*) Nomine Sex. Roſcii patris exemto de proſcriptorum tabulis.

Illam pecuniam grandem) Quam de judicio captat.

Seſe capitis periculum aditurum) Nam ſupra cædis Roſcii reum prope peregit. Itaque ſi Roſcius de proſcriptis non ſit, lege Cornelia de ſicariis teneatur Capito; ſi vero in iis teneatur, impune ſit illi ea cædes, ex capite illo Corneliæ legis, quo percuſſores Sullani cauſam non dicant inter ſicarios.

Hiſce aliqua fretis hora) Puto legendum: *hiſce aliqua fretis aura*, id eſt cum ſpe aliqua, quam Chryſogo-

nus

nus interceſſore Capitone oſtentaret occaſionem exponendorum mandatorum ad Sullam, exſpectantibus. Sic infra III. in Verrem. *Erigit ſe, ſperat ſibi auram poſſe aliquam afflari in hoc crimine voluntatis*, &c. Hinc ducta translatione, quod æſtuantibus gratiſſima ſit aura vel leniter ſpirans. Notate autem in iſta narratiuncula cum crebris *ἰσοκώλοις*, crebra *ὁμοιοτέλευτα*, in his infinitivos pro præteritis imperfectis, quæ forma loquendi narrationibus maxime convenit; ideoque hiſtorica dici poteſt, quod hiſtoricis ut plurimum in uſu ſit, quorum una eſt ac perpetua cura narrare.

In privatis rebus) Mandatum eſt contractus juris gentium, quo alteri meæ vel alienæ rei, negotii, vel litis cura committitur, qui committit, mandator, & dominus; qui recipit mandatum, mandatarius, procurator, & litis, quæ in excipiendo eſt, etiam defenſor dicitur; inter utrumque verſatur judicium mandati, & naſcitur actio mandatori quidem, ſi procurator neglexit mandatum, vel præter mandatum fecerit, aut ſi in ea re dolo verſatus erit, mandati actio principalis & directa; ideo ſic dicta, ut videtur, quod ejus res ſit quæ in judicio ventiletur, & principaliter ac potiſſimum ejus perſona atque utilitas ſpectetur, propterque eum principaliter ac directo id judicium ſit inſtitutum. Mandatario vero & procuratori datur contraria mandati actio, ut ſi forte aliquid in re mandantis gerenda utiliter impenderit, ut id eo judicio a mandatore recipiat ex bona fide; nam omnino officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum. Contrarium vero judicium dicitur eadem ratione, qua cetera contraria judicia, quod quomodo directa & principalia iis dantur qui eorum fidem ſecuti ſunt, ſic iis qui geſſerunt contra dentur, id eſt ex adverſo, ex contrario. Hujus autem contractus duo maxima vel potentiſſima præcepta ſunt, mandatum implere & exſequi, & fines mandati in exſequendo eo quam accuratiſſime ſervare. Quæ præſtruxi vobis adhuc juris rudibus, quod ſine horum principiorum cognitione locus clariſſimus & inſignis non adeo facilis eſt; cum quo comparari velim l. in re mandata, Cod. mandati. *In re mandata non pecuniæ ſolum, cujus eſt certiſſimum mandati judicium, verum etiam exiſtimationis periculum eſt; nam ſuæ quidem quiſque rei moderator atque arbiter, non omnia negotia, ſed pleraque ex proprio animo facit: aliena vero negotia exacto officio geruntur, nec quidquam in eorum adminiſtratione neglectum & declinatum, culpa vacuum eſt*. In qua lege quod ait, *non pecuniæ ſolum*, &c. reſpondet ei loco Ciceronis, *nonne ſi ex eo negotio tantulum in rem ſuam convertiſſet, damnatus per arbitrum, & rem reſtitueret, & honeſtatem omnem amitteret*. Certiſſimum autem mandati judicium de pecunia ea eſt, id eſt, judicio mandati non modo fit infamis mandatarius, qui perfide geſſit; ſed præter infamiam, indemnem præſtat mandatorem, & rem reſtituit, ut Cicero loquitur, ratione ſcilicet ab arbitro inita, quanti intereſſit mandatoris, l. ad comparandas Cod. mandati, quod ait: *Nam ſuæ quiſque rei moderator*, &c. reſpondet illis Ciceronis, *credo propterea quod quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus*, & ſeqq. quod ait, *aliena vero negotia*, &c. comparatur cum iis: *Propterea quod ſi recte fiat, illum negligere oportet qui mandavit*, &c. quæ ſequuntur; quod ait, *nec quidquam in eorum* &c. cum illis: *in minimis privatiſque rebus, etiam negligentia mandati in crimen judiciumque infamiæ revocatur*. Sic enim hunc locum lego: omnino dolum & culpam mandatarius præſtat, l. contractus 23. ff. de reg. jur. Et ii invicem loci, Ciceronis ſcilicet, & Conſtantini in ſupra dicta lege, mutuo ſeſe illuſtrant, toti inter ſe conferendi. Non relinquo hunc locum antequam adnotavero, Ciceronem negligentiam appellare omnis generis culpam, recte; nam & juris noſtri auctores interdum ſic loquuntur in l. 83. ſocius ff. pro ſocio. *Socius*, inquit, *ſocio etiam culpæ nomine tenetur*, id eſt, deſidiæ, atque negligentiæ, l. 7. §. 1. ff. de ſuſpect. tutorib. l. 4. ff. de magiſtratib. conveniend. quod explicare mihi in animo eſt. Veniunt in omnes contractus iſta aut omnia, aut pars iſtorum, dolus & culpa, ſive negligentia. Culpæ aut negligentiæ tres ſunt gra-

gradus ; lata , cujus finis non intelligere , quod omnes intelligant, l. latæ ff. de verb. ſignif. l. cedere §. ult. l. magna ff. eodem: & eſt affinis dolo , ideoque vindicatur quomodo dolus d. l. 7. §. 1. ff. de ſuſpect. tutorib. l. quod Nervæ ff. depoſiti ; nam quamquam multum abſit , & pene quantum cælum a terra , dolus & ruſticitas , malitia & ſimplicitas ; tamen quod ad juris effectus attinet , in contractibus , (nam in criminibus aliud judicium eſt l. 7. ff. ad l. Cornel. de ſicariis) in contractibus , inquam , lata culpa æquiparatur dolo , aut ut loquitur l. magna ff. de verbor. ſignif. ipſa dolus eſt ; id eſt , quomodo qui dolo agit , propoſitum habet fraudis ; ſic qui in latam culpam incidit , non abeſſe ab eo propoſito præſumitur , ut ineſſe latæ culpæ dolus præſumatur . Levis culpa , in quam incidit , qui eam diligentiam debet , quam in ſuis rebus ſolet adſerre , ut ſocius in re communi d. l. ſocius ff. pro ſocio . Maritus in rebus dotalibus uxoris levem culpam , aut levem negligentiam præſtat ; quia eam diligentiam debet , quam in ſuis rebus exhibet l. in rebus 17. ff. de jure dot. l. ſi conſtante §. ſi maritus ff. ſoluto matrimonio . Eadem eſt cauſa creditoris , qui in re pignerata debet eamdem diligentiam ; quam ſi non præſtat , levis culpæ , vel negligentiæ nomine tenetur debitori §. ult. Inſtit. quibus mod. re contrah. oblig. in qua, *exactam* , interpreteris , tam exactam , quam in rebus ſuis . Leviſſima culpa, in quam incidit, qui non facit in re aliena , quod attentiſſimus quiſque paterfamilias feciſſet ; aut fecit , quod non feciſſet : nam culpa contrahitur his duobus generibus, ſi fiat quod non oportet , vel non fiat quod oportet , l. 1. ff. de tutela , & rat. diſtrahend. l. ſi ſervum 91. ff. de verb. obligat. in quam culpam incidunt mandatarius , d. l. in re mandata Cod. mandati ; nam quod illic ait, *exacto officio* , interpretandum , *exactiſſimo* , id eſt ſupra diligentiam , quam in ſuis rebus mandatarius ſolet adhibere , ut in §. at is qui utendum , Inſtit. quibus modis re contrah. obligatio, commodatarius exactam diligentiam præſtare dicitur , id eſt exactiſſimam , ut & ſequentia indicant ; nam commodatarius de leviſſima culpa tenetur , l. 5. §. cuſtodiam ff. commodati . Tutor in rebus pupilli etiam leviſſimæ nomine tenetur , l. ſi mater Cod. de uſuris , & negotiorum geſtor , qui ultro & ſine mandato alienis ſeſe negotiis gerendis obtulit §. 1. Inſtit. de obligationibus quaſi ex contractu. Venit & diligentia in quibuſdam, ut dicitur in l. contractus 23. ff. de reg. jur. in d. l. 5. §. commodato ff. commodati , venit & cuſtodia l. 2. ff. de periculo & comm. rei venditæ , d. l. 5. §. cuſtodiam ff. commodati ; ſed animadverti diligentiam in jure duobus dici modis , generalius , ut opponitur latæ negligentiæ , ut in l. quod Nerva ff. depoſiti; levi d. §. ult. Inſtit. quibus modis re contrahitur oblig. Specialiter autem diligentia cum dicitur, exactiſſima diligentia intelligitur , qua non exhibita , incurritur leviſſima culpa . Cuſtodia autem non in omnes res cadit , ſed in quibus cuſtodia admittitur, & quæ cuſtodiam recipiunt natura ſua . Et eſſe a nobis definitur ſui generis diligentia, & pars quædam diligentiæ tot gradibus , atque iiſdem conſtans , quibus ipſa diligentia ; ut videtur d. l. 2. & l. 3. ff. de periculo & com. rei venditæ , quæ inducit eſſe aliquam cuſtodiam talem , qualem quis in rebus ſuis adhibet ; aliquam plenam , quæ etiam requirit diligentiam , id eſt , ut ſupra dixi, exactiſſimum officium atque operam , unde incurratur leviſſima culpa. Ex his conſtat, in iis contractibus, qui circa rem aliquam verſantur , iſta ſpectanda ; ut habeant oppoſita , bona quidem fides , dolum & latam culpam : diligentia exacta , qualem ſcilicet quis in rebus ſuis præſtare ſolet , levem culpam : diligentia exactiſſima , quæ ſpeciali nomine diligentia dicitur , & quoties ſine adjectione nominatur intelligenda eſt , leviſſimam culpam . Et cuſtodia in rebus, quæ cuſtodiam recipiunt , ſubit locum diligentiæ , quomodo quidem illa opponitur generalius negligentiæ, & culpæ : ut cuſtodia exacta habeat oppoſitam levem negligentiam & culpam : cuſtodia plena & exactiſſima leviſſimam culpam. Igitur cum in man-

Digitized by Google

dati judicium veniat omnis diligentia ; an qui ex culpa leviſſima aut levi damnatus eſt ab arbitro directo judicio mandati mandatarius, ex illa cauſa fiat infamis ? hoc videtur Cicero velle , & convenit l. 1. §. qui ff. pro ſocio , l. furti §. mandati ff de iis qui notantur infamia . Sed eſt durum , niſi fraus aut dolus intervenerit, quemquam infamiæ periculum ſubire , argumento d. l. furti §. ult. ff. de iis qui not. infam. quando non de perfidia , ſed de calculo agitur . Itaque in ſupra dicta lege in re mandata Cod. mandati , quod dicitur : *Nec quidquam eorum administratione neglectum ac declinatum culpa vacuum eſt* : interpretor, non ut omnis culpa exiſtimationem minuat ; ſed ut ex ea indemnitati conſulatur mandatoris . Sic in l. ult. Cod. ex quibus cauſ. irrogatur infam. fidem rumpens ſocietatis ſocius , damnum exiſtimationis ſubire dicitur : rumpere autem fidem ſocius, niſi perfidus, non recte dicetur. ut ex culpa levi condemnatus vix fiat infamis, quod a me caute & pedetentim dicitur.

Cap. 39. *In re tanta*) Conſequens eſt ſupradictis videre , an mandatum intervenerit , & quomodo . Nos dicimus mandatum quidem eſſe , quod reſpublica Amerinorum commiſerit decem primis, l. Titio ff. ad municipalem , l. legato ff. de vacat. & excuſat. muner. Et legatorum proprie mandata dicuntur ; non tamen ut ex eo geſtu naſcatur actio mandati inter rempublicam & legatos , qualis inter amicos ſolet , ſed negligentia non obitæ legationis ex mandato crimen eſt extraordinarium, id eſt, cujus pœna extra ordinem eſt arbitrio magiſtratus , habita ratione ejus incommodi , in quod incidit reſpublica per vitium & negligentiam legati , infligenda : quod crimen dicitur deſertæ legationis l. 1. ff. de legationib. *Si legatus male verſatus erit , aut perfide , contrahitur crimen male geſtæ legationis.* Quinctilianus declamat. 12. *Quid quod* , inquit , *actionem reipublicæ læſæ tentat in legem male geſtæ legationis deflectere?* &c. Et plurimum placet quod idem Quinctilianus in eadem declamat. mandata legati *præcepta* appellat: *Legatus* , inquit , *a præcepto non recedat*. Et revera hujus verbi , *mando* , duplex videtur ſignificatio , una ut ſit verbum precarium ; Paulus lib. IV. ſentent. tit. de fideicommiſſ. quo genere contrahitur mandatum inter amicos l. 1. §. 1. ff. mandati ; altera directa , præciſa , & legis modo imperans, ut in illo Auguſti verſu :

— Suprema voluntas
Quod mandat , fierique jubet , parere neceſſe eſt .

Qua ſignificatione putamus mandata legatorum dici, quaſi reipublicæ juſſa & imperia . Proinde hic a Cicerone publice geſta & commiſſa dicuntur, & leg. ult. Cod. Theod. de legatis & decretis legationum; unde non naſcitur, ut dixi , actio mandati, quæ inter æquales locum habet; Cicero de Oratore lib. I. *Num igitur* , inquit , *ſi cui fundus inſpiciendus , aut ſi mandatum aliquid procuratori de agricultura , aut imperandum villico ſit, Magonis Carthaginenſis ſunt libri perdiſcendi ?* Igitur quia imperium eſt reipublicæ & patriæ ſummum in cives jure naturæ l. 2. ff. de juſtit. & jure, non immerito diſcernitur reipublicæ mandatum, & quod in conſequentiam ejus mandati venit , a jure mandati privato. In ſumma hoc judicium eſt privato majus , quanto reipublicæ dignitas & amplitudo antiſtat cujuſquam vel potentiſſimi hominis dignitatem.

Nam neque mandat) L. 1. §. ult. ff. mandati , contractum hunc de officio & amicitia deſcendere ſcribit . Convenit l. liberti ff. de negot. geſtis, l. 1. ff. quibus modis pignus aut hypotheca ſolv. l. fundi ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.

Cui fama mortui , fortunæ vivi) Decreta legatio erat , ut tolleretur de proſcriptorum numero Sex. Roſcius pater; nam proſcriptione læditur non modo jus exiſtimationis , ſed etiam libertatis , fit enim ſervus pœnæ l. quod ad ſtatum ff. de pœnis: exemto de proſcriptis patre, reſtituebatur Sex. Roſcius filius in paterna omnia.

Sed perfidia ipſius legationis) Amplificatur tum oratio, tum ipſius negotii qualitas , cum id revocatur ad religionis ſanctitatem ; id enim hæc verba ſonant , *cæremoniæ* , & *polluere*, quod

quod ad jus feciale referendum eſt, quod non ambigimus fuiſſe partem juris ſacri, velut Pontificium & Augurale. Sed ſi verum amamus, jus legatorum civitatum earum, quæ majeſtatem populi Romani comiter obſervabant, magis publicum eſt, quam ſacrum, ideoque l. ult. ff. de legationibus, ſanctos eſſe legatos hoſtium adnotat, quaſi differentiæ loco, ut exiſtimo: nam pari jure non videntur eſſe legati civitatum. Sed publica civitatum præ Romanæ majeſtatis amplitudine quantula ſunt! ideoque abuſive publica dicuntur, l. bona civitatis 15. & 16. ff. de verb. ſign. Multum igitur intereſt inter publica & publica, quantum inter viburna cupreſſi, ut loquitur ille paſtor, qui illa adæquabat. At quod eſt ſacrum, perinde ſacrum eſt Ameriæ atque Romæ; neque veneratione aut dignitate inter ſe diſtant. In lege dedicandæ aræ Iovis Salonæ, quæ eſt in Dalmatia, continetur, ut leges illi aræ eædem ſint, quæ ſunt aræ Dianæ in Aventino monte, quod ad venerationis quoque & ſanctitatis æqualitatem puto pertinere.

Damnatus per arbitrum) Aditus prætor in privatis judiciis judicem dabat, in his, quæ bonæ fidei dicuntur, qui dabatur judex, quod ejus arbitrio illa lis dirimenda committeretur, propter vim clauſulæ in formula additæ, *ex bona fide*, arbiter dicebatur, & ejus ſententia *arbitrium*, vel *arbiterium*, ut Feſtus ſcribit.

Et honeſtatem omnem amitteret) Erat in uſu Romæ, ſi quis alicujus nominis in republica eſſet, ut cum ſerio nominaretur, ſub hac præfatione laudis nominaretur, *vir bonus & honeſtus*; qua forma uſus eſt & pro Quintio, & in hac oratione, & in Divinatione, & in Actione in Verrem; ita tamen ut etiam viris non alioqui emendatiſſimis, neque morum integerrimis, plerumque id laudis tribueretur; adeoque locupletes hæc vox ſignificet. Aſconius in Divinationem: *An*, inquit, *bonos vetuſte pro magnis, honeſtos pro divitibus poſuit.* Et l. ſi quis uxori, §. cum Titio, ff. de furtis, egeno opponit honeſtum virum; quod de inſtituto Athenienſium fluxit, apud quos nemo erat alicujus in civitate momenti, qui non audiret καλος καγαθος; quam vocem perperam exponit Suidas. Nam καλοι καγαθοι dicuntur, ut dixi, honeſti viri qui rempublicam tractant: Plato Alcibiade I. Qua tamen appellatione non inſignibantur qui palam diſſoluti ac perditi diffamarentur, aut judicio famoſo damnati, nam de merito honeſtatis boni ac honeſti dicebantur, quam qui amiſiſſent, de cetero neque boni, neque honeſti dicebantur, ut mox infra, *famoſos in bonorum virorum numero non haberi*; nam honeſtas ſtatus eſt illæſæ exiſtimationis. Vt hic, & Caſſiodorus lib. VII. Variar. in formula tribuni voluptatum: *Temperentur*, inquit, *& hæc legum qualitate negotia, quaſi honeſtas imperet inhoneſtis*. In qua ſententia & *honeſtas* id ſonat quod dixi, & *inhoneſti*, id eſt, famoſi, ſcenici ſunt; quomodo & Arnobius lib. I. adverſus gentes, de fabulis loquens quas illi agunt: *Quarum*, inquit, *actores inhoneſtos eſſe jura voluerunt*; *inhoneſtos*, id eſt, infames. Notandum etiam in l. 1. Cod. Theod. de iis, qui veniam ætatis impetrarunt, ad finem: *Honeſtum virum ſcribi oportere in inſtrumentis, qui huic nomini reſpondeat, & ſit in vero patre familias & frugi, prudens atque temperans*: ut apud Ciceronem d. lib. in Verrem 5. *Itaque*, inquit, *ex illis ſcribis, qui digni ſunt illo ordine, patribus familias, viris bonis atque honeſtis*.

Cap. 40. *In rebus minoribus*) De contractu ſocietatis, atque adeo judicio pro ſocio, videbimus, ſi Deo placet, jam ſatis multa in Orat. pro Roſcio Comœdo; unum ad præſens ſatis ſit, famoſum id eſſe judicium d. l. 1. ff. de iis qui notantur infamia, l. ult. Cod. ex quibus cauſ. infamia irrogatur. Tum illud, pro ſocio judicium utrimque eſſe directum; neque ut in judicio mandati ex uno latere directum, ex altero contrarium. Itaque quoquo ſocio agente famoſum, quia æque principaliter ſociorum intereſt, pro qua parte ſocii ſunt. Adjice & illud vere dici a Cicerone, inter ſocios collegas legationis illius verſari id judicium pro ſocio.

Atqui ea ſunt animadvertenda) Animadverſio ut plurimum major eſt pœna

& capitalis, ut Cicero Act. 7. in Verrem : crudelis animadverſio. l. quod ad ſtatum, ff. de pœnis ; ii in quos animadverti jubetur, id eſt qui capitis damnantur. Memini me legere apud Senecam, magiſtratum qui capitis reum damnavit, lictorem lege agere jubentem pronuntiare : *animadverte*, inquit, *ut ſeveritatem pœnæ mitiore verbo ſubduceret*.

Cap. 41. *In dominos queri de ſervis*) Facit l. 1. §. item Severus, l. Divus Pius, §. ex quibus cauſ. l. unius. §. ſervo ff. de quæſtionibus. Neque enim oportet ſalutem dominorum committi arbitrio ſervorum. Hoc jus cum Auguſtus aliquatenus infringere Edicto vellet, eludens antiquiſſimum jus, coactis dominis ſervos ſuos vel reipublicæ, vel ſibi mancipare, ut eo modo in eos, cum non eſſent domini, poſſent torqueri (id enim Dio ſcribit lib. LV.) non tamen obtinuit ; nam nec alienati, propter memoriam & reverentiam antiqui domini, in veteres dominos torqueri poſſunt, l. unius 18. §. ſervus in caput, ff. de quæſtionibus, l. ſervos, Cod. de quæſtionibus. Quod autem dicitur, ſervos in caput domini non torqueri, eam vim habet, ut neque in eos, quibus ſcilicet naturale eſt odiſſe dominos, ſemper, ſine diſcrimine, ut apud querulum arbiter quæritur : neque pro eis alia ratione ; quia ſcilicet ad quæſtionem non ſunt provocandi, quos dominus, cujus intereſt, de domo ſua produxit, l. 1. §. 1. ff. de quæſtionibus, l. ſervos ; Cod. de teſtibus, l. pridem. Cod. de quæſtionibus. Neque vero torquendi in caput domini, etiamſi ab ipſo domino offerantur quæſtioni, d. l. unius, §. ſervus nec ſi a domino, ff. de quæſtionibus, l. ſervus 7. Cod. eod. Et interrogatio eorum in dominos ſi facta ſit, dicturi ſententiam judicis conſilium non inſtruit, l. 1. §. item Severus ff. de quæſtionibus, id eſt, interrogatio non valet. l. Divus Pius. §. 1. ff. eod. ſed tamen ex cauſa dominicæ necis potuiſſe videntur ſervi torqueri in caput heredis, etiam filii, l. in cognitione ff. de Senatuſconſulto Sullaniano; quod jus, ut ſupra dixi de Cornelio Tacito, Caius Caſſius Iuriſconſultus repetebat de more majorum.

Neque enim cum de hoc quæritur) Lego aſſeveranter, *neque enim cum de hoc quæretur, in vos dominos hoc eſſe dicetis*; & expono, *cum de hoc*, id eſt, de tota adminiſtratione cædis, *hoc eſſe*, id eſt, quæſtionem haberi. Quod autem ſupra dixi, *in dominos queri de ſervis iniquum eſſe*, accipite dictum tamquam de parte Roſciorum, quorum reſponſionem acutiſſime Cicero confringit ; & concinne cadit illa reſponſio, quaſi jam ante Roſcios reos illius cædis peregerit, maxime autem Roſcium Magnum.

Litteris eorum & urbanitate) Intellige αναγνωςας, librarios, ſive antiquarios a memoria, qui in deliciis habebantur ; topiarii, pictores (ſi modo ab ingenuis hominibus ad ſervos Ciceronis tempore tranſierat, nam Plinius perpetuo interdicto ſervis picturam prohibitam teſtatur) coqui etiam poſt Catonis ætatem, dulciarii, & in perditiſſimis hominibus venerei, & a poculis.

Partes Roſciis impoſitæ) Puto propter Roſcii agnominationem, dixiſſe Ciceronem impoſitas Roſciis partes ; luculente : nam primarum partium in comœdiis dicebantur ut plurimum ſervi, vel ſi qui alii, quorum perſonæ in tota fere comœdia uſus erat ; ſecundarum ac tertiarum, quorum interventus in comœdia minus ac minus creber erat.

Cap. 43. *Venio nunc ad*) Nomen Chryſogoni indicio eſt, fuiſſe ipſum Græcum hominem, a Sulla fortaſſe civitate donatum, ut plures alii Cornelii, de quibus idem Cicero V. in Verrem : *Ingerebat iſte Artemidorum medicum, Cornelium pictorem, Nepolemum, & hujuſmodi recuperatores, quorum civis Rom. nemo erat : ſed Græci ſacrilegi, jam pridem improbi, repente Cornelii*. Sed tamen eum libertum Sullæ Plutarchus ſcribit, in vita Ciceronis; cujus rei judicium reſcribo ipſis vobis, & verum eſt vel ipſo Cicerone teſte in ſequentibus.

Sive Valeria eſt, ſive Cornelia) Occiſis a Sulla conſulibus, cum in urbem veniſſet, Mario, & Cn. Papirio Carbone, interrex creatus eſt, renuntiando dictatori L. Valerius Flaccus, qui Sullam renuntiavit ; non dico opti-

optimo jure, ſed regio, ut dictator Sulla quem vellet civium indicta cauſa impune poſſet occidere. Cicero de legibus I. *Quos igitur proſcribebat Sulla, & occidebat, id agebat jure ſuo, tamquam ex lege Valeria*. Meminit hujus rei Appianus lib. I. bell. civilium.

Non enim novi nec ſcio) Dicitur invidioſe in Sullam, ut videtur, cum exprobratione ingenrium calamiratum, quæ illis temporibus contigerunt. Nam proſcriptorum nomina recognoſcens unus ex proſcriptis, cum nomen ſuum agnoviſſet, reducta veſte dum caput contegit, ne occideretur, in imo foro cæſus eſt; quo exemplo cuiquam honeſto poſtea non vacavit programmata & proſcriptiones Sullæ legere. Itaque leges illas acerbe in Sullam Cicero dicit, neſcire ſe quales eſſent. Alioqui leges ignorare non modo oratori, ſed cuiquam non licer, quæ in publicis locis ita proſcriptæ erant, ut de plano recte legi poſſent; quo pertinent notæ illæ apud Probum V. D. P. R. L. P. ſic enim legendum apud Probum.

Cap. 44. *Reduvium*) Reduviæ digitorum, quæ non niſi delicatis negotium faceſſunt, & tamen a Medicis earum cura non negligitur.

Ego hæc a Chryſogono) Quæ a Rhetoribus notatur figura, licentia ſeu *παῤῥησία*, locum hic habere non puto; longius enim extenditur oratio, quam ut figuram dicas. Sed enim cum in ſententia dicenda ſenatori licuerit, quid, & quantum vellet, & de republica etiam extra rem dicere, ut Aſconius notat. Hic locus indicat etiam Oratori licuiſſe, ſi modo fieret, & loco. Quod autem eſt invidiæ plenum, in ſe Cicero ſuſcipit, quaſi ex perſona ſua, & animi ſui motu locutus extra cauſam, ne officium Roſcio commodans ejus commodis libertate ſua ipſe officeret.

Cap. 45. *Pernicii cauſa*) Pernicies pernicii, fames famii, dies dii, progenies progenii, &c. Siſenna in hiſt. lib. VI. *Romanos inferendæ pernicii cauſa veniſſe*. Gellius lib. IX. cap. 14.

Cap. 46. *Deliacis*) De Corinthiaco & Deliaco ære, quibus præcipua nobilitas conſenſu gentium tribuebatur, Plinius lib. XXXIV. cap. 2. Sed neſcio, an lædoria aliqua ſubſit, cum ſciam ſpoliatum religioſiſſimum Deli templum a Cn. Dolabella iis ipſis temporibus, ut Cicero ſcribit III. in Verrem. Et ab ipſo eodem Sulla, ſi quid credimus Plutarcho in Sulla.

Cælati argenti) Argentum & aurum, aliud infectum, veluti quod eſt in lamina aut bractea, cujus materia ſola ſpectatur; aut factum, ex qua ſpecies conflata eſt, a qua nomen habet; ut paropſis, ſphynx, Æthiopiſſa, &c. aut ſignatum, quod eſt in pecunia, percuſſum forma publica cælati argenti, id eſt facti.

Stragulæ veſtis) Stragula a ſternendo; ſtratoriam veſtem Paulus dixit lib. III. Sentent.

Cap. 48. *Qui poſteaquam magiſtratus*) Habita eſt hæc oratio, ut Gellius ſcribit lib. XV. cap. 28. L. Sulla Felice, Q. Metello Pio Coſſ. Ab eo anno, quo renuntiatus eſt dictator reipublicæ conſtituendæ, ad hunc illius conſulis annum, intereſt annus unus, ſcilicet Marcus Tullius Decula, Cn. Cornelius Dolabella Coſſ & abdicaſſe tum ſe dictatura hic locus indicio eſt.

Cap. 50. *Os ſuum tibi tradidit*) Id eſt, non eſt te averſatus; qui geſtus eſt hominum erga eos, quos infenſiſſimos habent.

Ali & veſtiri a Cæcilia) Metellorum familia non modo nobilis, ſed etiam felix fuiſſe perhibetur. Plinius lib. VII. cap. 44. Pervulgatus eſt ille verſus Saturnius Nævii: *Fato Metelli Romæ fiunt conſules*. Fuerunt autem hac ætate plures Quinti Cæcilii; in his Quintus Metellus Nepos, Quinti Metelli Balearici filius, nepos Metelli Macedonici: cujus nepotis, Balearici filii, Cæcilia ſoror erat. Itaque ſupra in eadem oratione puto mendoſum locum, & ſimiliter legendum, aut certe ſupplendum, *Balearici nepotis filiam*. De Metellis non eſt aſpernandus locus apud Aſconium in Orat. pro Cornelio. Eſt autem lepos in homonymia hujus vocis, *Nepos*, cum dicitur filia & ſoror Nepotis; nam altero ſignificatu, & hujus loci proprio, proprium nomen eſt Metellorum.

Cum patrem clariſſimum) Quintum Metellum Balearicum.

Digitized by Google

Ampliſſimos patruos) Quintos Pium, & Celerem.

Ornatiſſimum fratrem) Quintum Metellum Nepotem.

Cap. 52. *Actum eſt judices*) Terentius Andria: *actum eſt, ſi quidem hæc vera prædicat*; ad quem locum Donatus: *In ſumma*, inquit, *rerum deſperatione ponitur actum eſt*, *ilicet*, *periiſti*, &c. Hæc res ſecundum jus Civile dicitur, in quo cavetur ne quis rem actam apud judices repetat. Sic ipſe in Phormione: *Actum ne agas*.

Conſilium publicum) Si de ſenatu loqueretur, maniſeſtiſſimum eſſet. Nunc quia ſenatores Sullana lege judicia exercent, judicia ipſa, in quibus præſident ſenatores, conſilium publicum dici puto.

Cap. 53. *Illam priorem*) Norate, a Dictatore Sulla iure regio per vim dictaturæ, rogatione Valeria, proſcriptionem habitam; cujus Patres auctores non fuerint. quod hic Cicero commemorat, quamquam Sullana cauſa fautrix nobilitatis fuit.

IACO-

Digitized by Google

IACOBI MENARDI
COMMENTARIVS
IN ORATIONEM
PRO
Q. ROSCIO COMŒDO.

ORatio Ciceronis pro Q. Roſcio Comœdo, quia ακεφαλος eſt & μειυρος, cujus, quantum licet æſtimare, vix ſexta pars ſuperat, magnum noſtris conjecturis locum facit. Accedit eo, quod luſiſſe librarii videntur, ac potius illuſiſſe litteratorum ſtudiis, qui in hoc potiſſimum Ciceronis ſcripto deſcribendo, ita ſuis litteris ac notis abuſi ſunt, ut in reliquiis iſtis, quanta hæc pars eſt totius Orationis, vix quidquam ſalvum ſit, quod ſine offendiculo legi poſſit. Iam numerorum notæ omnes ita corruptæ, ut neſciam, an una ſaltem aliqua ex fide deſcripta ſit. Adeo videntur, ut dixi, malevoli illi, aut imperiti librarii fixiſſe crucem Ciceronis ſtudioſis.

Ponamus tamen ſeſtertiis LIII. id eſt, LIII. millibus H.S. nummûm, emtum a Fannio Chærea Panurgum. Nam ſeſtertium neutro genere pronunciatum, mille ſeſtertiis nummis æſtimatur, ut in confeſſo eſſe video harum rerum notitiam profeſſis; quæ ſumma, illis auctoribus, comparari poſſit circiter mille ducentis libellis Turonenſ. cujus dicti fides penes illos ſit; nam mihi incompertum id totum ſupra prodidi, in Orat. pro Roſcio Amerino, nec muto ſententiam. Retineamus id quoque, decidiſſe cum Fannio Q. Roſcium ſeſtertiis CCCLIII. id eſt, CCCLIII. millibus nummûm; quæ ſumma æquiparetur libris noſtris Turonenſibus circiter ſeptem millibus octingentis, & quod excurrit.

Quod immane pretium occiſi ſervi cum audis, mireris licet Ethnicorum inſaniam, qui tam vili arti ingentia pretia

Digitized by Google

poſuerunt , ludorum ſtudio quaſi œſtro percuſſi . Unde nata illa vox, quid aliud dicam quam furioſa , quam refert Oroſius lib.VII. poſt urbem ab Alarico captam, Italiam ferro & ignibus vaſtatam , exclamante pop. Romano , nihil egiſſe ſecum Gothorum enſes , ſi ſibi Circenſes reſtituerentur . Cui inſaniæ populi Rom. gemina eſt illa Treverorum urbis maximæ & potentiſſimæ , ut Auſonius indicat , qui illam poſt quinque orbis celeberrimas ſexto loco ponit . Igitur vexati Treveri , poſt quadruplicem urbis direptionem , & tantas calamitates , quantæ maximæ captivæ urbi evenire poſſunt , pauci qui ſuperfuerant tantæ cladi nobiles , ab imperatoribus Circenſes poſtulabant , ut graviter indignatur Salvianus lib. VI. de gubernat. Dei. Et ne vos traduci exiſtimetis ab uno genere voluptatum ad aliud , ipſi per vos dignoſcere poteſtis, de uno ludicrorum ſtudio manare deſiderium theatri & circi, turpitudinis & crudelitatis . Subit interea animum meum mirari ſimul & indignari , nam ridere non vacat , Zoſimi viri clariſſimi veſaniam , qui cauſam labantis & nutantis imperii Rom. neglectos ludos ſeculares ſerio ſcribit lib. II. hiſtor.

Hinc igitur immania artificum pretia , apud quos erant artes commendatiſſimæ . Et ex eo eſt quod Plinius ſcribit lib. VII. cap. 39. cum ſcripſiſſet Daphnidem ſervum Grammaticæ artis peritum veniiſſe 300. millibus 700. ſeſtertiis , ut probabiliter Budæus emendat ; adjicit : Exceſſere , hoc in noſtro ævo , nec modice hiſtriones ; ſed libertatem ſuam mercati: *id eſt , hiſtriones ſervi multo pluris æſtimati ſunt , non ut venirent , ſed majori etiam pretio emi ſe mandaverunt , & libertatem ſuam pluris redemerunt .*

Pretia autem ſervorum , ſi hoc ſcire vultis , definivit Iuſtinianus l. 1. §. ne autem quantitas . Cod. de comm. ſervo manumiſſo . *Miniſterialium quidem , qui artem non noviſſent , in 20. ſolidos ; niſi minores eſſent 10. annis , quorum pretium decem ſolidi . Artificum , extra Notarios & Medicos, pretium 30. ſolidi. Notariorum 50. Medicorum 60. Eunu-*

Digitized by Google

Eunuchorum majora illic pretia ſunt . Eadem prope definitio pretiorum in ſervorum capita , l. ult. §. 1. Cod. communia de legat. & fideicommiſſ. *quæ pretia intelligi poſſunt & computari , ex eo quod idem Juſtinianus in* §. Sed noſtra conſtitutio Inſtit. de ſucceſſ. libertor. *centenarios libertos , quos veteres interpretabantur , qui centum millia ſeſtertiûm nummûm in bonis haberent , pro more ſui temporis ſummarum definivit , qui centum aureos in bonis haberent . Centum igitur aurei centum millia ſeſtertium nummum ſunt , id eſt , noſtratium libellarum Turonenſium circiter quater mille trecentæ ; & aurei ſinguli mille ſeſtertiis æſtimandi . Ergo puerorum , ſecundum hanc Juſtiniani taxationem , qui decem millibus ſeſtertium nummum , hodie decem aureis æſtimantur, pretium prope recidit ad* 430. *libellas noſtrates Turonenſes . Majorum ſervorum miniſterialium , in duplam quantitatem, id eſt ,* 860. *libellas Turonenſ. Quorum vero pretium ſunt* 30. *aurei , ſecundum hanc ſupputationem æſtimabis illos ad* 1290. *libras Turonenſ. Medicorum , quorum pretium* 60. *aurei duplicanda ſumma eſt , id eſt ,* 2580. *libræ Turonenſ. Notariorum , quorum pretium* 50. *aurei , id eſt ,* 2150. *lib. Turonenſ. Si in his rebus potuerunt noſtri calculatores quidquam veri ariolari : ſed illis interea nos aſſentimur , viris bonis & dignis , quibuſcum in tenebris mices .*

Hypotheſis Roſcianæ litis.

Hujus Orationis deſit exordium & narratio , ac potiſſima pars confirmationis . Itaque ex variis locis harum reliquiarum concinnanda hypotheſis fuit , quæ propemodum [illegible]*c habet . Emtum Panurgum ſervum propriis Fannii nummis , is Caius Fannius Chærea emtor Q. Roſcio Comœdo tradidit in diſciplinam , ut eum hiſtrioniam doceret. Adjecta lex & conditio ſocietatis , ut is ſervus communis Fannii eſſet , & Roſcii , ejuſque nomine ſocii inter ſe eſſent ; ut quod quæſtus ex ejus opera atque artificio redigi poſſet , in eam rem ſocietas coiretur , ipſiſque inter ſe ſociis lucrum id commune eſſet : nam id nominatim convenire oportuit , id eſt , tractatu habito con-*

contractum, ut ſocii inter ſe eſſent, cum ſervus communicaretur; alioquin res eſſe communis poteſt etiam inter eos, qui ſocii non ſunt, & pro ſocio judicium inter eos non redditur: ut cum in communionem incidunt quibus eadem res legatur; vel qui unam rem ſimul emunt a partium dominis pro indiviſo; item coheredes. Sed hi quidem familiæ erciſcundæ judicio; illi ceteri communi dividundo judicio, tum pro re communi, tum pro ejus rei quæſtu, fructibus, denique omni lucro & damno communicando, experiuntur l. 31. 32. 33. & 34. ff. pro ſocio. Societas autem contractus eſt, id eſt, ex conventione vim & ſubſtantiam capit. Utrumque genus communionis, quod ex re ipſa naſcitur, & quod tractatu habito contrahitur, eleganter idem Cicero comprehendit ſub his verbis, in Quintiana: Ad vadimonium non venit, quis? ſocius. Etiam gravius aliquid ei deberes concedere, quicum te aut voluntas congregaſſet, aut fortuna conjunxiſſet.

Igitur Panurgus communicatus eſt ita, ut ſocii in eo eſſent; qui Roſcio magiſtro ac monitore cum ad primos Comœdos perveniſſet, a Flavio Tarquinienſi occiditur; ex quo Flavium Fannius communi nomine ſuo, & Roſcii, judicio damni injuria dati perſequitur, & litem iiſdem nominibus conteſtatur. Interea Roſcius de Panurgi nece clam Fannio decidit cum Flavio Tarquinienſi; ab eo fundum abſtulit dignum, ut Chærea æſtimabat, CCCLIII. *ſeſtertiis, id eſt,* CCCLIII. *millibus H. S. nummum. Sic enim nobiſcum ante convenit, ut in hac Oratione ad eam quantitatem decidiſſe Roſcium legeremus & intelligeremus. Communicari Fannius, vel eum fundum, vel eam ſummam quam exegiſſet Roſcius a Tarquinienſi, poſtulavit primum inſtituto judicio. Deinde C. Piſonis arbitrio permiſſum eſt negotium totum, quod intra parietes arbiter ſumtus ex compromiſſo dirimeret. Verum Piſo arbiter an ſententiam promſerit; an hujus ſententiæ a Chæreæ parte ſtatum non ſit, incompertum mihi eſt. Ut ut ſit, poſt annos denique quindecim, quam Roſcio res ea tranſacta eſt cum Flavio, petit Fannius* CCCLIII. *ſeſtertia, pretium*

tium ſcilicet ejus fundi, quem de Fannio acceperat, non arbitrio pro ſocio, ſed certi condictione, ſtricto judicio, per expenſilationem; eo ſcilicet nomine, quod in tabulis ſuis Fannii perſcriptum id nomen eſſet. Quod cum negat Cicero, non negat nomen factum, quod non in tabulas, ſed in adverſaria, id eſt, tumultuarias ſchedas erat relatum. Itaque judex a prætore datur in eam rem idem C. Piſo, qui hujus negotii arbiter ante fuerat compromiſſarius, ſub hac fortaſſe formula: Si paret, Q. Roſcium C. Fannio ſeſtertia LIII. nomine facto debere, condemna eum judex. *Apud C. Piſonem judicem ſponſionem legitimam facere jubetur Fannius petitor, in tertiam partem ejus pecuniæ quæ petebatur, quam reportaret reus, ſi calumnia inſtitutam accuſationem conſtitiſſet. Quæ ſingula propriis quæque locis, ſi Deus prælucebit, excutiam, ne eadem identidem repetere habeam neceſſe.*

Ac primum occurrit, ut videamus, quid, & quale ſit, quod in controverſiam venit. Petit, ut dixi, Fannius Chærea a Q. Roſcio CCCLIII. *ſeſtertia, quæ nominibus rite, ut intendit, factis, illi abs ſe expenſa dicit. Sic defendit* Cicero *Roſcium, ut quod pecuniam certam Fannius petit, omnino male agat. Nam ex tribus his capitibus oritur condictio certi; numeratione, quod re ipſa data ſit pecunia; quæ obligatio re contrahi dicitur, de qua titulus eſt lib. III. Inſtitut. expenſilatione, & ſtipulatione. Prima pars quæ pertinet ad numerationem, naufragio illo periit. Partem illam, quæ eſt de expenſilatione, nec habemus integram; nam partis illius pars maxima, quæ prima fuit, ſimili caſu intercidit; ut & ultima pars noviſſimæ partis, qua certum condici dicitur ex ſtipulatu.*

Sed nos de expenſilatione, quæ licet, tractemus. Mihi autem venia indulgenda eſt, ſi ſcopum non feriero, vera indaganti & inquirenti per indicia & argumenta, ſi non certa & vera, certo vero proxima, niſi me ipſum fallo. Quod præmonuiſſe habui neceſſe, ne ipſe vos fallerem, quod maxime nolim.

Quæ

Quæ pecunia in tabulas creditoris expenſa ferebatur, & in debitoris tabulas accepta referebatur, ſi hoc actum inter eos eſſet ut nomina fierent & fiebant; Theophilus in exegeſi tit. de literar. obligat. in quod perpendenda ſunt Ciceronis hæc verba: Scripſiſſet ille, ſi non juſſu ejus expenſum tuliſſet? non ſcripſiſſet hic, quod ſibi expenſum ferre juſſiſſet? *quæ cum Theophili expoſitione indicant quod ſupra dixi, ita demum rationes expenſi & accepti debitoris & creditoris, induxiſſe obligationem nominum, quæ ſcriptura dicitur, ſi conveniſſet ut ſcriptura debitor obligaretur. Nam & in aliis juris partibus, quod agitur, ea mente id agi exprimendum fuit; ut cum novatur vetus obligatio, novandi animo interceſſiſſe ſtipulationem comprehendendum fuit: non enim vetus obligatio transfundi in novitiam intelligitur, ſi non voluntate novantium veterem obligationem ad poſteriorem decurriſſe contrahentes appareat; ſed utriuſque obligationis nomine, altera atque altera actio, petitioque fuit, ante leg. Iuſtiniani ult. Cod. de novationibus. Sic in obligatione nominum, quæ novationis aliqua ſpecies eſt; ſic enim eam Theophilus ſupradicto loco definivit, transmutationem prioris debiti in novam crediti formam, quæ fiat legitimis verbis, ac ſolemni ſcripto. Si enim quis ex emto, vel conducto, vel mutuo mihi centum debeat, quem obligatum literis velim, id eſt, ſcriptura nominibus factis, quæ vetus obligatio fuit litterarum, ut ſtrictim Iuſtinianus notat* Inſtit. III. de literar. obligationibus. *Neceſſarium*, inquit Theophilus, *erat, iis me verbis ac litteris uti ad eum qui mihi obligatus erat*: Centum quæ mihi ex cauſa venditæ a me, vel locatæ rei, debes; vel quæ a me mutuo accepiſti, ea te mihi daturum propria ſcriptura promittis? *Deinde ſcribebat debitor*: Centum quæ ex cauſa emti vel locati Titio debeo, ſecundum ea quæ inter nos convenerunt, ex hac ſcriptura debeo. *Sed hanc formam expenſilationis puto a recepta Romanis moribus formula aliquantum aberraſſe, quam expiſcati ſumus de 3. Act. in Verrem. Sic enim Verres Malleoli pupilli tutor, in rationibus pupilli no-*

men

men compendio ſcripſit : Expenſa a Chryſogono ſervo (*ſic enim lego* , *nam creditor Chryſogonus fingitur*) ſeſtertium ſexcenta millia. *Mox conſequenti ſcriptura:* Accepta pupillo Malleolo retulit . *In eadem Act. aliquanto poſt* : Homo ſtultiſſime & amentiſſime , tabulas cum conficeres, & cum extraordinariæ pecuniæ crimen ſubterfugere velles , ſatis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare , ſi quibus pecuniam credebas , iis expenſum non ferres , neque in tuas tabulas ullum nomen referres , cum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent . *Ad quem locum Aſconius*: Expenſum ferre , eſt ſcribere te pecuniam dediſſe . Acceptum referrent, accepiſſe a te ſe ſcriberent: expenſum tuliſſe te ſibi ſcriberent.

Igitur referebat creditor in tabulas hoc modo ; veluti , *ut exemplo noſtro nos teneamus* , *ſcripturus fuit Fannius Chærea hoc modo in tabulis ſuis* : Expenſa Q. Roſcio ſeſtertia CCCLIII. quæ de Flavio Tarquinienſi Panurgi nomine abſtulit . *Roſcius in tabulas ſuas hoc fere modo :* Expenſa abs C. Fannio ſeſtertia CCCLIII. quæ a Flavio Tarquinienſi exegi . *Item ſi data pecunia eſſet accepta ab C. Fannio ; quamquam expendiſſe nihil eſt aliud* , *quam numeraſſe*. *Plinius in lib.* 33. *cap.* 3. expenſa in rationibus , *dicit ; ut impendia*, *& dependere* , *a vetere more appendendæ pecuniæ* , *cum ſcilicet numeraretur aut ſolveretur* : *Feſtus* : Diſpenſatores dicti , qui æs penſantes expendebant , non adnumerabant . *Hinc deducuntur* expenſa , *ſive* diſpenſata , *vel* compenſata : *hinc* compendium , diſpendium , aſſipondium , dupondium . *Hac ſcriptura ex mutuo conſenſu creditoris & debitoris nomen fiebat* , *& naſcebatur obligatio nominum*, *ex qua creditor certam illam pecuniam per expenſilationem petebat* , *condictione certi* , *quæ dici potuit de certis nominibus* ; *ut condictio ex mutuo ſi certum petitur* , *de rebus creditis* . *Et in Cod. Theod.* Si certum petitur de chirographis ; *quando ſcilicet chirographo comprehenſa pecunia petitur per judicem* . *Item in eodem Cod.* Si certum petitur de ſuffragiis ; *ſi quando*

do forte magiſtratus , aut ſacerdotii nomine aliquis pecuniam certam promitteret illuſtri alicui viro , apud principem præpotenti, ut pro obtinendo eo honore ſuffragator exſiſteret. Qua actione ex illis privatis rationibus manante egiſſe Chæream ſi quis negabit , næ ille poterit negare , meridie lucere.

Scio equidem aliam fuiſſe magis ſolemnem nominis faciendi rationem , per argentariæ menſæ rationes ; quæ forma obligationis merito ſcriptura *dicatur* , *&* obligatio nominum ; *cum ſcilicet apud argentarios , qui publicæ menſæ præerant , & quorum officium publicum ſpeciatim* menſa *dicebatur, apud quos fere privati omnia negotia expediebant , ſive pecunia numeranda eſſet mutua , aut venditio , aut locatio celebranda. Ipſi etenim argentarii pro iis, qui pecunias acciperent fidejubebant , pro iis ſe debitores conſtituebant. Pro quo facto adverſus eos introducta eſt actio receptitia , qua ſoli tenentur argentarii* l. ult. Cod. de conſtituta pecunia. *Sic autem fere apud illos nomina fiebant , quomodo ſuperius adnotatum privatim facta : ſed Codicis , ac rationum illorum multo certior fides. De his in jure noſtro plurimi loci, præſertim ſub tit. ff. de edendo & in Edicto Iuſtiniani 7. ac 9.*

Sed horum rationes nihil pertinent ad hanc controverſiam ; nam de menſæ ratione unum videtur exſtare verbum in hac tota Oratione , non ut in negotio gerendo inter Roſcium & Chæream interveniſſe ulla dicatur , ſed obiter & quaſi per tranſennam ex comparatione : qui locus primus occurrit in lacera Oratione.

Ergo videmur poſſe definire id verſari in hoc judicio. Expenſa C. Fannius CCCLII *ſeſtertia intendit Roſcio. Depulſio Roſcii , ſecum non eſſe nomen factum rite , quod neque ipſe in tabulis ſuis acceptum retulerit ; neque C. Fannius ea rite in tabulis perſcripta habuerit , quæ longo tempore in adverſariis jacuerint. Quæſtio , an id nomen quod in adverſariis eſt , neque relatum in mundum , peti apud judicem poſſit ?*

Nec diſſimulabo viſum mihi olim , antequam diligentiorem inter-

interpretationem hujus Orationis aggrederer, in eo poſitam fuiſſe controverſiam, quod cujus petitionis nomine C. Fannius arbitrum petere potuit, pro ſocio judicio; ejuſdem nomine judicem petere a prætore potuerit, qui ſub hac formula de certa pecunia judicaret. Eo me invitabat locus Ciceronis in pag. ſequenti; & Senecæ alter in lib. III. de benefic. quorum locorum interpretationem divina ope fretus, in ſequentibus recipio mihi. Nunc quod ſatis ſit, advertite quam verum non ſit. Nam ſi ſit verum, invenietur Roſcius cum magno patroni pudore indefenſus. Tota Ciceronis defenſio hæc eſt; quod certa pecunia petitur, eam oportet aut numeratam, aut expenſo latam, aut ſtipulatam: quorum trium ſi unum non ſit, nec deberi certam pecuniam, nec peti poſſe. Quod ſi replicabit M. Satyrus Orator petitoris, non iis nominibus peti quidem pecuniam certam; ſed quod eam pecuniam, quam per arbitrum ſocietatis petere Fannius potuit, per judicem ſtricto judicio petere maluit; & vera fuit ac juſta ejus intentio, eludetur tota illa defenſio Ciceronis, & fruſtra invenietur ſe jactaſſe in exſequendis tam diligenter tribus illis, quæ ſupra diximus; hunc vero locum, quem maxime oportuit, ne attigiſſe quidem. Eſt vero maximum vitium in dividendo partem aliquam omiſiſſe.

Cap. I.

M*alitiam natice*) In his verbis concluditur periodus ſuperior quæ deficit, mox lege: *creditur is ſcilicet*, &c. is autem Chærea.

Solent fere dicere) Is locus eſt, quem ſupra dixi pertinere ad argentarios, etiam ipſe corruptus; in quo legas pro *homines*, *hominis*, quod modo ſubſtituam non habeo, ſed lubenter intellexerim hominis publice electi, omnino argentarium intelligo; nam qui alienas rationes tractet ac conficiat præter argentarium, vix alium eſt quemquam dare.

Quod ſi ille ſuas) Præmonui ſupra, non fuiſſe ſatis ad expenſilationem legitime faciendam, in codicem alterutrius, vel creditoris vel debitoris, vel expenſum vel accepto latum; ſed utriuſque ex mutuo mandatu. Inde eſt, quod Labonius redemtor ædis Caſtoris, quam Verres ex Senatuſconſulto reficiendam locaverat, tam inſtanter petit, ut Verres tamquam perfectum ac probatum opus, acceptum referat, in act. III. in Verrem; ut nomine facto exigere illam pecuniam de cenſoribus ab ærario poſſet: alioqui obligatio nominis, ut de Theophilo ſcripſimus, non conſtitit alterutro ſcribente. Forma autem expenſilationis Labonii fortaſſe fuit talis: *Expenſa reipublicæ ob ſarta tecta ædis Caſtoris C. Verre prætore locante ex S. C. ſeſtertia tot.* In Verris tabulis acceptum referri oportuit fortaſse hoc modo:

σκιδαριον, δελτος, πινακιδιον, πιττακιον. Id etiam poſſis breve dicere, *notoriam* Azo eleganter, vide Feſtum in *ſchedia*.

In adverſariis jacere) Similis eſt locutio apud Senecam de beoefic. lib. VI. c. 3. *Illud*, inquit, *quod ſuſpicis, quo te divitem ac potentem putas, quamdiu poſſides, ſub nomine ſordido jacet*.

Quia hæ ſunt menſtrua) Et tamen codex rationum calendarium dicitur, ſed oon quia menſurnum, ut Cicero dixit, Priſciano teſte, id eſt, rationum in ſingulos menſes breviarium fit; verum quia ſingulis Calendis ſolvendas uſuras in calendario perſcribebant. l. lecta. ff. de reb. credit. & aliis locis pluribus. Acron in illum locum Horatii:

Omnem relegit Idibus pecuniam,
Quærit Calendis ponere.

Cap. 4. *Pecunia tibi debebatur certa*) Stricto judicio, vel judicio ſtricti juris, ideoque & per judicem a prætore petitum, & addictum, petitur illa pecunia, non per arbitrum, qui in bonæ fidei judiciis addicebatur. Et ſponſio illa legitimæ partis, id eſt, tertiæ ejus quantitatis, quæ in judicium erat deducta, in his ſtrictis judiciis interveniebat, noo io judiciis bonæ fidei, quaotum ex hoc loco datur intelligi.

Hic ſi amplius) Quo genere re plus petitur, id eſt ſumma, non refert quantulum ſit id quod excedit; ut ſi ſit ſeſtertius nummus aſſium quatuor, cujus æſtimationis in jure oulla ratio, etſi dicis cauſa interveniret; veluti, ſi res veniret, aut locaretur ſeſtertio nummo aſſium 4. donatio, non veoditio aut locatio iotelligitur: nam imaginaria venditio aut locatio, nec venditio nec locatio eſt, ſed donatio. l. ſi quis conduxerit, juncta. l. 10. ſi quis aote, ff. de acquir. poſſeſſ. Iode eſt quod in donatiooibus, quæ fiebant per maocipationem, id eſt, per æs & libram, fiebat mentio ſeſtertii nummi unius aſſium quatuor. l. ult. Cod. de donationibus: quæ lex indicat, io celebrandis dooationibus comprehendi ſolitam ſeſtertii mentionem. Et cum ejus oulla æſtimatio ſit, ſi plus ſumma petetur apud judicem ſtricto judicio ſeſtertios oummus, actor cauſam amittet, neque facile niſi minor 25. annis reſtituetur. Magnam cauſam eſſe oportuit, ex qua major annis 25. reſtitueretur. §. ſi quis agens, Inſtit. de actionibus.

Iudicium pecuniæ certæ, arbitrium incertæ) Non ad vivum Cicero reſecavit hæc jura; poteſt eoim judicium eſſe iocerti, veluti in prætoris ſtipulationibus, quibus quod intereſt continetur, quod eſt incertum: ſed expeditius eſt certam ſummam comprehendere, quod cavet l. ult. ff. de prætoriis ſtipulat. Sed & in ceteris ſtipulationibus iocertis, quæ & *incerti ſtipulationes* dicuntur l. 6. Cod. de contrah. & committ. ſtipulat. quæ definiuntur ex oppoſita certarum definitione, quibus nominatis oon apparet quid, aut quale, aut quantum ſit, quod illa ſtipulatiooe cootinetur, quo in genere ſunt ſtipulationes faciendi aut non faciendi omnes, & quæcumque adnotantur io l. ubi autem oon apparet 75. ff. de verbor. oblig. quo fit ut eſſe judicia etiam incerti poſſint, contra quam Cicero diſputat. Sed ejus mihi hæc ratio videtur fuiſſe, ut quia fere ſtipulationibus incertis vicaria eſt taxatio ejus, quod intereſt, cujus definitio eſt in judicis poteſtate; eas actiones arbitrariis Cireronem imputaſſe, quomodo ſtipulatiooi adjectus locus ſolveodæ pecuniæ, veluti Epheſi centum dari, facit arbitrariam actiouem, id eſt, ut arbitrio judicis æſtimandum veniat, quid dare promiſſorem oporteat, quamquam promiſerit, certum quid certo loco ſe daturum. Æſtimabat enim judex in hanc rem datus, quid ioterſit petitoris, vel etiam rei, illo loco non eſſe ſolutam vel acceptam pecuniam, quo illam dari convenerat. l. 2. §. ult. ff. de eo quod certo loco, quod pertinet ad augendam vel diminuendam obligationem. l. quod ſi Epheſi §. ult. & l. ult. dicto tit. de eo quod certo loco, in qua l. quod ſi Epheſi, expeodenda verba hæc ſunt: *In ſumma equitatem quoque ante oculos habere debet judex, qui huic actioni addictus eſt*. Ceterum ex hoc loco adnotato, judicia bonæ fidei perpetuo eſſe incerti, propterea quod prætor litem dirimendam permittens arbitro ex bona fide, immenſam illi totius negotii poteſtatem committat, ut vel

totum quod actor petit, vel partem vel magnam, vel exiguam, prout illius religioni videbitur, addicat, quod ſine interprete Cicero ſatis plane exſequitur.

Si peteret) Legite hoc modo: *Si paret ſeſtertia* CCCLIƆƆ. *dari*, ſupple *oportere*. Sunt enim formulæ verba, qua datus eſt arbiter hoc judicio C. Piſo. CCCLIƆƆ. autem ſeſtertia meminiſtis me tertio poſtulaſſe, non ut veram ſummam litis, quæ in hoc judicio vertitur, ſed ut aliqua eſſet in qua acquieſceremus; nam numerorum notæ omnes corruptiſſimæ.

Ad libellam ſibi deberi) Obſervate judiciorum ſtrictorum & formularum periculum, & aucupia, adeo in ipſis minutiſſimæ minutiæ periculum magnum creabant litigatoribus. Quid enim minutius ſeſtertio, cujus ratio nulla eſt, ut dixi? Et libellæ igitur quanta ratio, quæ eſt ſeſtertii nummi pars decima? Voluſ. Metianus de ponderibus & menſuris, quæ libella fortaſſe æſtimanda veniat denariolo noſtro Turonenſi, & aliquibus denarii noſtri partibus: ſed mihi videor Leucippi aut Democriti atomos partiri.

Quid eſt in judicio, directum) Directum ad ipſam judicii a prætore dictati formam, ac legem attentum, & collimans. Sic enim ſive ſummum jus eſt, quod injuriæ nomine invitum, proverbio eſt. Eſt enim fere durum ac rigidum, ſimplex, uniforme, unius modi; cujus exitus unus eſt condemnatio in ſolidum, vel abſolutio; quod æquitatis tractatum non admittit, qui in unoquoque arbitrio varius ac multiplex occurrit, ubi campus eſt æquitatis.

Quid eſt in arbitrio) Mite, moderatum, perpetuo humanior ac benignior eſt ſententia æquitatis.

Quanto æquius & melius) Legite, *quantum æquius & melius ſit id dari*, quæ eſt expreſſa formula actionis rei uxoriæ; quo judicio dotem a ſe viro olim ſuo datam, mulier quæ ab eo divertit, repetit. Cicero lib. III. Offic cap. 9 *e dijudicanda ſunt*. In iis tamen judiciis, in quibus ex bona fide agitur, videtur hoc loco Cicero innuere eamdem formulam uſurpari ſolitam. Certe iis ipſis vi ipſa ineſt quod eſt æquius & melius; nam viri boni officio convenit, æquo ac bono rejecto, quod melius eſt & æquius ſequi, cujus dicti exemplum unum memoria mihi ſuppeditat in l. 61. ſi ſervus communis. §. quod vero ad mandati. ff. de furtis.

Plus ſe petere) In bonæ fidei judiciis nihil eſt periculi plus petere.

Itaque alter) Confidit, qui apud judicem agit; diffidit, qui apud arbitrum.

De tuarum tabularum) Legite ex conceſſo: *de iis ipſis ſeſtertiis* CCCLIƆƆ. Tribus autem proxime locis, ſimul & de pecunia, & tabularum Fannii fide ſponſionem factam manifeſto dicit. Itaque recte videor in hanc ſententiam ſponſionis formulam concipere poſſe. *Si ſeſtertia* CCCLIƆƆ. *quæ a me condicis, in codicibus rationum tuarum expenſo lata recte non ſunt, promittis C. Fanni, ejus quantitatis partem tertiam. Stipulatus eſt Roſcius, promiſit Fannius.*

Repromitti que) Lego, *repromiſiſtique ſi peteres*, ſcilicet a C. Flavio Tarquinienſi ejus, quod exegiſſes, partem dimidiam te daturum Roſcio, ut infra exſequitur.

Arbitrum ſumſerit) Notate, qua de pecunia prætor aditus judicem dabat, ſi de eadem in arbitrum litigatores compromiſiſſent, eum de bona fide judicium reddere. Et eo pertinet quod ſupra notavi de Feſto, arbitrum dici judicem, qui totius rei habeat arbitrium & facultatem.

Eumdemne tu arbitrum) Lex quidem Iulia privatorum, ut exiſtimo, judiciorum, poſt annos circiter 40. ut conjicio, lata, vetat eum, qui judex ſit alicujus negotii, ejus rei, de qua judex eſt, arbitrium recipere l. 9. ſed ſi in ſervum, § ſi quis judex, ff. de receptis qui arbit. recep quod non puto vetitum ex contrario, ut qui arbitrium recepit compromiſſarius, ne judex fiat ejus rei.

Eidem & infinitam largitionem) In eamdem ſententiam Seneca lib. III. de Benef. cap. 7. *Preterea*, inquit, *quæcumque in cognitionem cadunt, comprehendi poſſunt, & non dare infinitam licentiam judicii*. Ideo melior videtur conditio cauſæ bonæ ſi ad judicem, quam ſi ad arbitrum mittitur: quia illum formula includit. & certos quos non excedat terminos ponit, hujus li-

bera

Digitized by Google

bera & nollis aſtricta vioculis teligio, & detrahere aliquid poteſt, & ſententiam, noo prout lex aut juſtitia ſuadet, ſed ptout humanitas aut miſericordia impulit, regere : ingrati actio non etat judicem alligatura, ſed regno liberrimo poſitura. Locus autem Senecæ eſt de arbitro a prætore dato, qui ex bona fide negotium dirimat : totus locus Ciceronis eſt de arbitro compromiſſatio, cujus etiam infinitam licentiam idem Cicero inſinuat, etiam eo judicio quo certum petitur. Sic ſupra pro Quiotio, arbitri compromiſſarii ſententiæ opponit ſummum jus : *Si quid*, inquit, *in conteoverſiam veniret, aut intea parietes, aut ſummo juee expeeiretue*. Summum jus, id eſt, diſtrictum & aſperum; & ut idem pro Cæcinna loquitur, quod eſt in verbis & litteris, & conſiſtit in aucupio ſyllabarum ; cui contratium eſt æquum & bonum.

Quantum enim equius) Litigatores qui io arbitrum compromiſerunt, ut virum bonum diſceptatorem negotii ſui elegiſſe eum videntur l. 3. §. 1. ff. de receptis.

—— *Vir bonus eſt quis?*

quærit Horatius :

Qui conſulta patrum, qui leges, jueaque ſervat,

Quo multæ magnæque ſecantur judice cauſæ.

Nam vir bonus & juſtitiæ, id eſt, æquitatis, magis quam Iuriſconſultus (quam maximam laudem Servio Sulpicio tribuit Tullius noſter Philippica IX.) arbiter ſumtus, ſemper de ſummo jure decedit, & inclinat in id quod eſt minus. Et præclare Ariſtoteles lib. V. Ethic. ad filium cap. 10. *τον ανδρα επιεικη* ſic definit : *ὁ μη ακριβοδικαιος επι το χειρον, αλλα ελαττωτικος, και περ εχων τον νομον βοηθον επιεικης εστιν*. id eſt : *Juris non ſe acerbum exactoeem agit vir bonus, ſed illud imminuit ac ſecat*, ut Horatiano verbo utar, *etiamſi ad duriorem ſententiam lex eum vocet* : quod quomodo ſit accipiendum, de toto eo capite diſcetis.

Ceteri cum ad judicem) Id eſt, cum prævident futurum, ut certo & ſtricto judicio agentes apud judicem formulæ excidant, quæ certæ & ſolemnes fuerunt, & præciſæ ; potius eligunt apud arbitrum ex compromiſſo agere, qui de lite decidat.

Cap. 5. *Adnumeraſſe ſe negat*) Pee numerationem re contrahitur obligatio, id eſt mutuum, quia numeratione impletur ſubſtantia illius obligationis l. 6. ff. de Seoatuſconſulto Maced. per expenſilationem contrahitur obligatio litteris, ut ſupra diximus, per ſtipulationem contrahitur verbis obligatio, certis olim, & ſolemnibus ac conceptis. Expenſilationem autem duplicem ſupra poſui, nec muto ; ut ſit expenſilatio & generis nomen, & ſubditæ ſibi ſpeciei, quæ ſolum nomen generis ferat ; nam privatis rationibus factam expenſilationem oon habeo, quo appellem nomine quam expenſilationis ; quam putamus ſatis abunde probaſſe, præter huoc locum de expenſilatione Chryſogooi & Rabonii. Altera ſpecies expenſilationis, quæ apud argentarios fit publice, proprie *ſcriptuea* dicitur, & *menſæ ſeiptuea* : nam expenſilationem eſſe cum apud argentarios oomina fiunt, ipſe Cicero teſtis infra pro Cæcinna, de qua, ſi a Deo vita ſuppetit, ad illum locum dicemus olim plura. Gellius autem manifeſte diſcrevit ab expenſilatione, menſæ rationes. Præter eas rationes, quas ſupra ſcripſi, adjicite & hanc ſententiam : *Expenſam latam non eſſe, codices Fannii confiemant*, in quibus ſcilicet id nomen, quo de agitur, noo eſt. Velim autem maxime vos obſervare, parum convenire Ciceroni cum juris noſtri decretis; oiſi nos ponamus, ut antiquiſſimi interpretum, condictionem duorum generum : unam ſpecialem certi, id eſt, certæ pecuoiæ. quæ petitur condictione ſi certum petetur, & ad cauſam mutui pertinet, ac ſimpliciter condictio dicitur l. 12. ff. ſub tit. de rebus creditis ſi certum petetur, & de condictione. Altera ſpecies condictionis generalis eſt, io quam etiam venit quod ex aliis cauſis & titulis obligationum certum debetur ; veluti ex teſtameoto, ut apud Quinctilianum: *Certum*, inquit, *pecuniam peto per ſtipulationem, legatum peto ex teſtamento*. Item ex mandatu certum petitur l. de eadem re. ff. de exceptione rei judic. l. in duobus 28. §. exceptio ff. de jurejurando l. ſi concubina §. pe-

nult. ff. de act. rerum amotar. Pertinent autem hi tres modi, ut dixi, ad actinnem ſi certum petetur, argumento l. t. ff. de condict. triticaria. De numeratione manifeſtum eſt. De ſtipulatinne autem hæc verba ſunt Pauli in l. 2. ff. de rebus creditis: *Verbis*, inquit, *credimus, quodam actu ad obligationem comparandam interpoſito*. Intellige, ſi ſtipulatio inter numerandam pecuniam interceſſerit, ut ex ea quæratur actio ex ſtipulatu. Eodem modo judicandum, ſi expenſa feratur pecunia, quam mutun trado. Bene autem inter ſe iſta tria comparantur; nam idem judicium eſt numerationis & ſtipulationis l. omnia ff. de rebus creditis. Rurſum comparantur inter ſe ſtipulatin & expenſilatio l. 1. ff. de annuis legatis l. non figura 38. ff. de oblig. & actinn. Et cum ſint ſtipulatin & expenſilatio inter ſe comparabiles, comparatur autem ſtipulationi numeratio; igitur & numeratio comparabilis expenſilationi, per primam communem ſententiam Geometricæ diſciplinæ: *Quæ eidem rei ſunt æqualia, & inter ſe ſunt æqualia*: quod axioma non modo in lineis & numeris, motu aut tempore, verum etiam cuicumque rei, in quacumque diſciplina accommodabitur, eſt perneceſſarium; ut colligit Proclus lib. III. in lib. I. Euclidis elementorum. Quod ſupra ſcripſi, ſpeciem habet aliquam veri, mihi tamen non ſatisfacit; ſed videtur εναντιοφανες indiſſolubile. nam ex quocumque contractu pecunia certa peti poteſt, non modo ex his tribus, quos Cicero enumeravit l. 9. certi ff. de rebus creditis, per actionem ſcilicet ſi certum petetur; ſic enim appellatur l. t. ff. de condict. triticaria, & actin certæ pecuniæ a Seneca lib. III. de Benefic. cap. 7. poteſt eſſe, ut, cum ita jus eſſet tempore habendæ hujus orationis, ut ſcilicet ex his cauſis, quas percenſet Cicero, certa pecunia peti poſſet; poſtea prætor aliquis generalem actionem fecerit & propoſuerit, ſi quando quocumque ex contractu certa pecunia peteretur. Certe Seneca d. loco certæ pecuniæ actionem quaſi genere diſcrevit ab actione locati & conducti: *Primum*, inquit, *omnium, pars optima beneficii perit, ſi actio quaſi certæ pecuniæ, aut ex conducto, aut ex locato datur*. Fortaſſe quaſi etiam tum non potuerit ex locata aut conducta re, agi actione creditæ pecuniæ certæ; contra quam noſtra jura ſciverunt, in quorum verba nos juravimus.

Cum tertia parte) Singularis eſt locus, quo judicatur in tertiam partem ejus pecuniæ, quæ in judicium deduceretur, cavere ſolere actorem calumniæ nomine: cujus pecuniæ ex ſponſione exigendæ hic videtur modus fuiſſe, ut reus apud judicem, etiam cum cauſa ageretur, & abſolvi ſe peteret, & actorem de calumnia damnari. Gellius lib. XIV. cap. 2. l. 3. Cod. Hermogen. de calumniatoribus, & plus petendo. Quam reciprocam petitionem nos putamus appellari a Iuſtiniano actionem calumniæ, in §. hæc autem, Inſtit. de pœna temere litigantium. Hoc tamen obſervandum, pro vetere illa tertiæ partis ſponſione, poſtea introductam ſponſionem decimæ litis, id eſt, decimæ partis ejus rei, quæ in litem deducebatur. In cujus decimæ locum cum ſucceſſiſſet poſtea ſumtuum & impendiorum litis æſtimatio; tandem Iuſtinianus eamdem decimam in uſum revocavit Novell. 112. §. προς δε το αποκλεισαι. Cavete autem, exiſtimetis tertiam illam litis fuiſſe eamdem cum ſacramento, de quo Varro lib. IV. de Lingua Lat. Feſtus in *Sacramentum*. Nam de tertia ſolus actor repromittit; ſacramento contendunt & reus, & actor, id eſt, ex calumniæ cauſa ſolus actor in tertiam quam repromiſit, condemnatur. Sacramento uterque apud ſacrum, id eſt, arcam pontificum, pecuniam deponit, quam judicio victus amittit. Deinde tertia proficit reo; ſibi enim cavet ſtipulando, & eſt ενοχλημα εκ των δαπανηματων, και αναλωματων, ut Iuſtinianus loquitur d. Nov. 112. victi ſacramentum ad ærarium redit; ſive petitor victus eſt, ſive reus. Deinde cavetur de litis cujuſcumque ſumma; ſacramentum de aliis rebus eſt quinquaginta aſſium, de aliis quingentorum.

Codices Fannii confirmant) Codices rationum accurate & more facti; nam ex adverſariis, quaſi ex tabulis rationum, expenſam eam pecuniam recte peti, id eſt, quod Cicero pernegat, & in

& in ea re litis controverſia verſatur.

Cap. 6. *Fiduciæ*) Contractum fiduciæ pato fuiſſe juris gentium; certe fuit optimæ fidei, quem ſic definit Boetius ad Ciceronis Topica: *Cum res aliqua mancipatur, ut eadem mancipanti remancipetur.* Exemplum adfert: *Si quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipet, ut ei, cum tempus, quod ſuſpectum eſt, præterierit, reddat. Hæc*, inquit, *mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco quod reſtituendi fides interponitur.* Ex eadem notione fiduciarius pater, is quem naturalis pater elegit, cui filium ſuum manciparet, ut eumdem remanciparet. Item fiducia inter creditorem & venditorem verti dicitur a Paulo lib. ſentent. tit. 13. de lege commiſſoria, cum revera mancipatio interveniſſet; quo genere alienatio fit, & in dominium creditoris fiducia, id eſt, res fiduciaria data tranſit: contra quam in pignore, quod in dominio debitoris manet. Sed tamen potius comparatur fiducia pignori, quam venditioni, a Paulo d. loco; & a Tertulliano lib. de Idololatria, ad finem; qui indicat, tacita fide interponenda, præterea jusjurandum nonnunquam præſtitiſſe qui fiduciam acciperet; ſi locus recte legatur. Sic autem recte legetur, ut puto: *Pecuniam Ethnicis* (non, *de Ethnicis*) *mutuantes, ſub pignoribus fiduciati, jurati cavent, & ſic negant.* In eo libro poſtremus eſt titulus blaſphemiæ in Deum, & Idololatriæ, quod cum fiduciam acciperent Chriſtiani de Ethnicis, jusjurandum interponebant, profanæ religionis ſcilicet, & cavebant eam rem, quæ fiducia data erat, reſtitutum iri, cum ea pecunia, quam dederant, refunderetur a debitore, eamque rem faciebant advocatis diis nationum, quo modo fidem negant & Chriſtum. De ea re tota nos ſic exiſtimamus. Si quando ex aliqua cauſa, quales intervenire plurimæ poſſunt, in ſpeciem abalienare a ſe quis rem ſuam vellet, metu fortaſſe potentiorum, aut tyrannicis temporibus; antequam vel manciparet illam, vel in jure cederet, quo genere dominus ex jure Quiritium fiebat; is qui rem mancipio acciperet, eligebat fidem ac miniſterium hominis amici, qui ut plurimum tacita fide, interventu tamen etiam aliorum amicorum, rem, quam mancipio in jure accepturus erat, & cujus nomine etiam pretium exſoluturus, ſe remancipaturum promittebat, quandocumque ſibi pretium, quod exſolviſſet, eſſet reſtitutum. Ante autem quam alienaretur res illa ex jure Quiritium, ut dixi; quia quo genere dominium alienatur ex jure Quiritium, per legis actionem veluti per mancipationem, aut in jure ceſſionem, lex illa remancipandæ rei dici non potuit; neque enim in diem, neque ſub conditione celebrari potuerunt actus illi legitimi. Sed cum pure alienata hoc modo res eſſet, & dominium in creditorem tranſiſſet, prætor (nam fiduciæ actionem prætoriam putamus) actionem fiduciæ proponit in hanc forte ſententiam: *Quod res aliqua mancipata, aut in jure ceſſa, vel alienata ex jure Quiritium eſſe dicetur, ita ut fiducia anteceſſerit, & fidem creditoris debitor ſequutus ſit, qui rem mancipaturum ſe promiſit; quia inter bonos bene agier oportet, ſi ea res ſecundum legem fiduciæ recte non reſtituetur, judicium dabo.* Hoc autem judicium famoſum eſt, ut hic Cicero judicat, & lib. II. de Divinatione; quo loco ut in Topicis, fiduciæ conjungit tutelam, ſocietatem, & mandatum, ex quibus damnati directo judicio fama minuuntur: l. 1. ff. de iis qui notantur infamia. §. ex quibuſdam. Inſtit. de pœna temere litigant. Directo autem judicio tenetur is qui fiduciam accipit, mandatarius vel procurator, depoſitarius, ſocii, non niſi directa actione conveniuntur. Contrario autem judicio qui tenentur, is qui fiduciam dedit, mandator, adultus, is qui depoſuit, infames non fiunt; quia in contrariis iſtis judiciis non de perfidia agitur, aut fide rupta, ſed de calculo & indemnitate l. 6. furti. §. ult. ff. de iis qui notantur infamia. Formulam autem fuiſſe fiduciæ eam quam ſupra diximus, *inter bonos bene agier oportet*, indicat Cicero lib. VII. ad Trebatium epiſt. 12. & lib. III. de Officiis: quæ de edicto prætoris publice propoſito, ſingulis privatæ rei arbitriis accommodabatur, ſi quando fiducia contracta eſſe diceretur. Addo, abeſſe a fiducia oportuiſſe dolum; quod ſi prætor non edixit, contractus tamen natura id exigit; ut cum in omni-

omnibus bonæ fidei contractibus abeſſe debeat, quia nihil eſt tam contrarium bonæ fidei, quam dolus; in aliis tamen exuberet bona fides, ut in tutela, fiducia, mandato, depoſito, ſocietate. Speciem tamen fraudis aliquam etiam lege Licinia vindicatam ſcimus, in fiduciæ contractu: l. ult. ff. de alienat. judicii mutandi cauſa: in qua lege obliterato de induſtria a Triboniano fiduciæ verbo, quod is contractus in uſu eſſe omnino deſierat, lex tamen fiduciæ manifeſto paret in his verbis: *Verbi gratia, ut potentior emtor per licitationem vilius eam accipiat, & per hoc iterum ipſe accipiat:* quo caſu is qui alienavit, id eſt, fiduciæ dedit, communi dividundo non poteſt agere; quia lex Licinia impedimento eſt. Interim notare, inter exemplum a Boetio allatum, & exemplum legis illius ult. id intereſſe, quod in altero fraus nulla ſubeſt, ideoque fiducia valet; in altero punitur conſilium fraudis. Vellem autem Iſidorus quomodo differentiam poſuit inter pignus, fiduciam, & hypothecam, adjeciſſet etiam nexum: niſi forte de Manilii Iuriſconſ. antiquiſſimi ſententia putavit nexum nomen eſſe generis, ad omnes contractus, ac formulas pertinens, quæ per æs & libram ſolemniter inter cives Romanos expediebantur. In qua ſententia videtur Cicero fuiſſe, maxime *Topicis, in loco a definitione*; cum definit abalienationem, *traditionem alteri nexu*: & in lib. III. de Oratore, cum definit nexum, *quod per libram agitur.* Sed Mutius Scævola melius nexum eſſe dicit, *quæ per æs & libram fiant ut obligentur, præterquam ſi mancipio dentur.* Nam idem quod obligatur per libram, neque ſuum fit, inde nexum dictum, Varro de lingua Lat. lib. VI. circa finem. Itaque ſecundum Scævolæ definitionem nexum videbitur, pignus vel hypotheca legitimo modo contracta; quomodo intelligitur nexus, in l. ult. Cod. ſi aliena res pignori data ſit. Et fragmentum illud legis, quod a Feſto laudatur in *nuncupata pecunia*, (mihi vero lex illa ſapit jus decemvirale) videtur diſtinguere inter nexum & mancipium: *Cum nexum faciet, mancipiumque, uti lingua nuncupaſſit, ita jus eſto.* Mancipationem autem, aut familiæ emtionem, id eſt, teſtamentum per æs & libram, Scævola numquam nexum dicturus fuit; quod Cicero & Ælius Gallus non dubitaverint. Feſtus in verbo *nexum*.

Virum primarium) Proclive eſt ſuſpicari, ſic egiſſe P. Satyrum cum Roſcio, ut eum minimum laudans, plurimum læderet: cui latiſſimum campum dedit artificium ipſius Roſcii. Et cum multa *ειρωνικως* dixiſſet, ut videtur, ea Cicero arripit quaſi ſerio dicta, & pro teſtimonio: ut eum primarium hominem Cicero dictum a Satyro ſcribit, contumelioſe dictum a Satyro accipimus; quaſi fuerit Roſcius dictus a Satyro primarum, ſupple *partium*, quæ commendatio eſt ſcenici, non honeſti hominis.

Cap. 7. *Ipſum caput, & ſupercilia raſa*) Quia non eſt neglectum ab ampliſſimis in republica viris, ac de litterarum ſplendore clariſſimis; id etiam nos brevius perſtringemus, quod de more in alenda vel detondenda barba, ac coma, a Romanis obſervatum illi prodiderunt: Varro in primis, quem in eam rem citat Plinius lib. VII. cap. 59. is igitur Varro lib. II. de re ruſtica cap. 11. de Ardeatium publicis litteris ſcriptum notat, tonſores ex Sicilia primum veniſſe poſt annum Vrbis conditæ CCCCLIIII. mox ſubdit: *Olim tonſores non fuiſſe adſignificant antiquorum ſtatuæ, quod pleræque habent capillum & barbam magnam.* Ea re Cicero pro M. Cælio, excitat de inferis barbatos illos veteres, qui tonſorem neſciebant. Sequens ætas, id eſt, poſt illum annum Vrbis conditæ 454. id obſervavit fere, ut barbam tonderent non niſi ſenes, id eſt, cum caneſcere inciperent; & ut Anacreon ait:

> Ευτε μοι λευκαι μελαιναις αναμεμιξονται τριχες.
> *Quando mihi albi nigris commiſcentur capilli.*

quo reſpicit Virgilii verſus in Bucolicis:

> *Candidior poſtquam tondenti barba cadebat.*

id eſt, ut ego interpretor, cum primum caneſcente barba tonſorem admiſi. Inde eſt quod Gellius lib. III. cap.

4. mi-

Digitized by Google

4. miratur quod de P. Scipione Africano ſuperiore ſcriptum eſt, eum cum reus eſſet, neque barbam deſiiſſe radi, neque non candida veſte uti, neque fuiſſe cultu ſolito reorum; cum ſcilicet ſolerent qui in reatu erant, & ſordidati dicebantur, impexo capillo & barba promiſſa, atque veſte lugubri ac ſordida incedere. Ideoque id in eo miratur Gellius, quod minor fuerit Scipio quadragenario. Mox ſubdit: *Comperimus autem ceteros quoque in iiſdem temporibus nobiles viros, barbam in hujuſcemodi ætate raſiſſe; idcirco pleraſque imagines veterum, non admodum ſenum, ſed in medio ætatis ita factas videmus*. Quibus ex verbis manifeſtum fit, quod ſupra dixi, poſt Africani ætatem non niſi ſenes raſos. Tum illud advertendum de Plinii verbis d. cap. pen. lib. VII. radi novacula alios ſolitos, ut quotidie Africanos; alios cultris tonderi genas, ut D. Auguſtum; cum tamen eum Suetonius modo ſolitum eſſe tondere; modo radere barbam, ſcribat cap. 79. Et hoc tonderi, multo honeſtius, & virum magis decens ſcribit Clemens Alexandrinus lib. III. pædagog cap. 3. Atque ita tonderi barbam præcipit, ut non ad radices exſecetur, ſed in genis maneat nota virilitatis; quam retinuiſſe juvenes venuſtatis cauſa veri ſimile eſt. Et eo pertinet quod Cicero ait d. loco pro Cælio: *Ex barbatis illis non hac barbula, qua iſte delectatur*. Ex provectioribus ætate, non alias temere comperies, extra ſordidatos, ut dixi, id eſt, reos, agreſtes homines, & philoſophos, quorum ſtudium ac profeſſio barba dicitur. Supercilia autem raſiſſe, præter caput & barbam, cinœdicum & molle fuit, ac probroſum, quamquam non inſolitum. Verba ſunt hæc Scipionis ejus, de quo paulo ſupra meminimus, qui quotidie radebatur; quæ objecit P. Sulpitio Gallo, excerpta ex Gellii lib. VII. cap. 12. *Nam qui quotidie unguentatus adverſus ſpeculum ornetur, cujus ſupercilia radantur, qui barba vulſa, feminibuſque ſubvulſis ambulet, qui in conviviis adoleſcentulus cum amatore, cum chiridota tunica inferior accubuerit, qui non modo vinoſus ſed viroſus ſit; eum ne quiſquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinœdi facere ſolent*. Radi autem non omnino ſupercilia, ſed emendari a mollibus & delicatis viris ſolita puto. Petronius Arbiter: *Turbatus*, inquit, *& deformis; præter ſpoliati capitis dedecus, ſuperciliorum etiam æqualis cum fronte calvities; ut nihil nec facere deceret, nec dicere*. Sic enim abraſos Encolpium, & Gitonem Eumolpus fingebat in nave, quod idem in Fannio Chærea turpiculum & indecorum fuit, ridicule mollitiem affectante; a quo vitio quam longiſſime abeſſe Philoſophos æquum fuit. Seneca lib. Epiſt. 6. *O pueriles*, inquit, *ineptias! in hoc ſupercilia ſubduximus, in hoc barbam demiſimus, hoc eſt, quod triſtes docemus & pallidi*. Quod autem Fannio Chæreæ exprobrat Cicero Ballionis lenonis perſonam, non eſt intelligendum quaſi ſine ullo pilo lenonis perſona induceretur, quo habitu corporis ſtabat Chærea in judicio: ſed forte de oris figura & ſimilitudine eum Ballioni Cicero comparavit. Nam apud Plautum Pſeudolo, Ballioni objicitur hircina barba, quomodo Alexandrini Iulianum Imperatorem laceſſierunt; quæ lædoria videtur inæqualitatem in barba notaſſe, ut ſuperiore labro glabro ac lævi, inferiores menti partes barba conveſtitas habuiſſe intelligantur, quomodo hirci ſolent. Quem tamen oris habitum ornatus cauſa affectaſſe Indos, ſcribit Curtius lib. VIII. *Capillum*, inquit, *ſæpius pectunt, quam tondent; mentum ſemper intonſum eſt, reliquam oris cutem ad ſpeciem levitatis exæquant*; id eſt, illis μυςαξ abraditur, promittitur πωγων: μυςαξ autem, quod & μυςακιον, και ὑποῤῥινον Moſchopulo dicitur, barbæ pars ea eſt, quæ ſuperiori labro imminet; πωγων, quæ inferiori, id eſt, mento.

Cap. 8. *Proh Deum hominumque fidem*) Quid queſtus facere voluerit Q. Roſcius, divinare nobis non licet, per malitiam librariorum; nam corruptiſſimum hunc locum certiſſimo ſcio; quid autem meruerit, cum in ſuis ſummis verſaretur, prodidit Plinius lib. VII. cap. 39. *Quippe cum*, inquit, *jam apud majores Roſcius hiſtrio H. S. quingenta annua meritaſſe prodatur*. Quingenta ſeſtertia ſupra diximus

mus facere quingenta millia ſeſtertium nummum : quæ faciunt noſtratium libellarum Turonenſium bis mille centum quinquagenas libras , aut iis aliquantulum minus.

Seſtertium ſexagies) Hæc ſumma eſt multo maxima , excedens ſecundum ea quæ ab iis traduntur, qui iſta tractaverunt , quantitatem ducentarum millium noſtratium libellarum .

Cap. 9. *Ægritudinem criminis*) Ex qua re reo ægre eſt , propter periculum infamiæ , quam ſubeat condemnatus .

Ita ne vero) Emendate hoc modo : *Ita ne vero quem per arbitrum circumvenire non poſſes , cujus de ea re proprium erat judicium ; nunc per judicem condemnabis , cujus de ea re nullum eſt arbitrium* . Ratio emendationis manifeſta .

Crimen objice) Vbi licet agere , id eſt, apud arbitrum pro ſocio , cujus ea de re judicium eſt , quod de rebus ſocietatis intervertiſſe ſocius dicitur , *aut jacere noli* , ſic enim lego exigente ſenſu , id eſt , objicere ubi non oportet apud judicem ; meminiſſe autem vos oportet , expenſam eam pecuniam , quæ peteretur , Ciceronem negaſſe .

Num tabulas) Rurſum audax ego , qui finem & modum non habeam emendandi ; ſed bene erit , ſi erunt emendata & caſtigata quæ nos reponimus ; lego : *Num tabulas habes , an non? ſi non habes , quemadmodum actio eſt? ſi habes , cur non nominas?* id eſt, cum ad judicem venis, & certam pecuniam petis , per expenſilationem , hoc enim intendebat Chærea ; in tabulis tuis rationum id nomen comprehenſum eſt , quod oportuit eſſe comprehenſum . An non habes tabulas , ut habuiſſe non dicitur . qui ſola adverſaria producebat ; non habens tabulas ; quomodo tibi illa actio ex formula procedit ? ſi autem habet Chærea tabulas , cur non nominat, id eſt, cur id nomen , quod in illis ſcriptum eſt, non recitat ?

In judicium ut denuntiares) Legite rurſum ſine interpunctione hoc modo : *quod temere commiſiſti in judicium ut denuntiares* . Nam proprium fuit harum condictionum , denuntiationibus uti apud eum qui conveniebatur , quod & vox ipſa ſonat ; nam condicere veteribus nihil aliud fuit quam denuntiare , §. appellamus , Inſtit. de actionibus . Feſtus : *Condicere , eſt dicendo denuntiare* . Item : *Condictio , in diem certum ejus rei qua de agitur denuntiatio* . Mox paulo interpungendum videtur . *Debere tibi ex ſocietate nihil clamitaſti , judici hic denuntiavit* ; id eſt , rennntiavit Roſcius , quid inter eos actum eſſet .

Cap. 10. *Communem factum eſſe gratis*) Societatem uno pecuniam conferente , alio operam , poſſe contrahi , magis obtinuit ait l. 1. Cod. pro ſocio ; quod ait , *magis obtinuit* , indicat , non ſemper fuiſſe juris certi , ſed etiam apud veteres fuiſſe controverſum . Mihi autem ſic videtur . Quinti Mutii ſententiam , qui paucis ante annis factione Damaſippi prætoris occiderat , P. Satyrium defendiſſe . Nam is cum non admiſerit in coeunda ſocietate pactionem talem , ut alias lucri partes , & alias damni ſocii ferant , veluti , ut duas Titius lucri , damni tertiam ; Sejus autem Titii ſocius lucri tertiam , damni vero partes duas ferat , quaſi contraria pactione ſocietatis contractui , l. ſi non fuerint , 29. ff. pro ſocio , §. de illa , Inſtit. de ſocietate. Multo minus admiſerit Q. Mutius augur illam , quæ ſpecie prima apparet, inæqualitatem , ut alius totam rem conferat , & ſit illa communis ; ſed magis obtinuit ex Servii Sulpitii ſententia , cujus prudentiam Cicero pluris facit in Bruto , quam Scævolæ ; & quem præſtitiſſe omnibus idem ſtudium profeſſis , ſcribit . Obtinuit , inquam , contra Scævolæ ſententiam , ſocietatem contrahi altero ſolo conferente rem totam ; per eam rationem, quam hic Cicero adfert , & Sulpicii eſſe dicitur ; quod aliquorum hominum plutis eſſe induſtria poſſit , quam allorum ingentes pecuniæ , quæ eadem ratio eſt , propter quam lucri & damni inæquales fiunt inter ſocios partes ; vel etiam damni alter ex ſociis multas partes ferat , ſi lex pactionis ita fuerit , d. l. 20. & l. 30. Mutius , ff. pro ſocio , & d. §. de illa .

Locabat ſe non minus) Et ſum præfatus , & perpetuo conqueror . tam corrupta exemplaria ad nos demanaſſe

Digitized by Google

naſſe, ut in tota hác Oratione vix ullius ſummæ nota ex fide exſcripta ſit. Retiueo tamen hos numeros in hac ſententia : *Ex qua parte erat Fannii, non erat ſeſtertiis* LIII. *ex qua parte erat Roſcii, amplius erat ſeſtertiis CCC LIII.* Sed quod hic ſequitur, mihi ſuſpectum eſt ut cetera; nam ſi locabat ſe non minus ſeſtertiis CCCLIII. in annum, minimo videtur æſtimatus in eam ſummam. Lex quidem Aquilia ſervum injuria occiſum æſtimat, quanti is in eo anno plurimi fuerit, l. 2. ff. de lege Aquilia. Sed æſtimari eum eo dumtaxat pretio, quod eo anno potuiſſet merere, non videtur conſentaneum rationi; quia pluribus annis vivens, eam ſummam potuerit ſæpius conduplicare, cujus utilitatis rationem habendam videtur. Quod non eo dictum velim accipi, quaſi æſtimatio fiat in lege Aquilia futuri temporis; quam ſcio retro agi in annum præcedentem, cujus ſcilicet anni dies poſtremus ſit dies illatæ cædis, vel inflicti vulneris letalis, l. ait lex 21. l. interdum 23. §. in ſumma, l. ita vulneratus 51. § æſtimatio, ff. ad legem Aquiliam. Sed nemo opinor inficias ierit, cum pretium illius ſervi initur, ſemel, etiam rationem haberi ejus ſummæ, quantam merere per annum poſſet, nam & hæc vera eſt, & quantum imaginor, ſola ratio ducendæ & ineundæ æſtimationis. Ergo & hic corruptus eſt locus.

Vulgus ex veritate) Huic dicto ſimile eſt, quod nonnumquam Iuriſconſulti ratiocinantur, *plus eſſe in opinione, quam in veritate*; qui locus non niſi a peritis, & religioſa manu tractari debet; nam & eorumdem eſt ex contrario ratiocinari, *plus eſſe in veritate quam in opinione*, hoc verbi poteſt fluxiſſe de antiquo antiquiſſimi poetæ, puto Alcæi, verſu:

To *δοκειν γαρ πολλακις την αληθειαν βιαζεται.*

Opinari ſæpius veritatem violat.

qui verſus videtur formam habere parœmiæ.

Cap. 11. *Domum, patrocinium, nomen*) Quomodo nomen? non ut Quintipor a Roſcii prænomine diceretur, qua forma denominationum ſervilium jam foro ceſſarat, ut videtur; ſed ut in familia Roſciana, id eſt, grege Roſcii, indicaretur *Eros Roſcianus*; quod ſatis fuit conciliando populi favori.

Cognitorem) Procurator & cognitor, litis miniſtri fuerunt, ut loquitur l. ult. Cod. Th. de cognitoribus & procuratoribus, lib II. in qua plurimum placet quod Anianus ſubnotat: *Procurator*, inquit, *eſt, cui per mandatum cauſa permittitur. Cognitor eſt, cui ſine mandato cauſam ſuam agendam præſens præſente judice litigator injungit*. Apud Aſconium in Divination. *Procurator*, inquit, *ſi negotium ſuſcipit*, (malim, *ſi abſentis negotium*) *aut cognitor, ſi præſentis cauſam novit, & ſic tuetur ut ſuam*. Feſtus quoque in *cognitor* : *Cognitor eſt qui litem alterius ſuſcipit coram eo cui datus eſt: procurator autem abſentis nomine auctor fit*. Putamus autem fundandæ cognitoris perſonæ ſatis fuiſſe, ſemel, id eſt, cum cognitor conſtituitur, & Dominum, & eum qui cognitor fieret, præſentes in jure apud judicem ſtatui, & id ipſum profiteri. Ceteroquin poſt iſtam conſtitutionem cognitoris, abeſſe domino litis licuit, ut ex ſequentibus in hac oratione patet. Obſervavi, cognitorem etiam in capitali cauſa dici, ut infra in Verrem lib. IV. Sed & illud ſciendum, proprie cognitorem in cauſa ſtatus dici, id eſt, in aſſertione. Aſconius in III. in Verrem. Donatus in Terentium.

Lite conteſtata) Ordo privatorum judiciorum ſic habuit: in jus vocantem petitorem reus ſequi debuit, vel ſe certo die ſtiturum, ſatisdato promittere. Si non ſtitiſſet, poſt tria edicta, vel unum pro omnibus, mittebatur petitor in bonorum poſſeſſionem rei, ut vidimus in Quintiana. Si vero ſecutus eſſet in jus vocantem reus, vel ad condictum diem ſe ſtitiſſet; huic inprimis edebat actor, id eſt, actionis ſpeciem dictabat, qua uſurus in hoc judicio eſſet, l. 3. Cod. de edendo. Deinde poſt editam actionis ſpeciem comperendinabantur, id eſt, in perendinum litigatores cauſam rejiciebant; nam putamus comperendinationem legitimam fuiſſe, id eſt, a legibus, ſive 12. Tabularum, ſive Iulia privatorum, ſive qua alia lege manaſ-

manaſſe; ut poſt editam actionem ſciret reus, utrum cedere an contendere ultra deberet; Et ſi contendendum putaret, veniret inſtructus ad agendum, cognita actione qua conveniebatur, l. 1. ff. de edendo. Gellius lib. XIV. cap. 2. *Atque in rerum*, inquit, *diffuſionibus, comperendinationibuſque, & aliis quibuſdam legitimis ritibus, ex ipſa lege Iulia, & ex Sabini Maſurii, & quorumdam aliorum Iuriſperitorum commentariis, commoniti & adminiculati ſumus*, &c. Videtis legitimis in ritibus comperendinationem adnumerari. Quod totum negotium Aſconius ſic expedivit lib. III. in Verrem. *Comperendinatio eſt ſecunda actio*. Item: *Comperendinatio eſt ab utriſque litigatoribus invicem ſibi denunciatio in perendinum diem; namque cum in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant judicem, qui dabatur poſt triceſimum diem; quo dato, deinde inter ſe in perendinum diem, ut ad judicium venirent, denuntiabant; qua cum eſſet ventum, antequam cauſa ageretur, quaſi per indicem rem exponebant, quod ipſum vocabatur cauſæ conjectio, quaſi cauſæ ſuæ in breve coactio*. Quod ait *comperendinatio eſt ſecunda actio*, veriſſimum eſt, in omni genere comperendinationis, ſive ea neceſſaria eſt, ut ex lege Glaucia in crimine repetundarum; ſive non neceſſaria, per aliquam legem, ſed quod in expoſitione cauſæ aliquid ſederit obſcurum, dubium, ambiguum, propterea indici de cauſa non liqueat, & tam in cauſa civili, quam criminali. Quod ſubjicit Aſconius, pertinet ad id quod quærimus; inter quæ exponenda, cum ait, *& pœna ſe ſacramenti peterent*, intelligendum, quibus temporibus id ſacramentum ex lege exigebatur, & deponebatur apud ſacrum, nec enim cum hæc cauſa ageretur, ſacramenti fuit exactio; quod & verba Varronis de lingua Latina ad Cicer. lib. IV. ad finem indicant, hæc ſcilicet: *Ea pecunia, quæ in judicium venit in litibus; Sacramentum a ſacra. Qui petebat, & qui inficiabatur de aliis rebus uterque quingentos æris ad pontem deponebant: de aliis rebus item certo alio legitimo numero aſſium. Qui judicio vicerat, ſuum ſacramentum a ſacro auferebat, victi ad ærarium redibat*. Ex lege autem manaſſe ſacramenti illam inſtitutionem, manifeſtum facit Feſtus, in *Sacramentum*. *Qua de re*, inquit, *lege L. Papirii trib. pleb ſanctum eſt his verbis: Quicumque prætor poſt hoc factus erit, qui inter cives jus dicet, tres viros capitales populum rogato, iique tres viri quicumque facti erunt, ſacramenta exigunto, judicantoque, eodemque jure ſunto, uti ex legibus, plebeique ſcitis exigere, judicareque, eſſeque oportet*. Cujus legis hanc ſententiam mecum intelligetis, cum ex ſuperioribus legibus, plebeique ſcitis, in civilibus cauſis ſacramentum exigeretur, lege Papiria introductum eſt, ut triumviri capitales, quorum in criminibus juriſdictio eſt, etiam ſacramentum a litigatoribus exigerent, quicumque ſe ejus criminis, cujus eorum notio eſſet, poſtularent, aut poſtularentur; eorumque idem jus eſſet, quod per anteriores leges magiſtratuum, qui in civili cauſa judicabant. Verba autem legis, quæcumque illa fuit, quæ id primum introduxit, videntur fuiſſe hæc: *Si negat, ſacramento quærito*; quæ apud Probum ſingularibus his deſcribuntur. S. N. S. Q. E qua lege cum ſacramento litigatores contenderent, legitima & concepta hæc verba fuiſſe, facit idem Valerius Probus probabile, qui his ſingularibus literis Q. A. N. Q. N. ſignificari ſcribit, *quando ais neque nego*; mox iis ſingularibus Q. N. T. S. Q. P. hæc *quando negas, te ſacramento quinquagenario provoco*; quas partes in idem revocandas cenſeo, &, quod pace veſtra liceat ſcripſiſſe, emendo in hunc modum: Q. A. T. Q. N. T. S. Q. P. quæ exponantur: *quando ajo, tuque negas, te ſacramento quinquagenario provoco*. Nam quid cauſæ eſt, ut peccaſſe librarius hic non potuerit, qui in eodem Probo, in iiſdem literis ante peccaverat; has enim notas antea ſcripſerat, etſi vitioſe, Q. N. Q. A. N. Q N. quarum expoſitio ita legitur: *quando neque ais, neque negas*; quæ emendanda puto, ut ante ſcripſi: Q. A. T. Q. N. *quando ajo, tuque negas*, quod ratio ipſa manifeſtum facit, & verba Varronis d. loco, *qui petebat*, inquit, *& qui inficiabatur*. Quod autem ſupra ſcripſi, videri mihi ſacramenti exactionem jam uſu exceſſiſſe; huic ſententiæ mea

pluri-

plurimum obſtat quod ſcribit Valerius lib. VII. cap. 7. in exemplo filii Marci Anci Carſeolani. quo inducitur ſacramenti contentio inter litigatores, Pompejo Magno principe civitatis, id eſt, paulo poſt hæc tempora. Sed tamen circa hæc tempora in uſu eſſe deſiiſſe, Varronis eſt teſtimonium in verbis ſupra laudatis; in quibus explicandis Vertrannius Maurus, vir alioqui doctiſſimus, cum de Varrone optimorum ſtudiorum parente meritus optime, ſiniſtra hora ſudavit; delenda enim ſunt prope omnia quæ ad illum locum notavit. Sacramenti depoſitionem ſecuta eſt, quantum exiſtimo, ſtipulatio & ſponſio, id eſt, vetus actio calumniæ, de qua jam ante diximus in Quintiana, & infra dicemus; quam tamen omiſit Aſconius, qui & omiſit in jus vocationem, id eſt, caput totius judicii conſtituendi; nam ſponſio legitimæ partis præceſſit judicis addictionem, in quibus caſibus illa ſponſio neceſſaria fuit: quod datur intelligi ex eo, quod prætoria ſtipulatio illa fuit, id eſt, quæ juſſu atque auctoritate prætoris, prætore præeunte, & formulam dictante, interponeretur; quod de Quintiana patet. Et poſt igitur ſponſionem petebant judicem. Petendi autem judicis formulam, ex Valerii Probi notis hanc fuiſſe veriſimile eſt: *Te, prætor, judicem arbitrumve poſtulo uti des*; apud quem vitioſe legitur illa formula: *Tempore judicem arbitrumve poſtulat ut des*; cujus formulæ ſingulares literæ meo judicio ſic reſtituendæ. T. P. I. A. V. P. V. D. In dando autem judice hac formula prætor uſus videtur: *Cajus Sejus judex eſto*; cujus rei probatio ex multis locis petenda eſt; tum poſt alia ſubjiciebat: *ſi alium procas; nive eum procas*. Feſtus in *procum*. *Eſt enim*, inquit, *procare poſcere, ut cum dicitur in judice collocando, ſi alium procas*, &c. fuit cum mallem legere illum locum non diſſimili ſententia. *Si alium procas, innue, quem procas*. Et apud Plinium Majorem, nobili illa præfatione, quæ libris Naturalis Hiſtoriæ prælucet, fortaſſe ſic legendum eſt: *Adeo ſummum quiſque judicem facit quemcumque eligit, unde procatio appellatur*. Sciendum eſt autem, judicem dari non ſolere quem litigatores noluiſſent, nam facilis rejectio judicum datorum a prætore fuit, ut ex Panegyrico Plinii liquet: *Licet*, inquit, *dicere hunc nolo, timidus eſt, & bona ſeculi ſui neſcit*. Et eo pertinet locus ille Plinii Majoris, totus de rejectione eruditorum, in qua alludit ad tam facilem judicum rejectionem. Cicero infra pro Cluentio: *Neminem voluerunt majores noſtri non modo de exiſtimatione cujuſquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe judicem, niſi qui inter adverſarios conveniſſet*; id eſt, niſi qui utrique parti placuiſſet, ut in l. 80. ff. de judiciis; qui ex conventione litigatorum addictus eſſet. Nam ſi alterutra pars nominatim judicem aliquem poſcat, eum judicem dari, iniqui eſſe exempli D. Adrianus reſcripſit l. 47. obſervandum, ff. de judiciis. Qui judex dabatur poſt trigeſimum diem, ut Aſconius notat; id eſt, ut inter procationem & petitionem judicis, atque addictionem intereſſent 30. dies; & hæc legitima quoque, ut videtur, dilatio fuit, quam Gellius ſupradicto loco intellexit, *in rerum*, inquit, *diffiſſionibus*; id eſt, litium; & comperendinationi antemiſit; ut detur intelligi, ordinem illum ſecutum exercendorum judiciorum. Et hoc eſt tempus, quod in L. 1. ff. de edendo, indultum intelligimus poſt editionem actionis, ut provideat reus utrum contendere, an cedere debeat; quod me memini ſupra comperendinationi aſſignare; ſed illius me ſententiæ pœnitet. Igitur poſt petitum a prætore judicem, habuit reus legitimum ſpatium 30. dierum menſtruum, quo exigi aut urgeri non potuit, ſed nec ab ipſo prætore quidquam interea decerni, quæ legitima dilatio fuit. Sed hoc olim longe ante tempora noſtrorum juris auctorum, forſan ante legem Iuliam privatorum. Vtut ſit, obſervandum in libris juris noſtri vix planam & expreſſam mentionem hujus dilationis ac diffiſſionis fieri. Nam quæ proditæ ſunt dilationes ex cauſa feriarum, & ex oratione Marci, ſive ſenatuſconſulto, propter inſtrumenta, alterius cujuſdam ſunt generis; & ut mihi quidem videtur, magis in arbitrio judicum. Triceſimo demum die cum ſe partes apud

apud judicem ſtitiſſent, invicem ſibi denunciabant, ut in tertium aut perendinum diem in judicium venirent; quæ proprie comperendinatio eſt. Eſt enim proprie perendinus, in futurum dies tertius uno interjecto; alloqui quævis dilatio, id eſt, rejectio judicii in alium diem quam perendinum, etiam comperendinatio, ſed minus proprie; ut ex actis Carthaginienſis Synodi adverſus Donatiſtas, collat. 2. datur intelligi. Ex hac autem denunciatione videntur appellatæ *condictiones*, actiones perſonales, quibus dari ſibi quid, aut fieri a reo, apud judicem actor petit, §. appellamus. Inſtitut. de actionibus. Eſt enim condictio denunciatio, ut ſupra dictum eſt, ex eodem Iuſtiniano, & Feſto, apud quem commode quidem legitur: *condictio eſt in diem certum ejus rei, quæ agitur, denunciatio*; ſed vellem ſcripſiſſet, *in diem tertium*; nihil tamen muto. Eo pertinet, quod Cicero pro Muræna & pro Cæcinna juriſconſultos immerito irridet, qui conſtituere non potuerint, diem tertium, an perendinum dici oporteret; quæ verba fuiſſe ſolemnia denunciationum, ſive condictionum, poſſet probari ex eo, quod Valerius Probus in actionum formulis has notas proponit. I. D. T. S. P. id eſt, *in diem tertium ſive perendinum*. Et ut videtur faciente judice hujus rei copiam, procedebant hujuſmodi denunciationes, nam eo refero Petri Diaconi notas has D. P. F. *denunciandi poteſtatem fecit, judex* ſuppleo. Erit forte qui partem diverſam adverſario litigatori hanc poteſtatem facere interpretetur, mihi magis alterum placet. Die perendino ipſo, antequam cauſa ageretur, inquit Aſconius, quaſi per indicem rem exponebant; id eſt, ſummarie allegationum ſuarum ſumma capita ſtrictim partibus apud judicem exponentibus; quod ipſum dicebatur cauſæ conjectio, quaſi cauſæ ſuæ in breve coactio. Cauſa narrata & propoſita iſto modo ſummatim, lis conteſtabatur; ex quo intelligitur quod eſt in l. 1. Cod. de litis conteſtatione: *Lis enim*, inquit, *tunc conteſtata videtur, cum judex per narrationem negotii cauſam audire cœperit*, & in l. 2. Cod. de jurejurando propter calumn. dando. *A narratione* (ſic enim vel legendum, vel intelligendum eſt) *& reſponſione primordia litis incipiunt*; id eſt, a litis conteſtatione: nam ante conteſtationem, non *lis* proprie, ſed magis *controverſia* dicitur; l. 26. ſed etſi lege, §. ſi ante litem conteſtatam, ff. de petit. hereditatis; vel etiam cauſa; l. 16. cauſas. Cod. de tranſactionibus; in qua diſtinguuntur cauſæ a litibus. Quomodo autem conteſtatio fieret, indicant loci duo, Macrobii alter in lib. III. Saturnal. cap. 9. de actpenſere; alter Feſti in *conteſtari*. Verba C. Titii apud Macrobium d. loco, ſic habent: *Veniunt in comitium triſtes, jubent dicere, quorum negotium eſt, narrant, judex teſtes poſcit*. In quibus obſervandum quod ait Titius: *quorum negotium eſt, narrant*; quibus indicatur cauſæ conjectio, quæ narratione brevi continetur, quam ſubſequitur conteſtatio, his verbis indicata: *judex teſtes poſcit*, id eſt, jubet litigatores conteſtari. Feſtus ſic: *Conteſtari eſt, cum uterque reus dicit, teſtes eſtote*. Mox idem Feſtus, ſive Paulus: *Conteſtari*, inquit, *litem dicuntur duo, aut plures adverſarii, quod ordinato judicio utraque pars dicere ſolet: teſtes eſtote*. Id autem ut puto conteſtabantur; petitor quidem ſe petere, ne actioni eius præſcriptio temporalis noceret; reus vero ſe inficiari; & uterque ſe judicium accipere & contendere paratum eſſe. Nam ex litis conteſtatione judicium acceptum intelligitur; ſic enim perpetuo in jure intelligendum eſt: *ex tempore accepti judicii*, & *poſt acceptum judicium*; id eſt, ex lite conteſtata. Et hæc olim quidem omnia cum judicia ordinaria in uſu eſſent, obtinuerunt; ordine vero judiciorum ſublato, & extraordinariis judiciis factis, ubi conceptio formularum non obſervatur, ut loquitur l. actio 47. ff. de negotiis geſtis; pleraque illa omnia aut certe partim illorum etiam foro ceſſerunt. Quod vero ait Cicero, *lite conteſtata damni injuriæ*, eleganter ut in l. 37. litis conteſtatæ, §. 1. ff. de negot. geſtis, lis ex actione conteſtata, puta ex actione negotiorum geſtorum. Damni autem injuriæ actio, ut in l. 3. ff. de feriis, & in §. 1. Inſtit. de lege Aquilia; hæc actio & damni injuria, abla-

ablativo caſu plerumque dicitur, ut in l. impuberem ff. de furtis, l. quemadmodum, §. item Labeo, ff. ad leg. Aquiliam, l. ſi ſervus ſervum, §. furnum, & §. ſi calicem ff. eod. Sed hæc poſterior locutio minus plena & imperfecta eſt, ſupplendum enim; *damni injuria facti vel dati, vel allati*; illa altera, *damni injuriæ*, plenior & perfecta, cum per appoſitionem dicitur *actio damni injuriæ*. Quam autem actionem Cicero intellexerit, nobis non eſt facile divinare; promtum tamen eſt legitimam actionem dicere. Ante legem Aquiliam de damno injuriæ fuerunt non modo leges 12. Tabularum, ſed & aliæ quædam l. 1. ff. ad leg. Aquil. Mihi tamen in re crepera ſit veriſimile, legem Aquiliam jam promulgatam. Cicero quidem in Bruto, meminit legis alicujus Aquiliæ de juſtitia, ſed mendoſum titulum omnes ſuboluerunt, nemo reſtituit; nam quod quidam de injuria ſubſtituit, & intelligit legem noſtram Aquiliam de damno injuriæ, non eſt minus mendoſum; neque enim illa lex eſt de injuria, cum ſit de damno injuriæ. Multum autem intereſt, nam principaliter ob damnum ſarciendum datur; ſed quia intereſt, damnum illud per injuriam, an citra injuriam detur, ideo differentiæ cauſa, damnum injuriæ actio dicitur. Deinde legis Aquiliæ multam nullam ſcio, & ille neſcivit qui ſcripſit; quanquam pœnalis actio legis Aquiliæ fuit in eo, quod cum quanti plurimi æſtimatio retro fieret, in annum, ex primo, & menſem, ex tertio capite; potuit fieri, ut in majorem quantitatem teneatur, qui lege Aquilia condemnatur, quam ſit is ſervus, qui occiſus, vel luxatus, vel vulneratus ſit, tum cum occideretur, vel luxaretur, vel vulneraretur. Sed hæc quanti plurimi æſtimatio, non videtur multæ nomine cenſenda; quia pœna ea de arbitrio judicis non venit, ſed de lege Aquilia ipſa, argumento l. 131. aliud eſt fraus, §. 1. ff. de verb. ſignif. Hæc vero lex Aquilia plebiſcitum dicitur d. l. 1. & ex plebeja illa familia unum memini Pub. Aquilium tribunum plebis, qui P. Bilio triumviro nocturno diem ad populum dixit, quod vigilias negligentius circumiſſet, apud Valerium Maximum lib. VIII. cap. 1. cui neſcio an hanc legem tribuam. Aquiliorum autem Romæ tres familiæ fuerunt; una antiquiſſima Patritia a temporibus ipſis regum: altera Equeſtris, in qua Gallus Aquilius juriſconſultiſſimus cenſetur: tertia Plebeja, unde Pub. ille Aquilius trib. plebis.

Vtrum pro dimidia parte an pro tota) Quia ſocius fuit Roſcius, de Panurgo communi ſervo potuit non modo pro dimidia parte, ſed & pro tota, id eſt, pro ſolido, decidere, l. ſi unus, ff. de pactis, l. ſi duo, ff. de receptis. Et de ſociis duobus reis ſtipulandi, intelligenda eſt l. ſi rem, §. 1. ff. de novat. & delegat. nam ſi ſocii non ſint, deciſio unius ex reis alteri non præjudicat, argumento l. qui hominem, 34. §. 1. ff. de ſolutionib. Itaque jure noſtro, quod Roſcius exegit, communicare eum oportuiſſe videtur, qua ſocius fuit; niſi quod poſt eam Roſcii deciſionem, ab eodem Flavio Tarquinienſi pro parte ſua quoque decidiſſe Fannius Chærea dicitur. Plus dico, quanto minus Fannius Chærea exegiſſe dicetur, quam abſtulerit Roſcius, communicaturum Roſcium quod plus abſtulerit quam Chærea. Itaque Ciceronis argumentatio valeat in his, qui ſocii non ſunt; niſi forte nominatim & ſpecialiter, cum paciſceretur Roſcius, expreſſerit ſalvam fore ſocio Chæreæ partis ſuæ petitionem: niſi enim hoc ſit expreſſum, magis eſt ut communi nomine, & ſuo & Chæreæ, tranſegiſſe dicatur, contra quam hic Cicero diſputat. Non eſt autem dubium, quin pro parte ſua decidere Roſcius potuerit, quamquam potuit & ſolidum petere; nam ut invito ſolvi pro parte non potuit, certe potuit volenti.

Cap. 12. *Quid ita ſatis non dedit*) Lego hoc modo: *Quid ita? Satis dedit amplius a ſe neminem petiturum?* interrogative: nam plenior, & quodammodo pugnacior ſententia erit per interrogationem; quamquam & perfecta ſententia erit ſine interrogatione; retenta negativa particula, quam & ſine pugna in locum ſuum reſtituo.

Amplius a ſe neminem petiturum)

Hæc

Hæc ſtipulatio ſolebat interponi a procuratore actoris, qui in judicium deduxerit ex mandatu domini ejus actionem; & pars erat, ut videtur, prætoriæ ſtipulationis ratam rem haberi, cujus vis plenior his verbis continetur, in l. procurator, 23. ff. rem ratam haberi: *Nam*, inquit, *in ſtipulatione cavetur non petiturum eum, cujus de ea re actio, petitio, perſecutio ſit, & ratum habituros omnes, ad quos res ea pertinebit*. Sed etſi ſine judice alieno nomine quid petatur & extra judicium exigatur, cavere ſibi reus ſolebat, ſtipulatus a procuratore, amplius eo nomine neminem, cujus petitio ſit, petiturum. Et erat ea ſtipulatio non prætoria, ſed conventionalis; qualem interponere Roſcium oportuit, ſi non ſibi ſolum, ſed ſocietati conſultum voluit, cum Flavio tranſigens. Cicero in Bruto, cum ſe Brutus Attici nomine, tamquam voluntarius procurator, petiturum quod Attico Cicero promiſerat denunciaret. *At vero*, inquit Cicero, *tibi ego Brutr non ſolvam, niſi prius a te cavero amplius eo nomine neminem, cujus petitio ſit, petiturum*.

Qui pro ſociis tranſigit) Nam ſocius & ſuo, & ſocii nomine agens, pro ſocii nomine cautius & conſultius interponit ſtipulationem eam, amplius non peti; quæ tamen ſi erit omiſſa, ſocio alteri petenti nocebit, oppoſita exceptione doli, l. 5. §. ſi quis cautionibus; nam cum ſolvi a debitore alteri e ſociis poſſit, quod ſupra eſt probatum; hoc eſt perinde dicere, altero e ſociis ſolvendo debitorem ab altero liberari.

Reſtipulatur) Id eſt, ex contrario ſtipulatur Flavius Tarquinienſis decidens cum Roſcio de Panurgo. Reſtipulatio reſpicit alterum actum, veluti ſolutionem, cum in ſolvendo Tarquinienſis ſtipulatione cavet.

Cap. 13. *Quid enim reſtipulando clamat*) Hæc quoque reſtipulatio eſt a parte Roſcii interpoſita, quæ ex parte Chæreæ repromiſſio dicitur; nam cum de ea pecunia, quam a Flavio Roſcius abſtulerat, partem Fannio Roſcius a Piſone dare damnatus eſſet; reſtipulatur, id eſt, ex contrario ſtipulatur Roſcius a Chærea, ſi quid a Flavio is Chærea exegiſſet, ejus ſe partem dimidiam Roſcio daturum; qua cautione ſibi ſupereſſe actionem adverſus Flavium Fannius confitetur; quod ſi ſocietatis nomine, non ſuo, Roſcius exegiſſet, ſolutione Fannii Roſcio facta, utriuſque actio conſumta eſſet, neque Fannio quidquam ultra ſpei, ut præterea vel tantillum a Tarquinienſi extorqueret. Fruſtra igitur caviſſe comperietur, de dimidio ejus quod exegiſſet ſolvendo.

Quid hoc porro nunc reſtipulatur) Nunc reſtipulatur Roſcius; cum autem reſtipulatur partem dimidiam ejus, quod a Flavio Fannius abſtulerit, non idem reſtipulatur quod exegit; exegit enim partem ſuam, reſtipulatur Fannii partis partem dimidiam.

Quis eſt hujus reſtipulationis ſcriptor) Cajum hunc Piſonem Iuriſconſultum Cicero innuit: eſt enim proprium munus Iuriſconſultorum ſcribere. Idem Cicero lib. Epiſtolarum VII. ad Trebatium: *Eu vero etiamſi nunc*, inquit, *ſcribere oblitus es*. Scribere, id eſt, cavere; & infra in fine harum Reliquiarum, aperte ſatis idem Cicero ſignificat, quod ſupra dixi, Piſonem Iuriſconſultum, non librarium: *Roſcius, qui ex Iuriſperitorum conſilio & auctoritate reſtipulatur a Fannio*; in quibus verbis intelligendus eſt Piſo. Scribere autem Iuriſconſulti dicebantur, vel quod ſignata ſua reſponſa, id eſt, ſubſcripta, edebant conſultoribus ſuis; fortaſſe etiam quod auditoribus ſuis ſcribentibus præcipiebant & dictabant. Inde eſt quod in libris Ciceronis de Oratore, ei, qui juris ſcientiam præferebat, neſcio quis ex interlocutoribus: *Nos*, inquit, *ad te cum pugillaribus veniemus*. Sed ex altera harum ſignificatione ſcribere eſſet dictare; cui interpretationi favet hic locus; nam ſcriptor Piſo reſtipulationis qui illam dictavit intelligendus eſt.

Etenim forſitan) Locus eſt obſcuriſſimus, intelligendus hoc modo, ut exiſtimo, ut quaſi per *ἀνθυποφορὰν* reſpondeat Saturius pro Fannio: Ego vero ſum reſtipulatus, dimidium ejus, quod a Flavio abſtulero, me Roſcio daturum; id eo feci, quod Roſcius quoque repromiſit mihi,

ſhi, eius quod jam exegiſſet, mihi ſe daturum. Quod autem ſcriptum eſt, *ejus partem dimidiam ſe domino exegiſſe*, manifeſte vitioſum eſt, & pro *domino*, legendum *Fannio*.

Tu non exitum exactionis, ſed initium) Tu, ſubaudio, Caj Piſo, non inſpicies exitum exactionis, id eſt, non eo magis teneri ſua repromiſſione interpretaberis Fannium, quod non exegerit a Flavio; ſed inſpicies initium repromiſſionis, ut judices Roſcium pro ſua parte exegiſſe, non ſocietatis nomine; ideo quod repromiſerit Fannius, ejus quod exegiſſet ſe partem daturum. Melius autem conveniet lectio, quam trajectam putamus, ſi ita reſtituatur: *Tu non initium repromiſſionis, ſed exitum exactionis ſpectare debes*; ſine interrogationis nota, quæ etiam intelligo ex perſona adverſariorum dicta, hoc ſenſu: non ideo teneor quod repromiſi, ſed magis non teneor quod non exegi: inſpiciendus eſt enim exitus exactionis, non initium repromiſſionis. Itaque quod Chærea proſequendum judicio Tarquinienſem non putavit, cum id potuerit; tamen quia non fecit, inſpecto exitu exactionis, judicabis Roſcium non ſibi, ſed ſocietati decidiſſe cum Flavio, quod habet in ſe abſurdam rationem: non igitur inſpecto exitu exactionis, ſed inſpecto initio repromiſſionis, judicandus eſt Roſcius ſibi, non ſocietati, lites redemiſſe; cum fuerit in Chærea, a Tarquinienſi pro parte ſua exigere: quod quia non fecit, ſibi, non Roſcio, imputet. Sed illo altero modo fuit gratior & ornatior oratio. Quod ſequitur, *neque ſi ille perſequendum* &c. ironicos dictum accipio, in qua ſententia nihil muto. Sed illam faciliorem multo fore ſpero, ſi ita intelligatur ſcripta: *neque ſi ille quod non perſequendum, quod in ſe fuit, judicavit*, ille autem Fannius Chærea; perſequendum, Flavium Tarquinienſem.

Quid ſi tandem planum facio) Hæc fuit Ciceronis juſtiſſima defenſio, conſequens ad id quod proxime dixerat ex perſona adverſariorum, non initium repromiſſionis, ſed exitum exactionis ſpectandum. Atqui non modo repromiſit Fannius, quod in confeſſo eſt, ſed etiam exegit.

Cap. 14. *Neque ſatis acciperet*) Amplius eo nomine neminem petiturum cujus petitio eſſet.

Neque judicio abſolveretur) Quod oportuit, ſi communi nomine, id eſt, ſocietatis, Roſcius cum Flavio tranſegit: nam ab utroque ſolvens Roſcio Flavius ſe liberavit, ut ſupra dictum eſt.

Ex vita) Non ex dignitate, nam dignitate clariſſimi erant, & ampliſſimi ſenatores, & ordo eorum ampliſſimus & clariſſimus.

Recita teſtimonium) Duo hic obſervanda, & per tabulas teſtimonium dici, & de auditione, quorum utrumque antiquis illis temporibus obtinuit. Quinctilianus lib. V. cap. 7. de teſtimoniis loquens: *Ea*, inquit, *dicuntur, aut per tabulas, aut a præſentibus.* Aſconius in III. in Verrem in illum locum: *Cum qui pecuniam Dioni dederunt, dicerent ſe jam tum audiſſe eos nummos ſumi, ut Verri darentur, cum amici hoſpites patroni Dionis, homines honeſtiſſimi, hæc eadem ſe audiſſe dicerent. Apud antiquos*, inquit Aſconius, *& de auditione teſtimonium dicebatur.* Neutrum tamen fidei faciendæ neceſſarium momentum habet; nam ut omittam quod ille Fabius adſert, veriſſimum eſt quod jura noſtra receperunt, ex reſcriptis Adriani; aliam multo eſſe auctoritatem præſentium teſtium, aliam teſtimoniorum, quæ recitari ſoleut. Itaque ex ejuſdem reſcripto ad Ruſinum proconſulem Macedoniæ, *teſtibus jam creditur, non teſtimoniis.* l. 3. §. idem D. Adrianus: & § Gabinio quoque ff. de teſtibus. Et qui de auditione teſtimonium dicunt, in re, de qua agitur, teſtimonium non dicunt; nam ut Plautus ait in Truculento:

Pluris eſt oculatus unus teſtis, quam auriti decem.

Qui audiunt, audita dicunt; qui vident, plane ſciunt.

Id eſt, quod plane ſciunt; ii, inquam, audita dicunt, neque tamen ut continuo ſit verum quod audierint: ut non incommode Plautus diſcreverit id quod ſcitur, id eſt, quod verum, ab eo quod auditur, quod eſſe falſum plerumque ſolet. In Græcis γνώμαις hæc refertur: Θαλῆς ὁ Μιλήσιος

Μιλησιος ερωτηθεις, ποσον απεχει τα ψευδος τα αληθους. οσον, εφη, οφθαλμοι των ωτων. *Thales Mileſius interrogatus, quantum a veritate diſtaret mendacium; quantum, inquit, oculi ab auribus*. Adeoque ſupra dicto loco Fabius totum illud genus teſtimonii de auditionibus, ab oratoribus elevatum ſcribit: *Non enim*, inquit, *ipſos eſſe teſtes, ſed injuratorum adferre voces.* Et hos teſtes Seneca *ſecundæ notæ* appellat lib. Natural. quæſt. IV. cap. 3. *Itaque*, inquit, *ex his me teſtibus numero ſecundæ notæ, qui vidiſſe quidem ſe negant, ſed audiſſe.* Ego vero cum Fabio nec eos quidem numero teſtium habendos; non ut eorum dictis fidem abrogem, ſed ut iis quaſi argumentis, & judiciis, fidem pro ſua religione judex habeat; ut ſit talis probatio inter argumenta referenda, magis quam inter teſtimonia. Multo autem certior fides teſtium qui viderunt, & qui ſciunt, quam argumentorum aut judiciorum; illa enim probatio neceſſaria, illa ut plurimum probabilis.

Cap. 15. *Quid exſpectas quam mox*) In teſtimoniis dignitas, fides, mores, gravitas examinanda eſt: l. 2. ff. de teſtibus. Item in teſte & vitæ qualitas ſpectari debet, & dignitas. Paulus receptar. ſententiarum 5. cap. 15.

Locupletes) In teſte etiam inſpicitur an locuples vel egens ſit, ut lucri cauſa quid facile admittat: l. 3. ff. de teſtibus.

Utrum potius Chæreæ] Atqui neque Chæreæ creditur in ea re, quam Roſcius non probabit, & ſi eo nomine condemnabitur Roſcius, quod probatione deficiet. Et jurati teſtes dici vix poſſunt Manilius, & Ocrea, qui de re teſtimonium non perhibent, ſed id tantum audiviſſe ſe a Marco Cluvio.

Quod ſi faciat) Supra in Roſciana de parricidio, memini me adnotaſſe, valere argumentum de teſte ad judicem, ex l. 1. Cod. Theod. ne quis in ſua cauſa judicet: quod argumentum ex converſo torquet; nam illic ſancitur neminem judicem ſibi eſſe oportere, quia nec teſtis poſſit; hic ex converſo infertur poſſe eſſe teſtem Cluvium, in qua cauſa judex ſederit.

Quem ego ſi ferrem judicem) Supra quoque adſcripſi facillimam fuiſſe rejectionem judicum datorum a prætore, qui & inter alia ſolebat a litigatoribus poſcere: *Si alium proeas, inque quem procas.* Adeo neminem judicem dabat, niſi qui inter partes conveniſſet. Hoc igitur Cicero: Si prætor aditus Cluvium judicem hujus controverſiæ nobis dediſſet, egoque eum judicem ferrem, id eſt, non rejicerem, Fannius Chærea rejicere, aut refugere non poſſet, quem ſemel judicem elegiſſet.

Cap. 16. *Quis enim deprecatione deorum*) Per deprecationem intelligi opinor imprecationes, diras, quæ Græcis αραι dicuntur; quas in caput ſuum invocat, quiſquis jurat, ut in forma jurandi Iovem lapidem: *Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalva urbe & arce eliminet, ut ego hunc lapidem projicio.* Non igitur tam metuunt deprecationem exilii, quod in ſe evocarunt, qui jusjurandum colunt, quam fide & conſcientia retinentur; quæ eadem ratio officii retinebat bonos, ne mendacium dicant, propter conſcientiam. Eadem igitur ratio officii in bonis cautio erit mendacii & perjurii, cujus officii neglectus ingenerabit in pravis & perditis hominibus æque contemptum religionis & fidei, id eſt perjurii & mendacii. Paria ergo quadamtenus mendacium & perjurium, de eodem fonte erumpentia, & de eadem cauſa naſcentia, verbo utraque concepta, & propter eumdem finem, ut plurimum, uſurpata: a quo cavebit, quiſquis ſerio diſciplinam colet. Qua de re præcepit elegantiſſime, ut omnia, Clemens Alexandrinus lib. VII. Stromatum, & ad manum eſt Græca γνωμη.

> ψευδεσθαι προχειροτατον τοις πολλακις αμαρτανουσι,
>
> *Mentiri facile eſt iis, qui ſæpe turpiter faciunt.*

Pactione verborum] Videtur reſpexiſſe ad legem Decemviralem, cujus mentio eſt in ad Herennium: *Rem ubi pagunt, oratione pagunt.* Nam *pactio* a *pago* eſt, ut Priſcianus docet. Pactionem autem verborum, ſolemnem formulam intelligit deprecationis, cui ſe adſtringit, qui ex animi ſui ſententia jurat.

Seſtertium milliès) Id eſt, millies centena millia ſeſtertium nummum, id eſt, centum milliones ſeſtertium; ſumma ingens, & quæ impoſſibili comparatur, l. 4. §. 1. ff. de ſtatu liber.

Digitized by Google

ibert quæ tamen in ditiſſimorum hominum patrimonio fuiſſe potuit, ut conjici datur e Martialis epigram. in Africanum:

Habet Africanus millies, tamen captat,
Fortuna multis dat nimis, ſatis nulli.

Sed eum babuiſſe oportet quantum milvi volant. Millies autem æſtimatur a Budæo, vicies quinquies centena millia aureorum noſtratium: id eſt, duo milliones, & dimidiatus millio aureorum.

Cap. 17. *Si univerſæ prædæ particeps*) Ao ſi vel dimidiam totius ſummæ, id eſt, quingenties, aſportaturus fuerit ea conditione ut perjurium dicat; ao magis ἀκύρως & improprie particeps dicitur, ut vel totum millies ſit lucratus.

Cur tam ſero) Allegabatur a parte Roſcii, decidiſſe Faonium cum Flavio in certam ſummam, in diem duabus penſionibus exſolvendam, ut primæ penſionis dies ceſſiſſet, & revera ſua die perſoluta eſſet pars illius pecuniæ.

Hoc cum ſentit Saturius) Ex hoc loco jam ante præſumſeram, quod quam ſummam certi condictione Fannius repetit a Roſcio, ſocietati eum, non ſibi condixiſſe, ut eius in commune collatæ partem ferret. Sic igitur expenſam in adverſariis habere ſe dicebat, ut ſocietati ea deberi cootenderet.

Quæro enim potuerit) Potuiſſe videtur Roſcius partem ſuam petere, qui potuit ſolidum, argumento l. ſi Titius: 62. ff. pro ſocio: l. nam & ſi fur. 13. §. ult. ff. de rebus credit. Si tamen Roſcius a Flavio quidquam abſtulerit, oil abſtulerit Fannius, fortaſſe quia nec potuit. Finge enim Flavium deſiiſſe eſſe ſolvendo; nihil captioois eſt, nec indignitatis, reſpondere redigendum in commune quidquid Roſcius exegerit: l. verum. 63. §. ſi cum tres: ff. pro ſocio. Sane ſi CCC. puta ſeſtertia, Roſcius exegerit, & in parem ſummam CCC. ſeſtertium Fannius tranſegerit, ſine controverſia & Roſcio ſua ſumma manet, & Fanoio ſua actio ſalva eſt, ut in alterius parte alteri jus nullum ſit, d. l. ſi Titius. Quod ſi alteruter plus exegerit, quod plus babet communicabit; quia lucri omnis, & damni partes æquales eſſe convenerit.

Nam quod ſibi petitur) Diverſa ioter ſe facit, per ſe petere, & petere ſocietati: quomodo qui petit ſocietati, non ſibi petit, neque ſibi ſoli exigit; quæ ſententia eſt hujus periodi. *an ita eſt* &c. Sic quod ſibi quis petit, ſibi petit, & ſibi exigit; petere enim cum effectu eſt intelligendum, ut id demum dicatur poſſe peti pro parte, quod poteſt pro parte exigi.

Gap. 18. *Quid intereſt inter eum qui*) Quod dicitur, multum intereſſe, per ſe quis petat, ao communi oomine, ſic accipiendum hoc loco. Per ſe petit, qui ſuo nomine litem conteſtatur: Communi nomine, qui & ſuo nomine petit, & pro parte ſocii cognitor ſit: qua parte cognitor ſit ſocius, & judicio vincit, ſocio acquirit. Alioqui, id eſt, ſi cognitor noo ſit, ſibi petit; ſibi autem petens, ſibi exigit. Quod ſi, qui cogoitor non eſt, alteri quoque exigit, fruſtra Roſcius Fanoium fecerit cognitorem in lite damni injuria: fecit autem neceſſario cognitorem, ut ad eum quoque de eveotu litis perveniret ex æquo, quod Fannio fuiſſet adjudicatum. Nec igitur quod Roſcius per ſe exegit, in qua re cognitor non eſt factus Fannii, communicare id Roſcius debet.

Simillima enim, & maxime gemina) Id eſt quod intellexit Ulpianus in l. verum, ff. pro ſocio. Inter ſocios verti jus fraternitatis, quod & coonſortium dicitur: l. cum duobus: 52. ff pro ſocio. Cooſortium autem voluntarium, id eſt, ſocietas ex contractu: nam cooſortium inter fratres ſimpliciter, communionem rerum ſignificat hereditariarum. Certe, ut idem Cicero ſuperiori Oratione dixit, *intimi in ſocios eligi ſolent*: propterea, ut dixi, jus inter eos eſt quodammodo fraternitatis, etiam ſi oon omnium bonorum ſocii ſint. Et quod Timarchides quidam ad Apronium ſcripſerat, *volo mihi fraterculo tuo credas*; iſtud *fraterculo* ſic exponit Cicero act. V. in Verrem, ſubjungens: *conſorti quidem in lucris atque furtis, gemino & ſimillimo nequitia, improbitate, audacia.* Et in Satyris Arbitri: *Sic dividere cum fratre nolite.* Fratrem intelligite ſocium: contraxerant enim ſocietatem Aſcyltos, & quis fuit alter,

ter, prope talem qualis deſcribitur in l. duo 71. ff. pro ſocio: ut Grammaticam docerent, & quod ex eo artificio quæſtus feciſſent, id commune eſſet. Quod quamquam verum ſit, ſocietatem eſſe maxime geminam hereditati, non tamen per omnia verum eſt; certe eſt hæc in parte falſum. Nam ſocius ſolidum quidem petit, ut ſupra eſt probatum; heres vero parte ſua plus petens ſubjacet periculo plus petendi, & cauſam perdit. Paulus lib. I. ſentent. tit. 14. *Si hereditas, vel quid aliud petatur. Intereſt enim plurimum, in communionem rerum inciderimus, an coiverimus ſocietatem; coheredes & legatarios caſus & fortuna conjungit, ſocios facit conſenſus.* In communione rerum ſpectatur dominium & proprietas communium rerum; quarum diviſio ſi quando poſtuletur, expeditur res ea per arbitrum, communi dividundo judicio. Sed etſi ſociorum res communes eſſe dicantur, earum rerum diviſio communi quoque dividundo actione celebratur; at præſtationes perſonales, quæ in actione conſiſtunt, per quam ſocium alterum alteri dare facere oportere contenditur, communi dividundo judicio petuntur; veluti ſi quid ſocius in ſocietatem impenderit, vel ſi dolum, latam, vel etiam levem culpam in ſocietatem admiſerit. Ergo inter eos, qui communem rem habent ex ſocietate, veniunt nomina: l. ſi actum: 43. ff. pro ſocio. Imo inter coheredes nomina ipſo jure diviſa ſunt: at inter ſocios contra eſt; nam ſocietate inita communicantur & nomina, & ſiqua alia natura diviſa ſunt: l. 3. & d. l. ſi actum: ff. pro ſocio. l. 1. ff. communi dividundo: quæ res facit ut coheres partem tantum ſuam petere poſſit ejus rei, quæ eſt communis, quatenus individua eſt. Si vero natura diviſa eſt, ut ſunt nummi, pro parte ſua ſolam petere poſſit; ſunt enim ipſo jure diviſi, & natura, neque opus habent ut dividantur officio arbitri. Contra ſocius ſic partis eſt dominus earum rerum, quæ ſunt in ſocietate, ut in qualibet parte totius eius dominium intelligatur: veluti: ſint centum aurei communes duorum ſociorum, non eſt primus dominus quinquaginta, & ſecundus ceterorum quinquaginta, ſed quam primus, tam ſecundus in unoquoque nummorum centum illorum partem habet: l. nam etſi fur. §. ult. ff. de rebus creditis. Nam, ut dixi, contrahenda ſocietate communicantur omnia, etiam nomina: itaque & ab altero ex ſociis conſtitutum eſt ut ſolidum petatur, d. l. idem eſt: & l. ſi unus: ff. de pactis: l. ſi rem. §. 1. ff. de novation. & delegat. quia quatenus alter ex ſociis conſulit ſocietati, & ſibi, & ſocio providet. Quod jus poſſit videri inductum conſuetudine & moribus populi Romani, ex eo quod ex contrario ſcribit idem Cicero ad Herennium II. conſuetudine jus eſſe, ut quod argentarius debeat, a ſocio ejus petatur; eadem ſcilicet ratione, qua ſocius ſolidum petit.

PAVL.

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN M. T. CICERONIS ORATIONEM I.

CAPVT I.

QVæ res in civitate duæ plurimum poſſunt, eæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, ſumma gratia, & eloquentia) Vbi de re aliqua in judicio contenditur, magni refert, quibus initiis ad cauſſam ingrediatur, quaque primum opinione judicum animos imbuat orator; nam cum victoriæ ſpes duabus maxime rebus nitatur, innocentia rei, & eloquentia patroni; innocentia ſi obruitur gratia, patronus accuſatoris ingenio, & eloquentia ſi vincitur: his incommodis ita occurrere, ne cauſæ noceant, non minimæ artis eſt, nocere autem poſſe non videntur, ſi ſtatim patefiant, & adverſarii gratiæ, accuſatoris eloquentiæ, judicis æquitas & ſapientia opponatur. Hoc artificio nunc utitur Cicero; Nævii vim & gratiam contra Quintii ſolitudinem, atque inopiam, in invidiam adducit: dicendi facultatem ſibi adimit, Hortenſio ſummam tribuit: in una veritate, in Aquilii judicis prudentia, fide, conſtantia ſpem reponit.

Quæ res in civitate duæ) *In civitate*, dixit, cum judicia ſignificet: ſed, *In civitate*, maluit, ne de judiciorum fama detrahere videretur. Poterat autem hoc modo: Quæ duæ res in civitate plurimum poſſunt; ſed, interpoſito verbo, *civitate*, hoc modo, *Quæ res in civitate duæ plurimum poſſunt*) Quaſi curſum orationis, & numeri iucunditatem quæſivit. *Eæ*, indicantis eſt: quod aliquam vim affert: & ideo ſæpe Cicero ita loquitur, non requirente ſententia, infra: *Quod mihi conſuevit in ceteris cauſis eſſe adjumento, id quoque in hac cauſa deficit*.

Contra nos) Contra reum; nam rei perſonam ſuſcipit patronus.

Ambæ faciunt) Ambæ nobis adverſantur, uſitatus ſermo: ut contra: *Mecum facit*, pro *Mecum ſtatit*, infra: *Cum veritas cum hoc faciat, plus hujus inopia poſſit ad miſericordiam, quam illius opes ad crudelitatem*. Sic, *Facere ab aliquo*, de Invent. *Hoc nihil magis ab adverſariis, quam a nobis, facit*.

In hoc tempore) Addita particula *In*, non tam tempus, quam partem temporis deſignat: ut ſi dicat, in ejuſmodi tempore, in hac cauſa.

C. Aquili) Appellatio judicis orationis initio, ſignum quoddam obſervantiæ videtur eſſe, & ad benevolentiam conciliandam aliquid valet. Iudices a prætore dati *Recuperatores* vocabantur, ideo quia jus ſuum per eos unuſquiſque recuperabat: ii fuerunt hac in cauſa quatuor, C. Aquilius Gallus, qui primum locum obtinet, L. Lucilius, P. Quintilius, M. Marcellus. Nam in privatis cauſis prætor ipſe non judicabat, ſed jus dicebat, id eſt judicem, juriſque formulam dabat, vel iis conſcriptam verbis, quibus contrahentes inter ſe uſi eſſent, vel aliis, pro rei, quæ ageretur, natura, poteſtate judicis anguſtis finibus incluſa, ſic, ut a præſcripto ne latum quidem unguem diſcederet, & de facto tantum cognoſceret. Iudicia tamen quædam erant, in quibus arbitrio judicis cauſa committebatur; ut in judicio fiduciæ, rei uxo-

uxoriæ, emtionis, venditionis, locationis, conductionis, tutelarum, ſocietatum, addente prætore in formula fiduciæ: *Vt inter bonos bene agier oportet, & ſine fraudatione*: rei uxoriæ, *Quod æquius melius*: in aliis, *Ex fide bona*. Quibus verbis, æquitatem potiſſimum judici ſpectandam, non de ſolo facto cognoſcendum eſſe, ſignificabatur; propterea modo judicia, modo arbitria, cum tamen eadem ſint, vocantur: quia formula ſtricte non præſcribit, ut in reliquis judiciis, ſed arbitrio judicis rem permittit. Hujus generis formulam in cauſa Quintii Aquilius a Dolabella prætore non habuit, ſed illam ſtricti juris, quæ jubebat Quintium cum Nævio ſponſionem facere, *ſi bona ſua ex edicto Burrieni prætoris dies XXX. poſſeſſa eſſent.* Eſt autem hic Aquilius, ille, qui formulas de dolo malo compoſuit, juris prudentia clarus, cui Ser. Sulpicius operam dedit; ſic enim de eo ſcriptum eſt in Bruto: *Cum dicendi cauſa duobus peritiſſimis operam dediſſet, L. Lucilio Balbo, & C. Aquilio Gallo: Galli, hominis acuti, & exercitati, promtum in agendo, & in reſpondendo celeritatem ſubtilitate, diligentiaque ſuperavit.* Collega Ciceronis in prætura fuit: ut lib. II. Off. & pro Cluentio. Senatorem & ipſum, & qui illi in conſilio aderant, fuiſſe, conſtat ex eo, quod hoc tempore Sulla dominabatur, is autem equitibus Romanis, quia Marianis in partibus fuiſſent, infenſus, privavit eos judicandi jure, cum per annos XL. lege C. Gracchi, pari cum ſenatoribus numero, ut ait Plutarchus, id eſt trecenti, judicaſſent, & ad ſenatorium ordinem, excluſis equitibus, judicia tranſtulit, judicaruntque ſoli ſenatores lege Sullæ per annos decem, uſque ad Pompeium, & Craſſum conſules, quo anno L. Aurelius Cotta prætor, offenſus judiciorum infamia, flagitante populo Romano, legem tulit, ut tres ſimul ordines, ſenatores, equites, tribuni ærarii judicarent. Quod ſi ſenator Aquilius, ſequitur, ut lectus in ſenatum ſit nondum quæſtorius a Philippo, & Perperna cenſ. quinquennio ante, quam hac in cauſa judex fuerit: cum quæſturam geſſerit anno ſequenti, Cinna IV. Carbone II. coſs. ut infra licet conjicere, in eo loco: *Niſi a quæſtoribus quæſiſſet*. Hæc autem ideo dicenda putavimus, quia Plinius hunc Aquilium vocat equitem Romanum: cum ſignificet, ut opinor, hominem equeſtri loco natum: ut quaſi molli brachio inſolentiam ejus objurgaret, qui magnificas ædes, patre natus equite Romano poſſideret. Quid Cicero ipſe, dicet aliquis, utrum eques, an ſenator, cum Quintium defendit? Eques omnino, nondum enim erat ætate ſenatoria, natus, ut jam dictum eſt, annos XXVI. ut omittam, quod ſenatus ante quadriennium lectus erat, cenſoribus Philippo, & Perperna: de ætate vero ſenatoria ſuo loco dicetur.

Impediat) Deterreat; nam priore loco Cicero dicturus erat, quod infra queritur; poſteriore Hortenſius.

Nonnihil commoveor) Timet a Nævio potius, quam ab Hortenſio; nam de Hortenſio, *Nonnihil*, inquit, *commoveor*; de Nævio: *Non mediocriter pertimeſco*.

Gratia Sex. Nævii) Cujus advocati tunc aderant homines nobiliſſimi, ac potentiſſimi, præſertim L. Philippus conſularis, & cenſorius.

Id vero) Quod ad ſententiam attinet, hoc abundat: ſed profecto non abundat, quod auget, aut ornat.

Saltem mediocria) Minora tantum ſi eſſent, minus querendum videretur: ſed ita minora ſunt in nobis, ut ne mediocria quidem ſint, noſtram igitur infirmitatem tua, C. Aquili, ſublevet æquitas & ſapientia.

Qui neque uſu ſatis, & ingenio parum poſſum) Solet interdum neganti copulæ affirmantem ſubjungere, ut ad Plancum: *Furnium noſtrum tanti a te fieri, quantum ipſius humanitas & dignitas poſtulat, nec miror, & gaudeo*.

Neque uſu ſatis) Et modeſte loquitur, & vere, non enim uſu ſatis valere poterat, cum ad cauſas adire cœpiſſet anno tantum ſuperiore, judiciis auctore Sulla conſtitutis, eo ipſo anno Marii partibus ad internecionem deletis.

Ingenio parum poſſum) Hoc quidem modeſte potius, quam vere; nam, quantum omnibus antecelluerit ingenio, ſcripta illius indicio ſunt.

Cum patrono diſertiſſimo comparer) Verſatus erat Hortenſius in foro ſumma

ma cum laude ante annos duodecim : de quo teſtimonium illud exſtat in extremo lib. III. de Or. *Vellem , ut meus gener , ſodalis tuus , Hortenſius adfuiſſet : quem quidem ego confido omnibus iſtis laudibus , quas tu oratione complexus es , excellentem fore .* Et Craſſus: *Fore dicis , inquit ? ego vero eſſe jam judico , & tum judicavi , cum me conſule cauſam in ſenatu defendit Africæ .* Et in Bruto : *Q. Hortenſii admodum adoleſcentis ingenium , ut Phidiæ ſignum , ſimul adſpectum , & probatum eſt .* Is L. Craſſo Q. Scævola coss. primum in foro dixit , & apud hos ipſos quidem conſules , & cum eorum , qui adſuerunt , tum ipſorum conſulum , qui omnes intelligentia anteibant , judicio diſceſſit probatus , unde viginti annos natus erat eo tempore : eſt autem L. Paullo , C. Marcello coss. mortuus.

Aliquoties apud te egit) Qui hanc cauſam , Aquili , aliquoties apud te egit , aliquoties igitur ampliata eſt : & Iunio , in legationem profecto, ſtatim Cicero ſucceſſit.

In aliis cauſis exercitatus) Cum ego non ſatis uſu valeam .

In hac multum , & ſæpe verſatus) In qua non verſatus ego ſum ; & , ut eam poſſim cognoſcere , tot præſertim controverſiis implicatam , temporis vix habui ſatis .

Multum & ſæpe) Horum alterum ad temporis diuturnitatem , ex quo agi cauſa cœpta eſt , alterum ad cauſam ſæpe actam refertur .

Nova legatione) Profectus in Provinciam cum aliquo proconſule , rectores enim provinciarum quæſtoribus, legatis , tribunis militum , præfectis , & aliis utebantur : quæ *Cohors prætoria* vocabatur .

Ut ſumma haberem cetera) Quæ ſibi ſumma non eſſe , dixit in eo : *Qui neque uſu ſatis , & ingenio parum poſſum .*

Tot controverſiis implicatam) Sic , ut eam nec Aquilius ipſe , ſcientia juris civilis excellens , aliquoties auditam a Iunio , explicare , & perfecte cognoſcere potuerit .

Id quoque) Non modo uſus , & ingenium .

Subſidio mihi diligentiam comparavi) Infirmitatem ingenii ſublevare diligentia ſoleo .

Intelligi non poteſt) Diligentiam nemo patronus oſtenderit , niſi tempus & ſpatium habuerit cauſſæ cognoſcendæ .

Hos , qui tibi in conſilio adſunt) L. Lucullum , P. Quintilium , M. Marcellum , recuperatores ſimul cum judice Aquilio a prætore datos , qui nominantur infra ; nam prætor ipſe privatis in cauſis non judicabat , ſed judices , & , quam ſequerentur , juris formulam , dabat .

Multis incommodis) Propter opes Nævii .

Veritas) Ut ſæpe verum uſurpatur pro æquo ; unde illud infra : *Continuo ne verum fuit poſtulare , ut ex edicto bona poſſidere liceret .* Sic *veritas* pro æquitate , infra : *Cum tot , tantiſque difficultatibus affectus , atque afflictus , in tuam , C. Aquili , fidem , veritatem , miſericordiam P. Quintius confugerit .* In Verr. act. I. *Sin iſtius ingentes divitiæ judiciorum religionem , veritatemque perfregerint .*

Tandem) Poſt biennium , a Scipione , & Norbano cos.

Tu judex) Quatuor ſententiam laturi erant : ſed illi recuperatores potius , quam judices ; unus autem , qui judicio præerat , Aquilius dignitatis gratia judex appellatur .

Fuiſſe videbere) Mollius , quam ſi dixiſſet , *fueris* : ne judicis animum lædat .

Contra vim) Contra potentiam , quidquid enim in judicio plus , quam veritas , & religio valet , vis eſt , infra : *Cum adhuc ei propter vim adverſariorum non jus par , non agendi poteſtas eadem , non magiſtratus æquus reperiri potuerit .* In Verrem lib. V. *Si qua vis iſtum de veſtra ſeveritate eripuerit .*

Solitudini) Quæ opponitur gratiæ .

Inopiæ) Cum Nævius contra , opibus plurimum valeat .

Apud hoc conſilium) Emphaſis eſt in *hoc* ; judicum enim probitas & ſapientia declaratur .

Profecto nihil eſt jam ſanctum , atque ſincerum in civitate) Aut in vobis ſanctitas , & integritas eſt , aut in civitate non eſt .

Humilitatem cujuſquam) Statum & fortunam indicat Quintii , cum de quovis homine loqui videatur : ut in eo , quod ſequitur , *gravitas , & virtus* , ex communi ſententia propriam

 Aqui-

Aquilii, & eorum, qui illi io conſilio aderant, laudem quærit.

CAPVT II.

NOn eo dico, C. Aquili] Correctio ſuperiorum; nam ſi ei, qui cauſam agit, venire in dubium ſuam fidem & conſtantiam intelligit, offenditur.

Quid ergo eſt?] Modus loquendi, pro, cur igitur ita ſe res habet? quamquam non ad hanc plane ſententiam exempla referuntur omnia.

Dr fortunis omnibus] De tota incolumitate; amiſſa enim exiſtimatione, quæ agitur in hoc judicio, quid ei reliquum erit?

Decernit) Cum Nævio contendit, periclitatur.

Propterea quod omnes] Ne proprium eſſe Quintii vitium videatur, quod non minus de poteſtate Aquilii, quam de æquitate cogitet, communicat eum timorem ut ooo naturalem cum omnibus hominibus.

Homines diſertiſſimos) L. Philippum, & Q. Hortenſium, de quibus infra. Philippum inter oratores poſt Craſſum, & Antonium Cicero numerat in Bruto, ut illis proximum, ſed loogo tamen intervallo proximum.

Fortiſſimos] Propter virtutem.

Ornatiſſimos] Propter honores.

Summis opibus) Quantas eſſe neceſſe eſt in hominibus diſertiſſimis, fortiſſimis, ornatiſſimis civitatis.

Quo is facilius, quem velit, iniquo judicio opprimere poſſit) Acerbius, quam ſi dixiſſet, *quo is* Quintium facilius opprimere poſſit; nam, *quem velit*, quaſi dominationem quamdam oſtendit Nævii, cujus in poteſtate ſit, talium præſertim virorum ope, iniquo judicio, quem velit, opprimere.

Aut commemorari] Longior oratio ſignificatur in, *Commemorari*, quam io, *dici*, ſic infra: *Non neceſſe habeo dicere ea, quæ me P. Quintius cupit commemorare.*

Caput, famam, fortunaſque) Amplificat: nam ſupra dixit brevius: *De fortunis omnibus decernit*. Et in extrema oratione exiſtimationem Quintii commendat Aquilio: de capite, & fortunis nihil dicit. Sed quia cum exiſtimatione ſimul agi videntur omnia, ideo modo fortuoas ejus, modo & caput & fortunas, oratorie quidem, vere tamen agi dicit.

Qui hoc judicio partes accuſatoris obtinet] Non dicit, accuſator eſt, ſed accuſatorem agit, qui conatur Quintium opprimere. Supra patronum eum appellavit, hic autem, quo magis Quintio miſericordiam coociliet, partes eum accuſatoris dicit obtinere: ut oſtendat, accuſatorum more dicere eum priore loco debuiſſe, dicet autem ſecundo loco, quod actionem adjuvabit, ejus præſertim, cui ſummam copiam, facultatemque diceodi natura largita eſt. Infra liberius Accuſatorem nominat: *Ita conſtitui id ipſum judicium, ut reus ante quam verbum accuſatoris audiſſet, cauſam dicere cogeretur*. Aliquanto poſt: *Cum majores ita conſtituerint, ut, qui pro capite diceret, is poſteriore loco diceret: nos, inaudita criminatione accuſatorum, priore loco cauſam dicere intelligis: eos porro, qui defendere conſuerunt, vides accuſare.*

Natura largita eſt) Studii, & induſtriæ laude Hortenſium non privat: ſed naturam nominat: quia, ſi quis hac una excellit, non admodum induſtriæ deſiderat adjumenta; nam laborem & ioduſtriam Hortenſius non omiſit, ut illud ipſum bonum, quod acceperat a natura, excoleret, augeretque diligentia, ut Bruto. Quo magis autem Hortenſium laudat, eo clarius indicat, non illum, ſed ſe, cui ſummam copiam, facultatemque dicendi oatura largita oou ſit, ſecundo loco dicere debuiſſe.

Tela depellere) Tamquam defenſor.

Vulneribus] Ab accuſatore illatis. *Tela*, pro argumeotis uſurpat, *Vulnera*, pro damno, quod cauſæ argumentis infertur, & eſt præclara tranſlatio ab initio ſententiæ ad extremum perducta.

Poteſtas adempta nobis erit] Cum enim poſt me dixerit Hortenſius, mihi reſpondendi poteſtas non erit: quæ deberet eſſe tamquam pro reo diceoti: cum Hortenſius partes accuſatoris obtineat.

Id quod parati ſunt facere) Tacite monet judicem, ne, quæ dicturus eſt Hortenſius, vera putet; quoniam quidem ipſe ea refellere non poterit, adempta reſpondendi facultate.

Medi-

Medicinæ faciendæ) Ne venenatum telum obeſſe innocentiæ poſſit.

Prætoris) Cn. Cornelii Dolabellæ, prætoris urbani, qui, propoſito annuo edicto, jus dicebat inter cives in privatis cauſis, id eſt judicem, jurisque formulam dabat: ipſe vero non judicabat; eodem modo prætor peregrinus jus dicebat inter cives & peregrinos, non iudicabat. De toto prætorum numero quod affirmem, certi nihil habeo; modo enim decem, modo octo videntur fuiſſe: decem lege Sullæ creari cœptos eſſe, cum ſex antea fuiſſent, quæſtioneſque perpetuas, & ordinarias tunc primum inſtitutas eſſe, legitur apud Pomponium de orig. iur. Ejus opinionem confirmare videtur Cicero in Cluentiana, ubi, ſex prætoribus nominatis, qui publicas quæſtiones exercerent, ſubjunxit: *Quid reliquæ quæſtiones?* duos præterea ſignificans: quorum unum fuiſſe P. Caſſium, qui de majeſtate prætore Cicerone quæſivit, Pedianus docet, quod ſi quæſitores octo ſunt, duobus additis, urbano, & peregrino, quorum non quæſtio, ſed iuris dictio erat; decem fuiſſe, cogimur credere. Quid de octo? ulla ne ratione comprobantur? utar ipſo teſte Cicerone: ejus verba, quid ſentire nos oporteat, oſtendent: judicium quidem, quod ad me attinet, aliis permitto. Is igitur ſic in Piſonem: *De me cum omnes magiſtratus promulgaſſent, præter unum prætorem, a quo non fuit poſtulandum, fratrem inimici mei, præterque duos, de lapide emtos, tribunos pl. legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus conſul.* Non obſcure loquitur de cunctis prætoribus, uno excepto Appio, P. Clodii fratre, horum numerus qui fuit? de decem ratio dicta jam eſt: de octo quis dubitare poſſit, cum in orat. poſt red. in ſen. ſeptem videat, omiſſo Appio, nominari? L. Cæcilium, M. Calidium, C. Septimium, Q. Valerium, P. Craſſum, Sex. Quintilium, C. Cornutum, ſingulis enim prætoribus, ut ſingulis tribunis pl. gratias agit: & tribunos octo, prætores ſeptem appellat: cum in orat. in Piſonem ex omni magiſtratuum numero, de ſua ſalute promulgantium, duos tantum tribunos, unum prætorem excepiſſet. Hæc patere arbitror: ſed quanto illud illuſtrius in ea pro Milone? *Septem prætores, octo tribuni pl. illius adverſarii, defenſores mei.* Nec de mendo ſuſpicari licet, cum in verbo, *ſeptem*, veteres libri conſentiant omnes. Sero autem prætor, qui jus diceret inter cives, nec niſi anno urbis cccxc creatus eſt: quia juris dictio, cum finitima bella minus urgerent, conſulum erat; avocatis ad bella conſulibus, novo magiſtratui, qui prætor, quia iuri præeſſet, dictus eſt, urbana juris dictio mandata. Aliquanto poſt, peregrinis in urbem confluentibus, alter prætor, qui jus diceret inter cives & peregrinos, factus eſt. Poſtea cum opibus aucta vitia ſunt: itaque prætores, qui de criminibus quærerent, adiecti; qui ſive decem, ſive octo cuncti fuerint, geſto in urbe magiſtratu, in provincias ibant: quæ, a prætoriis adminiſtratæ, prætoriæ vocabantur; a conſularibus, conſulares; non enim aut prætoria, aut conſularis eadem ſemper fuit, ut exemplo Macedoniæ, aliarumque cognovimus. Lictoribus, & viatoribus utebantur, quia non modo poteſtatem, ut tribuni pl. verum etiam imperium, ut conſules, habebant. quamquam prætoribus bini tantum lictores; conſulibus, duodeni cum faſcibus præibant: ut prætoris imperium conſulis imperio concedere videretur, in provinciis tamen non binos, ſed ſenos lictores habebant: credo, quia non, ut in urbe, plures, ſed unus tantum cum imperio erat: vel ut diſtinguerentur a ſenatoribus, cum binis lictoribus liberas legationes obeuntibus: qui cum in provincias prætorias irent privati negotii cauſa, pares prætoribus fuiſſe viderentur: vel etiam quia provincialibus major imperii ſpecies majeſtatem augebat populi Romani.

Iniquitate, & injuria) *Iniquitate*: Quia contra conſuetudinem omnium decrevit; *Injuria*, in Quintium, quod utrumque ſtatim oſtenditur, oritur autem ex iniquitate injuria. Mirari hic aliquis poſſit, tam libere loqui Ciceronem, & hic, & infra, contra præturem Dolabellam. Quid ageret? ita cauſa poſtulabat: cui niſi ſerviret, officio, fideique deeſſet. Quis autem hoc miretur, ſi prætori non parcit, cum idem anno ſequenti in

cauſa publica contra gratioſiſſimum ac potentiſſimum Sullæ libertum Chryſogonum liberius multo, quam ratio temporum ferre videbatur, accuſare non dubitaverit? fuit hoc vel hominis ingenium, vel gloriæ ſtudium, in ea præſertim ætate, quæ, dum laudem aſſequatur, magnopere nihil metuit.

De probro) Id enim agitur in hoc judicio, poſſeſſa ne ſint ex edicto Burrieni prætoris bona P. Quintii, id eſt, deſertum ne ſit a Quintio vadimonium: quod probroſum eſt.

De re) De pecunia, quam ſibi Nævius a Quintio deberi dicebat, de qua judicem prætor dare debuit, cum ea formula, quæ dari ſolet iis, qui pecuniam a ſocio petunt.

Reus) Reus dicitur is, unde petitur.

Accuſatoris) Hortenſii: quem ſupra dixit partes accuſatoris obtinere. quia re vera accuſator non eſt, ſed eſſe videtur, cum agit adverſus Quintium, cujus caput, fama, fortunæque in diſcrimen adducuntur.

Eorum gratia, & potentia) Quos paullo ante diſertiſſimos homines, fortiſſimos, ornatiſſimos appellavit.

Cupiditati) Bonam enim cauſam Nævius non habet, ſed gratia fretus cupiditate movetur, ut iniquo judicio adimat Quintio cum fortunis omnibus exiſtimationem, & honeſtatem.

Morem gerunt) Obtemperare cupiditati, ſupra dixit.

In ejuſmodi rebus) Contra innocentiam, virtutis ac nobilitatis præſidio vel ſublevandam, vel certe non oppugnandam.

Affectus, atque afflictus) Leporem in ſimilitudine nominum quæſivit.

Veritatem) Iuſtitiam, ut ſupra.

Miſericordiam) Hoc ad illud pertinet: *Tot, tantiſque difficultatibus affectus, atque afflictus*: & ad ea, quæ ſunt infra, de Quintii miſerrimo ſtatu.

Vim adverſariorum) Potentiam. Vis enim id ſignificat, ut ſupra diximus.

Non jus par) Non æqua conditio: cum omnia Quintio propter Nævii vim, & gratiam infeſta, atque inimica fuerint. C. Antonius, qui poſtea conſulatum cum Cicerone geſſit, appellavit tribunos pl. quod æquo jure ſe uti non poſſe diceret. Aſconius, Cicero, Quintus fr. de Pet. conſ.

Non magiſtratus æquus) Poteſt loqui de pluribus magiſtratibus, cum dixerit infra: *Cui neque magiſtratus adhuc æquus inventus eſt.* Et in extrema oratione: *Ab omni magiſtratu agitatus, atque perterritus, quem præter te appellet, habet neminem.* Quod ſi de pluribus, de Burrieno prætore primum, a quo poſtulaverat, impetraveratque Nævius, ut ex edicto bona P. Quintii, quandoquidem a quo deſertum eſſe vadimonium diceret, poſſidere liceret: deinde de tribunis pl. quos cum appellaſſet Quintii procurator Alphenus, ut certum auxilium afferrent, ita tamen diſceſſum erat, ut idibus Sept. P. Quintium ſiſti Sex. Alphenus promitteret: poſtremo de Dolabella prætore, qui judicium de probro prius, quam de re, fieri maluerit. Sin hoc dictum velimus oratorium, exaggerandi gratia, unumque modo ſignificari magiſtratum, de Dolabella prætore accipiatur, neceſſe eſt.

Cum vi ſummam per injuriam omnia inimica, atque infeſta fuerint) Partibus enumeratis: *Cum adhuc vi propter vim adverſariorum non jus par, non agendi poteſtas eadem, non magiſtratus æquus reperiri potuerit*: ſequitur concluſio univerſalis: *Cum vi ſummam per injuriam omnia inimica, atque infeſta fuerint*. Quæ vim habent ſingula; nam, *omnia*, nihil prætermittit: Inimica, plus eſt, quam, *contraria*: nec inimica ſolum, verum etiam *infeſta*: multa enim inimica, nec tamen infeſta: *Per ſummam injuriam*: non, per injuriam tantum.

Vt multi, injuriis jactatam, atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco conſiſtere, & confirmari patiamini) Quod ſupra dixit: *Vt multis incommodis veritas debilitata, tandem æquitate talium virorum recreetur*. Et in extrema oratione: *Multis vexatus contumeliis, plurimis jactatus injuriis*.

Conſiſtere) Iactatam.

Confirmari) Vel, *confirmari*, firmiter ſtatui: quod ſequitur, *conſiſtere*, vel, *confirmari*, quæ debilitata ſit: cum ſupra dixerit: *Multis incommodis veritas debilitata*.

CAPVT III.

C. *Quintius fuit*) Vſitatum narrationis initium; ut in Divin.

Agonis

Agonis eſt quædam Lilybetana. Lib. I. in Verrem: *C. Sulpicius Olympii fuit*. Lib. II. *Soſipatre quidam fuit Haliciensis*. Lib. III. *Nympho eſt Centucipinus: Eubulides eſt Geoſphus Centuripinus. Soſitraus eſt Entellians*. Lib. IV. *Ca. Pompeias eſt Philo*. Nec ſolum in orationibus, ſed etiam in epiſtolis: ut ad Acilium lib. XIII. *L. Manlias eſt Soſis*.

Attentus) Qui rem domeſticam curaret egregie; nam, *attentus*, hoc valet interdum: ut pro Roſcio Am. *Hæc attenta vita, & ruſticana*. Terentius in Andr. *Nimirum ad rem in ſenecta attenti ſumus*.

Viro bono) Ironia: quæ ſequentibus verbis aperitur.

Officia certi patrisfamilias) Quæ qui ignorat bonus eſſe non poteſt; ignorat autem Nævius, quod ita inſtitutus eſt: non igitur vir bonus.

Non quo ei deeſſet ingenium) Laudare velle Nævium videtur, & ſtatim vituperat: item ut ſupra, *Viro bono, verumtamen non ita inſtituto, &c.*

Neque parum facetus) Caret hoc ignominia, ſi ſolum ponatur: ſed fit ignominioſum addito verbo *Scurra*: ut quod ſequitur, *Neque inhumanus*, habere laudem videtur, ſed amittit ſequente præconis nomine; nam humanitatem præco, ſi qua utitur, ad ſuum quæſtum totam confert.

Quid ergo eſt) Quid eſt, cur de C. Quintio dixerint, *Vas in eo paullo minus conſideratus, qui ſocietatem cum Sex. Nævio fecerit*. Subjungit cauſam: *Cum ei natura, &c.*

Nihil melius, quam vocem) Id eſt, nihil boni, præter vocem.

Nihil præter libertatem) Miſerrimus ergo Nævius, quod ad rem familiarem attinet.

Vocem in quæſtum contulit) Præconem deſcripſit a voce, & libertate: quarum alteram Nævio natura dedit, alteram pater non dedit, ſed vel, conſumtis reliquis bonis, unam reliquit, quam adimere non potuit; vel ita pauper fuit, ut ei præter libertatem nihil relinquere potuerit: qua difficultate coactus Nævius, vocem in quæſtu contulit. Videtur excuſare Nævium, cum dicit: Cum ei pater nihil, præter libertatem, reliquiſſet: ſed in re turpiſſima locum non habet excuſatio; quid autem turpius, quam vocem vendere? unde infra: *Cujus vox præconio quæſtu proſtitit*.

Libertate uſus eſt) Opinor, hoc dicit: *præconium cœpit exercere*.

Quo impunius dicax eſſet) Quia dicacitas in præcone fertur, atque adeo delectat, in aliis odium excitat. Exſtat exemplum Granii præconis: qui cum ne magiſtratibus quidem parcere ſoleret, id ei tamen impune fuit; unde illa pro Plancio: *Conſul P. Naſica præco Granius medio in foro, cum ille, edicto juſtitio, domum diſcedens rogaſſet Granium, quod triſtis eſſet, an quod auctiones eſſent; Immo vero, inquit, quod legiones. Idem tribuno pl. potentiſſimo homini, M. Druſo, ſed multa in rep. molienti, cum ille eum ſalutaſſet, ut fit, dixiſſetque: Quid agis, Grani? reſpondit: Immo vero tu Druſe quid agis? Ille L. Craſſi, ille M. Antonii voluntatem aſperioribus facetiis ſæpe perſtrinxit impune*.

Quod ſocium tibi eum velles adjungere) Tibi, de quocumque dixit, pro, quod eum ſibi quiſquam ſocium vellet adjungere.

In tua pecunia) Cum ipſe de ſuo nihil ad communem fructum conferre vellet.

Qui pecuniæ fructus eſſet) Ut ex tua, non ut e ſua pecunia fructum caperet.

Comparabantur) Adquirebantur.

Tolliti) Spe lucri, quaſi aliqua vi: ut illud, quod ſequitur, *Trans Alpes uſque transferetur*; quod magnum ac perdifficile fuit in Nævio, in atriis Liciniis ſedere ſolito: ſed omnem itineris moleſtiam, ac difficultatem vicit avaritia.

Ab atriis Liciniis) Locus in urbe, ubi præcones verſabantur, quod aut ibi, aut non longe auctiones fierent; infra: *Suos neceſſarios ab atriis Liciniis, atque a faucibus macelli corrogat*.

In Galliam) Tranſalpinam: quod ut exprimeret, ſubjunxit, *Trans Alpes*.

Sine impendio) Cum ipſe de ſuo nihil impenderet, qui voce tantum ad quæſtum uteretur.

Neſcio quid) Minus videlicet, quam C. Quintius: id autem ex eo, quod præ-

præconio quæſierat ; nam pater ei, præter libertatem, nihil reliquerat.

Nec mirum, ſi is, qui vocem venalem habuerat, ea, quæ voce quæſierat, magni ſibi quæſtui fore putabat) Recte argumentatur ; nam ex una turpitudine ſequitur altera : &, qui pudorem ſemel abjecit, eum deinde, impudentem eſſe, quis miretur ?

Ita diligens erat) Non caret lepore ; nam laudari diligentia ſolet, ſed honeſtis in rebus : at Nævius ita diligens erat in fraudanda ſocietate, quaſi furtum honeſta res eſſet ; qui vero ſocietatem fideliter adminiſtrarent, condemnari ſolerent.

Arbitrium pro ſocio) In judirio, quod pro ſocio conſtituitur ; quod ideo vocatur arbitrium, non quia revera ſit ; ſed quia, cum in ea formula, quam prætor judici dat, additur, *Ex fide bona*, id eſt, ut ex æquo bonoque judicet, arbitrii ſimile videtur. In arbitriis autem, quæ vere arbitria ſuut, non accipitur a prætore formula. Hæc de ſententia : quod attinet ad verba, vix mihi, nihil deſiderari, quiſquam perſuaſerit ; unde enim regitur, quo modo conſiſtit per ſe, *Arbitrium pro ſocio ?* quod ſi legatur, *Ad arbitrium pro ſocio* : fortaſſe, quo lector offendatur, non erit.

Cupit commemorare) Non ſolum ea me cupit dicere, ſed etiam *commemorare*, id eſt, copioſe dicere ; ego autem ne dicam quidem, quia neceſſe non eſt.

Non flagitat) Non vehementer poſtulat.

CAPVT IV.

CVm annos jam complures ſocietas eſſet) Cum narrare videatur, oblique tamen veneficii crimen in Nævium quioque conjicit argumentis : uno, ex diuturnitate ſocietatis, cum ſpatii jam ſatis habuiſſet ad ſevocandum in privatam domum, quidquid de communi potuerat : altero, quod ſe Quintio ſuſpectum eſſe intelligeret, nec jam, ut conſuerat, arbitratu ſuo furari poſſet, ſuſpicione cautionem afferente : tertio, quod rationem earum rerum, quas libidine, non ratione, adminiſtraverat, Nævius reddere ſatis commode non poſſet : quarto, quod obierit Quintius, cum Nævius adeſſet : quinto, quod obierit repentino. Quæ ſi minus ad probandum crimen valent, ſignificatione tamen aliqua non carent ; nec in iis diutius orator immoratur ; ne, quæ ſunt extra cauſam, veræ defenſionis inopia quærere, & aucupari videatur, ſed brevi narratione, quaſi aliud agens, ingenioſe percurrit.

Summus honos) Significatione amoris, qui potiſſimum in morte declaratur. Honoris quoque mentio fit in oratione pro Cæcina, propter uſumfructum bonorum teſtamento legatum : *Moritur*, inquit, *Fulcinius : teſtamento facit heredem quem habebat e Ceſennia filium : uſumfructum omnium bonorum ſuorum Ceſenniæ legat, ut frueretur una cum filio ; magnus honos viri jucundius mulieri fuiſſet, ſi diuturnam eſſe licuiſſet.*

Nec ita multo poſt) *Nec*, pro *non* ; ut *nec opinantem*, pro, non opinantem.

Cum iſto Nævio) Suſpiror abundare, *Nævio*.

Annum fere una ſunt) Vere hoc, oratorie illud infra : *Annum, & eo diutius, poſt mortem C. Quintii fuit in Gallia tecum ſimul P. Quintius*.

De tota illa ratione, atque re Gallicana) Cum dicat, *illa*, ſine dubio nihil extra ſocietatem ſignificat, ſed, quæ ad ſocietatem pertinent, omnia complectitur ; quod ideo dicendum putavi, ne quis eum iis etiam de rebus loqui exiſtimaret, quæ ipſius Quiotii erant privatæ, ut infra.

Privatim) Extra ſocietatem.

Eſſet relictum) Privato C. Quintii nomine, non ſocietatis.

In Gallia) Vt deinde Romæ ſolveret.

Se facturum eſſe) Certa & definita die ; proſcriptio enim & res auctionantis, & diem auctionis nominabat.

Ibi tum) Ad rem ſpectat, *ibi*, non ad locum : quaſi dixerit, in ejuſmodi re, cognito Quintii conſilio : ut in Verrem lib. III. *Quid tu ibi tum, quid facis ?* Et pro Cæcina : *Ibi tum Cæcinam poſtulaſſe*. Et Terentius And. *Ibi tum exanimatus Pamphilus, Bene diſſimulatum amorem, & celatum indicat*.

Deterret) Studioſe diſſuadet, ac dehortatur ; hoc enim verbum ſæpe in bo-

Digitized by Google

in bonam partem accipitur ; ut ad Metellum : *Egi cum Claudia , uxore tua , & cum veſtra ſorore Mucia , ut eum ab illa injuria deterrerent .*

Non ita commode) Non ſine aliquo ſuo damno .

Si ſaperet) Admonentis eſt , non objurgantis , aut non aſpere , non acerbe objurgantis , ſed ita , ut objurgatio ſit amoris index . Lib. III. *Summittebat iſte Timarchidem , qui moneret eos , ſi ſaperent , ut tranſigerent .*

Pro fraterna illa neceſſitudine) Pro illa neceſſitudine , quæ ſibi cum C. Quintio , Publii fratre , fuerat .

P. Scapulæ) Gentili ſuo ; nam Scapula cognomen Quintiæ gentis fuit : quod ex Plinio lib. VII. cap. 53. ex Dione lib. LIII. cognoſcitur .

Per te) Arbitrum .

Propter ærariam rationem) Aliam aliis temporibus ; non enim vel aurea , vel argentea moneta ſemper idem valet ; de qua varietate ſic lib. III. Off. *Cum tribuni pl. collegium prætorum adhibuiſſent , ut res nummaria de communi ſententia conſtitueretur ; jactabatur enim temporibus illis nummus , ſic , ut nemo poſſet ſcire , quid haberet .*

Niſi a quæſtoribus quæſiſſet) Quæſivit igitur Quintius a quæſtore Aquilio ; is autem annus , quo quæſturam geſſit Aquilius , quantum e ſequentibus licet conjicere Carbone II. Cinna IV. coſs. fuit , quadriennio ante , quam hæc dicerentur. Quæſtores dicti a quærenda pecunia publica ; anno enim poſt ejectos reges , ut ait Plutarchus , duo , qui ærarium , in æde Saturni cuſtodiendæ pecuniæ publicæ cauſſa conſtitutum , curarent , a populo creati ; quamquam hunc magiſtratum multo ante , regum ætate fuiſſe , eodem tractandæ publicæ pecuniæ munere , curiatis comitiis creatos , alii tradiderunt . Aucto imperio , ſimul augeri quæſtorum numerum neceſſe fuit ; duo primum additi , mox quatuor : cumque uſque ad Sullæ dictaturam octo fuiſſent , Sullam viginti ſupplendo ſenatui , cui judicia tradiderat , lege lata eſſe juſſiſſe , Tacitus auctor eſt . Eorum alii alia tractabant , ut cuique ſors obvenerat : ærarium , ut diximus , duo , qui quæſtores urbani vocabantur , & pecuniam publicam expenſam & acceptam in tabulas referebant ; addit Livius lib. VII. eoſdem ex ærario ſigna promſiſſe imperatoribus ad bellum exeuntibus . Quæſtoria provincia erat Oſtienſis , id eſt frumenti cura , quod e diverſis regionibus advehebatur : de qua mentio fit in Orat. pro Muræna . Erat ea , quæ lege Titia dabatur : de qua in eadem oratione . Erat Puteolana , mercium peregrinarum cauſa , de qua in Vatinium . Duo præterea conſulibus operam navabant , ut P. Sextius C. Antonio , T. Fadius Ciceroni ; quod ex orationibus pro Sextio , poſt Red. in ſen. intelligitur . Alii cum proconſulibus , & proprætoribus , vel ſinguli , vel bini , in provincias ibant , ut acceptam a ſenatu pecuniam in ſtipendium , frumentum , legatos , proquæſtores , cohortem prætoriam diſtribuerent . Denique diverſis muneribus , non ipſorum arbitrio , non ſenatus decreto , non populi juſſu , ſed ſortis eventu operam dabant . Vocatione eos , & prehenſione caruiſſe , id eſt neque viatorem habuiſſe , neque lictorem , ſed ſervis publicis uſos eſſe , docet Gellius lib. XIII. cap. 12. Poteſtatem autem , ut ædiles , tribunique pl. non imperium , ut conſul , prætor , dictator , habere dicebantur . Iuriſdictionem , & quæſtionem ipſi quoque ſuam habuerunt , ut tribuni pl. triumviri , auctore Pediano : & Plutarchus , cognoviſſe eos de ſcribarum criminibus , memoriæ prodidit in Catone Vticenſi . In provinciis juriſdictionem habuiſſe , oſtendit Cicero in Divin. Cæcilii Verris prætoris exemplo , & Suetonius in Cæſare . Lictoribus etiam , quibus in urbe uti non licuit , extra urbem uſos eſſe , cognovimus lib. II. in Verrem : *Quæſtores* , inquit , *utriuſque provinciæ , qui iſto prætore fuerunt , cum faſcibus mihi præſto fuerunt* . Et pro Plancio : *Simul ac me Dyrrhachium attigiſſe audivit , ſtatim ad me , lictoribus dimiſſis , inſignibus abjectis , veſte mutata , profectus eſt* . Erant & parricidii quæſtores , rerum capitalium præfecti , ſed ab eo , de quo loquimur , genere differebant . Primus gradus honoris quæſtura fuit , tributiſque comitiis , poſtea quam inſtituta ſunt , dabatur : non enim inter majores magiſtratus fuit , qui centuriatis crea-

ban-

bantur, ut prætor, conſul, cenſor: ac ne curulis quidem: patricius tamen, habita ratione primorum temporum, quibus patricii quæſtores fuere; nam poſttemo magiſtratus omnes, interrege excepto, plebejis gentibus communicati.

Decidis) Vt quæſtor, & arbiter.

Quid iis ad denarium ſolveretur) Cum, *ad denarium* dicit, integræ ſummæ ſolutionem ſignificat. Argenteus nummus fuit, argento primum rudi, pro denis æris libris, id eſt pro denis aſſibus, qui ptimo librales fuere; ſignari autem cœptus eſt annis tantum quinque ante primum Punicum bellum, auctore Plinio. Bello Punico ſecundo, exhauſta ſumtibus rep. denarium ſexdecim aſſibus permutari placuit, vetere nomine retenro, quinarium octonis, ſeſtertium quaternis. Septenos in uncia percuſſos eſſe ante imperatorum ætatem, auctot eſt Plinius: ut, quemadmodum in ceteris rebus, item in nummorum pondere Græcos anteirent. Dracbmæ enim Atticæ e Solonis inſtituto centenæ in mina percutiebantur, id eſt quatuor amplius, quam in libra Romana: quia mina non e ſolis duodecim unciis, ut libra, ſed e duodecim, & ſemiſſe, id eſt unciæ dimidio, conſtabat; ita fiebat, ut in diſpari minæ libræque pondere, octonæ drachmæ in uncia minæ, dimidia præterea in ſemiſſe, ferirentur: pari autem pondere, octonæ tantum drachmæ; placuit igitur Romanis, e ſingulis unciis denarios tantum ſeptenos cudere. Nam, quod ubique drachmam pro denario Græca nominat hiſtoria, id cauſæ eſt, vel quia ſimiliorem nummum Græci nullum habeant, vel quia poſt reip. tempora, denarii pondus imminuerit principum avaritia, ſic, ut inter denarium & drachmam nihil intereſſet; quod eo mihi perſuadetur magis, quia non obſcure dixit Plinius lib. XXII. cap. ult. *Drachma Attica denarii argentei habet pondus*. Et lib. XXIII. eap. 9. *Cum alii e pondere ſubtrahunt, cum ſit juſtum* xxcɪv. *e libris ſignari, videtur indicare, ætate ſua non fieri quod juſtum erat, ſed plures* xxcɪv. *e libra ſignari.* Et Plutarchus in Camillo drachmam a denario non diſtinguit. Perſpicue autem Dio, drachmam a denario nihil differre, lib. LV. ſignificat, ubi aureum nummum drachmis XXV. æſtimat. nam eundem nummum centum ſeſtertiis Tacitus lib XVII. æſtimat: & centum ſeſtertiis denarios XXV. confici, nemo neſcit. Fuit & denarius aureus, is opinot, qui nummus aureus vocatus eſt, eo pondere, ut argenteis XXV. permutaretur; quod proxime teſtium locupletum copia probavimus; nam Plinii verba ſunt obſcuriora, quam ut ſententia cerni, cognoſcique poſſit.

CAPVT V.

A *Nauiſſet*) Non modo poſtulaſſet.

Poſſe) Quia locuples.

Debere) Quia promiſerat.

Iterum, dico optimus) Paullo enim ante: *Ibi tum vir optimus Sex.* Nævius hominem multis verbis deterret, ne auctionetur.

In ipſo articulo temporis) In ſumma neceſſitate: cum Quintius pecuniam ſcapulis, nulla interpoſita mora, ſolvere cogeretur.

Aſſem ſeſe negat daturum) Nihil ſe daturum affirmat; as enim minimi pretii nummus fuit; &, ad aſſem perdere, dixit Horatius, univerſæ pecuniæ jacturam ſignificans, in iis verſibus:

Luculli miles collecta viatica multis
Ærumnis, laſſus dum noctu ſtertit, ad aſſem
Perdiderat.

Libet hic de aſſe pauca quædam ſubſcribere, ut hos commentarins aliqua interdum rerum Romanarum adſperſa notitia jucundiores efficiat: admonitu præſettim, hortatuque ſapientiſſimi viri, ad Sedis Apoſtolicæ decus, & Chriſtianæ Reip. ſalutem nati, IOANNIS MORONI Cardinalis: cujus optime de me meriti ſtudio non obſequi, nefas eſſe duco. Modum tamen tenebo: ne, ſi ſim longior, antiquitatem explicare voluiſſe videar alieno loco; ſi brevior, mutila quædam, & obſcura tradidiſſe. As dictus quaſi æs: nam ex ære rudi, libralis primum factus eſt; unde æris gravis pœna dicta: manſitque rudis uſque ad Servium regem: tunc ſignari cœptus eſt nota pecudum; unde Pecuniæ nomen

men ortum. In hoc nummo, licet minimo, Romani tamen, ex omni re laudem sucupantes, bonitatem æris adamaruut: Cyproque inſula cognita, aſſem perpetuo fecerunt ex ære Cyprio, quo pyropi igneſcens bractea conficitur. Minores aummi, (nam uno tantum uti, librali præſertim, incommodum erat) tamquam partes aſſi ſubjectæ, undecim fuere, uncia, omnium minima: dextans, duarum unciarum: quadrans, trium: triens, quatuor: quincunx, quinque: ſemis; ſex: ſeptunx, ſeptem: bes, octo: dodrans., novem: dextans; decem: deunx, undecim; quas omnes complectebatur unus as. Bello Punico primo, non tam majoris commodi gratia, quam quod impenſis reſp. non ſufficeret; conſtitutum; ut aſſes ſex tantario pondere ferirentur; id eſt, ut duarum tantum unciarum ſinguli eſſent: nam ſextans ſexta pars libræ, id eſt antiqui aſſis, fuerat; ita quinque partes factæ lucri, diſſolutumque æs alienum. Quo tempore, ſigno pecudis omiſſo, nota aſſis cœpit eſſe ex altera parte Ianus Geminus, ex altera roſtrum navis. Eadem cauſſa fecit, ut bello Punico ſecundo unciales fierent; neque hic minuendi ponderis finis fuit, in publicis quoque rebus, non modo in privatis, nova lucra humano ſemper quærente ingenio; ventum erat a libra ad ſextantem, a ſextante ad unciam: uncia poſtremo ſemunciæ locum dedit, aſſeſque lege Papiriana ſemunciales facti: iiſque populus Romauus ad Veſpaſiani tempora uſus eſt; nam poſtea mutatos, nulla docet hiſtoria. Eamdem fuiſſe rationem in aſſis partibus, id eſt in reliquis æreis nummis; ut; aſſe imminuto; ipſæ quoque proportione minuerentur, credibile videtur: exempli gratia, quadrans, cum as libralis eſſe deſiit, mutavit pondus, nec fuit amplius trium unciarum, ſed aſſis tamen quarta pars & pondere, & pretio fuit, ſicuti primum fuerat; nec dubium eſt, cum Martialis dixit, *Dat Baiana mihi quadrantes ſportula centum*, quin aſſes xxv. qui ſunt Iulii fere duo Romanæ monetæ,. ſignificaverit. Supra aſſem nummus æreus, præter dipondium, qui duos aſſes pependit, nullus, ut arbitror, fuit. Nam Plinii verba lib. XXXIV. cap. 2. de ſeſtertio æreo, ut carere mendo putem, vix umquam adducar. Argentei nummi ſimul cum æreis fuere, ipſi quoque argento rudi; libella argentea aſſi æreo reſpondebat, accepto nomine a librali aſſe; itaque, quod hic Cicero, *Aſſem ſe negant daturum*, idem lib. II. in Verrem dixit: *Quis Volcatio, ſi ſua ſponte veniſſet, unam libellam dediſſet?* diverſo vocabulo eamdem rem ſignificans; ſed argentum non eodem, quo æs, tempore ſignatum eſt: æs, ut diximus, regnante Servio, argentum paucis ante primum Punicum bellum annis, diverſa ab ære nota, bigis, quadrigiſque. Et, ut proportio eſſet aliqua inter æs, & argentum, redacto aſſe a duabus unciis ad unam; argenteos quoque nummos pluris, quam antea, valere placuit, ſeſtertium quaternis aſſibus, qui dipondio, id eſt duobus aſſibus, cum ſemiſſe fuerat: unde vetus nomen ſeſtertii, quod perpetuo manſit: quinarium octonis, qui fuerat quinis; ut ſeſtertium, ſicut antea, dimidio ſuperaret, denarium ſedecim, antiquo nomine, ut in reliquis nummis conſervato.

Quidpiam promiſiſſet) Quod non ipſe, qui promiſiſſet, verum dominus, cujus juſſu promiſerat, præſtare deberer. Sæpe corruptam præconio quæſtu Nævii naturam Cicero carpit.

Aufert) Impetrat: ut interim curare pecuniam poſſit.

Difficiliore conditione) Aliqua pecuniæ jactura.

Quam minima cum moleſtia) Per arbitros.

Nos) Loquitur ex perſona Quintii; nam ipſe cauſam ejus non defendebat eo tempore; ſic infra: *Condicionem tuli: cum tamen ea condicio non ab ipſo*, ſed ab aliis, qui tum Quintio aderant, lata ſit. Et: *Quod eſt hoc judicium, in quo jam biennium verſamur?* cum tamen ipſe paullo ante in eo judicio verſari cœpiſſet, priore patrono Iunio nova legatione impedito. Eodem modo, quod ſequitur, interpretor, *propinquum noſtrum*, non ipſius Ciceronis, ſed Quintii: ut infra patet. Item illud: *Advocatos noſtros acerrime ſubmovet*: pro, advoca-

tos

tos Quintii ; nam ipſe Cicero tum Quintio non aderat: dixit enim paullo ante de iiſdem advocatis : *Recuſabant , qui aderant tum Quintio* .

Res convenire nullo modo poterat) *Rem conventuram* , dixit Phil. I.

Res eſſe in vadimonium cœpit) Pro , in vadimonio : ut in Divin. *Quæ in amicitiam populi Romani , ditionemque eſſent* . In Verrem lib. V. *Quo in loco majores Syracuſanum quemquam habitare vetuerunt: quod , qui illam partem urbis tenuerint , in eorum poteſtatem portum futurum intelligebant*. Pro lege Manilia : *Cum veſtros portus , atque eos portus , quibus vitam , & ſpiritum ducitis , in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis*. Plautus in Amphitr. *Non vero mihi in mentem fuit* . Gellius lib. I. cap. 7. *Res autem eſſe in vadimonium dicitur* , cum per vadimonia litigatur , ſive apud arbitros , ſive apud judices ; arbitri autem erant Trebellius , & Alphenus .

CAPVT VI.

ANte diem IV. *Kal. Febr.*) Idem eſt , *Ante diem* IV. *Kal. Febr.* quod , IV. *Kal. Febr.* & utroque modo veteres loquebantur ; de quo more ne multa colligam , unum alterumve recitabo locum , ne dixiſſe aliquid ſine teſte videamur . Ad Tironem , cum ſcripſiſſet : *Is dies fuit nonis Nov.* ſubjunxit : *Inde ante lucem proficiſcentes , ante diem* IIX. *id. Nov. has litteras dedimus* . Et Gellius lib. XV. cap. 28. natum eſſe Ciceronem ait *ante diem* III. *non. Ian.* qui ſe , natum III. *non. Ian.* ad Att. ſcribit. Opinor autem , vel hic , II. id eſt pridie , vel infra , IV. legendum : ut in eadem re dies idem ponatur .

Scipione , & Norbano) Hic eſt L. Scipio , ſocer P. Sextii , a Cicerone defenſi ; civili bello Marianarum partium fuit : deſtitutuſque ab exercitu ad Sullam deficiente , Maſſiliam , liberam civitatem , ſe contulit : ubi exſul aliquandiu vixit ; unde illa in Sextiana : *Duxit uxorem , patre vivo , optimi , & calamitoſiſſimi viri filiam , L. Scipionis.* Clara in hoc P. Sextii pietas exſtitit , & omnibus grata , quod & Maſſiliam ſtatim profectus eſt , ut ſocerum videre , conſolarique poſſet , fluctibus reip. expulſum , in alienis terris jacentem , quem in majorum ſuorum veſtigiis ſtare oportebat : & ad eum filiam ejus adduxit , ut illo inſperato adſpectu , complexuque ſi non omnem , at aliquam partem mœroris ſui deponeret .

L. Albius Sex . F. Quirina) Sic legendum , non *Quirinas* , eſt enim , *Quirina* , pro ex Quirina tribu , antiquo more , quem Pedianus in eo loco , *C. Verrem Romilia* , oſtendit his verbis : *Romilia , nomen eſt tribus , ablativi caſus : ut ſit , ex Romilia ; tribus enim urbanæ , ruſticæque omnes* XXXV. *numerantur ; ex quibus aliquam , neceſſe eſt , cujuſque ordinis fuerit , civis Romanus obtineat ; moris autem fuit , cum aliquis civis Romanus oſtendendus eſſet , ut ſignificaretur aut a prænomine ſuo , aut a nomine , aut a cognomine , aut a cognatione , aut a tribu , in qua cenſeretur , aut a curia , aut a cenſu , ut , ſi erat ſenator , equeſve Romanus* ; ſic alibi ait , *C. Claudius , C. F. Palatina* . Hæc Pedianus . Ego tribus nomen iis tantum addi ſolitum arbitror , qui parum alioqui noti eſſent , non geſtis honoribus , non majorum dignitate , non ordine ſenatorio , cognoſcerentur : qualis ille , a Pediano proxime nominatus , C. Claudius C. F. Palatina deſcribitur lib. II. in Verrem. & act. I. Q. *Verres Romilia , ut homo improbus , & in corrumpendis tribubus exercitatus , cum probro appellatur*; uam P. Rupilio , equiti Romano , qui nominatur in epiſtola ad Craſſipedem, additam eſſe Meneniam tribum crediderim, ut ab altero P. Rupilio diſtingueretur . Nominatur & a Plinio libro VII. cap. 49. ex oppido admodum ignobili Vellejacio , qui CXL. vixit annos , M. Mucius M. F. Galeria , Felix . Excipio ſepulcrorum quaſdam inſcriptiones , non clarorum tamen hominum , & S. C. omnia , in quibus addi ſolita tribus eſt ad eorum nomina , qui ſcribendo aderant , aut eorum , de quibus ornandis , cum pro rep. mortem obiiſſent , agebatur : ut Phil. IX. Ser. *Sulpicius , Q. F. Lemonia , Rufus* . De tribubus olim ſcripſi , cum obſcuræ adhuc eſſent Romanæ antiquitates ; ea ſi putem iteranda , lector fortaſſe non faſtidiet : ei quidem

vito,

viro, quem ſupra nominavi, hoc a me doctrinæ genus poſtulanti, ſatiſfiet. Romulus in tres partes, quas ideo Tribus vocavit, civitatem diviſit, Ramnenſes, Tatienſes, Luceres, id eſt Romanos, quos ipſe ſecum adduxerat; Sabinos, qui cum T. Tatio rege in urbem recepti erant; Lucumones, Etruriæ populos, qui Romulo, cum Sabinis dimicanti, opem tulere: unde ipſi quoque in urbem recepti: & inde Tuſcus vicus. Poſtea Ser. Tullius, ſextus Romanorum rex, in majore civium multitudine quatuor tribus fecit, & ab urbis collibus appellavit, Suburranam, Palatinam, Collinam, Eſquilinam. Sequentibus deinde temporibus, aucta urbe, prolatis imperii finibus, additæ ſunt novæ tribus, aliæ alio tempore, ſic ut ad XXXV. pervenerint; quarum XXXI. ruſticæ, urbanæ IV. vocabantur: ruſticæ, laudatiſſimæ, eorum, qui rura haberent; quæ ingenuorum erant; cum urbanæ libertinorum eſſent; in quas transferri, ut ait Plinius, ignominiæ fuit; urbanæ vero fuerunt, quas a Servio rege inſtitutas eſſe dixi. In iis XXXV. tribubus cenſebatur univerſus populus Romanus, & in ſua quiſque tribu ſuffragium comitiis ferebat, nomenque dabat militiæ cauſa. Earum omnium nomina fuerunt hæc, in quibus ordinem litterarum, non temporum, ſervabo. Æmilia, Anienſis, Arnienſis, Claudia, Cluſtumina, Collina, Cornelia, Eſquilina, Fabia, Falerina, Galeria, Horatia, Lemonia, Mæcia, Menenia, Ouſentina, Palatina, Papiria, Poblilia, quæ deinde Publilia dicta, ut ex Poblius Publius: Pollia, Pomptina, Pupinia, Quirina, Romilia, Sabatina, Scaptia, Sergia, Stellatina, Suburrana, Terentina, Tromentina, Vejentina, Velina, Veturia, Voltinia. Vnde nomen acceperint, affirmare de omnibus difficile eſt; aliæ quidem a partibus urbis, a familiis multæ, aliæ aliunde; nam, quod ait Pedianus, de Sabinarum raptarum nominibus plures eſſe dictas; non aſſentior: cum a Sabinis mulieribus curiæ, non tribus, Livio, & Feſto auctoribus, nominatæ ſint; & Servio regnante, multis poſt raptum Sabinarum annis, primæ quatuor tribus inſtitutæ, atque de nominibus collium, ut diximus, appellatæ.

Cumprimis honeſtus) Ciceronem arbitror ſervire tempori: ne, cum teſtimonium de die, quo Quintius Roma egreſſus eſt, Albius dicet, fides ei, ut homini parum honeſto, derogetur; infra quoque: *Profectus eſt una L. Albius, homo in primis honeſtus: dicet teſtimonium*. Hæc ideo dixi, ne, quod jam dixeram de tribus nomine, ſolis ignobilibus addito, quaſi refelli videretur hoc Albii exemplo, quem Cicero hominem cumprimis honeſtum vocat.

Pueros) Servos, licet pueritiæ eſſent annos egreſſi; notatur enim conditio, non ætas: & ita ſæpe Cicero locutus.

Circum amicos) Ad omnes amicos; &, *circum*, non paucos videtur indicare: ut in exemplis. Lib. II. *Cum prætorem circum omnia fora ſectaretur*. Lib. IV. *Nobiliſſimum quemque ad ſe arceſſebat, circum omnia provinciæ fora rapiebat*.

Suos neceſſarios) Præcones; nam ad eos amicos, qui non in atriis Liciniis, nec in faucibus macelli verſarentur, id eſt ad honeſtiores, non miſit ſuos neceſſarios, ſed pueros, id eſt ſervos.

Et a faucibus macelli) Locus non admodum ab atriis Liciniis disjunctus, qui nominatur lib. III. in Verr. & ita quidem, ut parum honeſtus fuiſſe videatur: cum in eo ſederet Alba Æmilius, Verris familiariſſimus.

Ad tabulam Sextiam) Ad tabernam ejus nominis: ut ibi tabulæ, deſerti a Quintio vadimonii teſtes, conſcriberentur, & virorum nobilium annulis conſignarentur.

Hora ſecunda poſtridie) Hora ſecunda illorum temporum non reſpondet noſtrorum horæ ſecundæ; veteres enim diem in duodecim horas, ab ortu ſolis ad occaſum, & in totidem noctem, ab occaſu ad ortum, quacumque anni parte, dividebant. Diurnæ tamen horæ nocturnis diſſimiles erant; nam æſtate, longioribus diebus, brevioribus noctibus, diurnæ duodecim horæ longiores, nocturnæ breviores: contra vero hieme, brevioribus diebus, longioribus noctibus, diurnæ breviores, nocturnæ longiores;

ita

ita ſexta diei hora ſemper meridies fuit, ſexta noctis hora media nox: duodecima, diei noctiſque ſemper ultima, unde illud M. Craſſi, quod apud Plutarchum legimus, in Deiotarum regem, urbem ædificantem extrema ſenectute: *Quid tu, Deiotare? duodecima hora ædificare cœpiſti?* Hic autem dies naturalis erat, horarum duodecim, oriente ſole incipiens, occidente deſinens; nam civilis a media nocte ad mediam ſequentem, XXIV. horarum ſpatio, producebatur; ut Gellius lib. III. cap. 2. auctor eſt. Hic Cicero, cum ait, *Hora ſecunda*, de naturali die loquitur; &, quia menſis Ianuarius extremus erat; quod ipſa narratio docet; quo tempore dies eſt horarum XIII. hora ſecunda antiqua producitur in aliquam partem horæ tertiæ recentioris. De eodem dierum genere accipiendum eſt, quod Sulpicius ad Ciceronem ſcripſit: *Circiter horam decimam noctis Poſtumius ad me venit.* Nam, cum loquatur de die viceſimo quinto menſis Maii, quo tempore decem horarum nox apud nos non eſt: neceſſe videtur intelligere, tum fuiſſe noctem duodecim horarum, quemadmodum erat per totum annum. Et, cum ſubjungit idem Sulpicius: *E veſtigio eo ſum profectus primæ luce*, ibi quoque oſtendit duodecim fuiſſe noctis horas, & ſe ab hora decima, qua Poſtumius venerat, ad duodecimam, cogendis medicis, quos ad Marcellum vulneratum adduceret, operam dediſſe. Et Martialis, cum dixit, *Incipis extructos frangere nona thoros*; oſtendit veteres cœnare ſolitos eſſe tribus horis ante ſolis occaſum; quod ſi ſervetur ætate noſtra, cœnæ tempus incideret in horam viceſimam primam.

Teſtificatur iſte) Cum ſequatur, *Et ſe ſtitiſſe*: aptius putavi, *Teſtificatur iſte*, quam, ut antea, *Teſtificantur iſti*. Nec vero de nobilibus viris, quibus & teſtibus, & tabularum obſignatoribus Nævius uſus eſt, diceretur, *Iſti*. *Teſtificari* autem, eſt, teſtibus probare.

Non ſtitiſſe) Et hic perperam, *ſteviſſe*, legebatur. Siſtere, ſimpliciter dicitur, & conjuncte: ſimpliciter, ut hic: conjuncte, cum accuſandi caſu, ut Cicero infra: *Venit Romam Quintius, vadimonium ſiſtit. Siſti etiam judicio*, paſſive dicitur: ut apud Iuſtinianum Nov. LXIX.

Et ſe ſtitiſſe) Falſum utrumque; nam nec Quintium vadimonium deſeruerat, nec ad vadimonium Nævius venerat; diſceſſum enim erat ſine vadimonio, nec Quintium Nævio, nec Nævium vadante Quintio; quod ſupra Cicero docuit.

Tabulæ maximæ) Teſtium plurimorum nominibus refertæ; frequentes enim ad tabulam Sextiam convenerant.

Hominum nobilium) Quo plus eſſet auctoritatis in fraude.

A Burrieno prætore) Etſi gentium Romanarum nomina in Ius deſinere, certum eſt, ut Iulius, Pompeius, Tullius: quædam tamen excipiuntur, quæ deſinunt in Ienus, ut Vibienus, Matienus, Allienus, Vatienus; ejuſdem generis eſſe Burrienus exiſtimo.

Ex edicto) Ipſius Burrieni prætoris urbani; edictum enim prætor urbanus, ante quam iniret magiſtratum, proponebat; ut annua quaſi lex a populo cognoſceretur, quam in jure dicundo ſervaturus eſſet.

Bona poſſidere) Quod Quintius non ſtitiſſet, ipſe autem ſtitiſſet: de quo tabulas maximas, ſignis hominum nobilium conſignatas, proferebat.

Ejus) Arguit ab inhumanitate; cum arguerit jam ab injuſtitia.

Vanum) Mendacem. Virgilius lib. I. Æn. *Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.* Lib. II. *Vanum, mendacemque improba finget.*

Libellos) Proſcriptionis bonorum Quintii, publice propoſitos a Nævio.

Alphenus) Cognomen Romanæ gentis, quæ mihi tamen adhuc quidem incomperta.

Quem iſte prehenderat) Vt eum quoque ex edicto poſſideret.

Æquum eſſe) Pro familiaritate, pro ſocietate, pro affinitate.

Imbiberit) In animum induxerit, omnino decreverit. Male antea, *inhibuerit*: ego locum reſtitui ante multos annos, auctoritate adductus veterum librorum, & exemplis Latinæ linguæ: nam Lucretius verbum, *imbibere*, ſemel & iterum uſurpat, pro, ſtatuere cum quadam cupiditate, & quaſi cum ſiti appetere, ut lib. III.

Qui

Qui petere a populo faſces, ſævaſque
ſecures
Imbibit.

Lib. VI.

... Non quo violari ſumma deum vis
Poſſit, ut ex ira pœnas petere imbibat
heres.

Hujus verbi vim Cicero ipſe infra oſtendit his verbis: *Sin autem inimiciſſime, atque infeſtiſſime contendere perſeveret, ſeparatum eſſe omni recta, atque honeſta ratione defendere, quod petat, non deberi.*

Contra jus, & conſuetudinem) Nec fieri debet, nec ſolet, ut edicto prætoris quiſquam, non deſerto vadimonio, de ſuis bonis per vim exturbetur.

De ſaltu, agroque communi) De ſaltu, ad rem pecuariam refertur; de agro, ad ruſticam: quam utramque C. Quintius, P. Quintii frater, quo tempore ſocietatem cum Nævio fecit, ſolus poſſidebat; ſocietate facta, cum Nævio communicavit: illud ſupra oſtenditur his verbis: *Erat ei pecuaria res ampla, & ruſtica ſane bene culta, & fructuoſa.* Alterum obſcurum non eſt, cum dicat, *De ſaltu, agroque communi.* Exprimitur autem ſumma injuria quatuor quaſi ſententiæ partibus: prima, *De ſaltu, agroque communi*: nam, quod commune eſt, cur proprie Nævius poſſideat? Altera, *A ſervis communibus*: qui ſi ad Quintium, item ut ad Nævium, pertinent, impelli eos unius domini juſſu ad inferendam alteri domino vim, æquum non eſt. Tertia, *vi*, non ratione, & ordine. Quarta, *detruditur*: non, movetur, ſed, detruditur, & vi detruditur: ut omnis excluſa humanitas intelligatur. His ingenii luminibus orationem ſæpe ſuam Cicero diſtinguit, & hoc artificii genere ſuperiores vicit omnes, ne Græcis quidem exceptis.

CAPUT VII.

MOdo) Temperate: pro Muræna: *Hoc ab eo more & modo factum eſt.* Pro Cluentio. *Iudicium, in quo non modus eſt habitus, non mos, conſuetudoque ſervata.* Off. lib. I. *Omnium, quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo, & modus.*

Recte, atque ordine) Ordine, pro ſapienter: quo ſenſu Q. Fuſius Calenus accepit, cum in ſententia ſua dixit Phil. X. *Litteras Bruti recte, & ordine ſcriptas videri*: quamquam Cicero, quia verbum erat ambiguum, ad librarium transtulit ſubjiciens: *Quid eſt aliud, librarium Bruti laudare non Brutum?*

Expulſus, atque ejectus) In utroque injuria, ſed major in *ejectus.*

E prædio) E ſaltu, atque agro.

C. Flaccum) Proconſulem tranſalpinæ Galliæ, eum fortaſſe, qui ante annos duodecim cum M. Herennio conſul fuerat: nec dubium eſt, quin viveret, dicente Cicerone: *Quem, ut ipſius dignitas poſcit, honoris gratia nomino.* Sic pro Roſcio Amerino: *Seſe ad Cæciliam, Nepotis filiam, quam honoris cauſſa nomino, contulit.*

Qui tum erat in provincia) Excuſatio Quintii, quod Romam non confugerit, unde longe aberat: cum Flacci imperatoris juſtitia propinquum remedium eſſet.

Ex decretis ejus) In judicium allatis.

Gladiatore vetulo) Fraudibus, & inſidiis aſſueto: gladiatorem appellat, propter verbum, *pugnabat.*

Utebatur populo ſane ſuo) Sui ſtudioſo, qui cuperet eum vincere: ut in gladiatorum pugna favere ſolebat populus potius, quam alteri.

Caput petere non deſinebat) Quintii caput, id eſt ſalutem & vitam, non modo fortunas. Perſiſtit in ſimilitudine gladiatorum: brevis enim pugna populo non placebat: itaque oderat eos, qui, nimium eripiendæ vitæ cupidi, caput in pugna petere non deſinerent.

Ut procurator judicatum ſolvi ſatisdaret) Quando quidem libellos dejecerat, & Quintii bona proſcribi vetuerat.

Quod reus ſatisdare non deberet) Quia ſatisdare debet is, qui vadimonium deſeruit: deſertum autem a Quintio negabat Alphenus.

Certum auxilium) Interceſſio, contra Burrieni prætoris decretum

Ita tamen diſceditur) Non intercedentibus quidem tribunis pl. cujus auxilii ſpe Alphenus ad eos confugerat, ſed M. Bruto, interceſſurum ſe, palam dicente, niſi quid inter Alphenum & Nævium conveniret; itaque con-

convenit inter eos, ut Alphenus Nævio promitteret, ſiſti Quintium idibus Sept.

Siſti) Adeſſe in judicio, quaſi eum vadatus eſſet Nævius, antequam in Galliam proficiſceretur: propterea ſequitur: *Venit Romam Quintius, vadimonium ſiſtit.*

CAPVT VIII.

HOmo *acerrimus*) Cum eſſet homo acerrimus, eum bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor, mirum eſt annum, & ſex menſes eum nihil petiiſſe a Quintio: id autem aſtute fecit, donec prætorem naſtus eſt, a quo impetraret id, quod poſtulabat: quod aperte infra ſic expouit: Iacet res in controverſiis, iſto calumniante biennium, uſque dum inveniretur, qua ratione res non uſitata conſuetudine recederet, & in hoc ſingulare judicium cauſſa omnis concluderetur.

Annum, & ſex menſes) Infra, Biennium, dicit, oratorie amplificans.

Conditionibus) Non, quia conditiones proponeret, ſed quia per dolum & aſtutiam rem extraheret: quod Latine proprie dici poſſet, *calumniis*; nam infra de eadem re: *Iacet res in controverſiis, iſto calumniante, biennium.*

A Cn. Dolabella) Quem poſtea M. Scaurus reperundarum e Cilicia accuſavit, & damnavit: de quo diximus lib. I. in Verrem.

Ex formula) In edictis prætoriis formulæ continebantur: quarum in una prætor pollicebatur, ſe eſſe juſſurum, ut, judicatum ſolvi ſatisdaret is, cujus bona ex edicto prætoris dies triginta poſſeſſa eſſent: poſſediſſe autem Nævium ex Burrieni prætoris edicto bona Quintii, non omnia quidem, Alpheno libellos dejiciente, ſed aliqua, ut ſaltum, & agrum in Gallia, ex ſuperioribus intelligitur.

Prætoris Romani) Vt prætor peregrinus, qui jus diceret inter peregrinos, ſic prætor Romanus, qui inter cives, appellabatur: infra: *Fateor, ſi ita eſt, procuratorem decreto prætoris Romani oportuiſſe parere.*

Si bona poſſeſſa eſſent ex edicto) Solum. Quintium ſatisdare, id erat confiteri, bona ejus ex edicto poſſeſſa eſſe: ita deſerti vadimonii ſubibat infamiam: quod ſi ſatisdaret his verbis: *Si poſſeſſa ex edicto bona eſſent*: poſſeſſa eſſe non confitebatur: ita deſerti vadimonii probrum vitabat: fore autem confidebat, ut, ubi cognitum eſſet, poſſeſſa nec ne bona eſſent, vel neuter, vel uterque ſatisdaret. Huc illud ſpectat ſupra dictum: *Id accidit prætoris iniquitate & injuriæ primum, quod, contra omnium conſuetudinem, judicium prius de probro, quam de re, maluit fieri.* Infra vero: *Recuſabant, qui aderant tum Quintio, demonſtrabant de re judicium fieri oportere: ut aut uterque inter ſe, aut neuter ſatisdaret, non neceſſe eſſe famam alterius in judicium venire.*

Decernit) Prætor Dolabella, rejecta Quintii petitione, Nævio gratificans: qui non ſine cauſa annum & ſex menſes nihil petierat, opportunum improbitati, malitiæque ſuæ tempus expectans.

Nihil dico) Patet enim ipſum per ſe.

Vnum hoc dico) Quod omnibus fortaſſe non patet.

Novum) Eſt aliquid iniquum, nec tamen novum: rurſus aliquid & iniquum, & novum: quod magis reprehendi ſolet: caret enim iniquitas exemplo, unde illud ad Lentulum: *Ejus orationi vehementer ab omnibus reclamatum eſt: erat enim & iniqua, & nova.*

Iubet P. Quintium aut ſatisdare, aut ſponſionem cum Sex. Nævio facere, ſi bona ſua ex edicto P. Burrieni prætoris dies triginta poſſeſſa eſſent) Id petebat Quintius, ſed vel cum ſatisdatione, vel ſine ſponſione: nam, ſi ſponſionem faceret, non reus, ſed actor eſſe videbatur: & priore loco, tanquam actor, cauſam dicere cogebatur: quod ſupra, infraque Cicero conqueritur.

Qui aderant tum Quintio) Non tum aderat Cicero, ſed M. Iunius in prooemio appellatus: nec tamen ſolum Quintii patronum ſignificat, ſed advocatos etiam homines Quintii ſtudioſos, qui ad prætoris tribunal venerant, ut reum, quacumque re poſſent, adjuvarent: unde infra: *Aut ſatisdare, aut ſponſionem jubet facere, & interea recuſantes noſtros advocatos acerrime ſubmoveri.*

De re

De re) De poſſeſſione bonorum Quintii, id eſt, poſſeſſa nec ne eſſent a Nævio bona Quintii ex edicto prætoris dies triginta: quod fateri Quintius non poterat, niſi, deſertum a ſe vadimonium ſimul fateretur; nam, ſi poſſeſſa non eſſent, tunc non ſolus Quintius judicatum ſolvi ſatisdaret, quod a Dolabella prætore Nævius poſtulaverat, ſed aut uterque inter ſe, aut neuter.

Famam alterius) Quintii: qui, ſi ſolus ſatisdaret, de fama & exiſtimatione ſua periclitaretur.

Ne videretur judicaſſe, bona ſua ex edicto poſſeſſa eſſe) Nam, ut ſatisdaret, poſtulaverat Nævius ex formula, quod ab eo peteret, cujus ex edicto prætoris Romani bona triginta dies poſſeſſa eſſent,

Sponſionem porro) Vtraque erat iniqua conditio, vel ſi ſolus ſatisdaret ex ea formula, qua confitebatur bona ſua poſſeſſa eſſe; vel ſi ſponſionem faceret, nulla poſſeſſorum bonorum confeſſione: ſponſione enim facta, ſequebatur, ut quamquam reus eſſet, priore tamen loco cauſam diceret; &, cum poſt eum adverſarius dixiſſet, facultas ipſi nulla reſpondendi relinqueretur.

Homines nobiles) Nobiles vocabantur, qui claris geſtis honoribus majores habuiſſent, ſive patricii generis, ſive plebeii eſſent: æque enim utrique generi aditus patebat ad honores: nec deſinebat plebeiæ gentis eſſe, qui conſul aut dictator crearetur.

In utroque excellunt) Commune verbum, non minus in malis rebus, quam in bonis: quamquam de malis, quod ſciam, exempla non exſtant.

Noſtro loco natus) Equeſtri: nam patre Cicero natus eſt equite Romano.

Aſſequi) Similiter excellere: nam illos in utramque partem ſua nobilitas adjuvat.

Aut ſatisdare, aut ſponſionem facere) Animadvertendum non decreviſſe Dolabellam, neque quod Nævius, neque quod Quintius petebat: cum Nævius peteret, ut prætor ſatisdare ſolum Quintium juberet, ex formula, quod ab eo peteret; cujus bona ex edicto prætoris dies triginta poſſeſſa eſſent · Quintius autem ſatiſdare non recuſaret, ſed non ex ea formula, in qua erat bonorum poſſeſſorum, id eſt deſerti vadimonii, confeſſio, verum hoc modo: *Si bona ſua ex edicto prætoris dies triginta poſſeſſa eſſent*, quod infamiam deſerti vadimonii removebat; quod enim Nævius in ſua petitione factum dicebat, id Quintius factum negabat, & judicio ſtatuendum oſtendebat his verbis: *Si bona ſua ex edicto prætoris poſſeſſa eſſent*. Neutrum, ut dixi, Dolabella fecit, ſed fecit tamen, quod Nævio gratum, Quintio permoleſtum eſſet, cum eum aut ſatiſdare ſolum juſſit, aut ſponſionem facere, id eſt, priore loco cauſam dicere.

Noſtros advocatos) Ipſe tum Quintio non aderat; dixit enim proxime: *Recuſabant, qui aderant tum Quintio*. *Noſtros* igitur, id eſt ejus partis, quam ego nunc defendo. Advocati dicuntur, qui reo favent, licet ejus cauſam non agant.

Acerrime ſubmoveri) Quod prætoris non eſt, qui ſe æquum utrique parti præbere debeat,

CAPVT IX.

Ipſe ſe capitis damnaret) Ipſe ſibi exiſtimationem, & honeſtatem adimeret; nam, ſi ſolus ſatiſdaret, ex formula, quod ejus bona dies triginta ex edicto prætoris poſſeſſa eſſent, deſertum a ſe vadimonium confiteretur,

Cauſam capitis) Cauſa, in qua ageretur exiſtimatio; cum enim ſponſionem ideo faceret, ut probaret bona ſua poſſeſſa non eſſe: ſequebatur, ut, id niſi probaret, deſertum a ſe vadimonium negare non poſſet.

Priore loco) Deteriore conditione, quam ſi, reorum more, poſteriore diceret; ſupra: *Quid hoc iniquius, aut indignius, C. Aquili, dici, aut commemorari poteſt, quam me, qui caput alterius, famam, fortunaſque defendam, priore loco cauſam dicere?* Infra vero: *Cum majores ita conſtituerint, ut, qui pro capite diceret, is poſteriore loco cauſam diceret: nos, inaudita criminatione accuſatorum, priore loco cauſam dicere intelligis*.

In altera re) In ſatiſdando.

Cauſæ nihil eſſet, quin ſecus judicaret

 ipſe

ipſe de ſe) Exeuſatio afferri nulla poſſet, cur non ipſe de ſe male judicaret; male enim judicaſſe de ſe ipſe videretur, ſi ſolus ſatiſdaret: quia deſertum a ſe vadimonium fateretur. *Secus* autem, pro male, ſatis uſitatum. Ad Att. lib. I. *Affirmat nil a ſe cuiquam de te ſecus eſſe dictum*. Et ad Appium lib. III. *De tuo in me animo iniquis ſecus exiſtimandi videris nonnihil loci dediſſe*. Salluſtius in Iug. *Quia tentatum antea ſecus ceſſerat*. Eodem ſenſu dixit Liv. lib. II. *Invitus, quod ſequius ſit, de meis civibus loquor*. Eſt enim, *ſequius*, pro *ſecius*. Et quod de *ſecus*, idem de *aliter* dictum intelligo; ſimile enim illud lib. VII. in Verr. *A me, tametſi ſatis habent, tamen, ſi res aliter acciderit, plus habebunt fortaſſe, quam poſtulant*.

Quod judicium graviſſimum eſt) Queri enim de alieno judicio poſſumus, de noſtro non poſſumus.

Ad talem tamen virum judicem veniendi) Qui nobis poſteriore loco cauſam dicentibus, ſapieuſia, & æquitate ſua ſubveniret.

Te judicem, C. Aquili, ſumſit) In quo Quintius reus eſt: nam ſumendi judicis poteſtas penes reum, non penes actorem erat; quod autem priore loco cauſam dicit, actor in eo, non reus eſt.

Ex ſponſo egit) Venit in judicium, ut cauſam priore loco dieeret, quemadmodum ſolent ii, qui ex ſponſo agunt, vel, ut hic arbitror legendum, *ex ſponſu*, id eſt, ex ſponſione; fecerat enim juſſu Dolabellæ prætoris cum Nævio ſponſionem Quintius, ſi bona ſua ex edicto prætoris a Nævio poſſeſſa eſſent; ex ea ſponſione agendum erat in judicio: quod veteres dicebant, *ex ſponſu*. Quod ſi bona Quintii poſſeſſa eſſe conſtaret, nihil erat cauſæ, quin, id quod jam petierat a prætore, Nævius impetraret, ut ſibi Quintius judicatum ſolvi ſatiſdaret; ex formula, quod ab eo peteret, cujus bona ex edicto prætoris dies triginta poſſeſſa eſſent. Quod ad loquendi genus attinet, verba Ser. Sulpicii ſunt apud Gellium lib. IV. c. 4. *Qui uxorem*, inquit, *ducturus erat, ab eo, unde ducenda erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, itidem ſpondebat. Is contractus ſtipulationum, ſponſionumque dicebatur Sponſalia. Tunc, quæ promiſſa erat, Sponſa appellabatur, qui ſpoponderat ducturum, Sponſus. Sed, ſi poſt eas ſtipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur, qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat, judices cognoſcebant*. Quæ Neratium quoque ſcripſiſſe in lib. de Nuptiis, idem Gellius affirmat. Iam Varro lib. V. de Ling. Latina: *Quod ſponſu erat alligatus*. Ibidem: *Neque agi poteſt cum eo ex ſponſu*. Et Paulus lib. L. D. de verb. ſign. *Sponſio appellatur, non ſolum quæ per ſponſus interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio, promiſſioque*.

Ex ingenio) Hortenſium notat; quem partes accuſatoris obtinere, ſupra dixit.

Quæ antea verſabantur in ſalute) Infra: *Q. Hortenſius contra caput non didicit dicere*.

Illud etiam reſtiterat) Madus loquendi, iniqua, indignaque de re cum ſtomacho uſurpatus: quod quidem ex obſervatione multorum exemplorum potuerim intelligere; huc enim ſpectat illud ex Phil. XI. *At vero ita decernunt, ut, liberato Bruto. Id enim reſtabat, ut, relicto, deſerto, prodito*. Et ad Attic. lib. IIX. *Vnum hoc etiam reſtat amico noſtro, ut Domitio non ſubveniat*. Ad eumdem lib. XIII. *Illud utique ſcire cupio, quem intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι: niſi forte Brutum; id hercle reſtabat*. Terentius in Ad. *Nam hercle etiam id reſtat*. Ennius in Iphigenia apud Ruſenianum: *Menelaus me objurgat. Id meis rebus regimen reſtat*. Recitat etiam ex incerto Ciceronis libro Priſcianus hæc verba lib. IIX. *Hoc reſtiterat etiam, ut ad te fictis aggrederer donis*.

In jus) Ad ipſum prætorem: ut eo jubente, præſtitueres nobis tempus, quamdiu diceremus. Infra: *In jus vocas*. Et aliquanto poſt: *Vt ſtatim de jure aliquis cucurrerit*. Eſt enim obſervatione dignum, juris mentionem ad prætorem, non ad judices pertinere; nam is non judicat, ſed *jus dicit*, unde Iuriſdictio: judices autem, a prætore dati, non jus dicunt, ſed judicant ex formula prætoris, quæ erat in edicto.

Quam rem facile a pretore impetraſſent)

ſert) Non obſcure Dolabellæ prætoris vel inſcitiam, vel iniquitatem accuſat: de quo etiam ſupra dixit: *Id accidit prætoris iniquitate, & injuria; primum, quod, contra omnium conſuetudinem, judicium prius de probro, quam de re, maluit fieri; deinde, quod ita conſtituit idipſum judicium, ut reus, antequam verbum accuſatoris audiſſet, cauſam dicere cogeretur.*

Docuiſſes) Oſtendiſſes, id ad prætorem non pertinere, partes illas eſſe tuas, tuumque jus, & officium.

Potentiam levem) Hoc manifeſte conjicitur in Hortenſium, hominesque nobiles, Nævii advocatos.

CAPUT X.

Tibi inſtat Hortenſius) Arroganter, quaſi ſuo quodam jure.

Ut eas in conſilium) Iudices, cauſa utrimque perorata, in conſilium ibant, ut, judicandum quid eſſet, de communi ſententia deliberaretur; tres autem, cum quibus deliberaret, habebat Aquilius in conſilio juris peritos, L. Lucullum, P. Quintilium, M. Marcellum.

Priore patrono) M. Iunio.

Perorari) Utrimque: ut poſt perorationem res judicaretur.

Nos rem judicari nolle) Quaſi cauſæ noſtræ diffidamus.

Neque excogitare) Propter inopiam ingenii.

Neque pronunciare) Quia parum exercitatus: cum in forum haud ita multo ante venerim.

Brevitas poſtulatur) Prolixa oratio non requiritur: cum ab illo, qui ante dixit, informata jam cauſa ſit.

Quæ mihimet ipſi amiciſſima eſt) Propter id, quod ſupra dixit: *Qui neque excogitare, neque pronunciare multa poſſum.*

Quod te ſæpe animadverti facere, Hortenſi) Hanc partiendi laudem Hortenſio tribuit his verbis in Bruto: *Attulerat minime vulgare genus dicendi, duas quidem res, quas nemo alius, partitiones, quibus de rebus dicturus eſſet, & collectiones, memor & quæ eſſent dicta contra, quæque ipſe dixiſſet.*

Quia ſemper potes) Ob ingenii præſtantiam.

Id mihi cauſa dat, ut hodie poſſim) Modeſte nihil ſibi arrogat ab ingenio, ut in procemio: *Ita ſe res habet, ut ego, qui neque uſu ſatis, & ingenio parum poſſum, cum patrono diſertiſſimo comparer.* Ibidem: *Quo minus ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparavi.* Hujuſmodi autem excuſationes in adoleſcentibus probantur, in robuſtioribus non item. Itaque in Meſſalla Corvino, cum alioqui floreret eloquentiæ fama, illud eſſe reprehenſum Tacitus ait, quod ordiri ſoleret in cauſis ab excuſatione infantiæ ſuæ; at Cicero, quod jam diximus, cum Quintium defendit, annos natus erat vigintiſex.

In eo ſponſio facta eſt) Sponſionem fecit Quintius, ſi poſſeſſa ſua bona ſint.

Veſtra exiſtimatione revocabitis) Deterrebitis me auctoritate veſtra, ne extra hos cancellos egrediar, quos mihi ipſe circumdedi, recordantem, & quæ propoſuerim, & quid vos, niſi eo ordine perſequar, exiſtimare poſſitis cum de cauſa, tum etiam de me ipſo.

CAPUT XI.

NOn fuit cauſa, cur poſtulares) Malim, *poſtularet*; nam, ſi ſermonem ad Nævium converteret, non ſubjungeret, *quia Sex. Nævio*, ſed, *quia tibi*. Incipit autem Nævium appellare paullo poſt, cum ait: *In hac re te, te, inquam, teſtem, Nævi, citabo.*

Annum, & eo diutius) Supra dixit, *Annum fere una ſunt*. Locum recitabo, quia pertinet ad eamdem ſententiam: *In Galliam proficiſcitur Quintius: ibi cum iſto familiariter vivit: annum fere una ſunt, cum & de ſocietate inter ſe multa communicarent, & de tota illa ratione, atque re Gallicana; neque interea verbum ullum interpoſuit Nævius, aut ſocietatem ſibi quidpiam debere, aut privatim Quintium debuiſſe.* Quod igitur ibi, *Annum fere una ſunt*, hic, *Annum, & eo diutius, fuit in Gallia tecum ſimul Quintius*; hac enim lege non adſtringitur orator, ut ei non liceat, ſi cauſa poſtulet, aliquid tempori vel addere, vel detrahere. Eadem licentia dixit infra: *Tecum anno plus vixit in Gallia.*

Omnes litteræ) Quidquid, vivo C. Quintio, de communi negotio ſcriptum fuerat, infra: *Litteræ P. Quintii*.

Cum res ab eo receſſiſſet) Quaſi actionem tribuit rei, quæ ſenſu caret: ut lib. I. in Verr. *Si res abiret ab eo mancipe*. Et lib. III. in eumdem: *Ne res abiret ab Apronio*.

Qui cum contraxiſſet) Qui cum ſocietatem feciſſet.

Appellare) Verbum creditoris: ut in epiſt. ad Tironem: *Appellabis etiam Papiam*.

Summo jure) Litibus, in judicio.

Experiretur) Iudiciale verbum.

Ita ne eſt?) *Ita ne eſt? ita ne? ita ne vero? ita ne tandem?* indignantis notæ ſunt, turpis & iniquæ rei narrationem aut ſequentes, aut antecedentes; occurrunt hæc exempla. Pro Roſcio Amer. *Ita ne eſt? in minimis rebus qui mandatum neglexerit, turpiſſimo judicio condemnetur, neceſſe eſt: in re tanta cum is, cui fortunæ vivi commendatæ ſunt, atque concreditæ, ignominia mortuum affecerit, is inter honeſtos homines, atque adeo inter vivos nominabitur?* Pro Cluentio: *Hoc perſæpe dixiſti, tibi ſic renunciari, me habere in animo, cauſam hanc præſidio legis defendere. Ita ne eſt? ab amicis videlicet imprudentes prodimur*. Pro *ita ne?* Terentius in Andr. *Salvus ſis Crito. C. ita ne, Chryſis?* Pro *ita ne vero?* Lib. I. in Verr. *Ita ne vero? tu, cum quæſtor ad exercitum miſſus ſis, cuſtos non ſolum pecuniæ, ſed etiam conſulis particeps omnium rerum conſiliorumque fueris, habitus ſis in liberum loco, ſicut mos majorum ferebat, repente relinquas?* In eumdem lib. III. bis, & lib. V. Pro *ita ne tandem?* Terentius in Heaut.

Ita ne tandem, quæſo, Menedeme, ut pater
Tam in brevi ſpatio omnem de me ejecerit animum patris?

Quod viri optimi faciunt) Vt appellent eos, quibus deberi ſibi pecuniam putant: & ut, cur appellent, rationem afferant: præſertim ſi cum propinquis ac neceſſariis res eſt, quos caros & honeſtos eſſe, atque haberi velint; quod idem de propinquo ac neceſſario ſuo P. Quintio Nævius ſentire debuit.

Non faceret) Non appellaret Quintium Nævius, ſi quid ab eo ſibi deberetur? non appellavit autem, quia deberi ſibi nihil ſciebat.

Fervet, ferturque avaritia) Lepor eſt aliquis in ſimiliter incipientibus verbis, *fervet, ferturque*, eſt etiam aliqua vis, quia tranſlatum utrumque eſt: nam tranſlata rem ante oculos ponunt exempli ſimilitudine. Sic Horatius: *Fervet avaritia, miſeraque cupidine pectus*. De ira; Terentius in Ad. *Cum fervit maxime, tam placidum, quam ovem reddo*. Et lib. I. Off. *Fortis animus, & magnus, in homine non perfecto, nec ſapiente ferventior plerumque eſt*. *Fertur* autem plus etiam eſt, quam *fervet*.

Vt de ſuis commodis nolit aliquam partem amittere) Vt ita vel minimam ſuorum commodorum partem curet, ut nullam huic propinquo ſuo ullius ornamenti, non modo commodi, relictam partem velit.

Non peteret) Pro, *non petiiſſet*, donec in Gallia fuit.

Sanguinem, vitamque) Oratorie, pro famam, & honeſtatem: ut illud, quod ſtatim ſubjicit: *Quem nunc interficere nefarie cupis*. Et paullo poſt, *Ne numeretur inter vivos*. Et illud: *Is non modo ex numero vivorum exturbatur, ſed, ſi fieri poteſt, infra etiam mortuos amandatur*.

Huic tu moleſtus eſſe videlicet noluiſti) Ad exhilarandos judicum animos argute ab iracunda narratione ad ſedatum ironiæ genus tranſit; nihil enim perpetuum natura delectat. Ipſam vero ironiam contrariis exornat, ab hoc loco, *huic tu moleſtus videlicet eſſe noluiſti*: ad illa verba: Credamus hoc, *Sex. Nævium, cujus ſæpe caput oppugnat ejus auribus peperciſſe*.

Quem nunc reſpirare libere non ſinis) Ita vehementer urges. Perturbatio animi ſumma declaratur his verbis: ut in Parad. Quocumque adſpexiſti, ut furiæ, ſic tuæ tibi occurrunt injuriæ, quæ te reſpirare non ſinunt.

Pudenter) Pudore deterritus.

Cum ipſe te confirmaſſes) Aliquandiu non auſus, animo non ferente.

CAPVT XII.

ANno vertente) Sequentibus verbis, annum duodecim menſium ſigni-

ſignificari, ſatis conſtat; alii decem fuiſſe menſium putaruot.

Hominis admonendi) Pecuniæ debitæ: eſt enim verbum creditoris: ut in ep. ad Tironem: *Dolabellæ procuratores fac ut admoneantur; appellabis etiam Papiam.*

Biennio jam confecto fere) A quo tempore ſimul in Gallia eſſe cœperant; inde enim hujus biennii initium ſumo, non, ut alii, ab idibus Sept. id eſt a quo tempore Romam ex Gallia rediit Quintius, ut, ex tribunorum pl. ſententia, quos Alphenus, Quintii procurator appellaverat, vadimonium ſiſteret. Confirmant opinionem noſtram hæc inferiora: *Debuit tibi C. Quintius: numquam petiſti, mortuus eſt ille: res ad heredem venit: cum eum quotidie videres, poſt biennium denique appellas.* Eodem ſpectat illud ſupra: *Quo mortuo, nec ita multo poſt in Galliam proficiſcitur Quintius, ibi cum iſto familiariter vivit, annum fere una ſunt, cum & de ſocietate inter ſe multa communicarent, & de tota illa ratione, atque re Gallicana: neque interea verbum ullum interpoſuit Nævius, aut ſocietatem ſibi quidpiam debere, aut privatim Quintium debuiſſe.*

Quis tam perditus, ac profuſus nepos) Dicitur idem ſupra his verbis: *Quis tam diſſolutus in re familiari fuiſſet? quis tam negligens? quis tam tui, Sexte diſſimilis, qui cum res ab eo, qui cum contraxiſſet, receſſiſſet, & ad heredem perveniſſet, non heredem, cum primum vidiſſet, certiorem faceret? appellaret? rationem afferret? ſi quid in controverſiam veniret, aut intra parietes, aut ſummo jure experiretur?*

Non adeſa jam, ſed abundanti etiam pecunia) Multi enim, adeſa jam pecunia diſſoluti eſſe deſinunt, abundanti autem non facile; quis igitur vel in ſumma pecuniæ copia tam diſſolutus fuiſſet, ut fuit Sex. Nævius? qui biennio nihil petiit.

Cum hominem nomino, ſatis mihi videor dicere) Nemo enim ignorat, eum in pecuniam minime diſſolutum eſſe.

In provincia) Gallia tranſalpina.

Ius dicebatur) A proconſule.

Mirabimur) Cum ad rem ſoleas eſſe attentiſſimus.

Ridebimus) Vt in mendacio manifeſto.

CAPVT XIII.

IN quo jam biennium verſemur) Loquitur ex perſona Quintii, non ſua: nam ipſe paullo ante cauſam eam ſuſceperat. Et ex eadem perſona dixit ſupra: *Dat iſte amicum M. Trebellium, nos communem neceſſarium, propinquum noſtrum, Sex. Alphenum.*

Tot) Quatuor, Aquilium, Lucilium, Quintilium, Marcellum.

Tales) Tali virtute.

Nunc denique) Poſt biennium.

Verumtamen petit) Concedamus, ut poſt biennium denique petat, nec objiciamus illi moram temporis.

Ne in civitate ſit?) Amiſſa exiſtimatione, quod explanatur ſequentibus verbis.

Ne locum ſuum) Ne, quo adhuc loco fuit, eo ſit in poſterum: id eſt, ne partem honeſtatis ullam teneat.

Ne numeretur inter vivos) Amplificat oratorie, de quo ſupra diximus.

Hoc quo pertinet) Cum hoc facis, quid ſpectas?

Iampridem actum eſſe poterat) Biennio ante, ſi petiiſſes.

Honeſtiore judicio) Pro tua parte: cum Hortenſius pro te honeſtiore loco dicat: quod honeſtius eſt, quam priore.

Confligere) Contendas; ſic ad Pætum: *Noli pati fratres turpibus judiciis confligari.*

Vt facilius judicium ſit.) Vt judicii facilior quaſi via ſit, & id, quod agis, ad exitum facilius perducatur.

Contra caput non didicit dicere) Supra: *Ea ingenia converti in perniciem, quæ antea verſabantur in ſalute, atque auxilio ferendo.*

Refertur) Affertur contra; ſic pro Cæcina: *Ego enim tibi refero.*

Parata ſit) A Quintio.

Moleſtis) Quia, de capite alterius judicare, tibi permoleſtum eſt.

Poſſumus ita rem noſtram perſequi) Acute in Nævium, pro, poteſt ita rem ſuam perſequi Nævius, ut hominis propinqui caput incolumem eſſe patiatur?

Poſſumus petitoris perſonam capere, accuſatoris deponere?) In Hortenſium de

Omnes litteræ) Quidquid, vivo C. Quintio, de communi negotio ſcriptum fuerat, infra: *Litteræ P. Quintii*.

Cum res ab eo receſſiſſet) Quaſi actionem tribuit rei, quæ ſenſu caret: ut lib. I. in Verr. *Si res abiret ab eo mancipe*. Et lib. III. in eumdem: *Ne res abiret ab Apronio*.

Qui cum contraxiſſet) Qui cum ſocietatem feciſſet.

Appellaret) Verbum creditoris: ut in epiſt. ad Tironem: *Appellabis etiam Papiam*.

Summo jure) Litibus, in judicio.

Experiretur) Iudiciale verbum.

Ita ne eſt?) *Ita ne eſt? ita ne? ita ne vero? ita ne tandem?* indignantis notæ ſunt, turpis & iniquæ rei narrationem aut ſequentes, aut antecedentes; occurrunt hæc exempla. Pro Roſcio Amer. *Ita ne eſt? in minimis rebus qui mandatum neglexerit, turpiſſimo judicio condemnetur, neceſſe eſt: in re tanta cum is, cui fortunæ vivi commendatæ ſunt, atque concreditæ, ignominia mortuum affecerit, is inter honeſtos homines, atque adeo inter vivos nominabitur?* Pro Cluentio: *Hoc perſæpe dixiſti, tibi ſic renunciari, me habere in animo, cauſam hanc præſidio legis defendere. Ita ne eſt? ab amicis videlicet imprudentes prodimur*. Pro *ita ne?* Terentius in Andr. *Salvus ſis Crito. C. ita ne, Chryſis?* Pro *ita ne vero?* Lib. I. in Vert. *Ita ne vero? tu, cum quæſtor ad exercitum miſſus ſis, cuſtos non ſolum pecuniæ, ſed etiam conſulis particeps omnium rerum conſiliorumque fueris, habitus ſis in liberum loco, ſicut mos majorum ferebat, repente relinquas?* In eumdem lib. III. bis, & lib. V. Pro *ita ne tandem?* Terentius in Heaut.

Ita ne tandem, quæſo, Menedeme, ut pater

Tam in brevi ſpatio omnem de me ejecerit animum patris?

Quod viri optimi faciunt) Vt appellent eos, quibus deberi ſibi pecuniam putant: & ut, cur appellent, rationem afferant: præſertim ſi cum propinquis ac neceſſariis res eſt, quos caros & honeſtos eſſe, atque haberi velint; quod idem de propinquo ac neceſſario ſuo P. Quintio Nævius ſentire debuit.

Non faceret) Non appellaret Quintium Nævius, ſi quid ab eo ſibi deberetur? non appellavit autem, quia deberi ſibi nihil ſciebat.

Fervet, feturque avaritia) Lepor eſt aliquis in ſimiliter incipientibus verbis, *fervet, ferturque*, eſt etiam aliqua vis, quia translatum utrumque eſt: nam translata rem ante oculos ponunt exempli ſimilitudine. Sic Horatius: *Fervet avaritia, miſeraque cupidine pectus*. De ira, Terentius in Ad. *Cum fervit maxime, tam placidum, quam ovem reddo*. Et lib. I. Off. *Fortis animus, & magnus, in homine non perfecto, nec ſapiente ferventior plerumque eſt*. *Fertur* autem plus etiam eſt, quam *fervet*.

Vt de ſuis commodis nolit aliquam partem amittere) Vt ita vel minimam ſuorum commodorum partem cupiat, ut nullam huic propinquo ſuo ullius ornamenti, non modo commodi, reliſtam partem velit.

Non peteret) Pro, *non petiiſſet*, donec in Gallia fuit.

Sanguinem, vitamque) Oratorie, pro famam, & honeſtatem: ut illud, quod ſtatim ſubjicit: *Quem nunc interficere nefarie cupis*. Et paullo poſt, *Ne numeretur inter vivos*. Et illud: *Is non modo ex numero vivorum exturbatur, ſed, ſi fieri poteſt, infra etiam mortuos amandatur*.

Huic tu moleſtus eſſe videlicet noluiſti) Ad exhilarandos judicum animos argute ab iracunda narratione ad ſedatum ironiæ genus tranſit; nihil enim perpetuum natura delectat. Ipſam vero ironiam contrariis exornat, ab hoc loco, *huic tu moleſtus videlicet eſſe noluiſti*: ad illa verba: Credamus hoc, *Sex. Nævium, cujus caput oppugnat ejus auribus pepercisse*.

Quem nunc reſpirare libere non ſinis) Ita vehementer urges. Perturbatio animi ſumma declaratur his verbis: ut in Parad. Quocumque aſpexiſti, ut furiæ, ſic tuæ tibi occurrunt injuriæ, quæ te reſpirare non ſinunt.

Pudenter) Pudore deterritus.

Cum ipſe te confirmaſſes) Aliquandiu non auſus, animo non ferente.

CAPVT XII.

ANno vertente) Sequentibus verbis, annum duodecim menſium ſigni-

ſignificari, ſatis conſtat; alii decem fuiſſe menſium putarunt.

Hominis admonendi) Pecuniæ debitæ: eſt enim verbum creditoris: ut in ep. ad Tironem: *Dolabellæ procuratores fac ut admoneantur; appellabis etiam Papiam.*

Biennio jam confecto fere) A quo tempore ſimul in Gallia eſſe cœperant; inde enim hujus biennii initium ſumo; non, ut alii, ab idibus Sept. id eſt a quo tempore Romam ex Gallia rediit Quintius, ut, ex tribunorum pl. ſententia, quos Alphenus, Quintii procurator appellaverat, vadimonium ſiſteret. Confirmant opinionem noſtram hæc inferiora: *Debuit tibi C. Quintius: numquam petiſti, mortuus eſt ille: res ad heredem venit: cum eum quotidie videres, poſt biennium denique appellas.* Eodem ſpectat illud ſupra: *Quo mortuo, nec ita multo poſt in Galliam proficiſcitur Quintius, ibi cum iſto familiariter vivit, annum fere una ſunt, cum & de ſocietate inter ſe multa communicarent, & de tota illa ratione, atque re Gallicana: neque interea verbum ullum interpoſuit Nævius, aut ſocietatem ſibi quidpiam debere, aut privatim Quintium debuiſſe.*

Quis tam perditus, ac profuſus nepos) Dicitur idem ſupra his verbis: *Quis tam diſſolutus in re familiari fuiſſet? quis tam negligens? quis tam tui, Sexte diſſimilis, qui cum res ab eo, quicum contraxiſſet, receſſiſſet, & ad heredem perveniſſet, non heredem, cum primum vidiſſet, certiorem faceret? appellaret? rationem afferret? ſi quid in controverſiam veniret, aut intra parietes, aut ſummo jure experiretur?*

Non adeſa jam, ſed abundanti etiam pecunia) Multi enim, adeſa jam pecunia diſſoluti eſſe deſinunt, abundanti autem non facile; quis igitur vel in ſumma pecuniæ copia tam diſſolutus fuiſſet, ut fuit Sex. Nævius? qui biennio nihil petiit.

Cum hominem nomino, ſatis mihi videor dicere) Nemo enim ignorat, eum in pecuniam minime diſſolutum eſſe.

In provincia) Gallia tranſalpina.

Jus dicebatur) A proconſule.

Miramimur) Cum ad rem ſoleas eſſe attentiſſimus.

Ridebimus) Ut in mendacio manifeſto.

CAPUT XIII.

IN quo jam biennium verſamur) Loquitur ex perſona Quintii, non ſua: nam ipſe paullo ante cauſam eam ſuſceperat. Et ex eadem perſona dixit ſupra: *Dat iſte amicum M. Trebellium, nos communem neceſſarium, propinquum noſtrum, Sex. Alphenum.*

Tot) Quatuor, Aquilium, Lucilium, Quintilium, Marcellum.

Tales) Tali virtute.

Nunc denique) Poſt biennium.

Verumtamen petit) Concedamus, ut poſt biennium denique petat, nec objiciamus illi moram temporis.

Ne in civitate ſit?) Amiſſa exiſtimatione, quod explanatur ſequentibus verbis.

Ne locum ſuum) Ne, quo adhuc loco fuit, eo ſit in poſterum: id eſt, ne partem honeſtatis ullam teneat.

Ne numeretur inter vivos) Amplificat oratorie, de quo ſupra diximus.

Hoc quo pertinet) Cum hoc facis, quid ſpectas?

Jampridem actum eſſe poterat) Biennio ante, ſi petiiſſes.

Honeſtiore judicio) Pro tua parte: cum Hortenſius pro te honeſtiore loco dicat: quod honeſtius eſt, quam priore.

Conflictare) Contendas; ſic ad Pætum: *Noli pati fratres turpibus judiciis conflictari.*

Ut facilius judicium ſit.) Ut judicii facilior quaſi via ſit, & id, quod agis, ad exitum facilius perducatur.

Contra caput non didicit dicere) Supra: *Ea ingenia converti in perniciem, quæ antea verſabantur in ſalute, atque auxilio ferendo.*

Refertur) Affertur contra; ſic pro Cæcina: *Ego enim tibi refero.*

Parata ſit) A Quintio.

Moleſtia) Quia, de capite alterius judicare, tibi permoleſtum eſt.

Poſſumus ita rem noſtram perſequi) Acute in Nævium, pro, poteſt ita rem ſuam perſequi Nævius, ut hominis propinqui caput incolumem eſſe patiatur?

Poſſumus petitoris perſonam capere, accuſatoris deponere?) In Hortenſium de

 quo

quo ſupra : *Cum Q. Hortenſius, qui hoc judicio partes accuſatoris obtinet, contra me ſit dicturus.*

CAPVT XIV.

V*Num illud*) De re pecuniaria.

Vnde hæc omnia naſcuntur) Nam pecuniæ cauſſa, quam ſibi Nævius a Quintio deberi affirmat, ideo ſuſcitavit hæc judicia, in quibus non pecuniam, ſed vitam, & ſanguinem petit; Infra : *Quod omnia judicia difficillima cum ſua ſumma invidia, maximoque periculo P. Quintii fieri mallet, quam illud pecuniarium judicium, quod uno die tranſigi poſſet, ex quo uno hæc omnia nata, & profecta eſſe concedit.*

Inter tot annos) Oratorie, cum de biennio loquatur, *Inter tot annos* dicit.

Agendi) In judicio : ut ſupra : *Agi non potuit? at & in provincia jus dicebatur : & Romæ judicia fiebant.*

Quotidie) Vel in Gallia, vel Romæ.

Male agere) Agendo id petere, quod ei non debebatur. Male autem agere non ſolum is dicebatur, qui petebat id, quod ei non deberetur, ſed is etiam, qui, quod deberet, non ſolveret, & creditorem malitioſe falleret; primum hic patet : alterum infra demonſtratur his verbis: *Qui permulta male agendi cauſa, fraudandique fecerunt.*

Poſtea quoque) Si ſic legatur, diſſoluta mihi ſententia videtur : eadem colligi, ſi pro, *poſtea quoque*, reponatur : *poſtea quam.*

Miſſum fecerit) Nævii verba ſunt hæc ſupra recitata: *Se jam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere.*

Per inſidias) Supra : *Obſecro, C. Aquili, vosque qui adeſtis in conſilio, ut diligenter attendatis; ut ſingulare genus fraudis, & novam rationem inſidiarum cognoſcere poſſitis.*

De agro communi dejecerit) De ſaltu, agroque communi; ſupra : *Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea, contra jus & conſuetudinem, edictu prætoris de ſaltu, agroque communi, ſervis communibus vi detruditur.*

De re) De pecunia, quam ſibi deberi diceret.

Agendi) In eo judicio, quod fieri de pecunia ſolet.

De probro) De poſſeſſis Quintii bonis; ſupra : *Id accidit prætoris iniquitate, & injuria : primum, quod contra omnium conſuetudinem judicium prius de probro, quam de re, maluit fieri.*

Cum revocetur ad id judicium) Ad judicium pecuniarium; ſupra : *Pecuniam petit : negamus deberi; judicium fiat ſtatim : non recuſamus; ſi veretur, ut res, judicio facto, parata ſit, judicatum ſolvi, ſatis accipiat : quibus a me verbis ſatis acciperet, iiſdem ipſe, quod peto, ſatisdet.*

Tam copioſa advocatione) Tot advocatis. Mire in hac parte, quæ faceret Nevius, eum quoque confitentem inducit.

Illum conſeſſum) Advocatorum.

Exiſtimo) Tua fretus æquitate.

Vt tu ipſe prædicas) Non id quidem prædicabat Nævius, ſed ſibi potius pecuniam a Quintio deberi : cum tamen revocari nollet ad judicium pecuniarium; & conditionem æquiſſimam ſatis accipiendi, & ſatiſdandi repudiaret; fateri, & prædicare videbatur, ſibi nihil Quintium debere.

A prætore) A Burrieno, nam a Dolabella petiit, ut bona poſſideret, ſed ut Quintius judicatum ſolvi ſatiſdaret; quod ab eo peteret, cujus ex edicto prætoris Romani bona dies triginta poſſeſſa eſſent.

CAPVT XV.

N*Eque cuiquam expedire*) Vt in ejuſmodi re ſtatim a prætore is, qui ſibi pecuniam deberi dicit, poſtulet, ut ejus bona poſſideat.

Ex officii ratione) Pro officio meo.

Ex omnium conſuetudine) Patronorum, an creditorum? nam de utriſque poſſe video intelligi.

Quicum tibi affinitas, ſocietas, omnes denique cauſæ, & neceſſitudines veteres intercedebant) Eadem ſententia ſupra his verbis explicata : *Juſſit bona proſcribi ejus, quicum familiaritas fuerat, ſocietas erat, affinitas, liberis iſtius vivis divelli nullo modo poterat. Omnes cauſæ*, valet : omnia, quæ movere debent.

Verum fuit) Æquum.

Quid

Quid viro miſerius) Diſtinguit ab homine virum, homini nihil turpius, viro nihil miſerius: turpe quidem eſt omnibus exiſtimationem amittere; ei vero, qui ſit inter homines vir, id eſt magno & excelſo animo præditus, miſerrimum, & acerbiſſimum eſt. Antea legebatur, *Quid vero miſerius*; nos, ut quaſi languentem ſententiam excitaremus, *viro*, putavimus eſſe reponendum.

Ignominia affectus) A cenſoribus notatus.

Judicio turpi convictus) Furti, tutelæ, pro ſocio.

Bonis quidem ſuis utitur) Amiſit honeſtatem, ſed bona ſua retinet: habet unde vivat. Duo propoſuit exempla, unum ejus, qui rem amittat, incolumi exiſtimatione, de quo dicit, *Facile conſolatur honeſtas egeſtatem*: alterum ejus, qui honeſtatem amittit, ſalva re domeſtica: de quo ſubjicit, hoc tamen in miſeriis adjumento & ſolatio ſublevatur; at Quintio non ita adimuntur bona, ut integra ſit exiſtimatio: nec ita eripitur honeſtas, ut bona relinquantur; ſed victus, veſtituſque neceſſarius cum dedecore & probro ſub præcone ſubjicitur.

Cujus bona venierunt) Pro, ſi Quintii bona venibunt; non enim *venierunt*, ſed id pugnabat Nævius, ut venirent.

Cum dedecore) Cum deſerti vadimonii probro.

Subjectus eſt) Deſignat calamitatem Quintii, & ait, *ſubjectus eſt*, pro, ſi ſubjicietur.

Infra etiam mortuos amandatur) Quia non ei conceditur, ut poſſit honeſte mori; non ei tantum vita, ſed ſimul honeſte moriendi poteſtas eripitur; ergo, ſi fieri poteſt, ut gravius morte aliquid ſit, id quoque ei contingit. Eodem verbo uſus eſt in Catil. IV. *Non dubitat P. Lentulum æternis tenebris, vinculiſque mandare.* Pro Sulla: *Mandare in ultimas terras*.

Mors honeſta) Pugnantia videtur loqui; nam, ſi mors honeſta vitam etiam turpem poteſt exornare; ſequitur neceſſario, ut vita turpis honeſta morte poſſit exornari; at hoc negant illa verba: *Vita turpis ne morti quidem honeſte locum relinquit*. Verum hoc quidquid eſt difficultatis, plane tollitur, ſi, *ſæpe*, quod eſt in priore membro, ad poſterius quoque referatur, hoc modo: Sæpe accidit, ut honeſta mors turpem quoque vitam exornet; ſæpe item, ut vita turpis exornari honeſta morte non poſſit. Quintius autem injutia Nævii eo redigitur, ut ne mori quidem honeſte poſſit; deſerti enim vadimonii fama adimit facultatem honeſtæ mortis: ſicuti ſæpe contra contingit, ut, qui honeſte moritur, anteactæ vitæ ſordes eluat, at tollat.

Cujus bona ex edicto poſſidentur) Non quod factum ſit, (bona enim ex edicto poſſeſſa negat: neque aliud agitur in hac cauſa) ſed quod factum eſſe Nævius ajebat, id exempli cauſa ponit.

Libelli celeberrimis in locis proponuntur) Quod fieri ſolebat in proſcriptione bonorum: & id Nævius cum feciſſet, impetrata a Burrieno prætore bonorum Quintii poſſeſſione, libellos Alphenus dejecit.

Huic ne perire quidem certe tacite, obſcureque conceditur) *Certe*, non abundat, ut creditur a nonnullis; id perſpicuum fiet, ſi, ordine paulliſper mutato, dicas: Huic certe ne perire quidem tacite, obſcureque conceditur.

Magiſtri) Qui venditioni bonorum præſunt; ep. 1. ad Att. lib. I. & alibi.

Domini) Auget: magiſtros enim adhuc ſignificat.

Qua lege, & qua conditione pereat) Quo modo vendantur ejus bona.

Pretium conficit) Pro, pretium publice dicit; nam ipſe pretium proſcriptorum bonorum non conficiebat, ſed ab aliis confectum palam recitabat.

Vivo, videntique funus ducitur) Tranſiit in adagium: ut in ea pro Sextio, & apud Terentium; &, quoniam hoc non ſolet evenire, ideo Quintius, evenire cui videtur, infra mortuos mandari paullo ante ad miſericordiam commovendam dictus eſt; nam hoc totum, ab eo loco, *ergo hercule*, ſubjicitur ad confirmandum, quod proxime antecedit.

Ad reliquias vitæ) Ad bona Quintii, tamquam vitæ reliquias, quas in humano corpore lacerant, diſcerpuntque carnifices.

Raro

Raro id accidere) Quod injuria Nævii nunc accidit, ut abſentis Quintii bona proſcriberentur.

Comparaverunt) Nam in edictis ita ſcribunt: ne cujus poſſideantur bona, niſi qui fraudationis cauſa latitarit, aut heres cui non exſtet; aut qui exſilii cauſa ſolum verterit: ut infra.

CAPUT XVI.

D*Enique inimiciſſimos*) Videtur addendum, *in*: & ad vim aliquid accedet: hoc modo: *Denique in inimiciſſimos*. Quod ſi hæc in homines alieniſſimos, denique in inimiciſſimos viri boni faciunt: cur non eadem in Quintium Nævius; non alieniſſimum, ſed propinquum; non inimiciſſimum, ſed ſocium fecit.

Hominum exiſtimationis) Ne cui bonam famam eripiant.

Res iſta) Vadimonii deſertio.

Malè agendi) Injuſte, & malitioſé litigandi; idem ſupra loquendi modus: *Quo tempore primum male agere cœpit*.

Si de prædiis tuis ageretur) Quorſum hic de prædiis? docti viri, a quibus non diſſentio, legendum ex antiquis libris exiſtimarunt; *Si dupondius unus*; *aut*, quod malim, *Si dupondius tuus*; qui minimus nummus erat, valore duorum aſſium. Major autem, ut mihi videtur, Nævii eſſet ignominia, ſi legeretur; *De pretiis tuis*: cum ſcilicet vocem tuam vendebas; quam opinionem confirmat illud ſupra, *Vocem in quæſtum contulit*. Et infra: *Cujus vox præconio quæſtu proſtitit*.

L. Lucullum) Iuris peritum; quamquam, *L. Lucilium*, legerim libentius: qui juriſconſultus clarus ætate ſua fuit, docuitque Ser. Sulpicium, ut ait Cicero in Bruto; nam L. Lucullum, qui poſtea de Mithridate, & Tigrane triumphavit, juriſconſultum fuiſſe, nuſquam legi.

Horæ duæ fuerunt) Invidioſe in Nævium; qui cum queri poſſet, deſertum a Quintio vadimonium, ab eo die, quo ille profectus in Galliam, Roma egreſſus eſt ante diem IV. Kal. Febr. quod non niſi quatriduo poſt ex Publicio, qui ad vada Volaterrana Quintio occurrerat: quatriduum tamen illud (nam ſpatii minus eſſe non potuit) Cicero contrahit in horas duas, atque adeo vix in unam horam, infert enim paullo poſt: *Non in eam turpitudinem veniſſes, ut hoc tibi eſſet apud tales viros confitendum, qua tibi vadimonium non ſit obitum; eadem te hora conſilium cœpiſſe, hominis propinqui fortunas funditus evertere*.

Reſpiraſſet cupiditas) Remiſiſſes paullulum de cupiditate, non ſtatim ad Burrienum prætorem veniſſes.

CAPUT XVII.

O*Blitus es*) Quaſi per jocum eum exagitat: vitiumque voluntatis, memoriæ vitium facit.

M. Marcelle) Is eſt, quem juris magis, quam eloquentiæ ſtudioſum fuiſſe, Pedianus in Divin. auctor eſt.

Latitare) Quod verbum erat in edicto: ut infra.

Ad hanc rationem) Ad petendum a prætore, ut bona poſſidere liceat.

Extremam) Quæ tibi extrema, non prima, eſſe debuit.

Neceſſariam) Ad quam non niſi neceſſario deveniendum fuit.

Rationem ſummi officii) Quam numquam in vita novit.

Quibus rebus invenerim) Bonis artibus partæ divitiæ laudantur, & probitatis opinionem afferunt; at Nævius, ne, quia dives, ideo putaretur bonus vir, fatetur ſe malis artibus ad divitias perveniſſe. Eſt autem oratoriæ calliditatis, tribuere ſermonem adverſariis contra ſe ipſos; ut in Divin. Hortenſium inducit ita loquentem: *Non illud peto, quod ſoleo: cum vehementius contendi, impetrare: reus ut abſolvatur, non peto: ſed ut ab hoc potius, quam ab illo accuſetur, id peto*.

Multo facilius divitem, quam patremfamilias, fieri poſſe) Scurræ multo facilius eſſe, quam patrifamilias, divitem fieri; turpiter enim, ut ſcurra, paterfamilias rem facere, non vult; ſcurræ perſonam Nævio ſupra quoque impoſuit Cicero dicens: *Neque parum facetus ſcurra Sex. Nævius, neque inhumanus præco eſt umquam exiſtimatus*.

CA-

CAPVT XVIII.

QVoniam tu id tibi arrogas) Vt, deſerto vadimonio, bona proſcribere debueris.

Quo te nomine appellemus?) Artificioſe, ut facinus augeat, ambigit de nomine; quo de genere diximus initio lib. IV.

Etiam ſi deſertum vadimonium eſſet) Cum vero deſertum non ſit, improbum te ſi appellemus, non ſatis eſt: exprimi tuam culpam oportet graviore nomine.

Improbiſſimus reperiebare) In proſcribendis ejus bonis, quicum tibi affinitas, ſocietas, omnes denique cauſæ, & neceſſitudines veteres intercedebant: cum fieri a te plurima oporteret, antequam ad hanc rationem neceſſariam devenires.

Negas) Quaſi levi malitia peccatum indicet; cum tuo nihil ſit gravius.

Res autem) A te commiſſa.

Quam natura fert) Quia vix in hominem convenire videantur.

Pr. Kal. Febr.) Dixi jam, aut ſupra legendum, Pr. Kal. Febr. aut hic, IV. Kal. Febr.

Litteræ P. Quintii) Ephemeris a Quintio ſcripta.

Cum adſtipulatore tuo) Cum eo, qui tuam calumniam ſuo teſtimonio confirmat.

Vixit enim ſemper inculte, atque horride) Quia non de colligenda gratia laboravit, ut Nævius.

Non ad ſolarium) Locus in ſuperiore domo, Soli patens. Auguſti iocus eſt apud Macrobium: cum de Tyriæ purpuræ, quam emi juſſerat, obſcuritate quereretur, dicente venditore: *Erige altius, & ſuſpice: Quid ergo? inquit; ut me populus Romanus dicat bene cultum, in ſolario ambulaturus ſum?* Fuit & Solarium horologium, anno urbis CDLXXVII. in publico, ſecundum Roſtra, in columna conſtitutum: quo cum uti non liceret niſi ſereno die. Naſica cenſor aqua diviſit horas dierum & noctium.

In campo) Martio, ludendi gratia, ut reliqua juventus. De orat. lib. II. *Vt illud in Titium, qui cum ſtudioſe pila luderet, & idem ſigna ſacra noctu frangere putaretur, gregaleſque cur in campum non veniſſet, requirerent, excuſavit Veſpa Terentius, quod eum brachium fregiſſe diceret.*

In conviviis) In luxu, & ſumtibus.

Obſolevit) Obſcuratus eſt, evanuit, ut in pictura, aut in veſte propter vetuſtatem.

Diſcedere) Exitus rei oſtenditur hoc verbo; non enim eſt hic, *diſcedere*, pro, abire, ſed eo ſenſu, quo dictum eſt ad Att. lib. II. *Si poſſum diſcedere, ne cauſa optima in ſenatu pereat.*

Non mediocriter conquerendum) Quia neminem in cauſa pari æquum eſt inferiorem eſſe; par cauſa ſi eſt, paria quoque reliqua ſint.

Nunc) Pro, *ſed*, Græco more: ut pro Archia: *Nunc inſidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat.*

Dedatur) Accommodatum verbum cupiditati, crudelitatique Nævii; quaſi dicat, tradatur inimico, bonis, fama, fortunis omnibus evertendus: ut pro Roſcio Am. *Non recuſamus, quin illorum libidini Sex. Roſcii vita dedatur.*

CAPVT XIX.

AD iſtam rationem) Ad poſtulationem, & proſcriptionem bonorum: quam ſupra, *Rationem extremam neceſſariam*, vocavit.

Ad negotium ſuum proficiſcuntur). Vt profectus eſt Quintius in Galliam, relicto Alpheno procuratore.

Ne is quidem) Cui ſupra liberos eſſe dixit.

Solum verterit) Mutilus locus; deeſt enim, quod ad hæc edicti verba Cicero reſpondeat. Neque vero Ciceronis tantum verba deſiderantur, ſed, ut arbitror, etiam edicti; cum enim ſubjiciatur: *Quo tempore exiſtimas oportuiſſe, Nævi, abſentem Quintium defendi:* neceſſe omnino videtur, præire edicti verba, quibus hæc reſpondeant; apte autem congruerent in edicto: *Qui abſens judicio non ſit defenſus.* Quod eo magis arbitror, quia videtur edicti verba iterare, cum ait infra: *Quis eſt, qui fraudationis cauſa latuiſſe dicat? quis, qui abſen-*

abſentem defenſum neget eſſe Quintium? Et alio loco: *Eum ipſum, qui fraudandi cauſa latitet; tum ipſum, quem judicio nemo defendat; eum ipſum, qui cum omnibus creditoribus ſuis male agat, invitum de prædio detrudi vetat.* Et aliquanto poſt: *Ex edicto autem non potuiſſe bona poſſideri, demonſtravi: quod neque fraudandi cauſa latitaſſet, neque exſilii cauſa ſolum vertiſſe diceretur. Reliquum eſt, ut eum nemo judicio defenderit, quod contra copioſiſſime defenſum eſſe contendi.*

Cum poſtulabas) A Burrieno prætore.

Neque quemquam attinebat id recuſare) Cur enim quiſquam recuſaret, quod prætor non ex arbitrio ſuo, ſed ex edicto fieri jubebat?

Non fieri) Sic veteres libri: & major vis eſt, quam ſi legatur, ut antea, *Non modo fieri*.

Hominem P. Quintii) Servulum, de quo ſupra.

In jus vocas) Ad prætorem. Eodemque ſenſu dixit jam: *Vt se lu jus adducerent*.

Iudicium poſtulas) Vt prætor judicem, judiciique formulam det.

Scurræ divitis) Nævii.

Eques Romanus) Equeſtris dignitas poſt ſenatoriam proxima, & equeſter ordo ſeminarium ſenatus fuit; inde enim cenſores in legendo ſenatu ſumebant, quos inter ceteros probitate, opibus, ingenio excellere arbitrabantur; &, ut eques Romanus eſſe nemo poterat, qui c o millia H-S, id eſt, ſcutatorum XII. millia non poſſideret: unde Horatius: *Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt, Plebs eris*: ſic, niſi qui duplum, id eſt DCCC. millia poſſideret, ab equeſtri ad ſenatorium ordinem tranſire non poterat; &, ut equiti Romano, ſi tueri ordinem vellet, co. millia, ſic, ſenator ſi eſſe vellet, DCCC. millia habere neceſſe fuit. Aliud eſt autem, *Eques*, dicere, aliud, *Eyurs Romanus*; eques enim erat, quicumque ſuo militabat equo, qui nec dicebatur, nec erat equeſtris ordinis; neque hunc cenſu c o millium eſſe neceſſe fuit: eques autem Romanus vocabatur is, qui publico mereret equo, & equeſtris eſſet ordinis, a cenſore lectus, & c o millia poſſideret, & equeſtribus quoque ornamentis, ut annulo aureo, tunica anguſti clavi, (nam latus clavus ſenatorum erat) phaleris etiam uteretur; hanc diſtinctionem auctore Cicerone Phil. I. cognovimus: ut Livii, Valerii, aliorum teſtimonia brevitatis cauſa relinquantur. Nec vero, ſi quis ex equite Romano ſenator fieret, equum publicum amittebat, ut exemplo Neronis, & Salinatoris cenſorum docet Livius: qui cum inter ſe diffiderent, alter alterum equum publicum juſſit vendere. Erant autem equites Romani tam plebeii generis, quam patricii: &, qui equitum, aut ſenatorum filii eſſent, nec equeſtri cenſu carerent, niſi tamen a cenſore legerentur, equites Romani non erant, ſed, qui equitum filii, equeſtri loco nati, & equeſtri loco eſſe, qui ſenatorum, ſenatorio loco nati, & equeſtri loco eſſe dicebantur; quemadmodum nec ſenatorum filii, licet DCCC millia, qui cenſus erat ſenatorius, poſſiderent, ſenatores erant, niſi a cenſoribus lecti eſſent in ſenatum; quod ſi ſenator equitem Romanum patrem habuiſſet, ut M. Cicero, Ser. Sulpicius, alii permulti: equeſtri loco natus, loco tamen eſſe non equeſtri, ſed ſenatorio dicebatur. Inſigne, novumque fuit in Pompeio Magno, quod ex Africa primum, deinde ex Hiſpania, nondum ſenator, ſed eques Romanus triumphavit. Differebant a ſenatoribus veſtitu, non quod diverſa toga uterentur: eadem enim erat omnium ordinum: ſed quod, præter varietatem calceorum, tunica ſenatorum lato clavo purpureo erat intexta, equitum anguſta; itaque dixit Velleius de Mæcenate, qui ab ordine equeſtri ad ſenatorium, cum facile poſſet, tranſire numquam voluit: *Vixit anguſto clavo contentus*. Et Ovidius, in ordine ſe equeſtri conſtitiſſe, ad ſenatorium pervenire non potuiſſe, ſignificat IV. Triſt. his verſibus:

Curia reſtabat: clavi menſura coacta eſt:
Majus erat noſtris viribus illud onus.

Quo more ſum adductus, ut apud Suetonium in Othone, ubi legitur in pervulgatis libris, *Auguſti clavius* fuit, reponendum putarem, *Anguſli:lavius*, unico verbo, ſuffragante antiquo libro

bro bibliothecæ Vaticanæ : eadem ratione , quemadmodum dixit idem in Nerone : *A laticlavio , cujus uxorem attrectaverat , pene ad necem cæſus eſt* . Nominibus non iiſdem ſemper appellati ſunt, Celeres primum , deinde Fluxumines , tum Troſſuli ultra C. Gracchum, poſtremo Equites ; quod a Plinio , & Feſto memoriæ mandatum , referre non alienum putavimus . De numero ſi quæritur , tres tantum equitum centurias Romulus inſtituit, denos capiens e ſingulis curiis, quæ x x x. erant : Ser. Tullius ad x i i x. majoris præſidii cauſa , aucta jam civitate , perduxit ; quorum treceni ſingulis in legionibus militarunt.

C A P V T XX.

Poſtulabam) A Dolabella prætore; ſupra .

Ita videbare) Malim ex ſententia : *Ita : jubebat pr.* id eſt prætor ; nam & ſtatim ſubjicitur : *Ita : verum prætor decernebat* . Prima Nævii objectio eſt : Poſtulabam , ut ſatiſdaret . Reſpondetur : *Injuria poſtulabas* . Altera : *Ita : jubebat prætor* . Reſpondetur : *Recuſabat Alphenus* . Tertia : *Ita : verum prætor decernebat* . Reſpondetur : *Tribuni igitur appellabantur.*

Iudicium pati) Quod paullo poſt dicit : *judicium accipere* : id eſt , rei judicatæ acquieſcere ὑπομένειν δίκην , Ariſt. lib. V. Polit.

Neque judicio defendere) Quia nec ſtitiſſe Quintium , nec abſentem eſſe defenſum, Nævius ajebat . Cui Cicero jam reſpondit in eo loco : *Quo tempore exiſtimas oportuiſſe , Nævi , abſentem Quintium defendi ?*

Cum auxilium a tribunis petas) Tribuni pl. initio , flagitante plebe , creati ſunt , ut injuſte vexatis atque oppreſſis auxiliarentur .

Antea dixiſſe audio) P. Iunio Quintium defendente .

Cauſam ipſam conſidero) Ea , quæ procurator Alphenus in tuenda Quintii cauſa fecit .

Quid aliud dicere poſſit) Pro Nævio contra nos .

Vadimonium promiſiſſe) Idibus Sept. eum ita inter eum & Nævium conveniſſet : quia M. Brutus , tribunus pl. interceſſurum ſe palam dixerat , niſi quid inter ipſum Alphenum , & Nævium conveniret.

Ita tamen) Cum eo tamen , ſi tribunis ita videretur .

Per eum magiſtratum) Per tribunos pl. qui ſi auxilii cauſa inſtituti ſunt, cur eos contra inſignem injuriam Alphenus appellare non debuit?

Aut C. Aquilius) Aut , cum facta eſſe conſtet, C. Aquilius , talis vir , juratus iniquum jus in civitate conſtituat, neceſſe eſt, hoc ſcilicet : cujus procurator non omnia judicia acceperit, quæ quiſque in verbo poſtularit , cujus procurator a prætore , ac tribuno appellare auſus ſit , eum non defendi , ejus bona recte poſſideri poſſe .

Quæ quiſque in verbo paſtularit) Hoc dicit , quia ſatiſdare noluerat Alphenus .

Auſus ſit) Vt prætoris judicium reſcinderet .

Ei miſero) Miſero , propter ea , quæ ſequuntur .

Ignaro fortunarum ſuarum) Qui , quid in ſuis rebus ageretur , abſens neſciret .

Quod ſi probari nemini poteſt) Quintium abſentem judicio non eſſe defenſum , ejuſque bona recte poſſideri poſſe .

Ex edicto bona paſſeſſa ſunt) Nam in edicto ſumtum eſt, qui abſens judicio non ſit defenſus, ejus bona poſſideri poſſe .

Ne audieruut quidem) Hoc dicebat Hortenſius , quia tribuni pl. auxilii cauſa appellati non interceſſerant , nec Burrieni prætoris decretum infirmaverant .

Prætoris Romani) Prætoris urbani Burrieni , qui proſcribi bona Quintii abſentis juſſerat ex edicto .

M. Brutus) Fortaſſe M. Bruti pater , qui Cæſarem occidit ; is enim & Marianus fuit , & a Cn. Pompeio necatus eſt, auctoribus Valerio , Plutarcho, Appiano ; hæc autem , quæ hic narrantur , facta ſunt, ut e ſuperioribus couſtat , Scipione, & Norbano cos. quo anno tribunus pl. M. Brutus ſuit , Mariana factione dominante .

Ipſum Alphenum) *Alphenum* , gloſſema eſſe puto ; jam enim dixit, *procu-*

rato-

ratorem: quo refertur, *ipſum*.

Non more) Non ut moram afferret, quod adverſarii calumniabantur, quia tribuni pl. idibus Sept. Quintium ſiſti juſſerant.

CAPVT XXI.

H*Vjus*) Abſentis Quintii: ne quis eum latitare, aut ſolum vertiſſe, ſuſpicaretur.

Pro communi neceſſitudine) Quintii, & Nævii.

Sin autem inimiciſſime, atque infeſtiſſime contendere perſeveret) Hoc eſt, quod ſupra dixit: *Iſtum æquum eſſe famæ, fortuniſque P. Quintii conſulere, & adventum ejus exſpectare: quod ſi facere nolit, atque imbiberit ejuſmodi rationibus, illum ad ſuas conditiones perducere; ſeſe nihil precari, &, ſi quid agere velit, judicio defendere.*

Se judicio id, quod edat, accipere) Malim, *judicium*: ut paullo ante: *Judicium quin acciperet, in ea ipſa verba, quæ Nævius edebat, non recuſaſſe.*

Fit) Convenit inter Alphenum & Nævium; quod niſi conveniret, interceſſurum ſe eſſe, M. Brutus, tribunus pl. palam dixerat.

Rebus omnibus integris) Hoc explanatur ſequentibus verbis: *Neque proſcriptis, neque poſſeſſis bonis.*

Siſti Quintium) Id. Sept.

Jacet res in controverſiis) Iudicium non expeditur, Nævio rem de induſtria protrahente: litigatur tamen dicis cauſa; propterea infra: *Cui neque magiſtratus adhuc æquus inventus eſt.* Et in extrema oratione: *Ab omni magiſtratu agitatus, atque perterritus.*

Iſto calumniante) Rem variis artibus producente; quod ſupra dixit: *Annum & ſex menſes nihil petit; quieſcit: conditionibus hunc, quoad poteſt, producit.* Eodem ſenſu ad Varronem: *Quod antea calumniabar: indicabo malitiam meam.* Ad Lentulum: *Per adverſarios tuos variis calumniis extracta res eſt.*

Biennium) Auget; nam ſupra, Annum, & ſex menſes, dixit.

Vſque dum inveniretur) Vſque dum prætorem nactus eſſet, qualem vellet.

Ab uſitata conſuetudine) Vſitata conſuetudo fuit, ut judicium de re prius, quam de probro fieret, quod contra Dolabella decrevit.

In hoc ſingulare judicium) Singulare appellat, quia non uſitatum, & in una Quintii cauſa factum: ut ſcilicet ſponſionem P. Quintius cum Nævio faceret, ſi bona ſua ex edicto poſſeſſa eſſent, quo genere judicii cauſam priore loco dicere cogebatur.

Illis dominantibus) Marianis: quibus anno proximo ſuperiore debellatis, dominari Sulla cœperat.

Quod ſi velim confiteri) Nævio parem certationem cum Alpheno illo tempore non fuiſſe. Dicit autem, quod ſi velim confiteri: quaſi liceat ei non confiteri: cum & Nævius ipſe Marianarum partium fuerit: ut infra narratur.

Ad vincendum ſatis eſt) Nam, ſi abſens Quintius judicio defenſus eſt, edictum ejus cauſæ non nocet, in quo eſt, eius bona poſſideri poſſe, qui judicio abſens non ſit defenſus.

Qualis is fuerit) Marianus, an Sullanus.

Si modo abſentem defendebat per jus, & magiſtratum) De quo loquitur edictum. Magiſtratum, dixit, pro tribunos pl.

Qui apud te eſſet educatus, quem tu a puero ſic inſtituiſſes) Si Marianus Alphenus ex educatione, & diſciplina tua fuit.

Vt nobili) Nobilitas pro Sulla, plebs pro Mario pugnavit.

Ne gladiatori quidem) Vt ita nobilitatem odiſſet, ut ne gladiatori quidem, multarum pugnarum victoria nobili, favere vellet. Ludit in voce, *nobili*; eſt enim & in cive nobilitas, & in gladiatore.

Summe concupiſti) Marianos vincere.

Par contentio) Non ille magis, quam tu, gratioſus erat, Marianis dominantibus.

Intercedebat) Interceſſurum ſe, niſi quid inter eos conveniret, palam dicebat.

Iniuriam decernebat) Antiquus liber, *injuria*: quod probo.

Iſtos) Sullanos.

Quos advocaſti) In quibus erat L. Philippus, conſularis, & cenſorius.

Eam rem) Civilem contentionem.

C A P V T XXII.

IMpetrabat) A prætore : cum Alphenus a tribunis pl. non impetraſſet, quod iis intelligitur verbis : Appellantur tribuni, a quibus cum eſſet certum auxilium petitum, ita tamen diſcelitur, ut, idibus Sept. P. Quintium ſiſti Sex. Alphenus promitteret.

Studium veſtrum) Æque ſtudioſi eratis earumdem partium.

Vetuſtate) Vſu diuturno, vetere malitia.

Viciſti) Quia ille interfectus eſt cum Marianis; tu gratia vales etiam apud iſtos, qui ut vincerentur, optabas.

Aliquem contra te advocare poterat) Supra : *Noſtros advocatos acerrime ſubmoveri*. Et : *Viros bonos complures advocat*.

Magiſtratus aliquis) Vt tribuni pl.

Conſiſteret) agi poſſet.

Neque judicium redditum eſt uſitatum) A prætore Dolabella, de quo ſupra : *Decernit; quam æquum, nihil dico : unum hoc dico, novum*. Et : *Iacet res, iſta calumniaate, biennium, uſque dum inveniretur, qua ratione res ab uſitata conſuetudine recederet, & in hoc ſingulare judicium cauſa omnis concluderetur*.

Non conditio) Vel ut ſatisdaret ſolus, vel ut ſponſionem faceret Quintius.

Non ſponſio) Qua cogitur Quintius priore loco cauſam dicere.

Poſtulatio) Vt ejus bona ex edicto poſſiderentur, ſignificatur apud Burrienum prætorem Nævii poſtulatio.

De re pecuniaria cupio contendere: non licet) Locus ad oſtendendam cauſæ iniquitatem, per quamdam rei & adverſarii contentionem inductus, exempla non deſunt ejuſdem generis, ut a reo, quod nunc occurrit, lib. I. in Verrem : *Quid erat, quod quiſquam diceret, aut defenderet? Cleomenem nominare non licet, at cauſa cogit, moriere, ſi appellaris At remiges non erant, Prætorem tu accuſas? frange cervicem*.

Non licet) *Cur non licet? quia jam ego a Burrieno prætore impetravi*, ut ex edicto bona poſſiderem.

At ea controverſia eſt) Ideo enim vadari me cœpiſti, quia pecuniam deberi tibi a me diceres. Supra : *Profecto, ſi quid deberetur, peteret: non omnia judicia fieri mallet, quam unum illud, unde hæc omnia naſcuntur*.

Vbi ita acceſſe eſt) Quando ita neceſſe eſt, ſi cauſa capitis nobis dicenda eſt, accuſa : nam reus poſteriore loco ſolet dicere.

Arceſſetur) Ad prætorem : ut præſtituantur horæ ad arbitrium noſtrum. Significat id, quod ſupra narravit : *Illud etiam reſtiterat, quod heſterno die fecerunt, ut te in jus adducerent, ut nobis tempus, quamdiu diceremus, præſtitueres*.

Pro me) Advocatus, non patronus.

Honore) Conſularis, & cenſorius :

Non illa) Querebatur Nævius iniquam ſibi, Marianis dominantibus, certationem cum Alpheno fuiſſe. Immo vero, inquit, Cicero, hæc iniqua certatio eſt: non illa, quia, more velitum, contra Alphenum pugnabas, quæ, ſi cum hac conferatur, non certatio, ſed velitatio quædam erit appellanda, nec Alpheni ea contra te, ſed contra Alphenum tua.

Huic) Non Alpheno, ſed Quintio.

Ne ubi conſiſteres quidem) Paullo ante : *Cui nec magiſtratus adhuc æquus inventus eſt*.

C A P V T XXIII.

SPonſores) Qui pro C. Quintio, P. fratre, ſpoponderant.

Ab hoc alieniſſimi) Nulla cum Quintio neceſſitudine conjuncti.

Violare P. Quintii exiſtimationem) Quam violavit affinis, ſocius, neceſſarius.

Qui cum ipſe ultro deberet) Non eſt in, *ultro*, prompta voluntas, ut alibi, ſed contrarii ſignificatio, cum hoc dicat : tantum abeſt, ut ei Quintius, ut ipſe ultro pecuniam Quintio deberet. Virg. lib. II. Æn. *His lacrymis vitam damus, & miſereſcimus ultro*. Terentius in Ad. *Niſi ſi me in illa credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant, ſibi fieri injuriam ultro, ſi quam facere ipſi expoſtulant, & ultro accuſant*. Idem in Phor. *O audaciam, etiam me ultro accuſatum advenis*.

Per ſe afflictum, atque everſum) Diu vexatum litibus a Nævio, prætore non invento, non modo a quo ius impetraret, ſed ne unde arbitratu quidem ſuo poſtularet. In extremo : *Ab*

Ab ipſo repudiatus, ab amicis ejus non ſublevatus, ab omni magiſtratu agitatus, atque perterritus, quem præter te appellet, habet neminem. Poteſt etiam referri ad ſundum Gallicanum, in quem non ſum videtur Quintius ſuiſſe reſtitutus: cum dicat Cicero in extrema oratione: *E fundo ornatiſſimo dejectus, ignominiis omnibus appetitus, cum illum in ſuis paternis bonis dominari videret, ipſe nubili filiæ dotem conficere non poſſet, nihil alienum tamen vita ſuperiore commiſit*.

Quis eſt, qui fraudationis cauſa latuiſſe dicat?) Edicti verba ſunt, *qui fraudationis cauſa latitarit?*

Quis, qui abſentem defenſum neget eſſe Quintium?) Et hoc ad edicti verba pertinet: quæ tamen deſiderantur, ut ſupra docuimus.

Ratio) Negotium.

In iſtiuſmodi ſponſionem) Pro Nævio contra Quintium facta, juſſu prætoris Dolabellæ.

Teſtes dare oportebat) Quos cum non dederit Nævius, injuſte ſponſio facta eſt.

A me nominis ejus, quod inficiatus eſſet, diem petivit) Niſi fallor, hæc quoque edicti verba fuerunt: *Qui nominis eius, quod inficiatus ſit, diem petiverit*.

Ita ſe graves eſſe) Graves illi quidem viri ſunt, quibus teſtibus utetur Nævius: ſed, niſi veritatem in teſtimonio retinebunt, gravitatem amittent, levis eorum auctoritas erit: ſin autem verum dicent, nihil eorum de gravitate detrahetur.

CAPVT XXIV.

S*Ex. Alpheni*) Videtur pro Marianis contra Sullam pugnaſſe, & interfectus eſſe.

In hereditaria ſocietate) In ea ſocietate, quæ tibi cum P. Quintio non voluntaria, ſed ideo fuerat, quia bona omnia fratris ejus C. Quintii, ad eum hereditate pervenerant: ut ideo ſocius eſſet, quia heres: at ei tu ſocius in emendis Alpheni bonis, tua ſponte eſſe voluiſti.

Quem ſpoliatum fama, fortuniſque omnibus arbitrabare) Ex eo, quod ejus bona ex edicto poſſediſſes.

Philippus) Advocatus, non patronus.

Timore prolaberer) Quod initio dixit: Eloquentia Q. Hortenſii ne me dicendo impediat, nonnihil commoveor.

Huic Q. Roſcio) Comœdo, pro quo exſtat Ciceronis oratio.

Propinquum ſuum) Sororis ſuæ virum, P. Quintium.

Ore duriſſimo) Summa impudentia.

Contra talem artificem) Q. Hortenſium.

CAPVT XXV.

Q*Vod habebat erga propinquum ſuum*) Malim, *adhibebat*.

Cum artifex eiuſmodi ſit, ut ſolus dignus videatur eſſe, qui in ſcena ſpectetur: tum vir eiuſmodi eſt, ut ſolus dignus videatur, qui eo non accedat) Leporem habet hæc ſententia duabus diſtincta partibus, & mire valet ad laudandum; itaque lib. III. in Verrem ſic de Chilone teſte: *Qui iſti ita amicus, & neceſſarius eſt, ut, etiamſi vir bonus non eſſet, tamen, quod contra iſtum diceret, grave videretur: ita vir bonus eſt, ut, etiamſi inimiciſſimus iſti eſſet, tamen eius teſtimonio credi oporteret*. De juriſconſulto autem Aquilio pro Cæcina: *Qui ita iuſtus, & bonus vir eſt, ut natura, non diſciplina, conſultus eſſe videatur; ita peritus, ac prudens, ut ex iure civili non ſcientia ſolum quædam, verum etiam bonitas nata eſſe videatur*. Et ad Q. fr. ep. 1. lib. I. *Cuius natura talis eſt, ut etiam ſine doctrina videatur moderata eſſe potuiſſe: ea autem adhibita doctrina eſt, quæ vel vitioſiſſimam naturam excolere poſſit*. Qua in epiſtola ut natura primum ſeparatim a doctrina, deinde doctrina ſeparatim a natura laudatur: ſic in illa ad M. Brutum ita ſeorſum ab ingenio extollitur induſtria, ſtudiumque Valerii Meſſallæ, ut ingenium tamen in eo ſummum eſſe dicatur: *Tanta*, inquit, *induſtria eſt, tantumque evigilat in ſtudio, ut non maxima ingenio, quod in eo ſummum eſt, gratia habenda videatur*.

Qui eo non accedat) Scenicam enim artem agere, probro fuit. Similiter eum laudat in oratione, quam pro ipſo habuit: *Quem populus Romanus*, inquit, *meliorem virum, quam hiſtrionem, eſſe arbitratur: qui ita digniſſimus eſt ſce-*

eſt ſcena propter artificium, ut digniſſimus ſit curia propter abſtinentiam.

Quoad potuerit] Victam denique eſſe veritatem, & pudorem Quintii, cupiditate, & audacia Nævii, ſignificat.

Ante V. Kal. intercalares) Non hoc videtur eſſe diem indicare, ſed tempus, dies enim ſic, *V. Kal. intercalares* ſignificatur. Itaque, ſi ſuffragarentur antiqui libri, legerem libenter, *ante diem V. Kal. intercalares*, quem diem hic certe non oſtendit loquendi modus, *ante V. Kal.* Nihil autem refert, utro modo loquamur, *ante diem V. Kal.* an, *V. Kal.* quod probavi jam in eo loco: *Roma egreditur ante diem IV. Kal. Febr.* Dies autem hic eſt viceſimus ſextus menſis Februarii, intercalaris appellati eo anno, cum dies unus interponitur, quod quarto quoque anno fit: cum annus conſtet diebus CCCLXVI. ſenis horis additis in ſingulos annos. Neceſſe autem eſt, eum, quem dixi, diem ſextum ſignificari, ut triduo diſtet a pridie Kal. intercalares, qui poſtremus eſt menſis intercalaris dies, id eſt viceſimus nonus, quo utitur Cicero contra Nævii mendacium argumento.

Statim de jure) Statim ut aliquis a prætore in Galliam cucurrerit; nam, *de iure*, ad prætorem refertur, non ad judices. Id paullo ante oſtendit his verbis: *Bona, poſtulas, ut ex edicto poſſidere liceat.* Eodem modo explanavimus illud ſupra: *Illud etiam reſtiterat, quod extremo die fecerunt, ut te in jus adducerent.* Et illud: *In jus vocat, ſequitur.*

Seu potius Pegaſos] Pegaſi, alati equi, ex Meduſæ ſanguine, quam Perſeus interemit: nota vel pueris fabula eſt.

CAPUT XXVI.

Hanc cauſam voles cum Hortenſio dicere) Aderat igitur ut advocatus, non ut patronus.

Dominus) Quintius.

De ſuo fundo) De ſaltu, agroque communi, nam etſi *de ſuo fundo*, &, *a ſua familia*, dicit: de fundo tamen communi, & de communi familia eſt accipiendum: cum ſupra dixerit: *Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea contra jus & conſuetudinem, edicto prætoris de ſaltu, agroque communi a ſervis communibus vi detruditur.* Eſt igitur, *de ſuo fundo*, de eo fundo, qui ad eum pro dimidia parte attineret: &, *a ſua familia*, cujus ipſe pro ſua parte dominus eſſet.

A ſua familia) A ſervis communibus.

Utrumlibet elige) Vel miſiſſe te in Galliam, poſtea quam poſtulaſti a prætore, ut ex edicto poſſidere bona liceret: vel miſiſſe, antequam poſtulaſti.

Alterum incredibile eſt) Si miſiſti, poſtea quam poſtulaſti; incredibile eſt eos, qui miſſi a te ſunt, biduo, aut non toto triduo DCC millia paſſuum decurriſſe; poſtulaſti enim ante diem V. Kal. intercalares: dejectus eſt autem Quintius de ſuo fundo pridie Kal. intercalares.

Alterum nefarium) Si miſiſti, ante quam poſtulaſti, ut bona poſſideres.

Utrumque inauditum] Unum, biduo, vel non toto triduo DCC millia paſſuum eſſe decurſa: alterum, bona alicujus poſſidere aliquem eſſe auſum, antequam a prætore poſtularet, ut ex edicto poſſidere liceret.

Malo] Dicere te hoc, ante miſiſſe.

Si enim illud diceres] DCC millia paſſuum biduo, aut non toto triduo eſſe decurſa.

Cum hoc confiteris) Te ante miſiſſe, cum poſtulares.

Ne mendacio quidem) De DCC millibus paſſuum biduo decurſis, quod quia vides credi non poſſe, ideo confugies huc, ut miſiſſe te, ante quam poſtulares, fatearis, quod nefarium eſſe, negari non poteſt: nec ab Aquilio, talibuſque viris ullo modo probabitur.

Quid hæc amentia) Mittere in Galliam, ut bona poſſideantur, prius quam poſtulares, ut ex edicto poſſidere liceret.

Non latrocinium?) In quo majus aliquid eſt, quam in ſcelere.

Poſt dies triginta] Exempli gratia. Quænam, inquit, hæc tua ratio eſt, ſi dicis, te poſtulaturum fuiſſe? non enim debebas, quamquam poſtulare cogitares, ante poſtulationem in Galliam mittere, qui de fundo Quintium expellerent.

Si nemo recuſaret, qui ex ipſius decreto & ſatisdaret, & judicium accipere vellet) Nam, ſi nemo ſatisdaret, bo-

na poſſideri jure poſſent, unde illa D. lib. XLII. tit. 6. *Quod ſi, quaſi ſuſpectus, ſatisdare juſſus, decreto prætoris non obtemperaverit; tunc bona hereditatis poſſideri, venumque dari ex edicto ſuo permittere debebit*. Animadvertendum, ex, *nemo*, quod aperte negat, elici tamen ſignificationem, quæ affirmat, ut conſequentibus verbis. *Satisdaret, judicium accipere vellet*, conſentiat; idem enim eſt, ac ſi dixiſſet: Si non aliquis recuſaret, qui ſatisdaret, & judicium accipere vellet. Ita, *nemo*, non ſemper idem valet, ſed modo negat, modo affirmat, habita ratione compoſitionis, idque ſæpe eodem loco, ut pro Q. Roſcio: *Adverſaria in judicio protulit nemo, codicem protulit*. Ibidem: *Quis umquam ad arbitrum, quantum petiit, tantum abſtulit? nemo; quantum enim æquius eſset ſibi dari, petiit*. Et Horatius: *Qui fit, Mæcenas, ut nemo, quam ſibi ſortem Seu ratio dederit, ſeu ſors obiecerit, illa Contentus vivat, laudet diverſa ſequentes*. Nam in, *vivat*, negatur, in, *laudet diverſa ſequentes*, affirmatur. Ejuſdem generis eſt verbum, *nolo*, ideo quia componitur ex, *non*, &, *volo*: exemplum habemus in ep. ad Cornificium: *Noli impudens eſſe, nec mihi moleſtiam exhibere*. Subauditur enim, *velis*, in poſterioribus verbis. Nec ab his disjungo verbum, *nego*, compoſitum ex, *nec*, & *ajo*; negat enim, & affirmat ſimul Phil. IIX. in eo loco: *Et quidem, quo melior ſenator videatur, negat ſe illi amicum eſſe debere: cum ſuo magno eſſet beneficio, veniſſe eum contra ſe*. Hæc enim poſtrema verba ad, *negat*, referri non poſſunt, ſed affirmationem neceſſatio requirunt, quæ ſumitur ab eodem verbo.

Corrigeres hæc ſcilicet tu poſtea) Cum infecta, quæ facta ſunt, fieri non poſſint.

De cujuſquam vita) Videtur Nævius in Quintii vitam invehi ſolitus.

Cum, poſtea quid futurum eſſet, ignorares) Nam, ſi ais, *poſtulaturus eram*: reſponderi poteſt, accidere potuiſſe, ut aliquid impediret; ſi Prætor juſſiſſet: certum hoc non erat; fortaſſe enim, aut nollet, aut non valeret, aut jus non diceret, aut procurator Quintii recuſaret, & ex ipſius prætoris decreto ſatiſdaret, ac judicium accipere vellet.

In incerto reliqui temporis eventu) Qui cæcus cupiditate & avaritia, fore rata, & certa ſperares, quæ tibi irrita, incertaque eſſe potuiſſent; ea vero erant, poſtulatio tua, & prætoris edictum; nam ita poſtulaturus eras, ſi te nihil impediret, ſi voluntas eadem maneret, ſi valeres, denique ſi viveres; prætor autem ita juſſiſſet, ſi vellet, ſi valeret, ſi jus diceret, ſi Quintii procurator Alphenus ſatiſdaret, nec judicium accipere vellet.

Debueris, aut potueris) Si te prætor juſſiſſet ex edicto poſſidere, de ſuis tamen bonis Quintium deturbare nec debuiſti, nec potuiſti; longe enim aliter poſſediſti, quam prætor edixit.

CAPVT XXVII.

P*Rætor*) Burrienus.

Sponſio) Iubente Dolabella prætore facta.

Poſſeſſi non ſunt?) Sic in quibuſdam libris, mendoſe; nam abundat, *non*. Totam ſententiam explicavimus in eo loco; *Iubet P. Quintium ſponſionem cum Sex. Nævio facere, ſi bona ſua ex edicto P. Burrieni prætoris dies triginta poſſeſſa eſſent*.

Ex edicto veniſſe) In poſſeſſionem.

Male agat) Aſtute, malitioſe, de ſolutione non cogitans, permulta fraudandi cauſa faciens; ſupra: *Quo tempore primum male agere cœpit*. Et: *Qui permulta male agendi cauſa, fraudandique fecerunt*.

Ius non auferatur) Rectius, *Vis ne afferatur*, ſuffragante vetere libro, & ipſo Cicerone, qui ſubjungit: *Illud dico, dominum expulſum eſſe de prædio, domina a familia ſua manus allatas eſſe ante ſuos lares familiares*.

Dominum) Vis additur ſententiæ ſimilibus verbis, *dominum*, *domino*, *ſuas*, *ſuos*.

Hoc dico) Et hic, & poſt verbum, *quotidie*, quin deſideretur aliquid, dubitari non poteſt: quid autem, divinare non licet. Illa quidem verba, *Deinde quod omnia judicia*, cum ſuperioribus apte non conjunguntur, potius ad illa ſpectant inferiora: *Quo*

in lo-

Digitized by Google

in loco conditionem tuli.

Quo in loco) Cum illa queſtus eſſet, quæ ſupra exponuntur iis verbis: *Quid igitur pugnas? an, quod ſæpe multis in locis dixiſti, ne in civitate ſit? ne locum ſuum, quem adhuc honeſtiſſime defendit, obtineat? ne numeretur inter vivos? decernat de vita, & ornamentis ſuis omnibus? apud judicem cauſſam priore loco dicat? & eam, cum oraverit, tum denique vocem accuſatoris audiat?*

CAPVT XXVIII.

CONditionem tuli*) Cum dixit: *Quid a nobis autem, C. Aquili, refertur? pecuniam petit? negamus deberi. judicium fiet ſtatim? non recuſamus. numquid præterea? ſi veretur, ut res judicio facto parata ſit, judicatum ſolvi ſatis accipiat: quibus a me verbis ſatis acceperit, iiſdem ipſe, quod peto, ſatisdet.*

Pari conditione uteretur) Ut Nævius quoque ſatisdaret.

Oſtendi, quam multa ante fieri convenerit) Id ſupra oſtendit his verbis: *Profecto, ſi recte veſtram bonitatem, ac prudentiam cognovi, non multum me fallit, ſi conſulamini, quid ſitis ſponſuri: primum exſpectare: deinde, ſi latitare, ac diutius ludificare videatur, amicos convenire; quærere, quis procurator ſit; domum denunciare. Dici vix poteſt, quam multa ſint, quæ reſpondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem extremam neceſſariam devenire.*

Quo die hunc ſibi promiſiſſe dicat) Nonis Februarii; tota res narratur ſupra his verbis: *Ais eſſe vadimonium deſertum: quæſivit a te ſtatim, ut Romam rediit, Quintius, quo die vadimonium iſtuc factum eſſe diceres: reſpondiſti ſtatim, nonis Febr. diſcedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus ſit: ad ephemeridem revertitur: invenitur dies profectionis, pr. Kal. Febr. Nonis Febr. ſi Romæ fuit, cauſæ nihil dicimus, quin tibi vadimonium promiſerit. Quid? hoc inveniri qui poteſt? profectus una eſt L. Albius, homo in primis honeſtus: dicet teſtimonium; proſecuti ſunt familiares & Albium, & Quintium: dicent hi quoque teſtimonium, litteræ P. Quintii, teſtes tot, quibus omnibus cauſa juſtiſſima eſt nulla, cur mentiantur, cum adſtipulatore tuo comparabuntur.*

Eo die ne Romæ quidem eum fuiſſe) Diſceſſit enim Roma Quintius pridie Kal. Febr.

Teſtibus) L. Albio, & iis, qui proſecuti ſunt Albium, & Quintium.

Quod contra copioſiſſime defenſum eſſe contendi) Modus loquendi, pro, cum ego contra contenderim. Sic in Catone: *Cujus a me corpus crematum eſt; quod contra decuit ab illo meum*; pro, cum decuerit contra cremari ab illo meum. Et in Lælio: *Peccaſſe ſe, non anguntur; objurgari, moleſte ferunt; quod contra oportebat, delicto dolere, objurgatione gaudere.* Et lib. I. Off. *Hoc maxime officii eſt, ut quiſque maxime opis indigeat, ita ei potiſſimum opitulari, quod contra fit a pleriſque; a quo enim plurimum ſperant opis, etiam ſi ille his non eget, tamen ei potiſſimum inſerviunt.*

Ab equite Romano) Sex. Alpheno.

Propinquo, & neceſſario ſuo) P. Quintii; ſupra: *Dat iſte amicum M. Trebellium, nos communem neceſſarium, qui iſtius domi erat educatus, & quo utebatur iſte plurimum, propinquum noſtrum, Sex. Alphenum.*

Tum) Marianis dominantibus.

Tantummodo ſuperiorem fuiſſe) Non uſque eo tamen, ut reſpirandi poteſtatem nobis poſſet eripere, quam nunc eripit, Sullanis omnia tenentibus, quorum inimicus fuit.

CAPVT XXIX.

QVo modo nunc intendit) Ut quidem nunc agit in Quintium; argumentum ex iis, quæ cernuntur: ut ad Att. lib. XIII. *Quo modo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo, non habet.* Ad Q. Fr. *Quo modo ſe res habet, non eſt facillima.* Lib. II. de Orat. *Quo modo nunc ſe iſtorum artes habent, pertimeſcenda eſt multitudo cauſarum.*

Ne in vivorum quidem numero) Quia non venerit ad vadimonium.

Omnino autem bona poſſeſſa non eſſe conſtitui) Hæc tota pars deſideratur; commemorat enim, quæ ſupra dixit.

Ne adſpirarit quidem) Non modo non acceſſerit, ſed ne accedere qui-

dem voluerit. Hoc verbum voluntatem ſignificat ſine exitu rei : ut in Divin. *In hujuſmodi re quiſquam tam impudens reperietur, qui ad alienam cauſam, invitis iis, quorum negotium eſt, accedere, aut adſpirare audeat?* Et: *In bellica laude adſpirare ad Africanum nemo poteſt.*

Prohibitum fuiſſe) A procuratore Quintii Alpheno.

Privata) Propria; venit enim in communia; ſupra: *De ſaltu, agroque communi dejicitur Quintius.*

CAPUT XXX.

Etiam magis te judice opus eſſe) Cui vitam Quintii magis probatum iri putavimus, quam Nævii; nam de cauſa nullo judice dubitandum ſtatuebamus.

Non ab afflicta amicitia transfugere) Quemadmodum Nævius a Marianis, ubi partes eorum afflictas vidit ad Sullanos florentes transfugit; de quo ſupra: *Tu, poſtquam, qui tibi erant amici, non poterant vincere; ut amici tibi eſſent, qui vincebant, effeciſti.*

Nevii) Vim habet in fine membri idem nomen: ornatum quoque ſumit ex caſuum varietate; primum enim membrum terminat, *Nevius*; alterum, *Nevio*; tertium, *Nevii*.

Iſta) Quæ Nævii ſunt.

His moribus) Idem ſupra: *Antiquam officii rationem dilexit, cujus ſplendor omnis his moribus obſolevit.*

Quid ergo eſt?) Quid ex eo ſequitur? non uſque eo tamen ſuperiora eſſe iſta ſentit, ut &c.

Diſciplina) Quam ſemper coluit Quintius, officium, fidem, diligentiam rebus omnibus anteponens.

Quæſtum) Indignum bono viro.

Sumtum) P. Gallonium ut hominem nequam, profuſumque nepotem, Lucilius poeta nominat: *O Publi, o gurges Galloni, non es homo, inquit.* Et lib. II. de Fin. *Qui ad voluptatem omnia referens, vivit ut Gallonius, loquitur ut Frugi ille Piſo.*

Si licet vivere eum, quem Sex. Nevius non vult) Miſeratio plurimum valet in epilogis; ea commovetur ex adverſarii maxime potentia, & crudelitate, ex inopia rei, & calamitate. Huic loco ſimilis ille pro Roſcio Amerino: *Si a Chryſogono, judices, non impetramus, ut pecunia noſtra contentus ſit, vitam ne petat.*

Contra nutum ditionemque Nevii) Summa potentia demonſtratur, habet autem indignationem quamdam Nævii nomen ter varie pronunciatum, acerba præſertim in re: *Quem Sex. Nevius non vult; invito Nevio: contra nutum ditionemque Nevii.*

Te defendente) Te judice, C. Aquili.

Appellandus) Ut opem ferat.

Eſt?) Vim habet, *eſt*, tribus locis in fine uſurpatum.

CAPUT XXXI.

Miſerum eſt, exturbari fortunis omnibus: miſerius eſt, injuria) Modus exaggerandi per ſimilitudinem; nam, ſi illud eſt, multo magis hoc; illud conceditur ex communi ſenſu; hoc, adjecta cauſa, concedatur, neceſſe eſt. Ac neſcio, an uſquam hunc locum copioſius Cicero attigerit: unam enim ſententiam, quæ ad Quintii declarandam infelicitatem pertinet, in ſeptem partes diſtribuit: & ſimul ubertatem ingenii ſummam, eloquentiam, cupidis adoleſcentibus utiliſſimam, oſtendit, eas ipſas partes diverſis nominibus inducens: Miſerum eſt, acerbum, calamitoſum, funeſtum, indignum, luctuoſum, horribile. Idem ornamentum, non tamen eadem copia lib. II. in Verr. agnoſcitur: *Si illud eſt*, inquit, *tam flagitioſum, quod mihi omnium rerum turpiſſimum, maximeque nefarium videtur, ob rem judicandam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem, & religionem; quanto illud flagitioſius, improbius, indignius, eum, a quo pecuniam ob abſolvendum acceperis, condemnare: ut ne prædonum quidem pretor, in fide retinenda conſuetudinem conſervaret? ſcelus eſt, accipere ab reo; quanto magis ab accuſatore? quanto etiam ſceleratius ab utroque?*

Cum dedecore) Cum probro ignominiaque deſerti vadimonii.

Cujus vox præconio quæſtu proſtitit) More meretricum. Acerbior in Nævium ſententia, quam ſi legatur ut antea: *Cujus vox in præconio quæſtum præſtitit.*

Atque adeo ne unde aebitratu quidem ſuo poſtulaeet) Statim rejectus, atque perterritus.

Iure contenderent) Vel utroque ſatiſdante, vel neutro, re delata ad judicium pecuniarium, unde reliqua omnia difficillima, cum ſumma Quintii invidia, maximoque periculo, nata ſunt.

Aut injuriam ſine ignominia ſibi imponeret) Tribuit amicis Nævii, quæ Nævii ſunt; quod eorum potentia fultus, & petere injuſta Nævius auderet, & conſequeretur. Quam vero Nævius injuriam Quintio imponebat, hæc erat, quia peteret ab eo, qui nihil deberet, Ignominia, quia cogeret Quintium, ſponſione facta, priore loco cauſam dicere, quaſi bona eius ex edicto prætoris poſſeſſa eſſent, vadimonii deſerti cauſa.

Vultum ſuperbiſſimum ſubiit) Subire vultum eorum eſt, qui aliquid humiliter petunt; unde illud Cœlii: *Malui collegæ ejus, homini alieniſſimo mihi, & propter amicitiam tuam non æquiſſimo, me obligare, quam illius ſimiæ vultum ſubire*.

Propinquorum) Quia bona Quintii proſcripſerat Nævius ex edicto Burrieni.

Hominis) Proprie ipſius Quintii.

At humanitatis) Quæ cuivis homini a quovis homine hoc ipſo debetur, quo homines æque ſunt, & alterum alteri communis omnium mater natura commendat.

Ab omni magiſtratu) Multis judiciis conflictatum, & vexatum eſſe Quintium, ſupra intelligitur, ut in eo: *Cum adhuc ei propter vim adverſariorum non jus pae, non agendi poteſtas eadem, non magiſtratus æquus repeeiei potueris*. Et: *Quid hoc tempore Quintio ſtatuendum eſt? cui nec magiſtratus adhuc æquus inventus eſt, nec judicium redditum eſt uſitatum*.

Non tuepis) Nullo inſignis crimine.

E fundo) Gallicano.

In ſuis paternis bonis) Fundus ille C. Quintii, P. fratris, fuerat: Itaque, *fraternis*, non, *paternis*, magis fortaſſe aliquis probabit; ſed eum fortaſſe fundum pater utriuſque C. Quintio proprium reliquerat.

Nihil alienum tamen vita ſuperioee commiſit) Nihil turpe; propterea enim dixit: *Non turpis ad te, ſed miſee confugit*.

Ex hoc loco effeere) Quam hic relinquet, ſi tu eum condemnabis.

Pro ſpoliis) Tamquam victor exſultans.

Ne pee te ferat) Ne accidat ei per te judicem, ut honeſtatem ſuam nunc amittat: quam ad hanc diem recta & laudabili ratione partam, atque conſervatam, ut ad exitum vitæ retinere liceat, ſupplex a te petit.

Ad eogum) Cremari Romæ mos fuit corpora mortuorum; quidam tamen cremati non ſunt, ſed humi locati, & conditi, ut C. Marius, cujus apud Anienem ſitas reliquias diſſipari victor Sulla juſſit; quod idem ne ſuo fortaſſe corpori accideret, primum ex Corneliis patriciis cremari voluiſſe, auctor eſt Cicero: & ideo Ennium ait de Africano, qui Corneliæ patriciæ gentis fuit, ſcripſiſſe: *Hic eſt ille ſitus; quia ſiti dicantur ii, qui conditi ſunt*. Lib. I. de Legibus.

Digitized by Google

PAVLLI MANVTII
COMMENTARIVS
IN
ORATIONEM II.

CAPVT I.

S*Vmmi oratores, hominesque nobiliſſimi ſedeant*] Sedebant in ſubſelliis rei, non ut patroni, ſed ut advocati.

Neque auctoritate] Nullis dum geſtis magiſtratibus.

Injuriam novo ſcelere conflatam] Injuriam; quæ Sex. Roſcio infertur; cum de patris interitu accuſatur ab iis, ad quos maximè facinoris ejus culpa pertinet. *Novo ſcelere*, quia duo ſcelera ſunt, unum occidiſſe Roſcii patrem tamquam proſcriptum a Sulla, qui proſcriptus non erat; & ejus bona, tamquam proſcripti ab haſta coemiſſe: alterum, innocentem, ac miſerum ejus filium, paternis bonis injuſte privatum, ne quando ea recuperare poſſet, de parricidio accuſare.

Propter iniquitatem temporum] Metu Sullæ dominantis; nam ſatis conſtabat, & gratia valere plurimum apud Sullam libertum ejus Chryſogonum, & ab eodem liberto oppugnari in judicio Roſcium propter paterna bona. Sic igitur excuſat oratores; Roſcii amicos; qui tacerent; ut ſtatum temporum accuſet, nullo metu Sullæ; quamquam; hac oratione habita, in Græciam ſe contulit, adverſam valetudinem ſimulans, revera quod Sullæ odium timeret: Plutarchus.

Officium ſequuntur] Cauſam Roſcii metu Sullæ non agunt; ei tamen, injuſte vexato, adducti officio præſentes favent.

Id quod in hac cauſa fieri neceſſe eſt] Defendi Roſcius non poteſt, niſi contra Chryſogonum verba fiant. Chryſogonum autem accuſare, quid aliud eſt, quam Sullam ipſum, cujus ille gratia nititur, & præſentem reip. ſtatum in invidiam vocare?

Ego] Cujus nec auctoritas, nec amplitudo eadem eſt.

Nondum ad remp. acceſſi] Nondum honores geſſerat; ac ne ætate quidem erat ſenatoria; quæ xxx. annorum fuit; ut alio loco diximus.

Non modo ignoſcendi] Hoc quoque contra Sullam, qui; quos civili bello adverſarios habuerat, eorum poſt victoriam ignoviſſet nemini.

Cognoſcendi] Cognoſcere de criminibus prætores dicebantur; eam cognitionem, Sulla dominante, liberam non eſſe; non obſcure narrat. Iudicabant autem hoc tempore ſoli ſenatores, lege Sullæ: qui, equitibus iratus; quod a Marianis partibus ſteterant, cum aliis eos affecit incommodis, tum vero judicandi munere, quod lege C. Gracchi per annos xl. tenuerant; privavit: ut veriſimile ſit, qui lege Sullæ dominantis judicia, equitibus erepta; adminiſtrarent; ejus voluntatem, cujus beneficio honorem illum ac poteſtatem eſſent adepti; in judicando potiſſimum ſpectare debuiſſe. Notetur lepidum παραγραμμα: *Non modo ignoſcendi, verum etiam cognoſcendi*.

Vt dicerent] Vt Roſcium defenderent.

Salvo officio) Quia non, ut a me, contenderunt ii, qui apud eos & amicitia, & beneficiis, & dignitate plurimum poſſent; ita licuit iis Roſcii cauſam ſalvo officio non ſuſcipere; quod mihi non licuit.

Contenderunt) De illis dixit, *petitum*; de ſe, *contenderunt*; in quo vis major.

Auctoritatem) Cum auctores mihi

ſunt,

ſunt. ut aliquid agam, ſicuti auctores fuerunt, ut Roſcii cauſam ſuſciperem.

Voluntatem) Quam pro Roſcio ſummam oſtenderunt.

CAPVT II.

NE omnino deſertus) Tacite opem implorat ab æquitate judicum; cum Roſcius infirmo defenſionis præſidio nitatur.

Sexagies) Quæ ſunt, nummo noſtro, ſcutatorum CLXXX. millia. Quod autem Cicero ſexagies, Plutarchus CCL. talenta dixit, quod idem eſt; nam talentum Atticum (id enim ſignificatur in Latinis monumentis) cum nihil additur, ſcutatis valet DCCXX.

De viro clariſſimo) A viro clariſſimo; nota locutio. Ad Sextium: *Cum de Craſſo domum emiſſem*.

Quem honoris cauſa nomino) Cum neſcirent, nominari, necne, aliquis vellet, hoc addebant, urbanitatis gratia; *Quem honoris cauſa nomino*; & hoc de vivis tantum: nam, ſi cujus mortui mentio fieret, omittebatur, ut exemplis intelligitur. Paullo poſt de familiis nobiliſſimis, Metellis, Serviliis, Scipionibus: *Quos familias*, inquit, *honeſtatis, atque amplitudinis gratia nomino*. Nec multo poſt: *Romam confugit; & ſeſe ad Ceciliam, Nepotis filiam, quam honoris cauſa nomino, contulit*.

Duobus millibus nummum) Scutatis ſexaginta; nummus enim, & ſeſtertius, idem ſunt. Plutarchus emta dicit duobus millibus drachmarum, quadruplicata ſumma, id eſt octo millibus nummum; nam drachma, Græcus nummus, denario fere Romano reſpondet; denarius autem quatuor complectitur ſeſtertios.

Dicit emiſſe) Nam, ſi dixiſſet, *emit*, invidioſum erat, & querela quædam eſſe de ſtatu reip. videbatur. cum ea bona, quæ eſſent ſexagies duobus millibus nummum, a Sulla venderentur: ſed ait, *dicit emiſſe*, ut oſtendat, in ea, non emta, Chryſogonum ſua ſponte, nullo jure fretum, Sullæ gratia, invaſiſſe.

Adoleſcens vel potentiſſimus hoc tempore noſtræ civitatis) Singula verba ad invidiam Chryſogono valent. *Adoleſcens*: qui luxuriæ, libidinique ſerviat, rationis & prudentiæ propter ætatem expers. *Vel potentiſſimus*: quæ potentia, ſi mediocris eſſet, in adoleſcente non probaretur, ea vel ſumma eſt. *Hoc tempore*: cum ad unum referantur omnia. *Noſtræ civitatis*: miſerabiliter dictum: ut ſi dixiſſet. Videte noſtram civitatem: in qua vel liberti licere ſibi volunt, quidquid libet.

L. Cornelius) Et prænomen, & nomen accepit a patrono Sulla, more libertorum.

Is a vobis, judices, hoc poſtulat) Mire, ad oſtendendam Chryſogoni audaciam, iniquiſſima poſtulatione utentem inducit.

In alienam pecuniam) Pecuniæ nomine bona Sex. Roſcii comprehendit omnia; patrimonium infra vocat: & quod hic, *Tam plenam, atque præclaram*; ibi, *Tam amplum, & copioſum*; & paullo poſt: *Opimam, præclaramque prædam*.

Quoniamque ei pecuniæ vita Sex. Roſcii obſtare, atque officere videatur) Cauſam indicat, cur accuſandum Roſcium Chryſogonus curaverit, & cur eumdem condemnari cupiat.

Per ſcelus) Per necem Roſcii patris.

Per luxuriam effundere) Naturam, & conſuetudinem notat Chryſogoni, qui per ſcelus adepta, per luxuriam effunderet.

Ut ad hanc ſuam prædam tam nefariam adjutores vos profiteamini) Turpis & iniqua poſtulatio, oratorie exagitata ad convertendos judicum animos ad miſerationem afflicti & innocentis rei.

Quo modo mihi perſuadeo) Modeſte fingit id ſe credere, quod qui non credat, vir bonus eſſe non poteſt.

CAPVT III.

A Chryſogono peto) Ut ab adoleſcente potentiſſimo.

Quod in omnes intenditur) Argumentum a communi; nam, ſi Roſcius damnatur, periculum fortunis communibus impendet. Tale illud pro Deiotaro: *Non tam afflictam regiam conditionem dolebam, quam de fortunis communibus extimeſcebam*.

Cauſa criminis) Cauſa, cur patrem Roſcius necare debuerit.

In deferendo nomine) In Roſcio accuſando.

Non recuſamus, quin illorum libidini Sex. Roſcii vita dedatur) In verbo, *dedatur*, ineſt hæc vis: ut agant in eum adverſarii pro ſumma poteſtate, quidquid libeat. Similiter pro Quintio: *Inferiorem ſe eſſe patitur, dumtaxat uſque eo, ne cum bonis, fama, fortuniſque omnibus Sex. Nævii cupiditati, crudelitatique dedatur.*

Quibus ſatis nihil eſt) Ob luxuriam in Chryſogonum; de quo paullo ante: *Sperat ſe poſſe, quod adeptus eſt per ſcelus, per luxuriam effundere, atque conſumere.*

Vos idoneos habitos) Quia Roſcium apud vos de parricidio accuſandum putarunt, ſperantes veſtris eum ſententiis condemnatum iri.

Id adſequantur) Vt aliena bona poſſideant.

Ex ſenatu in hoc conſilium delecti eſtis) Delecti a prætore, de parricidiis quærente ex iis judicibus, quos ex ordine ſenatorio, trecentos, ut opinor, quemadmodum ante legem Gracchi, ſortito educi hoc tempore lex Sullæ jubebat.

A vobis) Eo de crimine cognoſcentibus.

Spoliis Sex. Roſcii) Tamquam hoſte devicto.

Ornati) More victorum.

CAPVT IV.

VEſtra dignitas) Cum, apud quos viros dicam, animadverto. *Commode*, ad ingenium; *graviter*, ad auctoritatem; *libere*, ad iniquitatem temporum refertur; hæc enim ſibi obſtare dicit omnia.

Bonaque cum venia) Si quid peccavero, ſi qua in re defecero, propter eas cauſas, quas proxime expoſui.

Fide) Quia puto vos pro fide veſtra, jurejurando obſtricta, ſententiam laturos eſſe.

Allevabitis) Benigne me audiendo.

Studio, & induſtria) Quidquid ſtudii, induſtriæque potero, ad dicendum conferam.

Id quod non ſpero) Id quod non metuo. Eodem ſenſu Virgilius lib. IV. Æn. *Hunc ego ſi tantum potui ſperare dolorem.*

Deponere) Translationem, in eo cœptam, plus oneris ſuſtuli, quam ferre me poſſe intelligo, multis deinde verbis exornatam, hoc denique concluſit.

M. Fanni) Prætor.

Cum huic idem quæſtioni judex præfuiſſes) Iudicia de ſicariis civili bello intermiſſa fuerant. Sulla victor & remp. & judicia reſtituit; præfuerat igitur Fannius ante bellum huic quæſtioni, judex tamen, non prætor; nam prætor non judicat, ſed quærit de crimine, unde quæſitoris nomen: contra judex quæſtionis non quærit, ſed judicat, & quæſtioni præeſt, itaque in eodem judicio & prætor eſt, & judex quæſtionis, ut in cauſa Verris repetundarum, prætor M' Acilius Glabrio, judex quæſtionis Q. Curtius; quod ſi prætor Fannius ei quæſtioni tunc præfuiſſet: bis prætorem fuiſſe, cogeremur credere: quod inuſitatum fuiſſe, uno tantum, quod ſciam, M. Marii Gratidiani exemplo, ſatis conſtat. Differre etiam judicem quæſtionis a prætore, argumento illud eſt, quod prætor, ſervaturum ſe eſſe leges, non jurabat; quod ex multis locis intelligitur; iudex autem quæſtionis jurabat: quod quia minus notum, probandum videtur; eſt igitur in oratione pro Cluentio, de quæſtionis judice C. Iunio: *Multam petivit: qua lege? quod in legem non juraſſet.* Accedit illa cauſa, quod qui præturam gereret, condemnari eum in magiſtratu, mos non fuit; nam poſt magiſtratum, non in magiſtratu, reddere rationem oportebat earum rerum, quæ quis in gerendo magiſtratu contra leges commiſiſſe putaretur: at C. Iunius, cum eſſet judex quæſtionis, tum eſt condemnatus. Nam Pedianum non audio, dicentem: *Iunius quæſitor fuit in Cluentii cauſa, Verre prætore*: ex quo ſequeretur, duos quæſitores in eadem cauſa fuiſſe, Iunium, & Verrem; & ipſe Pedianus alio loco principem judicem Iunium appellat, non excludens eum a numero judicum, ſed principem ei locum tribuens. Aut igitur erravit Aſconius: aut mendoſi libri ſunt: aut, *quæſitor*,

pro,

pro, *quæſtionis judex*, dictum putemus. Objici poteſt, ut ex contraria quadam ratione, Q. Voconium Naſonem, cujus quæſtio fuit de veneficiis, judicem quæſtionis dici, cum prætor ſit; ſic enim in eadem oratione ſcriptum eſt: *Jubet lex ea, qua lege hæc quæſtio conſtituta eſt, judicem quæſtionis, hoc eſt Q. Voconium, cum iis judicibus, qui ei obvenerint, quærere de veneno*. Reſpondetur, legem communiter loqui, nec prætorem, nec judicem proprie ſignificare, ſed eum, cui judices obveniſſent, quique judicio præeſſet; præerat autem in Cluentii cauſa non judex quæſtionis, ſed Voconius prætor, quæſtionem illam ſortitus; ideo ſubjungit Cicero, *hoc eſt Q. Voconium*. At judices prætori obveniebant, non judici quæſtionis. Qui probatur? fieri enim poteſt, ut interdum ſine prætore jûdex quæſtionis judicio præfuerit, & quæſierit. Quod ſi ita eſt: defenditur Aſconius, qui Iunium quæſitorem appellaverit; nam Verrem, prætorem urbanum, quæſiiſſe de veneno, mihi quidem veriſimile numquam fiet.

CAPUT V.

L*Ongo intervallo*) Dixi jam, aliquot annis propter civile bellum, cum ſumma eſſet in urbe gladiorum licentia, cædeſque maximæ fierent, intermiſſa fuiſſe de ſicariis judicia, quippe cum dominarentur ii, quorum juſſu permiſſuve cædes fierent.

Hoc primum committitur) Gratia, & potentia Chryſogoni, Roſcium de medio tollere cupientis. Committitur, proprie, de re, cujus initium fit, ut *Committere ludos*, apud Ciceronem; *prælium*, apud Cæſarem; *ſpectaculum*, apud Livium, pro incipere.

Hanc quæſtionem) Tibi hoc anno ſorte datam.

Quotidianoque ſanguine) Ut in victoria ſolet accidere, ſuum quemque inimicum, ſpretis legibus, ulciſcente.

Qui cauſam dicimus) Qui rei ſumus; *cauſam enim dicere*, reorum eſt: &, *cauſam dixit de repetundis, de ambitu, de majeſtate*; quæ crebro reperiuntur, nihil aliud eſt, quam, accuſatus eſt de repetundis, de ambitu, de majeſtate.

Hic in foro, ante tribunal tuum) In foro judicia fiebant, in ea parte, quæ Comitium vocabatur, in baſilicis.

Inter ipſa ſubſellia) Trina ſubſellia erant, judicum, reorum, accuſatorum. Aſconius, minorum quoque magiſtratuum, qui non ſederent in ſellis curulibus, ut tribunorum, triumvirorum, quæſtorum, ait ſubſellia fuiſſe; tribunalia vero prætorum.

Bono fuit) Cum in ejus bona invaſerint; quod argumento eſt, ab ipſis occiſum eſſe; idque potiſſimum in cauſis quærendum eſſe, L. Caſſius ille, qui ſcopulus reorum ob nimiam ſeveritatem dictus eſt, exiſtimabat; infra: *L. Caſſius ille, quem populus Romanus veriſſimum & ſapientiſſimum judicem putabat, identidem in cauſis quærere ſolebat; cui bono fuiſſet*. Pro Milone: *Illud Caſſianum, cui bono fuerit, in his perſonis valeat*. Quo loco Aſconius: *L. Caſſius*, inquit, *ſummæ vir ſeveritatis, quoties quæſitor judicii alicujus eſſet, in quo quæreretur, cui bono fuiſſet perire eum, de cujus morte quæreretur*. Idem objicit Antonio de morte Cæſaris Phil. II. *Quod ſi te*, inquit, *in judicium quis adducat, uſurpetque illud Caſſianum, cui bono fuerit: vide, quæſo, ne hæreas*.

Trucidetur) Nam, ut infra dicitur, adverſarii ejus ad judicium cum ferro, teliſque venerant, freti potentia Chryſogoni, Sullæ liberti.

Quos populus poſcit) Ad pœnam, propter cædes, aliaque ſcelera. De Chryſogono maxime dictum videtur.

Reip. calamitatem) In qua hæc impune fiant, in Sullam.

CAPUT VI.

S*Vi municipii*) Municipia dicta, quia muneris partem caperent, civitate Romana donati: Sed a principio data civitas eſt ſine ſuffragio: poſtea jus quoque ſuffragii conceſſum; & ſua cujuſque municipii tribus erat, in qua cenſebatur, & ſuffragium ferebat. Aſconius act. in Verrem: *Convenerat ex municipiis cujuſcumque modi mul-*

multitudo, aut propter comitia, ſuffragiorum cauſa, aut ut cenſerentur. Ex municipiis autem multi Romam profecti, magiſtratus, etiam majores, adepti ſunt, ut Tuſculo Ti. Coruncanius; & M. Cato ille cenſorius. Sed municipiorum triplex diverſis temporibus conditio fuit. Primum civitas aliis cum ſuffragio, aliis ſine ſuffragio data fuit: quibus autem cum ſuffragio, iis magiſtratus petere licebat, & Romanis legibus utebantur: quibus ſine ſuffragio, magiſtratus non petebant, ſuis; non Romanis legibus vivebant, vel ſua ſponte, quod ſervandarum legum Romanarum onere libenter vacarent, vel quod ita populo Romano viſum eſſet. Hanc varietatem uſque ad legem Iuliam manſiſſe arbitror: quæ ſocialis belli anno primo; in ſummo reip. diſcrimine; ſociorum iræ placandæ cauſa a Sex. Iulio conſule lata; municipiorum, ut arbitror, omnium jura exæquavit, nullo ferendi ſuffragii poteſtate excluſo. Hæc denique mutata conditio eſt, cum municipes libertatem ſuam, Romanis ſolutam legibus, ſuffragio, & magiſtratibus anteferrent. Id perſpicue docet Gellius lib. XVI. cap. 13. cum ait: *Petiiſſe Prænestinos a Tiberio Imperatore, ut ex colonia in municipii ſtatum redigerentur; idque illis Tiberium pro referenda gratia tribuiſſe; quod in eorum finibus; ſub ipſo oppido; ex capitali morbo revaluiſſet.* Quo loco ſubjungit hæc: *Municipes ergo ſunt cives Romani ex municipiis; ſuo jure, & legibus ſuis utentes; muneris tantum cum populo Romano, honorarii participes; a quo munere capeſſendo appellati videntur; nullis aliis neceſſitatibus; neque ulla populi Romani lege adſtricti.* Quis non videt hæc ab ea conſuetudine; quæ poſt Iuliam legem fuit, admodum differre, & municipia Romanos honores contemnere cœpiſſe; qua in ſententia ante legem quoque Iuliam nonnulla fuiſſe, ex Livio; & Cicerone intelligitur.

Metellis, Serviliis; Scipionibus) Metellis, Serviliis, plebeji generis; Scipionibus patricii. Erant autem hæ tres familiæ propinquitate conjunctæ. Servilios enim, & Scipiones Metellarum filios fuiſſe, auctor eſt Cicero in ea poſt reditum ad Quirites; poteſt autem ſignificare Q. Metellum Nepotem, patrem ejus, qui cum Lentulo Spinthere conſul fuit, & Servilium illum, qui ſequenti anno conſulatum cum C. Curione geſſit; & de Iſauria ex Cilicia triumphavit; unde Iſaurici cognomen: Scipionem autem illum, cujus filius Pompeii Magni ſocer fuit; conſulatumque geſſit; cum ipſo Pompeio III. conſule; horum enim filii adoleſcentuli; vel pueri potius erant hoc tempore.

Nobilitatis] Sullanarum partium; nam optimates pro Sulla, plebs, & equeſter ordo pro Mario pugnavit.

Hoc tumultu proximo) C. Marii filio; & Cn. Carbone coss. quo anno Sulla; cæſis; aut Italia pulſis inimicis, rerum potitus eſt:

Propter quos] Nam Metelli, Servilii, Scipiones, paullo ante nominati, in Sullæ partibus fuerunt.

Quorum alterum) T. Roſcium Magnum.

Alterum) T. Roſcium Capitonem.

Hujuſce) Sex. Roſcii filii, qui reus erat.

Qui adeſt) Quem ſedere dixit in accuſatorum ſubſelliis.

Alter) Capito, qui aberat.

Plurimarum palmarum) Qui multas cædes commiſit; infra: *Alias ſuas palmas cognoſcet.* *Palmas* nominat; quia palmis gladiatores poſt victoriam coronabantur; auctore Gellio lib. IV. *Gladiatorem* vocat; ut peritum armorum tractandorum, & in cæde verſatum.

Hic] Magnus, qui adeſt.

Ad eum laniſtam contulit) Ut erudiretur ab eo, interficiendorum hominum ſcientia.

CAPVT VII.

HIc Sex. Roſcius) De quo cœpi verba facere, cui duobus cum T. Roſciis inimicitias fuiſſe dixi.

Iſte] Magnus.

Voluntate patris] Non ablegatus ab eo, ut accuſatores objiciunt, inde parricidii cauſam ſumentes.

Iſte autem Romæ frequens eſſet] Iterat idem de Roſcio Magno, ut ſuſpicionem injiciat ejus inſidiarum in vitam Sex. Roſcii. Et hæc eſt altera cauſa, unde ſuſpicio naſcitur: prima vero

vero illa, quod Sex. Roſcii inimicus.

Ex hoc ipſo) Quod occiditur Sex. Roſcius; cum inimicus ejus T. Roſcius Romæ eſſet.

Hunc] Sex. Roſcium filium.

Manlius Glaucia) Ex antiquo Maſſejorum libro; *Mallius*, lego, non *Manlius*; item infra: eodemque modo legendum in ea pro Murena; *a Cn. Mallio*; non, *a Cn. Manlio*: & in ea pro Plancio; *Mallium*, non, *Manlium*: ſuffragantibus ubique antiquis libris; nec dubia veritate, cum nobiles Manlii; ignobiles admodum Mallii fuerint. Et hic ſubjicitur, ut de obſcuræ conditionis homine: *Quidam; homo tenuis; libertinus; cliens; & familiaris iſtius T. Roſcii*. Irrepſit hoc mendum in alios quoque libros; nam quod eſt in ep. ad Acilium; *L. Manlius eſt Soſis*, legitur in antiquis; *L. Mallius*.

Tenuis] Pauper; ut eum ad facinus pauperras impuliſſe videatur; qui præſertim & cliens, & familiaris T. Roſcii Magni; qui Romæ erat, cum illa commiſſa cædes eſt; infra: *Quid ſi accedit eodem; ut tenuis antea fueris*.

Libertinus] Locus poſtulat, ut de libertis, & libertinis dicamus aliquid; communis intelligentiæ cauſa: *Libertus*; & *libertinus* interdum differunt; interdum idem ſunt; utrumque patet, ſi tempora diſtinguantur. Nam priſcis temporibus; id eſt, ante Appium Cæcum cenſorem; & aliquanto poſt liberti vocabantur, qui manumiſſi fuerant; libertini autem ex his nati: Ciceronis vero ætate, & ante aliquanto, & poſt; *liberti* & *libertini* iidem dicti; id eſt; qui manumiſſi fuerant: Quamdiu autem libertini vocabantur ii; qui ex libertis nati erant, tunc ingenuitas incipiebat in libertinorum filiis, nepotibus eorum; qui aliquando ſervitutem ſervierant. Sed, ubi libertinorum nomen ad ipſos, qui ſervierant; tranſiit; tunc ingenui erant, non libertinis, ut antea, ſel libertis nati; ex quo emergit, habita duarum ætatum ratione, duplex libertini; duplex item ingenui definitio: libertini, ut: *Libertinus eſt liberti filius*; quæ definitio in ſuperiorem ætatem convenit; item: *Libertinus eſt, qui manumiſſione libertatem conſequitur*; quæ definitio ad poſteriorem ætatem pertinet. Duplex libertini definitio, duplicem ingenui definitionem parit; nam; ſi una tantum eſſet, unam ſimiliter ingenui definitionem oporteret eſſe. Prior hæc: *Ingenuus eſt; qui libertinum patrem habuit*; quæ definitio priorem ſequitur libertini definitionem: Poſterior: *Ingenuus eſt; qui ex liberto natus eſt*; quæ definitio ad poſteriorem accedit libertini definitionem. Primum igitur non *libertini*, ſed *liberti* vocabantur; qui aliquando ſervierant; *libertini* autem eorum filii: poſtea libertini illi ipſi, qui ſervierant; qua de re; quod in Claudio ſcripſit Suetonius; operæ pretium eſt ſcire: *Latum clavum; inquit; quamvis initio affirmaſſet; non lecturum ſe ſenatorem; niſi civis Romani abnepotem; etiam libertini filio tribuit, ſed ſub conditione; ſi prius ab equite Romano adoptatus eſſet; ac ſic quoque reprehenſionem verens; etiam Appium Cæcum cenſorem; generis ſui proauctorem; libertinorum filios in ſenatum adlegiſſe docuit, ignarus; temporibus Appii, & deinceps aliquandiu; libertinos dictos non ipſos; qui manumitterentur; ſed ingenuos ex his procreatos*: Quem locum ita interpretor. Affirmaverat Claudius, nolle ſe quemquam in ſenatum legere, niſi antiquo more: poſtea tantum abeſt, ut antiquam conſuetudinem ſervaverit; ut recentiorem etiam; quæ aliquid amplius concedebat, neglexerit. Antiquus mos hic fuerat; ne ſenator eſſe poſſet, qui abavum ſuum civem Romanum nominare non poſſet: ut quam longiſſime a ſervili ſorde & fæce diſtaret; per hos enim quaſi gradus ad ingenuitatem adſcenſus olim dabatur. Libertus civis erat, ſed publico nullo; niſi apparitoris, aut coactoris fungebatur munere: apparitores autem erant ſcribæ, præcones, interpretes; accenſi, lictores, viatores, ſtatores; hæc enim veteres munera; ut Ciceronis ad fratrem epiſtola declarat, libertis deferebant, excepto tamen ſcriptu: poſtea vero ſcribæ quoque liberti fuere. In quatuor autem urbanis tribubus, quas ruſticis ignobiliores fuiſſe Plinius docet, ſuffragium libertos tuliſſe conſtat, ne cum ingenuis confunderentur. Libertinus, liberti filius, eodem jure. Liber-

bertini filius, liberti nepos, ingenuus erat, ideoque jure meliore : ferebat enim ſuffragium in tribu ruſtica ut ingenuus; magiſtratus tamen non capiebat; neque ſenatorii, neque equeſtris erat ordinis, ſed tertii, id eſt de plebe. Hujus generis priſca ætate ſcribas fuiſſe, exemplo cognoſcitur Cn. Flavii ſcribæ, libertino patre nati : qui creatus ædilis non fuiſſet, niſi tabulas poſuiſſet, ſcriptu ſeſe abdicaſſet : creatum autem nobilitas ægerrime tulit, ut præ dolore annulos depoſuerit. Livius, Plinius, Gellius. Ingenuus, ingenui filius, libertini nepos, liberti pronepos, meliore, quam pater jure; eques enim Romanus eſſe poterat, ſed aditum in curiam non habebat, quod e Suetonii verbis elicitur : qui ſenatorium ordinem tribui ſolitum a veteribus oſtendit, non civium Romanorum pronepotibus, verum abnepotibus. Ingenuus, ingenui filius, & nepos, libertini pronepos, liberti abnepos, meliore, quam pater, & avus, jure : in ſenatum enim legi poterat, & honores, magiſtratuſque capere. Eſt igitur hic ingenuus, poſtremo nominatus, civis Romani abnepos, ex hoc genere lecturum ſe ſenatores, & ex antiquo inſtituto, Claudius affirmaverat : ſed ita ſententiam mutavit, ut non modo pronepotem, aut nepotem, ſed filium ejus Romani ſenatorem legerit, cujus pater aliquando ſervitutem ſervierat : mox agnovit culpam, & vitari eam a ſe credidit, ſi is, quem lecturus erat, ab equite Romano prius adoptatus eſſet. Ita videbatur, cum legeret equitis Romani filium adoptivum, legere civis Romani abnepotem; nam eques, ut oſtendi jam, non poterat eſſe, qui pronepos civis Romani non eſſet : ita filius equitis, abnepos erat civis Romani. Sed, quoniam pater adoptivus, & naturalis non idem ſunt : ideo veritus Claudius, ne lectionem illam ſuam aliquis, ut inuſitatam, reprehenderet, quod malitioſa fraus in quæſtio per adoptionem equeſtris ordinis patre cerneretur, alia quadam ratione ſuum factum excuſare conatus eſt : dixit enim, ſe Appii Cæci exemplo ſenatorem legiſſe, libertini filium; ignarus, non eoidem ætate Appii Cæci, qui erant ætate ſua, libertinos fuiſſe; nam Appii temporibus, & deinceps aliquamdiu, libertinus dicebatur liberti filius : poſtea vero, quaſi via breviore ad ingenuitatem patefacta, libertinus appellatus eſt, qui antea libertus vocabatur, id eſt is, qui ſervitutem aliquando ſervierat, & manumiſſus libertatem adeptus erat : ita veteris libertini filius a ſervitute longius, quam novi libertini filius, aberat : cum ille avum liberum nominare poſſet, hic non poſſet. Quod autem ſubjunxit Suetonius, *libertinos olim dictos, aon ipſos, qui manumitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos* : contraria loqui videtur : *quia, ſi erant ingenui, qua ratioae libertiai dicebantur?* Verum in eo rationem babuit ejus temporis, quo ipſe hæc litteris mandabat; quaſi diceret : *Libertini* tunc vocabantur, qui hodie ſunt ingenui, ex manumiſſis procreati, quem morem idem Suetonius confirmat in Auguſto : *Valerius*, inquit, *Meſſalla tradit, nemiaem umquam libertinorum adhibitum ab eo cœnæ, excepto Meaa, ſed aſſerto ia iageauitatem*. Inter libertinôs nominat Menam; quem libertum fuiſſe Pompeii Magni, notum eſt. Idem in vita Otacilii rhetoris vocat eum libertinum, quem ſerviſſe jam dixerat. Et in vita Servii Nicanoris : *Satyram fecit, in qua libertinum ſe oſteadit*. At is in ſatyræ verſibus, qui ſubjunguntur, *libertum* ſe nominat. Et Valerius Max. lib. VI. cap. 2. *Ælium Maaciam libertini filium appellat, eumdemque paullo poſt reddere ait paternam ſervitutem*. Varro lib. VII. *Alii aomiaa habeat ab oppidis, alii aut aon habent, aut aon, ut debent, habent, habeat plerique libertiai a municipia manumiſſi*. *Libertinos* appellat manumiſſos. Quinctilianus etiam lib. V. cap. 10. *Qui ſervus*, inquit, *eſt, ſi maaumittatur, fit libertinus, non item addictus*. Idem lib. VII. cap. 3. *Servus, cum manumittitur, fit libertinus : addictus recepta libertate eſt iagenuus*. Et Martialis lib. V. infra ingenuam ſtatim libertinam ponit, infra libertinam vero ancillam :

Ingenuam malo; ſed ſi tamen illa negetur;
Libertina mihi proxima conditio eſt.

Ex-

Digitized by Google

Extremo eſt ancilla loco ; ſed vincit utramque,
Si facie nobis hæc erit ingenua.

Nec obſcure de libertinis Cicero loquitur ep. 2. lib. II. ad Att. cum ait: *An libertinis , atque etiam ſervis ſerviamus ?* Nam ſervis conditione proximi ſunt liberti : nihil intereſt medium. Ad hanc poſteriores juriſconſulti conſuetudinem reſpexere , ingenuum ſic definientes : *Ingenuus eſt , qui ſtatim ut natus eſt , liber eſt ; ſic enim ingenuitas datur ei, qui liberto natus ſit .*

Ciſiis) Genus vehiculi fuit , duabus rotis velociſſime currentis . Phil. II.

Volaterras) Quod municipium , Marianis amicum partibus , obſeſſum cum in deditionem accepiſſet, agrum eorum publicavit, neque diviſit , ex quo illud ad Valerium Orcam : *Summo ſtudio populi a me in conſulatu meo defenſi ſunt : cum enim tribuni pl. legem iniquiſſimam de eorum agris promulgaſſent , facile ſenatui , populoque Romano perſuaſi , ut eos cives, quibus fortuna pepercisſet , ſalvos eſſe vellent .*

Tiberim) Non ſub urbe , ſed qua fluit ad urbem verſus , in Amerino agro .

Societas coitur) Inter Chryſogonum, duoſque T. Roſcios .

CAPUT VIII.

CVm jam proſcriptionis mentio nulla fieret) Deſierat jam proſcriptio , ſic , ut ejus mentio nulla fieret .

Manceps fit) Emit ejus bona in auctione , tamquam proſcripti : cum neque tum proſcriptionis mentio nlla fieret , & nobilitatis, id eſt, Sullanarum partium , ſtudioſiſſimus fuiſſet Roſcius .

Deſpexerit) Oculos demiſerit .

Felix fit) Quod ſibi cognomen adſciverat .

Libertum) Tacite carpit Chryſogonum .

Ampliſſimæ pecuniæ) Pecuniam pro bonis poſuit , ut ſupra : *Quoniam in alienam pecuniam , tam plenam , atque præclaram , nullo jure invaſerit .* Infra : *Neque ſeſe arbitrari diutius alienam pecuniam domino incolumi obtinere .* Hermogenianus l. pecuniæ , ff. de Verb. ſign. *Pecuniæ*, inquit, *nomine , non modo nummi , ſed omnes res tam ſolidæ , quam mobiles ; & tam corpora , quam jura , continentur .*

Inſolens) Diſſolutus , profuſus ; id enim valet , *inſolens* , in ep. ad Pætum : *In Epicuri nos adverſarii noſtri caſtra conjecimus , nec tamen ad hanc inſolentiam , ſed ad illam tuam lautitiam .* Phil. XIII. *Mirifice Servius majorum continentiam diligebat , hujus ſæculi inſolentiam vituperabat .*

CAPUT IX.

NE iter quidem ad ſepulcrum patrium) Ne agrum quidem illum , per quem ad ſepulcrum patrium iter erat. Sepulcra tunc in urbibus non erant , ſed in agris : ideo ſepulcrorum veterum inſcriptiones cum alibi circa urbem Romam , tum in Appia via repertæ ſunt plurimæ .

T. Roſcium) Magnum , qui , præter tria prædia T. Roſcio Capitoni tradita , in reliquas omnes Sex. Roſcii fortunas Chryſogoni nomine invaſerat .

Decurionum decretum) Senatus Amerini .

Decem primi) Legationis nomine creati , in quibus Capito fuit , qui collegis aditum ad Sullam præcluſit , ſuam potius cauſam agens, quam publicam ; infra .

In caſtra) Volaterras .

Vt mori mallet , quam de iis rebus Sulla doceri) Sullam excuſat .

CAPUT X.

HOmines antiqui) Minime callidi , probo ſimplicique ingenio, quales erant veteres illi .

Nepotis filiam) Duo Metelli Nepotes fuere pater , & filius , pater cum T. Didio conſul fuit , filius cum Lentulo Spinthere , qui Ciceronem ab exſilio reſtituit ; filius hoc tempore adoleſcens admodum fuerit , neceſſe eſt : itaque filia ejus nullo pacto eſſe potuit; num igitur ejus, qui cum Didio conſul fuit? dicam, quod ſentio. Balearici Metelli , qui Nepotis pater fuit , hanc eſſe filiam arbitror , Nepotis autem ſororem : in quam ſen-

ten-

Digitized by Google

tentiam ipſa me ducunt verba Ciceronis, quæ ſunt infra: *Quaſi vero*, inquit, *neſciat hunc & ali*, *& veſtiri a Cæcilia, Baleaeici filia, Nepotis ſoeore, ſpectatiſſima femina*. Verba vero, quæ ſequuntur, ſatis indicant, eam fuiſſe Balearici filiam, Macedonici nepotem, Nepotis ſororem; nam, cum ſubjungit, *Patrem clariſſimum*, de Balearico loquitur, conſulari, ac triumphali viro: cum, *Ampliſſimos patruos*, de tribus Balearici fratribus, Lucio, Marco, Cajo, qui omnes, geſto conſulatu, triumpharunt, Lucius de Dalmatis, unde Dalmatici cognomen eſt adeptus, Marcus de Sardis, Caius ex Thracia; quæ ſi vera eſſe conſtat, dubitare jam non licet, quin, quod ſubjicitur, *Ornatiſſimum frateem*, de Nepote, Balearici filio, dicatur. Locus igitur hic omnino correctionem deſiderat, & corrigendi viam, ac rationem alter inferior locus non difficilem oſtendit.

Quam occiſus in proſceiptos) Vt pater ejus: quem non proſcriptum tamen occiderunt; occiſum, ut ejus bona jure poſſidere videantur, proſcriptum fuiſſe dicunt.

Tempore ipſo) Occaſione temporis, quod hic longo intervallo primus de parricidio cauſam dicat.

Quod judicia tam diu facta non eſſent) Propter bella civilia.

Qui primus) Non primus ex quocumque crimine, ſed primus de parricidio; nam, cum biennio ante Sulla victor & urbe, & univerſa rep. potitus eſſet; quis credat nulla tot menſibus judicia fuiſſe? adjuvant hanc opinionem, quæ ſupra dicta ſunt: *Longo intervallo judicium inter ſicarios hoc primum committitue*.

De iſta ſocietate) Inter Chryſogonum, Capitonem, & Magnum, qui Sex. Roſcii fortunas inter ſe diviſerant.

CAPVT XI.

INfeſta) Paſſive dictum; ut pro Cœlio: *Tempus ætatis aliorum libidine infeſtum*. Et de Prov. *Via excurſionibus barbarorum infeſta*.

Cervices) Sæpe appetitas; hoc enim ad illud refertur: *Filii vita infeſta, ſæpe ferro, atque inſidiis appetita*.

Roſcio) T. Roſcio Magno, qui aderat.

Supplicium parricidarum) Recte videntur ſentire, qui gloſſema putant.

Patronos) Eloquentia nobiles.

Deſunt) Quia metu tacent, cum tamen advocati adſint. Modeſte ſe ipſum patronorum numero non adjungit.

Vim mihi majorem adhibere metus) Eam vim, qua deterritus ab officio deſciſcam.

Quam fides) Fidei vis apud me major erit, quam earum rerum, quæ metum afferre videantur.

Patrem meum, cum proſceiptus non eſſet, jugulaſtis) Præclara rei querentis inductio, ut infra: *Peædia mea tu poſſides: ego aliena miſericordia vivo; concedo, & quod animus æquus eſt, & quia neceſſe eſt. Mea domus tibi pater, mihi clauſa eſt: fero. Familia mea maxima uteeis, ego ſervum habeo nullum: patioe, & ferendum puto. Quid vis amplius? quid inſequeris? quid oppugnas?*

CAPVT XII.

C. *Fimbriam*) Ejus filium, qui cum C. Mario conſul fuerat.

Inſaniſſimum) In Bruto: *Quia omnia magna voce dicens, veeborum ſane bonorum cueſu quodam incitato, ita furebat tamen, vt miearer tam alias res agere populum, ut eſſet inſano inter diſeetos locus*.

In funere C. Marii) Qui ſeptimi conſulatus menſe primo deceſſit.

Q. *Scævola*) Pontifex max. qui conſul fuerat cum L. Craſſo.

Diem Scævolæ dixit) *Diem dicere*, id eſt ad populum accuſare, privati hominis non erat, ſed proprie tribunorum pl. quo tum in magiſtratu Fimbriam fuiſſe crediderim: in Divin. *Nupee Cn. Domitium ſcimus M. Silano diem dixiſſe*. In Bruto: *M. Virgilius teibunus pl. L. Sullæ impeeatori diem dixit*.

Poſſe vivere) Vſitatus loquendi modus, in ep. Sulpicii: *Dua vulneea accepiſſe, unum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem: ſperare tamen eum poſſe vivere*.

Quo) Fimbriæ facto.

Ejuſdem viri mortem) Non periit Scævola ex eo vulnere, ſed triennio poſt,

poſt, Damaſippi prætoris urbani juſſu, ex voluntate C. Marii Junioris conſulis. Velleius, Appianus, Cicero.

Vt omnes cives ſuos perdiderit, atque afflixerit) Pacis auctore interfecto.

Hoc) Quod ab adverſariis Sex. Roſcii committitur.

Non ſimillimum) Pro, nonne eſt hoc illi dicto, atque facto Fimbriæ ſimillimum?

A Chryſogono) Liberto, qui tantum audet.

CAPVT XIII.

ROſcii) Capito, & Magnus.

Sceleſtum, ac neſarium facinus, atque hujuſmodi) Cum nullo ſatis verbo id, quod volumus, exprimi videtur poſſe, ita concludimus: *Atque ejuſmodi*. Sic locutus & ad Craſſum: *Non enim fuit aut mediocre, aut obſcurum, aut ejuſmodi, quod ſilentio poſſet præteriri*.

Ne objiciendi quidem cauſa) Nedum ut iis argumentis parricidium probare conareris.

CAPVT XIV.

EAm quoque) Vt filio, cur patri mortem obtulerit; ſic patri, cur filium non amaret, cauſam fuiſſe juſtam, magnam, perſpicuam, neceſſe eſt.

Conſtantiſſimus) Qui levioribus cauſis ut eum, quem genuerat, non amaret, adduci non poſſet.

CAPVT XV.

ACcidebat) Cum Roſcium accuſaret.

Illius ordinis) Honeſtiſſimi, qualis fuit Sex. Roſcius.

Attenta) Augendæ rei domeſticæ dedita.

CAPVT XVI.

SEnex ille Cæcilianus) Quem Cæcilius poeta comicus induxit.

Quid cenſes hunc ipſum Sex. Roſcium) In hoc ambitu verborum cur de mendo homines pereruditi ſuſpicati ſint, mihi quidem cauſa non videtur; nam quod ſequitur: *Quo ſtudio, qua intelligentia eſſe in rebus ruſticis?* ſimiliter locutum eſſe video Ciceronem aliis in locis, ut lib. I. de Orat. *Quid cenſes, ſi ad alicujus ingenium vel par, vel majus illa, quæ ego non attigi, acceſſerint, qualem illum, & quantum oratorem futurum?* Et in Rullum II. *Quid cenſetis, cum iſti decem viri cum imperio, cum faſcibus, cum illa delecta finitorum juventute per orbem terrarum vagabuntur, quo tandem animo, quo motu, quo periculo miſeras nationes futuras?* Et lib. II. Offic. *Quid enim cenſetis ſuperiorem illum Dionyſium, quo cruciatu timoris angi ſolitum? quid Alexandrum, quo animo vixiſſe arbitramur?*

CAPVT XVII.

CAllidior) Peritior; ſupra *veterem accuſatorem* vocavit.

Quoniam ita Chryſogono videtur) Amare in Chryſogoni potentiam.

Artificium) Quo excellit in agro colendo.

CAPVT XVIII.

ATilium) Qui primus a ferendo Serranus dictus eſt, triumphavit de Pœnis.

Qui miſſi erant) Vt conſulem eſſe factum nunciarent. Valerius Max. libro IV. cap. 4. Plinius libro XIIX. cap. 3.

Non alienos cupide appetebant) Vt Chryſogonus, & Roſcii.

Ad gubernacula reip. ſedere) Sæpe utitur Cicero hac translatione, ut ad Pætum: *Catulum mihi narras, & illa tempora, quid ſimile? ne mihi quidem ipſi tunc placebat abeſſe diutius ab reip. cuſtodia: ſedebamus enim in puppi, clavumque tenebamus: nunc vix eſt in ſentina locus*. Pro Sextio: *Clavum tanti imperii tenere, & gubernacula reip. tractare*.

CAPVT XIX.

HVjuſce) Filii, qui nunc reus eſt.

Horum) Iudicum.

Quid eſt aliud, judicio, ac legibus, ac majeſtate veſtra abuti) Modus reprehendendi, Ciceroni familiaris, cum quadam iracundia; exempla de multis afferam pauca; in Piſonem: *Quid eſt aliud furere, non cognoſcere homi-*

homines , non cognoſcere leges , non ſenatum , non civitatem ? Phil. I. *Quid eſt aliud hortari adoleſcentes , ut turbulenti , ut ſrditioſi cives ſint ?* Phil. II. *Quid eſt altud tollere r vita vitæ ſocirtatem ?* Et Phil. V. bis. Phil. X. 12.

Legem Memmiam) Lex Remmia de calumniatoribus nominatur l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpilian. l. 13. D. de teſt. Itaque libentius hic *Remmiam* , quam *Mrmmiam* , legerem ; nam Memmia contra calumniatores non ſuit , ſed eorum , qui reip. cauſſa abeſſent , ſi quis eos accuſaret , recipi nomina vetabat .

CAPVT XX.

M*Iſerum eſt*] Innocentem accuſari.

Suſpicioſr] Ad commovendam in animis judicum ſuſpigionem .

Anſeribus cibaria publica locantur) Quorum clangore noctu adſcendentes in Capitolium Galli proditi ſunt ; nota hiſtoria ex Livio , Plinio , Plutarcho .

Canes aluntur in Capitolio) Hoc nulla traditur hiſtoria : contra potius , dormiſſe eos , legimus , cum , Gallis adſcendentibus , auſerum clangore vigiles excitati .

Cibaris vobis præberi videmus) Mercedem accuſandi .

Sic agetis) Vt nunc agis , Eruti , qui Roſcium de parricidio innocentem accuſas .

Crura quidrm vobis nemo ſuffringrt) Vt ſuffringerentur canibus , ſi luce latrarent , cum deos aliqui ſalutatum veniſſent .

Hos) Iudices .

Litterram illam) Condemnarionis notam , C. tribus enim inſcriptæ litteris erant judicum tabellæ .; A , cum abſolverent ; C , cum damnarent ; N. L. in cauſa dubia , cum non liqueret . Alii aliter hunc locum interpretantur : quorum ſententiæ non accedo : cum ſatis conſtet , ſi quis accuſaretur de calumnia , in ejus judicio tres illas , quas nominavi , litteras neceſſarias fuiſſe ; poterat enim item ut alii rei , vel abſolvi , vel damnari , vel , incerta ſententia , ad aliam diem , aliamque actionem differri .

Eas omnes) Vnius litteræ cauſa litteras omnes oderant . Reprehendit ignorantiam .

Ad caput affigent) Pœna vos afficient graviſſima .

Fortunas veſtras) Pecuniam , qua adducti eſtis ad calumniam , ſupra : *Sciunt hujuſce te preunia adductum eſſe* .

CAPVT XXI.

Q*Vid acceperim*) Quantum pecuniæ.

In iſtam fraudem) In hunc errorem; in Piſonem : *Vultus denique totus , qui ſrrmo quidam tacitus mrntis eſt , hic in fraudem homines impulit* .

Operæ prrtium erat) Hoc non valet , utile erat ; ſed , alienum non erat , ab re non erat : ut exemplis perſpicuum fit .

Qui homines] Summi oratores , hominesque nobiliſſimi : de quibus in exordio .

Qui poſſunt , & ſolent) Qui uſu , & eloqentia valenr , quod utrumque mihi deeſt .

CAPVT XXII.

S*I non commode*] Si non ur oporteret , & ut diceretur ab his , qui in hiſce ſubſelliis advocari ſedent .

Dedi] Libidini , crudeliratique veſtræ , ut paullo ante : *Non recuſamus quin Sex. Roſcii vitæ dedatur* .

Tradituros) Non orationem attente meam audituros , ſed , cauſſa neglecta , reum libidini , crudelitatique veſtræ tradituros.

Iudicare) Non , alias res agere ; ſed , mihi cauſam dicenti , aures benigne præberi , & judicum officio fungi .

Reſtitue nobis aliquando] Pateſce nobis , & oſtende , quamdiu occultaſti , veterem illam tuam calliditatem .

Atque prudrntiam) Quæ tibi prudentia videtur , cum hoc digna nomine non ſir ,

Latrocinium) Iudicibus reum prodentibus : quos tu nunc , contra quam putaſti , vides judicare .

CAPVT XXIII.

C*Onclave*) Locus fuit in ædibus , ubi cœnabatur , ſine camino.

CA-

CAPUT XXIV.

SUpplicium de matre ſumſiſſe) Oreſtem deſignat, qui Clitemneſtram matrem, quæ de Agamemnonis, viri ſui, nece, cum Ægyſtho adultero conſenſerat, occidit. Significare & Alcmæonem putarem, qui Amphiarai patris interitum, interfecta matre Eryphile, ultus eſt. Sed ea verba, *Cum deorum immortalium juſſis atque oraculis id feciſſe dicantur*, ad Oreſtem potius, quam ad Alcmæonem pertinent. Euripides in Oreſte.

Ne pii quidem) Qui pietatis cauſa, patrem ulciſcentes, id commiſerunt.

Summus furor, atque amentia) Nam eos in infamiam incidiſſe poetæ fingunt; unde illud ſupra: *Videtis ne, ut eos agitent furiæ, neque conſiſtere uſquam patiantur?*

CAPUT XXV.

DUm ea rerum potita eſt) Prudentiam enim imperio ſimul amiſit.

Eum) Indicantis eſt, nec ſine lepore: ut alibi ſæpe.

Qui leges ſcripſerit) Abrogatis propter nimiam ſeveritatem, quas Draco antea ſcripſerat, exceptis, quæ ad cædem pertinebant.

Admonere) In animos hominum inducere, quod alioqui non cogitaretur.

CAPUT XXVI.

EXpiari putantur) Cum aqua ſalſa maris adſperguntur.

Tam vulgare) Tam commune.

Etenim, quid tam eſt commune, quam ſpiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis) Recitat, atque etiam laudat hæc verba in Oratore, ut ab adoleſcente exſultantis ingenii pronunciata: *Quantis*, inquit, *illa clamoribus adoleſcentuli diximus de ſupplicio parricidarum: quæ nequaquam ſatis deferbuiſſe, poſt aliquanto ſentire cœpimus. Quid enim tam commune, quam ſpiritus vivis*, & quæ ſequuntur. Quibus recitatis, hæc ſubjungit: *Sunt enim omnia, ſicut adoleſcentis, non tam re, & maturitate, quam ſpe, & exſpectatione laudati*.

Tanti maleficii crimen, cui maleficio) Dixi jam, iterationem ejuſdem verbi concinnitate aliqua non carere: addamus tamen & hic exempla nonnulla. In Divin. *Si quod tempus accidiſſet, quo tempore aliquid a me requirerent*. In eadem: *Cum illius diei mihi venit in mentem, quo die, citato reo, mihi dicendum ſit*. Lib.V. in Verrem: *Scitote eſſe oppidum in Sicilia nullum, quo in oppido*.

CAPUT XXVII.

IN eo loco) In ſubſelliis accuſatorum. Sic pro Cluentio: *Audete negare, ab Oppianico Staleno judici pecuniam datam? negate, negate, inquam, in eo loco*.

Faciam poteſtatem) Quam accuſator, niſi patrono permittente, non habebat.

Indidem) Ex eodem loco, ubi erat, addit *Ameria*, explanationis cauſa.

CAPUT XXVIII.

P. *Scipio, te Metelle*) Dixi jam, ſignificari Scipionem ejus patrem, qui Pompeii Magni ſocer fuit: Metellum autem ejus Metelli, qui cum Lentulo Spinthere conſulatum geſſit; cur enim aliter credam, cum eos adeſſe, & ſedere Cicero dixerit advocatos Sex. Roſcii, in quibus auctoritas, atque amplitudo ſumma eſſet? Quæ quidem in adoleſcentibus verba locum non habent. Quid illa, quæ ibidem ſubjungit? *Ceterorum neque dictum obſcurum poteſt eſſe propter nobilitatem, & amplitudinem, neque temere dicto concedi propter ætatem, & prudentiam. Ego ſi quid liberius dixero, vel occultum eſſe propterea, quod nondum ad remp. acceſſi, vel ignoſci adoleſcentiæ meæ poterit*. Ætatem iis tribuit, & prudentiam, viris certe, non adoleſcentulis. Infra vero tollitur plane dubitatio, ubi de iiſdem Scipione, & Metello hæc dicuntur: *Poſtulabant homines nobiliſſimi, atque integerrimi noſtræ civitatis: qui ita vixerunt, taleſque a populo Romano putantur, ut, quidquid dicerent, nemo eſſet, qui non æquum putaret*.

Dubitate etiam nunc, judices, ſi poteſtis,

homines , non cognoſcere leges , non ſenatum , non civitatem ? Phil. I. *Quid eſt aliud hortari adoleſcentes , ut turbulenti , ut ſeditioſi cives ſint ?* Phil. II. *Quid eſt aliud tollere e vita vitæ ſocietatem ?* Et Phil. V. bis. Phil. X. 12.

Legem Memmiam) Lex Remmia de calumniatoribus nominatur l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpilian. l. 13. D. de teſt. Itaque libentius hic *Remmiam* , quam *Memmiam* , legerem ; nam Memmia contra calumniatores non fuit , ſed eorum , qui reip. cauſſa abeſſent , ſi quis eos accuſaret , recipi nomina vetabat .

CAPVT XX.

MIſerum eſt) Innocentem accuſari.

Suſpicioſe) Ad commovendam in animis judicum ſuſpicionem .

Anſeribus cibaria publica locantur) Quorum clangore noctu adſcendentes in Capitolium Galli proditi ſunt ; nota hiſtoria ex Livio , Plinio , Plutarcho .

Canes aluntur in Capitolio) Hoc nulla traditur hiſtoria : contra potius , dormiſſe eos , legimus , cum , Gallis adſcendentibus , anſerum clangore vigiles excitati .

Cibaria vobis præberi videmus) Mercedem accuſandi .

Sic agetis) Vt nunc agis , Eruti , qui Roſcium de parricidio innocentem accuſas .

Crura quidem vobis nemo ſuffringet) Vt ſuffringerentur canibus , ſi luce latrarent , cum deos aliqui ſalutatum veniſſent .

Hos) Iudices .

Litteram illam) Condemnationis notam , C. tribus enim inſcriptæ litteris erant judicum tabellæ ; A , cum abſolverent ; C , cum damnarent ; N. L. in cauſa dubia , cum non liqueret . Alii aliter hunc locum interpretantur ; quorum ſententiæ non accedo : cum ſatis conſtet , ſi quis accuſaretur de calumnia , in ejus judicio tres illas , quas nominavi , litteras neceſſarias fuiſſe ; poterat enim item ut alii rei , vel abſolvi , vel damnari , vel , incerta ſententia , ad aliam diem , aliamque actionem differri .

Eas omnes) Vnius litteræ cauſa litteras omnes oderant . Reprehendit ignorantiam .

Ad caput affigent) Pœna vos afficient graviſſima .

Fortunas veſtras) Pecuniam , qua adducti eſtis ad calumniam , ſupra : *Sciunt hujuſce te pecunia adductum eſſe* .

CAPVT XXI.

QVid acceperim) Quantum pecuniæ.

In iſtam fraudem) In hunc errorem ; in Piſonem : *Vultus denique totus , qui ſermo quidam tacitus mentis eſt , hic in fraudem homines impulit* .

Operæ pretium erat) Hoc non valet , utile erat ; ſed , alienum non erat , ab re non erat : ut exemplis perſpicuum fit .

Qui homines) Summi oratores , hominesque nobiliſſimi : de quibus in exordio .

Qui poſſunt , & ſolent) Qui uſu , & eloqentia valent , quod utrumque mihi deeſt .

CAPVT XXII.

SI non commode) Si non ut oporteret , & ut diceretur ab his, qui in hiſce ſubſelliis advocati ſedent .

Dedi) Libidini , crudelitatique veſtræ , ut paullo ante : *Non recuſamus quin Sex. Roſcii vitæ dedatur* .

Tradituros) Non orationem attente meam audituros , ſed , cauſſa neglecta , reum libidini , crudelitatique veſtræ endituros.

Iudicare) Non , alias res agere ; ſed , mihi cauſam dicenti , aures benigne præberi , & judicum officio fungi .

Reſtitue nobis aliquando) Patefac nobis , & oſtende , quamdiu occultaſti , veterem illam tuam calliditatem .

Atque prudentiam) Quæ tibi prudentia videtur , cum hoc digna nomine non ſit ,

Latrocinium) Iudicibus reum prodentibus : quos tu nunc , contra quam putaſti , vides judicare .

CAPVT XXIII.

COnclave) Locus fuit in ædibus , ubi cœnabatur , ſine camino.

CA-

CAPUT XXIV.

S*Upplicium de matre ſumſiſſe*) Oreſtem deſignat, qui Clitemneſtram matrem, quæ de Agamemnonis, viri ſui, nece, cum Ægyſtho adultero conſenſerat, occidit. Significare & Alcmæonem putarem, qui Amphiarai patris interitum, interfecta matre Eryphile, ultus eſt. Sed ea verba, *Cum deorum immortalium juſſis atque oraculis id feciſſe dicantur*, ad Oreſtem potius, quam ad Alcmæonem pertinent. Euripides in Oreſte.

Ne pii quidem) Qui pietatis cauſa, patrem ulciſcentes, id commiſerunt.

Summus furor, atque amentia) Nam eos in infamiam incidiſſe poetæ fingunt; unde illud ſupra: *Videtis ne, ut eos agitent furiæ, neque conſiſtere uſquam patiantur?*

CAPUT XXV.

D*Um ea rerum potita eſt*) Prudentiam enim imperio ſimul amiſit.

Eum) Indicantis eſt, nec ſine lepore: ut alibi ſæpe.

Qui leges ſcripſerit) Abrogatis propter nimiam ſeveritatem, quas Draco antea ſcripſerat, exceptis, quæ ad cædem pertinebant.

Admonere) In animos hominum inducere, quod alioqui non cogitaretur.

CAPUT XXVI.

E*Xpiari putantur*) Cum aqua ſalſa maris adſperguntur.

Tam vulgare) Tam commune.

Etenim, quid tam eſt commune, quam ſpiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis) Recitat, atque etiam laudat hæc verba in Oratore, ut ab adoleſcente exſultantis ingenii pronunciata: *Quantis*, inquit, *illa clamoribus adoleſcentuli diximus de ſupplicio parricidarum: quæ nequaquam ſatis deferbuiſſe, poſt aliquanto ſentire cœpimus. Quid enim tam commune, quam ſpiritus vivis*, & quæ ſequuntur. Quibus recitatis, hæc ſubjungit: *Sunt enim omnia, ſicut adoleſcentis, non tam re, & maturitate, quam ſpe, & exſpectatione laudati.*

Tanti maleficii crimen, cui maleficio) Dixi jam, iterationem ejuſdem verbi concinnitate aliqua non carere: addamus tamen & hic exempla nonnulla. In Divin. *Si quod tempus accidiſſet, quo tempore aliquid a me requirerent*. In eadem: *Cum illius diei mihi venit in mentem, quo die, citato reo, mihi dicendum ſit*. Lib.V. in Verrem: *Scitote eſſe oppidum in Sicilia nullum, quo in oppido*.

CAPUT XXVII.

I*N eo loco*) In ſubſelliis accuſatorum. Sic pro Cluentio: *Audete negare, ab Oppianico Staleno judici pecuniam datam? negate, negate, inquam, in eo loco*.

Faciam poteſtatem) Quam accuſator, niſi patrono permittente, non habebat.

Indidem) Ex eodem loco, ubi erat, addit *Ameria*, explanationis cauſa.

CAPUT XXVIII.

P. *Scipio, te Metelle*) Dixi jam, ſignificari Scipionem ejus patrem, qui Pompeii Magni ſocer fuit: Metellum autem ejus Metelli, qui cum Lentulo Spinthere conſulatum geſſit; cur enim aliter credam, cum eos adeſſe, & ſedere Cicero dixerit advocatos Sex. Roſcii, in quibus auctoritas, atque amplitudo ſumma eſſet? Quæ quidem in adoleſcentibus verba locum non habent. Quid illa, quæ ibidem ſubjungit? *Ceterorum neque dictum obſcurum poteſt eſſe propter nobilitatem, & amplitudinem, neque temere dicto concedi propter ætatem, & prudentiam. Ego ſi quid liberius dixero, vel occultum eſſe propterea, quod nondum ad remp. acceſſi, vel ignoſci adoleſcentiæ meæ poterit*. Ætatem iis tribuit, & prudentiam, viris certe, non adoleſcentulis. Infra vero tollitur plane dubitatio, ubi de iiſdem Scipione, & Metello hæc dicuntur: *Poſtulabant homines nobiliſſimi, atque integerrimi noſtræ civitatis: qui ita vixerunt, taleſque a populo Romano putantur, ut, quidquid dicerent, nemo eſſet, qui non æquum putaret.*

Dubitate etiam nunc, judices, ſi poteſtis,

eſſis, in quo ſit Sex. Roſcius occiſus) Indignatio, quod in re perſpicua dubitetur: tale illud in Verrem lib. III. *Vos etiam nunc dubitate, ſi poteſtis, utrum tantum numerum tritici Venerius, apparitor iſtius, acceperit, an huic exegerit*. Ibidem: *Exſpectate etiam, judices, ſi poteſtis, auctoritatem accuſationis meæ*. Nun diſſimilis illa indignatio lib. II. *Retinete, retinete hominem in civitate, judices: parcite, & conſervate; ut ſit, qui vobiſcum res judicet, qui in ſenatu ſine ulla cupiditate de bello & pace ſententiam ferat*.

CAPVT XXIX.

QVo, *quaſi in portum rejectus a ceteris ſuſpicionibus confugere poſſes*) Quo argumento contra Roſcium, ceteris deficientibus, uti poſſes: cum enim per quem Roſcius parricidium admiſerit, commiſſa tibi non liceret: reſtabat unum, ut admiſiſſe per ſervos diceres, at ego cupere Roſcium oſtendi, ut de ſervis quæratur, nec tamen id licere, quia ſervos ei Chryſogonus ademerit.

Scopulum) Apte, quia dixerat, *portum*, &, *rejectus*, tamquam a fluctibus.

Vna mercede) Cum a noſtris adverſariis pecuniam acceperis, ut Sex. Roſcium, non ut eos ipſos, a quibus accepiſſes, accuſares.

Nos judicio perfundere) Non dicit, nos accuſare: ut leve contra Roſcium hoc eſſe Erutii argumentum ſignificet: ſed, *judicio perfundere*, id eſt, leviter adſpergere, aliqua nos judicii moleſtia afficere.

A ſectoribus) Ab iis, qui proſcriptorum bona emunt. Chryſogonum deſignat.

Sectores collorum, & bonorum) Vt, quos occidiſſent, eorum bona tamquam proſcriptorum emerent. Ideo autem colla ſecabantur proſcriptorum, ut, capitibus in Roſtra delatis, cædes omnibus pateret, præmiaque ſectoribus darentur: itaque in oratione contra competitores dixit Cicero de Catilina: *Populum vero, cum, inſpectante populo, collum ſecuit hominis maxime popularis, quanti faceret, oſtendit*. Eodemque referuntur illa pro Murena: *Deſcendi in campum cum illa lata, inſignique lorica, non quæ me tegeret, (etenim ſciebam Catilinam non latus, aut ventrem, ſed caput, & collum ſolere petere) verum, ut omnes boni animadverterent*. Et proprie, Sectores collorum, & bonorum, uno verbo duabus rebus accommodato; nam, quod ad bona pertinet, ſatis conſtat, ſectorem a ſecando, id eſt, cædendo, dictum: quod in auctione ſeparatim ſingula vendi ſolerent, domus, prædia, ſupellex, nomina: ut quaſi ſecari bona viderentur; & quia, ſecare, & cædere, idem ſunt, propterea dixit L. Craſſus in procemio lib. III. de Orat. *Non tibi illa ſunt cædenda, ſi Craſſum vis coercere: hæc tibi eſt excidenda lingua: qua vel evulſa, ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit*. Loquebatur Craſſus de ſectione auctionaria eorum pignorum, quæ ſibi conſul Philippus abſtulerat.

Niſi forte exſpectatis) Vt illa diluam. Negat hic loquendi modus: eſt enim pro, *non exſpectatis*: infra: *Niſi hoc mirum eſt, quod vis divina aſſequi non poſſit, ſi id mens humana adepta non ſit*. Et aliquanto poſt: *Niſi hoc indignum putas, quod veſtitum ſedere in judicio vides*. Pro, quod indignum putare non debes. Et in Verrem lib. II. *Niſi forte id agimus, non ut magiſtratibus noſtris morem accipiendi, ſed ſociis cauſam dicendi auferre videamur*. In Catone: *Niſi forte ego vobis, qui & miles, & tribunus, & legatus, & conſul verſatus ſum in vario genere bellorum ceſſare nunc videor, cum bella non geram*. Idem valet, niſi ſi: quamquam id interdum eſt dubitantis, ut apud Terentium in Andr. *Repudiatus repetor, quamobrem? niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor: Aliquid monſtri alunt*. Eodem pertinet, *niſi vero*: ut in Cat. II. *Niſi vero ſi quis eſt, qui Catilinæ ſimiles cum Catilina ſentire non putet*. Et pro Milone: *Niſi vero exiſtimatis, dementem P. Africanum fuiſſe: qui cum a C. Carbone tribuno pl. ſeditioſe interrogaretur, quid de Ti. Gracchi morte ſentiret, reſpondit, jure cæſum videri*.

Neque ad crimen parricidii) Ad nullam parricidii partem.

Neque ad eum, qui cauſam dicit) Ad Roſcium.

Vt ipſa cauſa) Io qua agenda paratiorem me reperit, quam putabat.

CAPVT XXX.

ALios potius) Nobiliores T. Roſcio; iu quem cogor ea dicere, quæ ſalus Sex. Roſcii, meaque fides poſtulat.

Ex quibus poſſem creſcere) In hooorìs locum altiorem adſcendere. Sic lib. V. in Verrem: *Si videor hic, id quod ego non quæſivi, de uno iſto voluiſſe creſcere; iſto abſoluto, quod ſine multorum ſcelere fieri non poteſt, de multis mihi creſcere licebit.*

Dum utrum vis licebit) Noo licuit utrum vis in cauſa Verris, Siculis ejus promiſſa commemorantibus, &, ut fortunas eorum omnes defenderet, orantibus.

Quoniam iſtic ſedes) In ſubſelliis accuſatorum.

Alias ſuas palmas cognoſcet) Alias cædes, me narrante. Supra; *Multarum palmarum vetus, & nobilis gladiator.* Infra: *Audio præterea non hanc ſuſpicionem nunc primum in Capitonem conferri, multas eſſe infames palmas, hanc primam eſſe tamen lemniſcatam, quæ Romæ deferatur.*

L. Caſſius) De quo ſupra diximus.

Quem populus Romanus veriſſimum, & ſapientiſſimum judicium putabat) Itaque præfecit eum judicio virginum Veſtalium: quas omnes, nimia etiam, ut putatur, aſperitate uſus, damnavit Aſconius.

Sic vita hominum eſt) Tereotianum in And. *Ita vita eſt hominis, quaſi cum ludas teſſeris.*

Quæſitorem, ac judicem) Quæſitor judicio præerat: judices quæſitori parebant; recte igitur diſtinxit quæſitorem, ac judicem.

Natura non tam peopenſus ad miſericordiam, quam implicatus ad ſeveritatem videbatur) Nihil ſimile intor, *peopenſus*, & *implicatus*: quod ſi pro, *implicatus*, leges, *inclinatus*, translatio commode abſolvetur.

Præeſt huic quæſtioni) Prætor M. Fauoius.

Contra audaciam) Accuſatorum, qui vel ad ipſa ſubſellia cum ferro, teliſque venerunt.

Ab innocentia) Pro innocentia; opponuntur eoim, *contra audaciam, ab innocentia.*

Clementiſſimus) Cognita Sex. Roſcii innocentia clementiſſimum ſe præbebit.

Illo ipſo) L. Caſſio.

Acerrimo judice) Acerrime judicia exercere ſolito.

Quærente) Quæſitore, loco Fannii.

Caſſianos) Caſſii ſeveritati ſimillimos.

CAPVT XXXI.

ILlud quidem non quærerent) Quod ſatis patet.

Vt tenuis antea fueris?) Contra T. Roſcium. Tenuis autem, pro, pauper, ut ſupra: *Mallius Glaucia quidam, homo tenuis.*

CAPVT XXXII.

CVm alieniſſimo) Cum Chryſogono.

Te pugna Cannenſis) Cannenſi pugna quot Romaoorum millia cæſa ſint, nemo vel paullo bumanior ignorat. Cannenſem a ſimilitudine vocat eam pugnam, qua Sulla Marianos quamplurimos occidit.

Accuſatorem ſat bonum) Cæſis reliquis Cannenſi pugna. Non tu, inquit, propter eloquentiam accuſator ſat bonus es, ſed quia periere, qui accuſare conſueverant.

Non ad Thraſymenum) Ad quem lacum Haooibal, aote Cannenſem pugnam, maguo prælio, cæſo etiam Flaminio conſule, Romanos vicit. Nominat bunc lacum, quia ſimiliter ad lacum cædes magna Sullæ juſſu facta eſt.

Servilium) A conditore vocatum, Romæ fuit in principio vici jugarii, continens, ut ait Feſtus, baſilicæ Iuliæ. Hæc biſtoria reperitur apud Senecam in libro de Providentia Dei, & Iulium Firmicum. Seneca ſic: *Viderint*, ioquit, *hoc iſti, quos Roma deprehendit felicitas tua. Videant largum in foro ſanguinem, & ſupra Servilianum lacum (id enim proſcriptionis ſpoliarium eſt) ſenatorum capita, & paſſim vagantes per urbem percuſſorum greges, & multa millia Romanorum uno loco poſt fidem, immo per ipſam fidem trucidata.* Firmicus autem his verbis:

Vis ne aliquid tibi, quia in Sullanis temporibus immoremur, de lacu Servilio referam? in quo multorum ſenatorum capita ad oſtentationem immaniſſimi facinoris, ſectis cervicibus pependerunt.

Quis ibi non eſt vulneratus ferro Phrygio?) Non dubito, quin ſit verſus ex vetere tragœdia tranſlatus ad indicandam civium Romanorum cædem, ad Servilianum lacum Sullæ juſſu commiſſam.

Curtios) Accuſatorum, qui ad Servilium lacum cæſi ſunt, nomina commemorat.

Mamercos) Æmiliæ gentis.

A præliis avocabat) Hoc dicit, ut eos hoc ipſo tantum interfectos, quia eſſent accuſatores, oſtendat, non quia pro Marianis contra Sullam pugnaſſent.

Priamum ipſum) Comparat Antiſtium Priamo, quia, ut ille ſumma ſenectute, in magna Trojanorum cæde, occiſus eſſet, ſic Antiſtius, multis cæſis accuſatoribus, ſenex admodum ideo necatus eſt, ne quis eſſet, qui de quotidianis cædibus quemquam accuſaret. Priami autem mentionem induxit, quia dixerat, *Ferro Phrygio*. De hoc in Bruto: *Conjunctus Sulpicii ætati P. Antiſtius fuit, rabula ſane probabilis: qui, multos cum tacuiſſet annos, neque contemni ſolum, ſed irrideri etiam ſolitus eſſet, in tribunatu primum contra C. Julii illam conſulatus petitionem extraordinariam, veram cauſam agens eſt probatus; & eo magis, quod, eamdem cauſam cum ageret ejus collega ille ipſe Sulpicius, hic plura, & acutiora dicebat, itaque poſt tribunatum primo multæ ad eum cauſæ, deinde omnes maximæ quæcumque erant, deferebantur. Rem videbat acute, componebat diligenter: memoria valebat: verbis non ille quidem ornatis utebatur, ſed tamen non abjectis; expedita autem erat, & perfacile currens oratio, & erat ejus quidam tamquam habitus non inurbanus: actio paullum cum vitio vocis, tum etiam ineptiis claudicabat. Hic temporibus floruit iis, quibus inter profectionem reditumque L. Sullæ ſine jure fuit, & ſine ulla dignitate reſp.*

Leges pugnare prohibebant) Lex fuit, per quam ultra ætatis annum XLVI. non pugnare licuerit, auctoribus Cicerone in Catone, Polybio lib. VI. de Rep. Quæ vero diſerte pugnare prohibuerit, nulla, quod ſciam, nominatur, & opinor, ait Cicero, *prohiberent*, pro, *non cogerent*, oratorie.

Qui ſuis vulneribus mederentur) Qui vel ſuos inimicos ulciſcerentur, vel eos, qui accuſare ſolerent, ſimulque judices ipſos occiderent: ita fore ſperantes, ut ſuorum ſcelerum pœnas effugerent.

CAPVT XXXIII.

QVe iſtum impellerent) T. Roſcium.

Qui in bonis erant occupati) Qui aliena bona appetebant.

CAPVT XXXIV.

ALiquem) Chryſogonum dicit.

Cujuſmodi es, Roſci) Qualisqualis es, vel vir bonus, vel improbus.

Quod ſalva fide poſſim) Modo ne Sex. Roſcii cauſa, & officio meo deſim.

CAPVT XXXV.

CVm accuſatore) Erutio.

Mallius) Supra nominatus, cliens T. Roſcii.

In curru) Ciſiis, dixit ſupra.

Automedontem) Glauciam, aurigæ Achillis Automedonti, qui curru celerrime ferretur, perſimilem.

Neſcio: niſi hoc video) Modus loquendi, Ciceroni, Terentio, Plauto familiaris; ep. ad Memmium: *Equidem, ſi, quid ipſe ſentiam, quæris; nec, cur ille tantopere contendat, video; nec cur tu repugnes: niſi tamen multo minus tibi concedi poteſt, quam illi, laborare ſine cauſa.*

Video poſſidere) Abundare arbitror, video.

Infames palmas) Nobiles, & glorioſæ in victoria palmæ gladiatorum erant: hujus gladiatoris infames fuere; cives enim occidit: ſupra.

Lemniſcatam) Ceteris nobiliorem, propter lemniſcos, id eſt faſciolos, ut ait Feſtus, e corona dependentes.

Quæ Romæ deferatur) Propter necem Sex. Roſcii.

Contra morem majorum) locatur; nam

nam more majorum nemini poſt annos LX. ferre ſuffragium licebat : ii porro *depontani ſenes*, id eſt, de ponte dejecti, vocabantur : quia pontes erant lignei, ad tempus facti, in quibus ſuffragia ferebantur. Capito autem vere neſcio quem in Tiberim dejecerat. Notus eſt ille mos ex Feſto, Varrone, & Ovidio, Suetonio, Nonio, Cicerone, ſcriptore etiam Rhet. ad Herennium.

CAPUT XXXVI.

ALiter ex ipſa cæde) T. Roſcius Magnus.

Ad magiſtrum ſuum) Capitonem, ſupra: *Contulit ſe ad eum laniſtam*.

Alter) T. Roſcius Capito.

Si diis immortalibus placet) Quod mihi propoſitum initio fuit, onus hoc explanandarum Ciceronis orationum ſuſcipienti, ut ſententias obſcuriores, quantum in me eſſet, illuſtrarem, Latinique ſermonis proprietatem atque elegantiam oſtenderem, inania quædam, & inutilia, quæ nonnulli ad ambitionem congerunt, omitterem; id ut exſequar, accurate operam dabo : quam feliciter, alii viderint. Hic loquendi modus, *ſi diis placet*, tum ad indignationem, tum ad gratiarum actionem pertinet. Indignantis eſt, ut in hoc loco, & in Piſonem : *Appellatus eſt hic Vulturius illius provinciæ, ſi diis placet, imperator*. De Fin. lib. II. *Quoniam, ſi diis placet, ab Epicuro loqui diſcimus*. Tuſc. V. *Qua gloria commotus Epicurus exoritur : cui etiam, ſi diis placet, videtur ſemper ſapiens beatus*. Eodem ſpectat illud pro Flacco : *Litemus igitur Lentulo : parentemus Cethego : revocemus ejectos : nimiæ pietatis, & ſummi amoris in patriam nos pœnas, ſi ita diis placet, ſufferamus*. De Orat. lib. III. *Etiam Latini, ſi diis placet, hoc biennio magiſtri dicendi exſtiterunt*. Terentius in Eun. *Vide, ut otioſus ſit, ſi diis placet*. Quo loco Donatus : *Proprium eſt exclamantis propter indignitatem alicujus rei, ſive temeritatem, & indignantis*. Catullus :

Deprendi modo pupulum puellæ
Truſantem, hunc ego, ſi placet Dionæ,
Protelo rigida mea cecidi.

Livius quoque ſæpe eodem modo locutus eſt. Gratias agentis illud eſt apud Plautum in Capt.

Expedivi ex ſervitute filium, ſi diis placet.

Apud eumdem in Truc.

Poſtquam illoc veni, advenit,
Si diis placet, ad villam, argentum meo qui debebat patri.

Africanus) Minor, nam de majore cum ſit mentio, aliquid addi ſolet, ut, Africanus ille maior.

Tertiam partem orbis terrarum) Africam. Carthaginem enim ſtipendiariam fecit maior Africanus, evertit minor.

Is, qui & ſector eſt, & ſicarius) T. Roſcius Magnus, cur & ſector, & ſicarius, ſequentibus oſtenditur.

Quid tu, vir optime) T. Roſcium alloquitur.

Te iſtic ſedere) Cum accuſatore. Mendoſe antea, *Te iſti credere*.

Muta) Si iſtic ut accuſator ſedes, cur ſiles? &, ſi ſiles, cur iſtic ſedes? muto enim accuſatore nemo utitur.

Neque teſte) Ratio altera, cur ſedere T. Roſcius cum accuſatore non debeat. Si iſtic ſedes, teſtimonium tibi dicere non licet; at teſtimonium dicturus es : iſtic igitur ſedere non debes.

CAPUT XXXVII.

VOlaterras) A Sulla obſeſſas, ut Marianarum partium : victis & agros ademit, & jus Romanæ civitatis, pro Domo, & Ep. 4. lib. XIII. ad Fam.

Eumdem, qui Ameriam?) T. Roſcium Magnum, de quo ſupra : *Occiſo Sex. Roſcio, qui primus Ameriam nunciat? Mallius Glaucia, tuus cliens, & familiaris*.

Hominem) Sex. Roſcium.

Rem?) Ejus bona.

Atqui ei venit in mentem) Ironia : quia ſcilicet ei venire in mentem non potuerit, niſi ad eum duo Roſcii, Magnus, & Capito, rem illam detuliſſent.

Roſcios) Magnum, & Capitonem.

In Chryſogoni fidem, & clientelam contulerunt) Quia gratioſiſſimus eſſet apud Sullam.

In iſta pugna) Qua occiſus eſt Sex. Roſcius, &, quia manubiæ ſunt ex

pugna, ideo ſubjungitur paullo poſt, *has manubias*.

CAPVT XXXVIII.

ALiqua fretus hora) Commoda ſententia non elicitur: reponi poſſet, uſitato genere loquendi: *Aliqua facta mora*.

Si accuſator voluerit eis teſtimonium denunciare) Nam reo denunciandi teſtimonii poteſtas non dabatur.

Non minus turpe, quam furti) Pro Cæcina: *Qui per tutelam, aut ſocietatem, aut rem mandatam, aut fiduciæ rationem fraudavit quempiam, in eo, quo delictum majus eſt, eo pœna eſt tardior; eſt enim turpe judicium*. De Nat. Deor. lib. III. *Inde tot judicia, de fide mala, tutelæ, mandati, pro ſocio, fiduciæ*.

CAPVT XXXIX.

FAma mortui) Exiſtimatio Sex. Roſcii, qui videtur occiſus eſſe, tamquam contra nobilitatem ſenſerit: cum tamen fautor nobilitatis perpetuo fuerit.

Fortunæ vivi) Roſcii filii, ſuis fortunis a duobus T. Roſciis, & a Chryſogono per injuriam ſpoliati.

Ignominia mortuum affecerit) Ignominia notatum reliquerit, quaſi necatus ideo ſit, quia proſcriptus fuiſſet ut hoſtis nobilitatis.

In crimen mandati, judiciumque infamiæ revocatur) Rectius, opinor, *judiciumque infamiæ*: pro, judicium turpe, quod infamiam affert; nam ſupra: *Mandati conſtitutum eſt judicium, non minus turpe, quam furti*.

Si recte fiat) Si fiat id, quod debet: non enim recte fiet, ſi neglexerit is, qui mandatum recepit.

Qui mandarit) Vbi enim mandavit, licet ei negligere: curare amplius eum non oportet.

Per arbitrum) Per judicem; nam ea judicia, in quibus adderetur, *Ex fide bona*, quia ſimilia arbitriis eſſent, arbitria vocabantur. Pro Quintio: *Quaſi ii, qui magna fide ſocietatem gererent, arbitrium pro ſocio condemnari ſolerent*. Pro Q. Roſcio: *Cur non arbitrium pro ſocio adegeris, quæro*. Lib. II. Offic. *Arbitrum illum adegit, quidquid ſibi dare facere oporteret ex fide bona*. Quibus in locis *arbitrium* pro judicio, & *arbitrum* pro judice accipi, ſatis conſtat; eadem enim lib. III. de Nat. deor. appellantur judicia tutelæ, mandati, pro ſocio. Et in eodem libro de Offic. *Iudicia vocantur, in quibus adderetur, Ex fide bona*.

Roſcio) T. Roſcio Capitoni.

Tria prædia) Vel nobiliſſima.

Depactus eſt) Cum altero T. Roſcio, & cum Chryſogono.

CAPVT XL.

ATque illud) Mandati.

Proditor) In legatione: cum ſociorum conſilia adverſariis enunciavit.

Ille laniſta) Ter jam Capitonem Laniſtam vocavit.

A gladiis receſſiſſe) Ab arte ſua; nam laniſta gladiatorum in gladiis perite tractandis magiſter eſt: itaque P. Rutilius Rufus, ex ludo C. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum accerſitis, vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legionibus ingeneravit. Recte etiam legeretur, *gladiatura ceſſiſſe*: cum ſit in antiquis libris, *gladiatore ceſſiſſe*.

CAPVT XLI.

EIdem) In legatione a decurionibus ei mandata.

Ab iſtis) Ab adverſariis: id eſt, nos ab adverſariis poſtulaſſe.

Iſte) Sex. Roſcius.

Quos jam antea nominavi) Scipionem, & Metellum nominavit.

Vel ipſe ſeſe) Non modo ſervos.

Neque arguo, neque purgo) Argui, ac puniri etiam jure poterant, quod, eorum dominus cum occideretur ipſis præſentibus, opem non tuliſſent; propterea metu pœnæ ſervos Marcelli fugiſſe, quod dominus eorum ante tabernaculum a Magio interfectus eſſet, ſcribit Sulpicius ad Ciceronem. Vide apud Iuſtinianum, titulo, qui eſt, ad SC. Sullanianum.

An ne quæritur?) Non quæritur, quia Sex. Roſcius reus eſt, vos illorum ſervorum, qui ad ipſum pertinent, domini; quod tamen vos non dicitis.

Cum de hoc quæritur) In judicio: cum accuſatur.

Fa-

Digitized by Google

Familiis) Servorum ; id enim interdum valet *familiæ* nomen ; infra. *Familiam vero quantam, & quam variis cum artificiis habeat, quid ego dicam ?*

CAPUT XLIII.

NOmen aureum) Iocatur in Chryſogoni nomine ; χρυσὸς enim aurum eſt.

Sive Valeria eſt, ſive Cornelia) Eam tulit L. Valerius Flaccus interrex, ſive L. ipſe Sulla ; latam a Valerio Cicero ipſe lib. I. de Leg. oſtendit his verbis : *Quid injuſtius ea lege, quam interrex noſter tulit, ut dictator, quem vellet civium, impune poſſet occidere.*

Novas) Valeriam, ſive Corneliam.

CAPUT XLIV.

AB initio) Cum dixit : *Hæc omnia, judices, imprudente L. Sulla facta eſſe, certo ſcio.*

Si per vos, judices, licitum erit) Si me audire volueritis, ea, quæ ad cauſam puto pertinere, libere narrantem.

Ab iſto nebulone) A Chryſogono, qui ſeſe bona Sex. Roſcii de L. Sulla dicit emiſſe, ſupra.

Rediviam eurem) Morbum, quo cutis extra ungues ſolvitur.

CAPUT XLV.

CUr tantulo venirent) Duobus millibus nummum.

Aliquid imprudentia præteriri) Ab eo, qui remp. gubernat.

Perniciei cauſa) Generandi caſu, *pernicii* Ciceronem dixiſſe, ait Gellius lib. IX. cap. 14. Chariſius autem lib. I. non *pernicii*, ſed *perniciei* : ut mirum ſit, illa quoque ætate ſcriptos libros a veritate interdum aberraſſe. Nobis utrum ſequamur incertum eſt.

Divino conſilio) Quod ita Iuppiter ipſe velit : quemadmodum nec Sulla fieri vult ea, quæ fiunt.

Vi) Natura.

Magnitudine) Quod res ipſæ pro ſua natura tantum poſſint.

Commoda, quibus utimur) Hæc addit ad colligendam Sullæ gratiam : ut, ſicut a Iove, item ab ipſo plura dari, atque impertiri commoda, quam inferri damna videantur.

Niſi hoc mirum eſt) Diximus jam, hoc loquendi genus ad negandum uſurpari ; eſt igitur, *Niſi hoc mirum eſt*, pro, *Mirum non eſt*.

Vis divina) Vim in Iove, mentem in homine ponit.

CAPUT XLVI.

ALter tibi deſcendit de Palatio) Chryſogonum deſcribit: quem habere ædes in Palatio, cum ſervus fuerit, indigniſſimum videtur.

Tibi) Cum indignatione elatum.

Vaſis Corinthiis) Capta, incenſaque Corintho, aurum, argentum, æs igni corrupta, permiſtaque ſunt : inde æs Corinthium, & vaſa Corinthia primæ nobilitatis, propter aurum & argentum : ſecundum locum Deliaca obtinebant, lib. II. in Verrem : *Supellectilem ex ære elegantiorem & Deliacam, & Corinthiam.*

Quid marmoris) De ſignis locutus, intulit, *quid marmoris* : ut marmorea complecteretur omnia.

Lecticarios) Lecticam geſtare ſolitos, ut in ep. Sulpicii : *Cum meis lecticariis eum in urbem referri ſum coactus.*

Togatorum) Civium Romanorum, tempori ſervientium, quia Chryſogonus apud Sullam gratia valeret.

Viris fortibus) Metellis, Catulis, Lucullis, Serviliis, Pompeiis.

CAPUT XLVII.

HOmines poſtremi) Obſcuri loci, infimæ conditionis, ultimæ ſortis. Marcus Brutus ad Ciceronem: *Quod ſi Romanos nos eſſe meminiſſemus, non audacius dominari cuperent poſtremi homines, quam nos prohiberemus.*

Ne ominis quidem cauſa) Ne ut ominari quidem male in eos videar : nedum, quod iis grave aliquid imprecer.

Equeſtrem ſplendorem) Equeſtrem ordinem judicia adminiſtrantem.

Servi) Qui antea ſervierat ; nam tum quidem libertus erat Chryſogonus.

CAPVT XLIX.

ANnulumque de digito ſuum tibi tradidit) Rectius, quam, ut antea, *Annulumque dedit, os ſuum tibi tradidit.* Annulum autem non aureum, ſed ferreum; nam aureo ſenatoribus tantum, & equitibus Romanis uti licebat.

CAPVT L.

PRædia mea tu poſſides, ego aliena miſericordia vivo) Similis locus ad commovendam judicum miſericordiam in ea pro Quintio: *De re pecuniaria cupio contendere: non licet; at ea controverſia eſt: nihil ad me attinet; cauſam capitis dicas oportet*, & quæ ſequuntur. Nec diſſimiliter in Verrem, lib. V. *Cleomenem nominare non licet; at cauſa cogit: moriere, ſi appellaris. Ad remiges non erant, prætorem tu accuſas? frange cervicem.*

Aliena miſericordia) Cæciliæ, Balearici filiæ: infra: *Quaſi vero neſcias, hunc & ali, & veſtiri a Cæcilia, Balearici filia, Nepotis ſorore.*

Derogetur) Minuatur: alibi, *abrogare fidem.*

Sin metuis) Ne tibi ille aliqua re noceat.

Ab ſeſe) A capite ſuo.

Quod præter ceteros tu metuere non debeas) Apud Sullam gratioſiſſimus.

Ne quando liberis proſcriptorum bona patria redderentur) Quæ ne redderentur, Valeria lege cautum erat.

In iis rebus, quas L. Sulla geſſit) Quæ ſunt ejuſmodi, ut, quæ ille poſt victoriam fecit, rata fore videantur.

Ne monumenti quidem cauſa) In agro, quo mortuus inferatur; nam, ut diximus, extra urbem ſepulcra erant. Supra: *Cui de tanto patrimonio prædo iſte nefarius ne iter quidem ad ſepulcrum patrium reliquiſſet.*

CAPVT LI.

SVmma reip.) Nam, ſi hunc innocentem judicio pepulerent homines nefarie, in ſummum reſp. diſcrimen adduceretur; quis enim, quod liberet, id ſibi licere non putaret?

Quæ domi gerenda ſunt) Quod ad Roſcii victum, veſtitumque attinet.

Meſſalla) Valeriæ gentis, patriciæ: nam Valerii Flacci plebeji. Iuniorem eſſe Cicerone, atque aliquot quidem annis, ea, quæ ſequuntur, oſtendunt. Itaque, cum duos Meſſallas poſt Ciceronem conſules fuiſſe videam, poſteriorem ſignificari crediderim, qui anno Vrbis DCC. cum Domitio conſulatum geſſit.

Roboris) Quo pueri & adoleſcentes carent; unde illud pro Cælio: *Cum autem paullum jam roboris acceſſiſſet ætati, in Africam profectus eſt.* Phil. X. *Alter virtutis robore firmior, quam ætatis.* Robuſtus accipitur eodem ſenſu: pro Cælio: *Vellem aliquis ex vobis robuſtioribus hunc maledicendi locum ſuſcepiſſet.* Pro Sulla: *Quod ſi eſſes uſu, atque ætate robuſtior.* De Haruſp. reſp. *Deinde jam robuſtus.* Phil. V. *Ætate multo robuſtior.* Vis eadem eſt in verbo, pro Sextio: *Recita, quæſo, P. Sexti, quid decreverint Capuæ decuriones: ut jam virilis tua vox poſſit aliquid ſignificare inimicis noſtris, quidnam, cum ſe corroboraverit, effectura eſſe videatur.* Pro Cælio: *Cum is jam ſe corroboraviſſet, & vir inter viros eſſet.* In Lælio: *Corroboratis ætatibus.*

Cupere, ac debere) In priore amor oſtenditur, in poſteriore officium.

Auctoritate) Non ex geſtis magiſtratibus, cum eſſet adoleſcentulus, ſed ob nobilitatem.

Sectorum) Qui bona patris ejus, tamquam proſcripti, ſe emiſſe dicunt. Pertinet hoc primum ad Chryſogonum, deinde ad duos Roſcios, cum quibus ille prædam communicavit.

Qui eodem loco nati ſunt) In quibus par nobilitas eſt: ad Terentiam lib. XIV. *Quid aliæ faciant iſto loco feminæ.*

Ex invidia) Invidia opponitur gratiæ: & eſt populi de aliquo mala quædam opinio: alia porro invidia eſt, cum alienis angimur bonis.

CAPVT LII.

VErum ſi a Chryſogono non impetramus, ut pecunia noſtra contentus ſit, vitam ne petat) Mirabilis locus in epilogis inducendus ad miſericordiam judicum commovendam; ſimilis ille pro Quin-

Quintio : *Si licet vivere eum, quem Sex. Nævius non vult ; ſi eſt homini honeſto locus in civitate, invito Nævio ; ſi fas eſt reſpirare P. Quintium contra nutum, ditionemque Nævii ; ſi, quæ pudore ornamenta ſibi peperit, ea poteſt contra petulantiam te defendente obtinere : ſpes eſt, & hunc miſerum, atque infelicem aliquando tandem poſſe conſiſtere. Sin & poterit Nævius id, quod libet ; & ei libebit, quod non licet : quid agendum eſt ? qui deus appellandus eſt ? cujus hominis fides imploranda eſt ? qui denique queſtus, qui mœror dignus inveniri calamitate tanta poteſt?*

Pecunia noſtra) Pecuniam pro bonis omnibus, ut alibi quoque poſuit.

Actum eſt, judices) Quod in oratione pro Quintio, loco a nobis proxime recitato, dixit : *Quid agendum eſt? qui deus appellandus eſt ? cujus hominis fides imploranda eſt?*

Conſilium publicum) Senatorum, qui judicia lege Sullæ tractabant.

Proſcriptorum liberi) Quos petendorum magiſtratuum poteſtate Sulla privavit, occidi tamen noluit : in Piſonem.

In veſtro jurejurando) Vt veſtris ſententiis condemnetis Sex. Roſcium contra leges, quas vos eſſe ſervaturos jurejurando polliciti eſtis.

Ad quem maleficium pertineat) Vtrum ad filium, qui nunc reus eſt, an ad T. Roſcium Magnum, qui bona emit, qui inimicus eſt, qui ſicarius, qui hunc accuſat.

CAPVT LIII.

V*Enierunt ?*) Quæ ſe non putant, incolumi filio, retinere poſſe.

Senatus ſuſcipere noluit) Lata igitur ad populum lege, Sulla obtinuit, ut in eos, qui contra ſe, ac nobilitatem arma ceperant ; jure ſuo poſſet animadvertere ; infra : *Populum Romanum domeſtica crudelitate laborare*.

Suſcipere noluit) Non probavit S.C.

More majorum) Qui necare civem Romanum vetat.

Domeſtica) Contra cives ipſos, qualis antea numquam fuerat, nec poſtea fuit, niſi Octavio, Antonio, Lepido triumviris.

PAVL-

CAPVT XLIX.

A*Nnulumque de digito ſuum tibi tradidit*) Rectius, quam, ut antea, *Annulumque dedit, os ſuum tibi tradidit*. Annulum autem non aureum, ſed ferreum; nam aureo ſenatoribus tantum, & equitibus Romanis uti licebat.

CAPVT L.

P*Rædia mea tu poſſides, ego aliena miſericordia vivo*) Similis locus ad commovendam judicum miſericordiam in ea pro Quintio: *De re pecuniaria cupio contendere: non licet; at ea controverſia eſt: nihil ad me attinet; cauſam capitis dicas oportet*, & quæ ſequuntur. Nec diſſimiliter in Verrem, lib. V. *Cleomenem nominare non licet; at cauſa cogit: moriere, ſi appellaris. Ad remiges non erant, prætorem tu accuſas? frange cervicem.*

Aliena miſericordia) Cæciliæ, Baleařici filiæ: infra: *Quaſi vero neſcias, hunc & ali, & veſtiri a Cæcilia, Balearici filia, Nepotis ſorore*.

Derogetur) Minuatur; alibi, *abrogare fidem*.

Sin metuis) Ne tibi ille aliqua re noceat.

Ab ſeſe) A capite ſuo.

Quod præter ceteros tu metuere non debeas) Apud Sullam gratioſiſſimus.

Ne quando liberis proſcriptorum bona patria reddantur) Quæ ne redderentur, Valeria lege cautum erat.

In iis rebus, quas L. Sulla geſſit) Quæ ſunt ejuſmodi, ut, quæ ille poſt victoriam fecit, rata fore videantur.

Ne monumenti quidem cauſa) In agro, quo mortuus inferatur; nam, ut diximus, extra urbem ſepulcra erant. Supra: *Cui de tanto patrimonio prædo iſte nefarius ne iter quidem ad ſepulcrum patrium reliquiſſet*.

CAPVT LI.

S*Vmma reip.*) Nam, ſi hunc innocentem judicio peuderent homines nefarie, in ſummum reſp. diſcrimen adduceretur; quis enim, quod liberet, id ſibi licere non putaret?

Quæ domi gerenda ſunt) Quod ad Roſcii victum, veſtitumque attinet.

Meſſalla) Valeriæ gentis, patriciæ: nam Valerii Flacci plebeji. Iuniorem eſſe Cicerone, atque aliquot quidem annis, ea, quæ ſequuntur, oſtendunt. Itaque, cum duos Meſſallas poſt Ciceronem conſules fuiſſe videam, poſteriorem ſignificari crediderim, qui anno Vrbis DCC. cum Domitio conſulatum geſſit.

Roboris) Quo pueri & adoleſcentes carent; unde illud pro Cælio: *Cum autem paullum jam roboris acceſſiſſet ætati, in Africam profectus eſt*. Phil. X. *Alter virtutis robore firmior, quam ætatis*. Robuſtus accipitur eodem ſenſu: pro Cælio: *Vellem aliquis ex vobis robuſtioribus hunc maledicendi locum ſuſcepiſſet*. Pro Sulla: *Quod ſi eſſes uſu, atque ætate robuſtior*. De Haruſp. reſp. *Deinde jam robuſtus*. Phil. V. *Ætate multo robuſtior*. Vis eadem eſt in verbo, pro Sextio: *Recita, quæſo, P. Sexti, quid decreverint Capuæ decuriones: ut jam virilis tua vox poſſit aliquid ſignificare inimicis noſtris, quidnam, cum ſe corroboraverit, effectura eſſe videatur*. Pro Cælio: *Cum is jam ſe corroboraviſſet, & vir inter viros eſſet*. In Lælio: *Corroboratis ætatibus*.

Cupere, ac debere) In priore amor oſtenditur, in poſteriore officium.

Auctoritate) Non ex geſtis magiſtratibus, cum eſſet adoleſcentulus, ſed ob nobilitatem.

Sectorum) Qui bona patris ejus, tamquam proſcripti, ſe emiſſe dicunt. Pertinet hoc primum ad Chryſogonum, deinde ad duos Roſcios, cum quibus ille prædam communicavit.

Qui eodem loco nati ſunt) In quibus par nobilitas eſt: ad Terentiam lib. XIV. *Quid aliæ faciant iſto loco feminæ*.

Ex invidia) Invidia opponitur gratiæ: & eſt populi de aliquo mala quædam opinio: alia porro invidia eſt, cum alienis augimur bonis.

CAPVT LII.

V*Erum ſi a Chryſogono non impetramus, ut pecunia noſtra contentus ſit, vitam ne petat*) Mirabilis locus in epilogis inducendus ad miſericordiam judicum commovendam; ſimilis ille pro Quin-

Quintio : *Si licet vivere eum, quem Sex. Nævius non vult ; ſi eſt homini honeſto locus in civitate, invito Nævio ; ſi fas eſt reſpirare P. Quintium contra nutum, ditionemque Nævii ; ſi, quæ pudore ornamenta ſibi peperit, ea poteſt contra petulantiam te defendente obtinere : ſpes eſt, & hunc miſerum, atque infelicem aliquando tandem poſſe conſiſtere. Sin & poterit Nævius id, quod libet ; & ei libebit, quod non licet : quid agendum eſt ? qui deus appellandus eſt ? cujus hominis fides imploranda eſt ? qui denique queſtus, qui mœror dignus inveniri calamitate tanta poteſt?*

Pecunia noſtra) Pecuniam pro bonis omnibus, ut alibi quoque poſuit.

Actum eſt, judices) Quod in oratione pro Quintio, loco a nobis proxime recitato, dixit : *Quid agendum eſt? qui deus appellandus eſt ? cujus hominis fides imploranda eſt?*

Conſilium publicum) Senatorum, qui Judicia lege Sullæ tractabant.

Proſcriptorum liberi) Quos petendorum magiſtratuum poteſtate Sulla privavit, occidi tamen noluit : in Piſonem.

In veſtra jurejurando) Vt veſtris ſententiis condemnetis Sex. Roſcium contra leges, quas vos eſſe ſervaturos jurejurando polliciti eſtis.

Ad quem maleficium pertineat) Vtrum ad filium, qui nunc reus eſt, an ad T. Roſcium Magnum, qui bona emit, qui inimicus eſt, qui ſicarius, qui hunc accuſat.

CAPVT LIII.

VEnierunt?) Quæ ſe non putant, incolumi filio, retinere poſſe.

Senatus ſuſcipere noluit) Lata igitur ad populum lege, Sulla obtinuit, ut in eos, qui contra ſe, ac nobilitatem arma ceperant ; jure ſuo poſſet animadvertere ; infra : *Populum Romanum domeſtica crudelitate laborare.*

Suſcipere noluit) Non probavit S.C.

More majorum) Qui necare civem Romanum vetat.

Domeſtica) Contra cives ipſos, qualis antea numquam fuerat, nec poſtea fuit, niſi Octavio, Antonio, Lepido triumviris.

PAVL-

PAVLLI MANVTII
COMMENTARIVS
IN
ORATIONEM III.

Capvt I.

IS *ſcilicet vir optimus*) Ironia. in Cheream : cujus tabulis Cicero fidem abrogat, quia, quæ in judicium tabulæ proferuntur, ut iis teſtibus aliquid probetur, eas oportet a viro optimo, & ſingulari fide prædito ſcriptas eſſe.

Pecuniam expenſam tulerunt) Debitorem aliquem fecerunt.

Hoc nomen) H-S ccc1ↄↄↄ, ejuſque pecuniæ dimidium Roſcio expenſum.

Non erit) Cur enim, quam ſuam eſſe pecuniam crederet, ejus dimidium Chereæ ferret acceptum?

Juſſu hujus) Quaſi dixiſſet Chereæ Roſcius, communem illam pecuniam eſſe; eumque nomen illud in ſuas tabulas referre juſſiſſet, quod ſi verum eſſet, certe in ſuas quoque tabulas nomen idem Roſcius retuliſſet; non retulit: ergo non ſuo juſſu retulit Cherea.

Quod non debebatur) Hoc ad Cheream pertinet.

Quod debeas) Hoc ad Roſcium.

Qui verum non retulit) Qui, cum aliquid deberet, id acceptum in tabulas non retulit; in quo peccaſſet Roſcius, ſi Cherea debuiſſet.

Qui falſum perſcripſit) Qui retulit in tabulas expenſum, quod ſibi non debebatur.

In ſuam rem, ſuo arbitratu ſcriptas) In quibus Cherea ſcripſerit, expenſa Roſcio H-S 1ↄↄↄ.

A M. Perperna) Hic ſedebat in conſilio C. Piſonis: non placet igitur dici, P. Saturii tabulas a M. Perperna petitas eſſe; cur enim ab hoc potius quam a Piſone? quem conſilio præfuiſſe, infra oſtenditur his verbis: *Tu, C. Piſo, tali fide, virtute, gravitate, auctoritate ornatus, ex adverſariis pecuniam petere non auderes.* Et paullo poſt: *Utinam ſederet in conſilio C. Piſonis: ipſe C. Piſo eſt.* Et: *Iudex eſt is, quem nos non minus bene de nobis exiſtimare, quam ſecundum nos judicare velimus*: & alibi. Malim igitur, deleta præpoſitione, A, M. Perperna vocandi caſu dictum eſſe, aut ſi ne ſic quidem, unum appellari judicem ſine Piſone, placet; aut hæc ſubita a Perperna ad Cheream converſio ſermonis oſtendit, quæ nec meis auribus, ut ingenue fatear, grata admodum accidit: legatur ſane, *A M. Perperna*, dum ab eo non tamquam a judice, ſed tamquam a Roſcii pariter & Chereæ amico, extra judicium petitas eſſe tabulas putemus. Hujus autem Perpernæ familiam, cum diu diligenterque perquiſierim, adhuc tamen ignoro.

P. Saturi) *Saturii*, legendum conſtat, is patronus erat Chereæ: cujus cum tabulæ poſcebantur, nomen aliquod in iis, quod Chereæ tabulas refelleret, reperiri poſſe putabatur.

Tuas ſolius) Antiqua locutio. Terentius in Heaut.

> —— *Tot mea*
> *Solius ſolliciti ſunt cauſa, ut me unum expleant?*

In Vatinium: *Civitatis ſalutem cum mea unius ſalute eſſe conjunctam?* In Piſonem: *Juravi, remp. atque hanc urbem mea unius opera eſſe ſalvam.*

Flagitamus) Ante *poſcebamus*, nunc *flagitamus*: majore enim ſtudio petendum, quod ad detegendam Chereæ improbitatem vel maxime pertinet.

Lis

Digitized by Google

Lis detur) Iudicetur, decernatur. Valer. Max. lib. II. cap. 3. *Lutati, quamvis adhuc tacueris, ſecundum te litem do*. Gellius lib. V. cap. 10. *Si contra te lis data erit*.

Extraordinaria) Neglecta nullo ordine.

Iacet) A te negligitur, quaſi leve quoddam ac tenue nomen.

Timeat) Quaſi falſum: timuit, inquit, ne ſuis ex tabulis falſi condemnaretur.

Iurare in litem) Litis cauſſa, ad litem obtinendam.

CAPUT II.

INdignari) Indignantis hæc eſſe, quis non intelligit? *Pro dii immortales, eſſe ne quemquam tanta audacia præditum, qui, quod nomen referre in tabulas timeat, id petere audeat?* Et reliqua. Quare, cur Budæo magis placere debuerit, *indagare*, cauſam eſſe nullam video.

Vſque eo ne te diligis) Tantum ne tibi tribuis?

Magnifice circumſpicis) Imaginem quamdam retulit eorum, qui ſe ipſi nimis diligunt.

Adverſaria) In quibus confuſe dierum ſingulorum acta perſcribuntur: &, ſi quis in eo peccet, fraudi ei non eſt: idem, ſi quid in tabulis, id eſt in codice, committat, non impune fert. Quod veteres *adverſaria*, Diarium hodie dicimus.

Ordinem conſervare) Qui non conſervatur in adverſariis.

Memoriæ tradere litterarum vetuſtatem?) Ideo enim ſcribuntur tabulæ, ut perpetuo conſerventur: adverſaria vero, ut poſt menſem conſcindantur.

Apud omnes) Adverſariis enim nemo credit.

Dejecta) Perturbata, ordine neglecto.

Codicem protulit) Verbum unde pendeat, obſcurum videtur: ſed ex, *nemo*, quod proxime dictum eſt, elicitur affirmatio. Sic lib. II. de Orat. *Nemo extulit eum verbis, qui ita dixiſſet, ut, qui adeſſent, intelligerent, quid diceret, ſed contemſit eum, qui minus id facere potuiſſet*. Horatius Sat. I.

Qui fit, Mæcenas, ut nemo, quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu ſors objecerit, illa
Contentus vivat, laudet diverſa ſequentes.

Nam, *laudet*, affirmationem perſpicue poſtulat. Plura attulimus exempla in ep. ad Cornificium, lib. XII.

CAPUT III.

REferri debuit) Si quidem adverſaria ſolent eſſe menſtrua.

CAPUT IV.

PEcunia tibi debebatur certa) H-S ıɔɔɔ.

Quæ nunc petitur per judicem) Nam incerta petitur ad arbitrum.

Legitimæ partis) Infra: *Cum tertiæ parte ſponſio facta eſt*. Sponſione autem is, qui actor erat, laceſſere dicebatur, &, ſi litem perdidiſſet, ſimul amittebat eam pecuniam, cujus facta ſponſio eſſet: quam fuiſſe ex lege tertiam ejus partem, de qua litigaretur, oſtendit hæc oratio.

Formulæ) Quam prætor vel judici dat, vel arbitro: judici, *Si paret, H-S ıɔɔɔ deberi*, ſubaudi: tantum ſolvat: arbitro: *Quantum æquius melius ſit, dari*: ſubaudi, *jube*. Iudicii formulam plura teſtantur exempla: in Divin. *Iudicium dat ſtatim: ſi pareret, eam, ſe & ſua Veneris eſſe dixiſſe*; lib. II. in Verr. *Si paret, fundum Capenatem, quo de agitur, ex jure eum P. Servilii eſſe*. Lib. III. *Si pareret, jugera ejus modo fundi eſſe plura, quam colonus eſſet profeſſus*. Ibidem: *Si pareret, adverſus edictum feciſſe*.

Ad libellam) Ad aſſem; idem enim valent: materia differunt; quod as æreus, libella argenteus nummus eſt.

Quantum æquius melius ſit dari) Prætoris formulæ verba, arbitro datæ, hoc ſenſu: Iube, non quantum petitur, ſed, quantum tibi æquius melius videtur, petitori tantum dari. Ejuſdem formulæ mentio fit lib. III. Offic. *Reliquorum autem judiciorum hæc verba maxime excellunt, in arbitrio rei uxoriæ æquius melius*. Quibus verbis arbi-

arbitro poteſtas dabatur ex æquo & bono æſtimandi, quid actori dari oporteret.

Alter cauſæ confidit) Qui ad judicem agit.

Alter diffidit) Qui ſuam cauſam arbitro committit.

De tuarum tabularum fide) Quam ipſemet in dubium vocas, ubi compromiſſum facis.

Arbitrum ſumſeris) Qui compromiſſum facit, & arbitrum ſumit, certam ſibi non deberi pecuniam indicat, quod Cherea cum fecerit; cur poſtea certam pecuniam, H-S Iↄↄↄ, ad judicem petit?

Repromittive) Vt ex arbitri ſententia, quantum æquius & melius eſſet, vel daret tibi Roſcius, vel ſe daturum promitteret: ſi modo pareret, eum debere. Addidit enim Cicero, *ſi pareret*, ut nihil prorſus debere Roſcium oſtenderet: quod illa formulæ verba, *Quantum æquius & melius*, aliquid eum debere ſignificare videbantur.

Eidem) Arbitro.

Eumdem) Iudicem.

Anguſtiſſimam) Remittendi enim poteſtatem judex non habet, ſed ex formula ſponſionis, verbi gratia, ſi paret, Chereæ H-S Iↄↄↄ Roſcium debere, vel omnino condemnare Roſcium cogitur, vel abſolvere.

CAPVT V.

DVe partes cauſæ) Prior deſideratur; nam de non adnumerata pecunia mentio ſupra nulla fit.

Reliquum eſt, ut ſtipulatum ſe eſſe dicat) Vt hæc H-S Iↄↄↄ ſibi a Roſcio deberi per ſtipulationem dicat. Stipulationum duo genera, unum extra litem, alterum in lite; utrumque fiebat per interrogationem, & ſponſionem. Extra litem hoc modo: *Cherea Roſcium interrogat: Spondes ne te mihi daturum* H-S Iↄↄↄ? *ille reſpondet, ſpondeo*. Ita Roſcius per ſtipulationem Chereæ debet H-S Iↄↄↄ. quod ſi Roſcius non ſpopondit, ſtipulatio eſſe non poteſt; ideo ſubjungit Cicero ex perſona Roſcii: *Quis ſpopondiſſe me dicit? nemo*. Altera ſtipulatio eſt in lite, hoc modo: *Petit ad judicem C. Piſonem a Q. Roſcio Fannius Cherea* H-S Iↄↄↄ, *ex formula a prætore data, ſi paret Roſcium Chereæ debere* H-S Iↄↄↄ. *ſponſionem facit cum tertia parte, id eſt, ſi cauſa cadat, Roſcio daturum tertiam ejus pecuniæ partem, de qua litem intenderat: ne ſcilicet calumniam impunitam ferret. Eamdem ſponſionem Roſcius quoque faciebat: ſic alter alterum interrogabat, Roſcius Cheream: Spondes ne, te mihi eſſe daturum, ni pareat* H-S Iↄↄↄ *tibi a me deberi, ejus pecuniæ tertiam partem, de qua me in judicium vocas? Cherea reſpondebat, ſpondeo. Rurſus Roſcium Cherea interrogabat: Spondes ne, te mihi eſſe daturum, ſi pareat* H-S Iↄↄↄ *mihi a te deberi, ejus pecuniæ tertiam partem, de qua te in judicium voco? Roſcius reſpondebat, ſpondeo*. Sic alter alteri, ſponſione utrimque facta, per ſtipulationem debebat eam pecuniam, cujus facta ſponſio erat. Et, quia prior ſponſio actoris erat, poſterior rei, ideo ſtipulationis & reſtipulationis nomen locum habebat; reſtipulabatur enim, qui ſponſione provocatus, eamdem ſponſionem facere non recuſabat: unde apud Valerium Max. lib. II. cap. 3. *Valerius ſponſione Catulum provocavit, ni ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa. Nec dubitavit reſtipulari Lutatius*.

Petita eſt) Ad judicem Piſonem.

Certa) H-S Iↄↄↄ.

Cum tertia parte ſponſio facta eſt) Vt, niſi Cherea H-S Iↄↄↄ ad libellam probaret ſibi a Roſcio deberi, non modo litem perderet, ſed præterea tertiam partem pecuniæ a ſe petitæ, cujus pecuniæ ſponſio facta eſſet. Supra: *Pecunia tibi debebatur certa, quæ nunc petitur per judicem, in qua legitimæ partis ſponſio facta eſt*.

Stipulatam non eſſe) Stipulatione promiſſam non eſſe, ſtipulatione non deberi.

Quid ergo eſt?) Quid igitur, quod agam, relinquitur?

Et reus is eſt) Sic olim ex ingenio correxi.

Advocatio) Viri graves, qui ad reum ſublevandum ad judicium veniebant, non ut cauſam agerent, ſed ut præſentia ſua reo ſuffragarentur.

In hanc formulam) A prætore judici datam, ex qua litigatur.

Legi-

Legitima) Legibus conſtituta.

Honoraria) Sic arbiter honorarius Chryſippus vocatur in libro de Fato; æque enim qui controverſam rem arbitro committunt, ei honorem habent, bene de illius fide, ſcientiaque exiſtimantes.

Omnia officia domeſtica) Perinde ac ſi agatur de quocumque judicio legitimo, arbitrio honorario, officio domeſtico, ita dicam, ea perſequens diligenter, quæ videntur extra cauſam eſſe; cum ea jam abſolverim, quæ in cauſa ſunt.

Neceſſaria) Ad obtinendam litem.

Ad C. Piſonem) Vt optimum virum.

Pro Roſcio) De illius vita & moribus: ut appareat, uter utrum fraudare voluerit, Cheream Roſcius, an Roſcium Cherea.

Bonæ exiſtimationis) Vt bene de Roſcio homines exiſtiment, quod pluris etiam, quam ipſam victoriam, probi viri faciunt.

CAPUT VI.

QVorum alterum) Si pecunia, quæ a te petitur, ex ſocietate debetur.

Gravius, & odioſius) Quia nihil gravius & odioſius, quam ſocium fallere.

In alterutram partem) Vel fraudatum eſſe ſocium, vel non eſſe.

Q. Roſcius) Subaudi, ſocium fraudavit?

Refervens) Exiliens, ebulliens, quaſi ex quodam improbitatis fervore natum.

Caſtiſſimam) Nullius vitii labe contaminatam.

Quam artis) Cum tamen arte excellat: unde adagium: Geſtum agere ſpectante Roſcio, impudentis eſt.

Curia) Ordine ſenatorio.

Contra hunc venis) Proprie de litibus. Phil. II. *Contra rem ſuam me neſcio quando veniſſe, queſtus eſt*. Phil. VIII. *Negat ſe illi amicum eſſe debere: eum ſuo magno eſſet beneficio, veniſſe eum contra ſe*.

Honeſtiſſimo) Hoc refertur ad ejus dignitatem, qui honoris cauſſa appellatur.

Læderes) Lædere, interdum eſt ſermone detrahere; ut hic: nam *Laudares*, ut contrarium infertur. Sic in ep. ad Lentulum: *Cum me diſputantem, non laceſſentem læſiſſet, exarſi*. Ad Appium: *Quadam diſſimilitudine inſtitutorum meorum, ac tuorum lædi te putat*: pro, minui exiſtimationem tuam. In ep. Trebonii: *Cum, etiam ſi odio pari fueris in eas, quos læſit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret*.

Gratiæ) Cum Cherea gratificareris.

CAPUT VII.

TImidum dementem) Si Roſcius fraudaſſe aliquem diceretur, non Chereæ ſimilem, ſed eum, qui ob timorem, dementiam, divitias, inertiam experiri, id eſt litigare non poſſet, incredibile tamen eſſet, cum vero fraudaſſe Cheream dicatur, multo minus credibile eſt.

Ne ullum pilum viri boni habere dicatur) Nam, ſi capite, ſuperciliiſque raſis non eſſet; habere eum aliquod ſaltem boni viri pilum, dici poſſet; ita non carere penitus bonitatis laude videretur; nunc vere dici poteſt, nullum eum habere pilum boni viri.

Neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur) Quamquam Roſcius, cum improbiſſimum lenonem agit, agat Cheream, & in ejus moribus, natura, vitaque perſonam illam lutulentam, impuram, inviſam exprimat; tamen, pro beneficio parem ei gratiam non refert, id eſt, ab eo graviſſime læſus, non plane reponit; quod deberet.

Ballionem illum) In Pſeudolo inductum a Plauto.

Niſi forte) Niſi putas, ſui ſimilem eſſe Roſcium in moribus, & vita; quia ſe imitatur egregie in perſona lenonis: in qua exprimenda Chereæ quidem ſimilis eſt, cum in moribus tamen, & vita diſſimilis admodum ſit.

Caſtus) Purus, incorruptæ vitæ; ſupra: *Puriſſimam, & caſtiſſimam vitam*.

Per ſe) Neceſſaria eſt præpoſitio, *per*:

per : ut ſervetur in oppoſitis ordo ; nam , ut dictum jam eſt , *Per malitiam , per imprudentiam* : ſic debet ſubjungi , *Per avaritiam , per brevitatem* : ut bonitas hic pro negligentia quadam ſumatur . Aut igitur locus emendandus , aut , *per ſe* , pro ſua ſponte , dictum puto .

CAPVT VIII.

S*Aturius*) Qui pro Cherea agebat .
Veterator) Aſtutus .

M.Perperna) Ante Piſonem judicem appellatur , quia conſularis , & cenſorius . Alius autem eſt ab eo , qui Sertorium occidit ; nam ille non diu poſt Sertorii necem , hic autem vixit ad annos XCIIX. ut ait Plinius lib. VII.

Tanti non fuiſſet) Hoc lucrum : lib. IV. in Verrem : *Fuit tanti , eſt tanti* .

In ſuis nummis verſabatur) Eodem libro : *In ſuis nummis multis eſſe* .

Noluit) Vel quod artis ſuæ præſtantia non dignum quæſtum judicaret : merebat enim diurna opera , auctore Macrobio lib. III. mille denariis , qui ſcutati ſunt CXX. vel quia proximis decem ſuperioribus annis quæſtum rejecerat , ut infra .

Dionyſia) Nota ſaltatricula ; cujus nomine L. Torquatus , vir antiquæ ſeveritatis , Hortenſium appellabat , quod in geſtu plus , quam deceret , haberet artis .

Acerba) Fraudato ſocio .

Hæc in cauſa , & in judicio collocata) Dubium igitur , unius ne propria , an duorum communis .

H-S *ſexagies*) Subaudi , centena millia , ſcutatorum CLXXX. millia . Loquitur non de ſingulorum annorum , ſed de totius decennii quæſtu .

Servire non deſtitit) In ſcena .

Et geſtum , & animam ageres) Geſtum ageres , quamdiu viveres , ad extremam vitæ horam : tum quoque geſtum ageres , cum animam ipſam ageres . locatur in verbo , *ageres* , duas res pro adjuncto nomine indicante ; nam , *Agere animam* , eſt *mori*.

Circumſcriptum) Deceptum , fraudatum .

Errare poſſit) Nam , qui erraret , cauſa caderet .

A prætore) Dabat enim actori prætor judicium cum formula .

CAPVT IX.

A*Rbitrium pro ſocio adegeris*) Pro , ad arbitrium egeris .

Iudicio gravi) Ne Roſcii obeſſes exiſtimationi .

Lædis) Perfidiæ notam illis conaris inurere .

Per arbitrum) Cui licebat , quidquid vellet .

Circumvenire) Quod per arbitrum facilius eſſet , quam per judicem .

Nullum eſt arbitrium) Cum in anguſtiſſimam formulam ſponſionis concludatur , ut ſupra dictum eſt .

Vbi licet agere) Apud arbitrum , quod fecerat Cherea , ſed , pactione interpoſita , litigare apud arbitrum deſierat .

Iacere) Objicere .

Vbi non oportet) Apud Iudicem .

Formula illa uti noluiſti) Cœptam litem ad arbitrum perſequi noluiſti . Quæ ſit arbitrii , quæ judirii formula , jam dictum eſt ; illa mitis , & moderata , *Quantum æquius melius ſit dari* ; hæc directa , aſpera , ſimplex , *ſi paret* H-S IↃↃↃ *deberi* .

Facit pactionem) Roſcius cum Fannio ; id enim Fannius dicebat , ut oſtenderet , ab inſtituto judicio diſceſſurum non fuiſſe , niſi Roſcius pactionem feciſſet .

Num tabulas habet) Argumentum contra Fannium ; nam , ſi facta pactio eſſet , mentio fieret in tabulis : non fit mentio ; ergo nulla pactio .

Cur non nominas ?) Convertit ſermonem a Saturio ad Fannium .

Vt abſolveretur) Ne judicium perageretur : ut ab arbitro dimitteretur ; abſolvi enim videtur , qui dimittitur .

Abſolutus) Iudicii moleſtia liberatus , dimiſſus ab arbitro , litem auctore non perſequente .

Quod erat ſumma innocentia , & integritate) Quia ſciebas , ab eo tibi nihil deberi .

Satisfeciſti) Excuſaſti te , purgaſti te verbis ; id enim eſt *ſatisfacere* ; hinc *ſatisfactionem accipere* : pro , excuſationem probare , in ep. ad Trebatium:

tium : *Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis*.

In judicium ut denunciaret) Subeſſe mendum, ſatis conſtat: de correctione divinandum: mihi quidem placeret hoc modo: *Illi judicium ut denunciaretur*: pro, ut in judicium ad arbitrum vocaretur.

Res erat manifeſta) Ironia; nam, ſi res non manifeſta, cur metueret, ne condemnaretur? ſi non metueret, cur pactionem faceret?

CAPUT X.

Exorditur) Saturius.

Veteris hiſtrionis) Panurgi, cum ironia dictum; quo modo enim verus hiſtrio, ſi eum Fannius Roſcio erudiendum tradidit, & communem gratis fecit? Tota igitur irriſio eſt, magnificis prolata verbis, ad exprimendam Saturii oſtentationem, qui, quod magna cum expectatione exorſus eſt, pauciſſimis verbis abſolvit: tantum enim hoc dixit: Panurgus fuit Fannii. is fuit ei cum Roſcio communis Qua narratione quid humilius?

Non erat H-S IↃↃↃ) Non vendi potuit, ſi facies ſine arte eſſet. H-S IↃↃↃ: ſed, quia comicum artificium didicerat, locari potuit amplius H-S CCCIↃↃↃ

Duodecim æris) Duodecim aſſibus: qui erant ærei: uſitata locutio.

Locabat ſe) In perpetuum ſi locatus eſſet Panurgus, ejus operæ pretium non minus H-S CCCIↃↃↃ fuiſſet.

Captioſum) Ex parte Fannii.

Indignum) Ex parte Roſcii.

Statilio) Peſſimo hiſtrione.

CAPUT XI.

Ad primos pervenit comœdos) Plus igitur eſt artis in comœdo, quam in hiſtrione, quamquam & comœdi hiſtriones dicantur.

Me cognitorem dediſti) Qui agerem in judicio, & litem curarem.

Lite conteſtata) Inſtituta: cum ſcilicet prætor judicium dedit.

Damni injuria) Subauditur, dati, ut, *damni injuria*, ſint formulæ verba, quam prætor dabat: quaſi propter injuriam damni dati.

Utrum pro dimidia parte) Loquitur ex perſona Roſcii.

Si ſit hoc vero) Roſcius non fatetur, ſe decidiſſe cum Flavio H-S CCCIↃↃↃ; accepit enim fundum, non pecuniam, accepit autem, quo tempore jacebant pretia prædiorum, perturbata bellis civilibus rep. *Si ſit hoc vero*: pro, *Si vere ſit*.

CAPUT XII.

Erant incerta) Quia victoris arbitrio, ac libidine, publica, privataque geruntur omnia.

Tum erat ager incultus, ſine tecto) Quo tempore quanti erat, non æſtimabat illum agrum Cherea, ſed quanti, poſtea quam & cultiſſimus fuit, & optimam villam habuit, &, repconſtituta, poſſeſſionibus omnium certis, non jacebant pretia prædiorum.

Numquam iſta te moleſtia, & cura liberabo) Perpetuo cruciaberis alieno bono.

Vertit hic rationem) Quia duo propoſuerat: Utrum pro dimidia parte, an pro tota ſocietate? & unum abſolvit, licuiſſe Roſcio pro ſua parte; decidere aggreditur alterum, *Pro tota ſocietate*. Vertit, inquit, Fannius rationem, non ait Roſcium pro ſe, ſed pro tota ſocietate decidiſſe.

Lites redemit) Roſcius, accepto fundo, liberavit Flavium litibus non ſuis, ſed ſocietatis. Objectio Fannii.

Quid ita ſatis non dedit) Reſponſio Ciceronis. Si Roſcius fundum illum accepit ſocietatis nomine; cur non Flavio ſatiſdedit, amplius ab eo neminem petiturum? aut, ſi non ſatiſdedit; quis credat, ei Flavium fundum ſuum dediſſe pro tota ſocietate?

A ſe) Ab ipſo Flavio.

Sibi cavere) Per ſatiſdationem, acceptis ſponſoribus.

Litem conteſtatam habebat) Ad arbitrum; paullo ante: *Me cognitorem dediſti: lite conteſtata, judicio damni injuria conſtituto, tu ſine me cum Flavio decidiſti*.

Cur igitur decidit) Flavius cum Roſcio.

Non

Non reſtipulatur) Non alligat Roſcium promiſſione per ſtipulationem facta, neminem amplius petiturum. *Reſtipulari*, eſt hic idem, quod ſtipulari; ſed *reſtipulari*, Cicero dixit, ut Flavius, qui fundum dabat, contra ſibi per ſatiſdationem caveret.

Judicio non abſolvitur?) Litibus non liberatur, quæ a Fannio, Roſcii ſocio, imminent.

Neque a Fannio) Qui poteſt ei litem intendere pro ſua parte.

CAPUT XIII.

AB *tuis ſubſelliis*) Erant judicum, actorum, reorum ſubſellia.

Repromittis) Apparet omnino aliquid pecuniæ Fannium a Roſcio accepiſſe, & propterea repromiſiſſe, *id* eſt ſpopondiſſe, ei ſe, ſi quid a Flavio accepiſſet, dimidium daturum.

Quid hic porro) Roſcius.

Num) Ab hinc triennium loquitur ut de præſenti tempore, quia multo ante Roſcium deciderat, & quia reſtipulationis verba proxime ſunt recitata.

Reſtipulatur) Cur ſtipulatione Fannium alligat Roſcius, ſi pro tota ſocietate, ut tu ais, ante annos quindecim cum Flavio decidit, & eum omni lite liberavit, omni judicio abſolvit. Hoc verbum, reſtipulari, de Roſcio hic per ſtipulationem alligante Fannium uſurpatur; paullo ante de Fannio, ei repromittente, & ſe per ſponſionem obligante, infra: *Qua, malum, ſtultitia fuit Roſcius, qui ex juriſperitorum conſilio, & auctoritate ſtipularetur a Flavio diligenter, ut, quod is exegiſſet a Flavio, dimidiam partem ſibi diſſolveret, ſi quidem ſine cautione, & repromiſſione nihilominus id Fannius ſocietati, hoc eſt, Roſcio, debebat?*

Omne, quod debuit, diſſolvit?) Hæc enim criminatio tua eſt, Roſcium cum Flavio pro tota ſocietate deciſiſſe.

Fannio daret H-S ccc1ɔɔɔ) Quis credat, Flavio pro opera, pro labore, quod cognitor fuiſſet, a Roſcio tantum eſſe datum, quantum ipſe accepit a Flavio pro damno Panurgi nece accepto? multo minus fuerit, neceſſe eſt: itaque, ſi reponeretur, H-S cc1ɔɔ, moderata ſumma eſſet, ſcutati ſcilicet trecenti.

Exegiſſe nihil) Hoc ita refellebat Cicero: nihil exegit, quia litem proſequi noluit, ſed cum Roſcio repromiſit, ei ſe, ſi quid a Flavio exegiſſet, partem ejus dimidiam daturum oſtendit Roſcium pro ſua tantum parte deciſiſſe.

Initium repromiſſionis) Originem, & cauſam repromiſſionis Fannii; ideo enim repromiſit, quia Roſcium judicabat pro ſua parte, non pro ſocietate deciſiſſe.

CAPUT XIV.

NEque *judicio abſolveretur a Fannio*) Supra: Cur tam imperite facit, ut nec Roſcium ſtipulatione alliget, neque a Fannio judicio ſe abſolvat?

Addictus erat tibi?) Traditus a judice, qui eum condemnaverat H-S ccc1ɔɔɔ. Addicti enim dicebantur, quos prætor damnatos creditori domum ducendos tradebat: unde lib. II. de Orat. *Quanti addictus? Mille nummum. Ducas licet*. Quam tamen conſuetudinem ad hæc permanſiſſe tempora non arbitror; nam Sulla dictatore C Pompilius prætor pro debitoribus legem tulit, ut, qui bonam copiam ejuraſſet, in eum creditoris nulla poteſtas eſſet. Varro lib.VI. de Lingua Lat.

Teſtem exſpectatis?) Si eum Fannio loquitur, *exſpectas*, rectius videtur, quam, *exſpectatis*; ſi cum Fannio, & ejus amico Saturio, qui contra Roſcium venit, aut etiam ſi cum Judice Piſone, & iis, qui aderant in conſilio, recte legitur, *exſpectatis*; nam, *ſpectabis*, ut eſt in vulgatis libris, mendoſum eſſe conſtat. Nec placet, *exſpectabis*: quia vis in præſenti tempore major eſt, quam in futuro.

Ex cenſu) Equeſtris cenſus fuit CD millia, id eſt, duodecim ſcutatorum millia.

Eques Romanus eſt) Ergo poſt legem Aureliam, quæ judicia inter tres ordines communicavit, acta cauſa eſt.

Potuit & debuit) Quia Judex fuit.

Qui

Qui ex Cluvio audierunt) Apparet, cum hæc ageretur cauſa, Cluvium abſuiſſe; nam, ſi adeſſet, teſtimonium ejus recitaretur, non eorum, qui ex ipſo audiſſent.

CAPUT XV.

NIhil mihi detraham) Quippe adoleſcens homines ætate grandes laudet, arroganter facit, & ſibi potius detrahit: cum ipſe magis illorum indigeat teſtimonio, quam illorum ſenectus ejus laudem deſideret.

Concoquendum) Statuendum: tranſlatio a cibis, qui comeduntur, & concoquuntur.

Cujus propter fidem) Ita conjunge: *Cujus Iudicis ob fidem & religionem*.

CAPUT XVI.

HIc non majore religione) Non plus huic in pejerando, quam in mentiendo, religionis eſt: cui religio non eſt mentiri, eidem pejerare non eſt.

Deprecatione deorum) Qui deprecatione deorum in pejerando, idem in mentiendo conſcientiæ ſide commovetur. Deprecatur deos, id eſt, alienat, a ſeque removet is, qui pejerat: ſic, *deprecari bellum*, *ignominiam*, & ſimilia, dicitur.

Nimis cupidus) Gratificandi Roſcio.

Caſtiſſimus) Integerrimus: ſupra *caſtus* opponitur *perjuro*.

CAPUT XVII.

COnfirmavit) In hac tam improba cogitatione.

H-S *millies*) Tricies centena ſcutatorum millia.

In Iudicium haberet) A judicio exſpectaret: ſi H-S millies in judicio ageretur, locutio parum uſitata: quamquam, *eſſe in poteſtatem*, ſimili fere modo dicatur.

A Ballione) Ab impuriſſimo illo lenone, qui eſt apud Plautum in Pſeudolo, de quo ſupra.

Altera penſio) A Roſcio ſolvenda Fannio. Iam enim dictum eſt, conveniſſe inter eos, rogante Piſone, ut Roſcius Fannio pro opera, pro labore, quod cognitor fuiſſet, quod vadimonia obiſſet, pecuniam ſolveret: ejus pecuniæ ſoluta prima penſio erat, ſecunda reſtabat.

Non tum, cum prima?) Nam, ſi ſubornare falſum teſtem Roſcius Cluvium voluiſſet, certe ſubornaſſet potius ante, quam primam penſionem ſolveret; non enim eam ſolviſſet, niſi Fannius ei dimidiam ejus dediſſet, quod a Flavio exegiſſet; cujus roſtipulationis verba ſupra recitata ſunt.

H-S ↀ) Ut in eo loco, *Rogaſti ut Fannio daret* H-S CCCIↃↃↃ, videri pecuniæ nimium dixi, & legendum potius CCIↃↃ, ſic hoc in loco, ut ea pecunia dividatur in penſiones duas, pro ↀ reponendum puto, IↃↃ.

CAPUT XVIII.

IN eodem veſtigio) Statim: ſic, *e veſtigio*, dicitur.

Quemadmodum non ſibi exigit?) Id eſt ergo ſibi exegit, non, quod tu ais, ſocietati.

Litem conteſtatur) Litem intendit: accipit a prætore judicium, ut litiget.

Quod ſi quiſquam petere poteſt alteri) Alteri nemo petit, niſi qui cognitor eſt factus: Roſcius cognitor non eſt factus: quo modo igitur tibi petiit?

Damni injuria) Formulæ verba: & ſubaudiendum, *dati*. Supra: *Lite conteſtata, judicio damni injuria conſtitato*.

Quodcumque tibi peteres) Cum eſſes cognitor Roſcii.

Quodcumque tibi exigeres) Non cum eſſes cognitor Roſcii, ſed cum poſt aliquot annos ſponſionem illam feciſti: *Quod a Flavio abſtulero, partem dimidiam inde Roſcio me ſoluturum ſpondeo*.

Niſi te in ſuam litem dediſſet cognitorem) Inde enim accidit, ut pro opera, pro labore, quod cognitor fuiſſes, quod vadimonia obiſſes, pecuniam tibi Roſcius duabus penſionibus ſolvendam, rogante Piſone pro-

mitteret ; tu autem contra , ſi quid a Flavio exegiſſes, dimidium ejus te Roſcio daturum repromitteres.

Ab eo) A. Flavio .

Huic eripere potes) Quod falſum eſt ; nam , ut a Flavio Roſcii partem extorquere non poſſes , ſic eam Roſcio eripere non potes ; quod , ſi poſſe te putas, perverſo more agis ; aut enim utrumque licet , aut neutrum : illud non licere conſtat : cur hoc licere vis?

Qua , malum , ſtultitia fuit Roſcius) Ante multos annos minima correctione, diſtinctione mutata, locum reſtitui. Legebatur , & diſtinguebatur hoc modo : *Quæ , malum , ſtultitia fuit? Roſcius , qui* .

Reſtipularetur a Fannio) Reſtipulationem ſumeret a Fannio .

VA-

Digitized by Google

VARIÆ LECTIONES IN ORATIONEM CICERONIS PRO P. QVINTIO.

Capvt I.

HÆ contra nos ambæ) *In nonnullis* MSS. *deeſt* hæ.

Ne me in dicendo impediat) *edd. & multi* MSS. ne me dicendo impediat.

Nævii ne P. Quintio noceat) MS. Nævii Quintio noceat. *Ed. vetuſta.* Nævii ne potius Quintio noceat.

Qui hanc cauſam, Aquili, aliquoties) *Pall. octo, Gruterianus*, MSS. *& edd. duæ veteres, quas Gruterus conſuluit, & alia anni* 1472. *quam Grævius inſpexit*, qui hanc aliquoties, *omiſſis duabus his vocibus* cauſam, Aquili.

Qui tibi in conſilio adſunt) *Pall. ſeptem, & Gruter.* qui tibi in conſilio ſunt.

Noſtra verba audire) *Pall. duo*: noſtra verba obedire.

Nullo præſidio eſſe) *Lamb. ed.* nulli præſidio eſſe.

Nihil eſt jam ſanctum atque ſincerum) *vet. ed. &* MS. nihil eſt jam ſanctum neque ſincerum.

Ex hoc loco repulſa) MS. Ex hoc loco expulſa.

Vbi conſiſtat) *octo Pall. Gruter. & edit. anni* 1472. Vbi res conſiſtat.

Capvt II.

Non eo dico) MS. neque eo dico.

Quo mihi veniat in dubium) *al.* quod mihi veniat in dubium.

Aut quo non iis) *al.* aut quod non iis.

Viris electiſſimis) *Lambin. mallet* viris lectiſſimis. *Guilielm. vero* viris ſelectiſſimis.

Timore hominem afficit) *Pal. tert. & duæ vett. edd.* timore hominem conficit.

Idque dum cogitat) MS. Idque cum cogitat.

Ornatiſſimos noſtræ civitatis) MSS. *aliquot* horrentiſſimos noſtræ civitatis. *Edit.* 1472: honorandiſſimos noſtræ civitatis. MS. *Dreſd.* honoratiſſimos noſtræ civitatis.

Telum adverſarius nullum jecerit) *Septem* MSS. *Pall. Dreſ. & edd. vett.* Telum adverſarius legerit, Venenatum telum jecerint. *Iidem libri*: venenatum telum legerint.

Capvt III.

A præconum conſeſſu) MS. A præconium conſeſſu.

Quæ voce quæſiverat) *al.* quæ voce quæſierat.

Quidquid poterat) *Pal. plerique & S. Vict.* quod quidque poterat. *Pall. quartus & edd. prima*, quod quiſque poterat.

Capvt IV.

Aliquantulum eſſet relictum) MSS. *& edd. vett.* aliquantum eſſet relictum.

Decedit ex Gallia) *al.* diſcedit ex Gallia.

Per te agebatur) IV MS. Per te cogebatur.

Niſi ad Caſtoris quæſiſſet) *Sic* MSS. *edd. vulgg.* niſi a Quæſtoribus quæſiſſet.

CAPUT V.

Simul atque ſibi hic annuiſſet) MS. ſimul atque hic annuiſſet. *Vnus Pal.* ſimul atque annuiſſet.

Cum auctionem venderet) *Pal. ſext. & Manut. ed.* cum auctione venderet.

Eſſe in vadimonium cœpit) *in Pal. ſec.* cœpit *non habetur*.

Neque quidquam profectum eſſet) *edd.* neque quidquam perfectum eſſet.

CAPUT VI.

Ante diem II Kalend. Febr.) MSS. *& edd. vett.* IIII Kalend. *al.* quartum Kal.

Quirina, vir bonus) MSS. Quirinas, vir bonus.

Quod niſi ex Publicio narratum) MSS. *Gruteri*; quod ubi ex Publicio agnovit, pueros circum, *omiſſa, quæ interponuntur in editionibus, verbis. Et ſic omnes Pall. excepto ſeptimo & octavo: vide notas.*

Teſtificatur iſte, P. Quintium non ſtitiſſe, & ſe ſtitiſſe) MSS. *& edd. vett.* Teſtificantur iſti P. Quintium non ſtetiſſe, & ſe ſtetiſſe. *Et ſic Pal. prim. ſec. tert. quart. ſept. Sed reliqui:* teſtificantur. iſte P. Quintium non ſtetiſſe.

Tabulæ maxime ſignis) MS. *S. Vict.* tabulæ maxime ſignis.

Atque imbiberit ejuſmodi) *edd. &* MSS. atque inhibuerit ejuſmodi. *al.* MSS. atque inhiberit ejuſmodi.

Edicta prætorum) *Sic Pall. aliique* MSS. *etiam Dreſdenſis. Edd. vett.* edicto prætorum. *al.* edicto prætoris.

CAPUT VII.

Iſte poſtulat ut) *Edd. prim. & Pall. quart. & ſext.* Iſte poſtulabat ut.

Ita tamen diſceditur) *ſic Pal. prim. Ceteri omnes:* Ita tum diſceditur.

P. Quintium ſiſti) To ſiſti *non habetur in Pal. ſec. & tertio.*

CAPUT VIII.

Ex edicto Prætoris bona) *Sic Pall. MSS. edd. vett. & Victorii vulgo:* Quoniam ex edicto Prætoris Romani. *al.* Ex edicto Prætoris Romæ: *al.* ex edicto Prætoris R. MS. ex edicto Prætoris Romam.

Ita ſatiſdare juberet) *Grut.* MS. ita ſatiſdare juberetur.

Quintium ſponſionem cum Sextio) *P. Manut. ed.* Quintium aut ſatiſdare aut ſponſionem cum Sextio.

Si bona ſua ex edicto poſſeſſa eſſent) *Sic Grut.* MS. *ſed Pall. ſeptem & S. Vict.* Si bona ſua ex edicto poſſeſſa non eſſent.

Adſequi poſſet) *Nonnulli* MSS. *& edd.* aſſequi poſſit.

Aut ſatiſdare) *Pal. quart. quint. ſext. S. Victoris*, aut ſatiſdaret.

CAPUT IX.

Secus judicaret ipſe) MS. Sequius judicaret.

Priore loco cauſſam intelligis) *Edd. vett. &* MSS. priore loco cauſſam intelligitis.

Te in jus adducerent) *Pal. ſec. tert. edd. vet.* Te in jus educerent.

Parteſque docuiſſes) MSS. *& edd. vett.* teſteſque docuiſſes. *Pal. quart. Dreſd. & S. Vict.* MSS. teſtes docuiſſes. *Edd. vett.* poteſtaſque docuiſſes.

CAPUT X.

Ab illo qui ante dixit) *Dreſd.* ab illo qui antea dixit. *Edd.* ab illo qui tum dixit.

Id mihi cauſa concedit) *Sic* MSS. *& edd. Multæ tamen edd. vett.* id mihi cauſa dat.

CAPUT XI.

Fuit in Gallia) *Tres* MSS. fuit in Galliam.

Non modo res erat) *In Pal. ſec. & tert. non habetur* erat.

Qui cum contraxiſſet) *Sic edd. vett. &* MSS. *ſed vulgati*, qui contraxiſſet.

Aliquam partem nolit amittere) *S. Vict. Pall. tres*, aliquam partem velit amittere. *Dreſd. & alii* MSS. aliquam partem velit omittere. *al.* aliquam partem velit committere. MSS. *Grut.* aliquam partem nolit mittere.

Ne quam partem huic propinquo) MS.

MS. ut aliquam partem huic propinquo.

Eum tu pudenter) *Sic* MSS. *alii tamen* cum tu pudenter. *Edd. vet.* Eum tu impudenter.

CAPVT XII.

At aliquanto) *Edd.* At aliquando.

Abundanti jam pecunia) *Al.* abundante jam pecunia.

Annum plus vixit) *Sic* MS. *ſed alii & edd.* anno plus vixit.

CAPVT XIII.

Verumtamen petit) MS. verumtamen petat.

Numquid præterea) MSS. Non quid præterea. *alii MS. & edd. vett.* Vt quid præterea.

CAPVT XIV.

Qui poſtea vadimonium quoque) *Aliæ edd.* qui poſtea quoque vadimonium. *Ald. Manut. Nep. ed.* qui poſtea quam vadimonium.

Invito atque ingratiis) *Edd. &* MS. invito atque ingratis. *S. Vict.* MSS. invito atque ingrato.

Minæ jactentur) *Quatuor Pall. Grut. S. Victor. ed. Ven. anni* 480. *ut & alia anni* 472. minæ locentur.

CAPVT XV.

Alterius opes) MS. *nonnulli*: altiores opes.

Infra etiam mortuos amandatur) *Pall. & Grut. omnes nec non alii*: infra etiam mortuos mandatur.

Huic ne perire quidem certe tacite) MS. Huic ne perire quidem tacite.

Funus ducitur) MS. *quidam & edd. ut & Gruter.* Funus indicitur.

CAPVT XVI.

Si dupondius tuus ageretur) MSS. Si dupondius unus ageretur. *edd. & quid.* MS. ſi de prædiis tuis ageretur. *Edd. vett.* Si dupondius tuus gereretur.

Captionis aliquid vererere) *Pall. quinque, item S. Victor. & Gruter.* captivus aliquid vererere. *Alii ut & Dreſd.* captivis aliquid vererere.

Ne ipſe quidem te conſuluiſti) *Pall. quart.* Ne ipſe idem te conſuluiſti: *In* MSS. *Fulvii Vrſini hæc verba non leguntur.*

CAPVT XVII.

Poſt tempus, & in aliena re) *Edd.* poſt tempus: in aliena re.

CAPVT XVIII.

Malitiam ficta eſt) MS. *& edd.* malitiam facta eſt.

Homo cumprimis honeſtus) *quidam edd.* homo inprimis honeſtus.

Profecuti familiares & Albium & Quintium) *Edd.* profecti ſunt familiares & Albii & Quintii.

Inferiorem eſſe patitur) *Edd.* inferiorem eſſe ſe patitur.

CAPVT XIX.

Commiſſum nihil eſſe) *Quædam edd.* commiſſum nihil eſſet.

Poſſidere nullo modo poſſe) *Edd. nonnullæ*: poſſideri nullo modo poſſe.

Recita edictum) *Pall. S. Vict. Grut. Dreſd.* MSS. *nec non edd. vett.* tractat edictum. *Pal. prim.* tractum edictum.

Niſi ſi latitat) *Sic* MSS. *& edd. ſed vulg.* niſi latitat.

Tum cum poſtulabas ut bona poſſideres?) *Dreſd.* tu, cum poſtulabas ut bona poſſideres?

Quod prætor non fieri, ſed edicto ſuo fieri jubebat) *Sic* MSS. *ſed edd. varie legunt*: quod prætor non fieri, ſed ex edicto ſuo fieri vetabat. *al.* quod prætor, ſed ex edicto ſuo jubebat. *al.* quod prætor fieri, ſed non ex edicto ſuo fieri jubebat. *al.* quod prætor non fieri, ſed ex edicto ſuo jubebat. *vide plura in notis Lambini.*

CAPVT XX.

Vt ſatisdaret) *Vett. edd.* ut ſatisdaretur. MSS. *noſtri*, ut ſatiſdarent. *Lamb.* ut ſatiſdares.

Ita jubebare) MSS. *& edd. vett. omnes.* ita videbare.

Non eſt iſtud judicium, neque judicio defendere) *Sic Dreſd.* MS. *& edd. recentiores. Sed Pall. omnes, item S. Victoris codex & Grut. nec non edd. vett.* non eſt iſtud pati, neque judicio defendere. *Pall. ſec.* non eſt iſtud pati judicioque defendere. *unde Gruter. conjicit:* non eſt iſtud pari judicio defendere.

Hoc ego cum attendo) *Edd. vett. & Pall. omnes:* Hoc ego tecum attendo.

Non omnia iudicia acceperit) Acceperit *non habetur in plurimis* MSS. *& edd. vett.*

Ignaro fortunarum ſuarum) MS. ignaro, omnia fortunarum ſuarum.

Decreto prætoris oportuiſſe) MSS. decreto P. R. oportuiſſe; *unde & multi:* decreto Prætoris Romani oportuiſſe.

Non moræ ſed auxilii) MSS. *& edd. multæ:* non more, ſed auxilii cauſa.

CAPVT XXI.

Se judicium id quod edat) *edd.* ſe judicio id quod edat. MS. ſe judicium quod edat. MSS. *nonnulli* ſe judicium quod dedat.

Abſens negetur) *Edd. &* MSS. abſens negatur.

Illis dominantibus) *Dreſd.* illis dominationibus.

Defendebat per jus & magiſtratum) *Dreſd.* defendebat per jus & per magiſtratum.

Erat enim, inquit) *Edd.* erat, inquit.

Ne gladiatori quidem cederet) *Sic edd. ante Vict. Hujus editio & multæ aliæ:* ne gladiatori quidem hæreret. *Dreſd. & al.* MSS. *nec non ed.* 1472. ne gladiatori quidem vereretur. *Tres Pall. & Grut.* ne gladiatori quidem vereret. *Sec. ac S. Victor.* ne gladiatori quidem veret. *Tert.* ne gladiatori quidem uteretur. *Vrſin.* MS. ne gladiatori quidem faveret.

Vincere volebas) MS. *S. Victor. & alii man. Pal. ſecundi*, vincere nolebas, *ut conjecit Hottom.*

Tam etſi eam rem) *Dreſd. S. Victor. Pal. Quint. & ſext.* Tamen etſi eam rem.

CAPVT XXII.

Iudex ipſe arceſſetur) *Dreſd. Pall. multique alii* MSS. judex ipſe arcebitur. *quin & in S. Vict.* MS. arceſſetur *expunctum eſt, & emendatum* arcebitur.

Quorum frequentiam) MSS. ut eorum frequentiam.

Contra Alphenum velitabaris) *Edd. antiqq. &* MSS. Contra Alphenum equitabas, *aut* æquitabas.

Cum hæc ita facta ſint) *Edd.* cum hæc facta ſint.

CAPVT XXIV.

Id in tua) *In edd. nonnullis &* MSS. *deeſt*, id.

Et cum eſſet attente) *Nonnulli codd.* & eum eſſent attente. *Dreſd.* & cum me eſſet attente.

Cum a me peteret) *Dreſd. & alii codd.* cum & me peteret.

CAPVT XXV.

Studio quod habebat erga) *Vulgg.* ſtudio quod exhibebat erga.

Ante v. Kal. intercalares) *Sic* MSS. *& edd. vett. ſed recentiores:* ante diem v. Kal. intercalares *ex conjectura Manutii.*

CAPVT XXVI.

In Sebuſianos) *Dreſd.* In Sebaginnos.

Prætor juſſiſſet) *Dreſd.* Prætor ſi juſſiſſet.

Tibi tum ſatiſdaret) *Dreſd.* tum ſatiſdaret.

CAPVT XXVII.

In poſſeſſionem venerint) *Edd.* in poſſeſſionem venerit.

Vt Quintio vis ne adferatur) MSS. *& edd. vett.* ut Quintio jus non auferatur. *al.* ut Quintio vis non adferatur.

Hoc dico ** Nævium) *In* MSS. *pleriſque nulla eſt lacuna. Dreſd. & alii*, hoc edicti unum ne appellaſſet quidem. *al.* hoc edicti numne appellaſſet quidem.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXVIII.

Ne appellaſſe quidem) *multi* MSS. ne adpellaviſſe quidem.

Iudicium pati) MSS. *& edd.* judicio pati.

CAPVT XXIX.

Vti ei liceret bona) *Quidam* MSS. uti ejus liceret.

Omnino autem bona) *Nonnulli* MSS. *& edd.* Omnia autem bona.

CAPVT XXX.

Cum veritas cum hoc faciat) *Edd. antiquæ*: Cum veritas hæc faciat.

In diſcrimine verſatur) *Edd. &* MSS. *nonnulli*, in diſcrimen verſatur.

Mœror dignus inveniri in calamitate) *Edd. nonnullæ*: mœror dignus inveniri calamitate.

CAPVT XXXI.

Cujus vox in præconio quæſtu proſtitit) *Edd. multæ*, cujus vox præconio quæſtu proſtitit.

Invenire non potuit) *Edd. quidam* invenire potuit.

Manum prehendit) *Al.* manum apprehendit.

Vt aliquando miſericordiam caperet) *Lamb.* ut aliquando miſericordia caperetur.

Ad ſenectutem perduxit) *Dreſd.* ad ſenectutem produxit.

Ad rogum proſequatur) *Dreſd. quidem hanc lectionem tuetur, ſed additum eſt*: ut ad rogum proſequamur. *al.* ad rogum perſequatur.

VARIÆ LECTIONES

IN ORATIONEM

CICERONIS

PRO

SEX. ROSCIO AMERINO.

CAPVT I.

QVi neque ætate) *Edd.* is qui neque ætate.

CAPVT II.

Sperat ſe poſſe) *Duo* MSS. Spes eſt ſe poſſe.

CAPVT III.

Non nihil tamen in deferendo) *Pal. vet.* non nihil in deferendo.

Vt ſpoliis Sexti Roſcii hoc judicio) *Pall. & S. Victor. & Grut. ed.* ut ſpoliis Sexti hoc judiciio.

CAPVT IV.

Huic eidem quæſtioni) MSS. *& edd.* huic idem quæſtioni.

CAPVT V.

Haud remiſſius ſperant futurum) MSS. demiſſius ſperant futuram. *al.* Dimiſſius ſperant futuram. *S. Vict.* dimiſſivi ſperant futuram.

CAPVT VI.

Inimicitias ſi tam cavere) *Al.* inimicitias ſi tam prohibere.

Tiro eſſet ſcientia) *Pall. S. Vict.* ut *& edd. vett.* tyro eſſet quod ſciam.

CAPVT VII.

Mallius Glaucia) *Duo* MSS. *& edd. vett.* Manlius Glaucia.

Incautum & ruſticum & Romæ) *Ed. antiq.* incautum & ruſticum & rure & Romæ. *Alia vetus ed.* incautum & rure &

re & Romæ. *Pal. prim. & S. Vict.* incautum & rus, & Romæ.

Ne diutius vos teneam) *In Pall. & cod. S. Vict.* ne diutius teneam.

CAPUT VIII.

Emuntur ſexagies H·S duobus millibus nummum) *Vett. edd. & MSS.* emuntur ſeſtertiorum duobus millibus nummum.

Eſſe certe ſcio) *Edd.* Eſſe certo ſcio. *ſed ſic* MSS.

In tanta ſelicitate) *Aldi Manut. ed. omittit* in.

Nondum etiam omnia paterna) *Sic S. Vict. duo Pall. edd. vett. ſed recentiores:* nondum etiam paterna jura. *Ed.* 1472. nondum etiam eſſet omnia paterna.

CAPUT IX.

Bonorum emtio flagitioſa, flagitioſa poſſeſſio) *Sic Mem.* MSS. *& Lamb. & Grut. ed. alii* MSS. *& edd.* bonorum emtio, flagitioſa poſſeſſio.

CAPUT XI.

Iudices ordiar?) *Sic tres* MSS. *& edd. vett. al.* ordiar judices? *al.* exordiar judices?

Vndique omnes in me terrores, periculaque) *Sic* MSS. *& edd. vett. Sed recentiores:* omnes terrores, minæ periculaque. *Ed. anni* 1472. Vndique in me terrores, periculaque impendant, omnia ſuccurram ac ſubibo.

Nulla res tamen exſiſtat judices) *Pal. octav.* nulla res tanta exſiſtet iudices. *Pal. prim.* nulla res tanta exſiſtit iudices.

Condemnetis Sex. Roſcium) *Lamb. ed.* Sex. Roſcium *delevit.*

CAPUT XII.

Non eſt ferendum) *Edd. Grut. & nonnullæ aliæ:* num eſt ferendum?

CAPUT XIV.

Annos natus magis quadraginta) MSS. *nonnulli & edd. vett.* annos natus major quadraginta.

CAPUT XV.

Patres ſamilias) *Pal. & S. Vict.* patres familiæ. *& ſic ſæpe in hac oratione* MSS.

Hæc attenta vita & ruſticana) *Edd. vett.* hæc a te vita & ruſticana. *S. Victor.* hæc attente vita & ruſticana.

CAPUT XVI.

Imaginemque noſtræ vitæ) MSS. *& edd.* imaginemque noſtram vitam.

CAPUT XVII.

Cum ruri aſſiduus ſemper vixerit) *S. Victor.* Cum rure aſſiduos ſemper vixerit. *Gulielm. conjiciebat legi poſſe* aſſiduo.

Qui neque in urbe viveret, neque revocaturus eſſet) *Sic omnes Pall. edd. ætatis mediæ:* qui neque in urbe viveret, neque rure vocaturus eſſet. *Manut. & al. edd.* quem neque in urbe videret, neque rure vocaturus eſſet. *al.* quem neque in urbe videret, neque rure vocaturus eſſet.

Vere nihil potes dicere) *S.Victor.* vere nihil potes ſe dicere.

CAPUT XIX.

Cogitabat. Cogitabat? Cui dixit) *Edd.* Cogitabat. Cui dixit?

Legem Remmiam) *Sic* MSS. *& edd. vett. ſed Pall.* legem Herenniam. *al.* legem Rei mimam. *al.* legem Reumiam. *Ed. anni* 1472. legem renuas. *Edd. Manut. Lambin. & recentiores aliæ:* legem Memmiam.

CAPUT XX.

Vt etiam eas omnes) *Sic Pall. & edd. Sed edd. vetuſtiores,* ut etiam calumniis. *al.* ut etiam calumnias.

CAPUT XXII.

Quid eum pupugiſſet) *Edd. vet.* quid eum pepugiſſet. *ed. anni* 1472. quid cum pepigiſſet.

Eſſe aliquem in civitate) *S.Victor.* eſſe aliquem in civitatem.

Propter quos) *Al.* per quos.

Qui

Qui tantum immanitate) *Al.* qui tanta immanitate.

CAPVT XXIII.

De parricidio delata) *Lamb. ed.* de patricidio delata.

Erat ſane ſuſpicioſum neutrum ſenſiſſe? auſum) *Sic edd. pleræque* & MSS. *Sed Victor. ed.* quod poterat ſane eſſe ſuſpicioſum neutrum ſenſiſſe? auſum. MSS. *Vrſini*: quid poterat enim tam ſuſpicioſum eſſe, aut neutrum ſenſiſſe, aut auſum. *al.* quod poterat eſſe ſatis ſuſpicioſum, aut neutrum.

CAPVT XXIV.

Non modo elui non poteſt) *Edd. vett.* & MSS. non modole niri non poteſt. *al.* non modo levi non poteſt. *Pal. prim.* non modo lavi non poteſt.

CAPVT XXVI.

Eorum oſſa terra non tangat) *Al.* eorum oſſa terram non tangant.

Vt numquam abluantur) *Al.* ut numquam alluantur.

CAPVV XXVII.

Ita quæro abs te C. Eruci quomodo) MS. Itaque abs te C. Eruci quæro.

CAPVT XXVII.

Quod in tali crimine innocenti) *S. Vict. Pall.* & *edd. vett.* quod in tali crimine quod innocenti. *ed. anni* 1472. quod tali crimine, quod innocenti.

Meminiſti ne T. Roſci recuſare?) MSS. meminiſti ne T. Roſci recuſare. *Ed. anni* 1472. meminiſti ne T. Roſcio recuſare. *vulgg.* meminiſti ne T. Roſcium recuſare.

CAPVT XXX.

Huic quæſtioni vir & contra) *Vulgg.* huic quæſtioni & contra.

CAPVT XXXI.

Sed eo perſpicuum crimen) *Ed. Manut.* ſed & perſpicuum crimen.

Et ſuſpicionem potius) *Pal. prim.* & ſuſpicioſum potius.

CAPVT XXXII.

In grege adnumerer) IV. MSS. in gregem adnumerer.

Denique Mamercos) *Pall. octav.* & *edd. vett.* denique Mammeos.

CAPVT XXXIV.

Cuicuimodi es T. Roſci) MSS. quiquimode eſt Roſci. *Edd. vulgg* cujuſmodi es Roſci. *Vict. ed.* cujuſque modi es Roſci.

Quid, quæſo, ejus intererat) *Edd. vett.* & *mſs.* Quid quaſi ejus intererat. *Pal. prim.* Quid? quaſi ejus intererat?

CAPVV XXXV.

Multas eſſe inſames palmas) *Vett. edd.* multas eſſe infamius palmas.

CAPVT XXXVI.

Vtrum is quod dixerit) *Plerique* MSS. & *edd.* utrum id quod dixerit.

Multa audaciter) *Vulgg.* multa audacter.

Te iſtic ſedere) MSS. & *edd.* te iſtic credere.

Quiſquam ex vobis audire) *Pal. prim.* quiſquam veſtrum audire.

A nobis contra voſmet ipſos) *Pall.* & *edd.* a vobis contra voſmet noſmet ipſos. *Sed S. Victor. mſ. cum ed. Lamb.* & *Grut.* a vobis contra noſmet ipſos.

CAPVT XXXVIII.

Quod nos ejus ſcelus) *Edd.* quod non ejuſcevis.

Hiſce aliqua fretum hora) *Al.* hiſce aliqua fretus hora. *Lamb. ed.* hiſce aliqua fretum aura. *Pal. prim.* hiſce aliqua fretum ora.

CAPVT XXXIX.

Iudiciumque infamia) *Sic plerique* MSS. & *edd. Pal. prim.* judiciumque in fama. *Lambin. ed.* judiciumque infame. *al. ed.* judiciique infamiam.

CA-

CAPVT XL.

Si quod illorum ſorte dubitabitur) MSS. *&* *edd. vett.* ſi quod de illorum ſorte dubitabitur.

A gladiis diſceſſiſſe) *Al.* a gladiatore ceſſiſſe.

Aut iſte diſcipulus) *Al.* aut is diſcipulus. *al.* aut hic diſcipulus.

CAPVT XLI.

Quod a vobis hæc pugnari video) MSS. *&* *vett. edd.* quod a vobis oppugnari video.

Vos enim dominos) MSS. vos enim dominum.

CAPVT XLIV.

Ad Kalendas Iunias) MSS. *&* *edd. vett.* Kalendas Iunias *omiſſo* ad.

CAPVT XLV.

Qui neque proſcriptus, neque ab adverſariis) *Sic edd. Manut. Lambin. Grut. & recentiores aliæ, ſed in* MSS. *& edd. vett.* neque proſcriptus *non reperitur. Repoſitum eſt ex conjectura Hotomanni.*

Partim connivente) *Hæc non habentur in* MSS. *& edd. vett.*

Nihil pernicii cauſa) *Al.* nihil pernicies cauſa. *vett. ed.* 1472. quorum pernicie nihil divino conſilio. MSS. *& vetuſtæ edd. aliæ:* quorum nihil perniciæ cauſa.

CAPVT XLVI.

Authepſa illa) *Al.* anthepſa illa.

Vt qui prætereuntes pretium enumerati) *Pal. prim.* Vr quidam prætereuntes qui id pretium enumerari. *S. Victor.* ut qui prætereuotes quid præcæoum numerare.

CAPVT XLVIII.

Quod iter affectet) *Edd. nonnullæ recentes:* quo iter affectet.

Quod ſperarit ſe ſe apud tales aliquid ad perniciem poſſe innocentis) *Pal. prim.* quod ſperarit ſe ſe apud viros poſſe aliquid ad perniciem innocentis. *In duobus aliis Pall. & S. Victoris non legitur* poſſe.

CAPVT XLIX.

Experrecta nobilitas) MSS. *Pall. & edd. vett.* exſpectata nobilitas.

Annulumque de digito ſuum tibi tradidit) *Edd. &* MSS. annulumque, os ſuum tibi tradidit.

Vitam egeſtate degere) *S. Victor. Pal. prim. & tert.* vitam in egeſtate degere.

CAPVT L.

Ne monumenti quidem cauſa reſervavit) *S. Victor. codex:* ne monumenti cauſſa clare ſervavit. *Pal. octav.* ne monumenti quidem clare ſervavit. *Pal prim.* ne monumenti quidem clam ſervavit.

Per deos immortales) MS. per deos immortalis.

CAPVT LI.

In ſalute alterius) *S. Victor.* MS. in ſalutem alterius.

CAPVT LII.

Roſcio eadem quæ reip. veſtra) *Pall. & edd. vett.* Roſcio, eademque reipublicæ veſtræ. *&c.*

In rep. verſata eſt) MSS. *& edd. vett.* in remp. verſata eſt. *F. Vrſ.* MS. in rep. graſſata eſt.

VA-

VARIÆ LECTIONES IN ORATIONEM CICERONIS PRO Q. ROSCIO COMŒDO.

Capvt I.

IN ſuo judicio ſuis tabulis) *Edd.* qui ſuo judicio, ſuis tabulis.

Homines honeſti pecuniam expenſam tulerunt) MSS. *Pall.* homines .... pecuniam e. r. *Edd. vett.* Homines ... citi pecuniam.

Perſcriberent nomen) *Al.* nomen perſcriberent. *al.* perſcriberem nomen.

Quam hujus crederetur ? ſcripſiſſet ille) *Pall.* quam hujus crederetur ſcripſiſſe? ille ſi.

Paullo ante M. Perpernæ, P. Saturii tabulas) *Edd.* paullo ante a M. Perpenna P. Saturii tabulas. *Lamb. edd.* Paullo ante, M. Perperna, C. Piſo, P. Saturium argentarii tabulas.

Nunc tuas, C. Fanni Chærea, ſolius) *Edd.* nunc tuas C. Fannii Chæreæ ſolius.

Leve & tenue hoc nomen ? H-S cccIↄↄↄ ſunt) *In aliis ſic diſtinguitur :* leve & tenue hoc nomen H-S cccIↄↄↄ ſunt. *al.* leve & tenue hoc nomen H-S cccIↄↄↄ ſunt.

In codice accepti) *Al.* in codicem accepti.

Capvt II.

Servantur ſancte) *Al.* ſervantur ſanctæ.

Capvt III.

In codicem accepti & expenſi referri) *Edd.* in codicem acceptum & expenſum referri. *In Palat. non eſt* referri, *in antiqua edit. pro* referri *legitur* eſſe.

Capvt IV.

Si paret H-S Iↄↄↄ dari) *Pal.* MSS. *& edd. quædam :* Si peteret H-S Iↄↄↄ dari.

Quantum æquius & melius id dari) *Vulg.* quanto æquius & melius id dari. *Manut. ed.* quantum æquius melius ſic dari. *& ſic paullo poſt.*

Si pareret) *Ed. Victor.* ſi peteres. *ed. antiq.* ſi pejeres. *Manut.* ſi pareret.

Iam utinam adeſſet) *Pal. & ed. vet.* Nam utinam adeſſet.

De hac pecunia, de tabularum) *Pal. & vet. ed.* de hac pecunia, tabularum.

Capvt V.

Adnumeraſſe ſe ſe negat) *Edd. vett.* adulteraſſe ſe ſe negat.

Quod & reus is eſt) *Edd. & MSS.* quod & res is eſt.

Capvt VI.

Digniſſimus ſcena) *v. e.* digniſſimus ſcena; *ut ſepe libri vetuſtiores.*

Purior, pudentior, humanior) *Sic vett. edd. &* MSS. *al.* purior, prudentior ; humanior.

Capvt VII.

Nihil videtur) MS. mihi videtur.

Per ſe bonitate amiſiſſe) *Lamb. & P. Manut. edd.* per ſuam bonitatem amiſiſſe.

Capvt VIII.

Et ſi hos quæſtus recipere) *Lamb. ed.* etſi

Digitized by Google

ed. etſi hos quæſtus reficere.

Ab Roſcio H-S ɔɔɔɔ) MS. & *ed. vet.* Ab Roſcio H-S L I I I.

CAPVT IX.

Cur non arbitrum adegeris) *Pal.* & *ed. ant* Cur non ad arbitrum adegeris. *al.* cur non ad arbitrium adegeris.

Proprium erat judicium) *Ed. vet.* proprium non erat judicium.

Fecit paſtionem) *Pal.* & *edd. antiq.* fraudis feciſſe vidi. *Victor. ed.* oſtendiſti * in ditionem.

Num tabulas habet an non) *Pal.* in ditionem tabulas habet an non. *Edd. vett.* ditionem tabulas habes. *Vict. ed.* in ditionem num tabulas habes.

CAPVT XI.

Si ſit hoc vero) *Vetus liber* : Si ſit hoc verum.

CAPVT XII.

Quid ita ſatis non dedit amplius) *Sic meliores edd. Sed veteriores* : Quid ita? ſatis non dedit amplius.

Quid ita Flavio) *Edd. vett.* quid ita? Flavio.

CAPVT XIII.

Abhinc annis IV.) *Omnes mſs.* & *edd. ante Hottomanni conjecturam* : abhinc annis XV.

CAPVT XIV.

Num quid cauſſæ eſt) *Edd. vett.* num quid cauſſare.

TESTIMONIVM T. MANLII, ET LVSCII OCREÆ) *Hæc verba in antiquioribus editionibus non reperiuntur, ſed in recentiores ex Hottomanni conjectura ſunt recepta.*

CAPVT XV.

Copiis rei familiaris) *Lamb.* fortuna & copiis rei familiaris.

Qua impudentia eſt, eum ne teſtem) *edd.* qua impudentia eſt? eum ne teſtem.

CAPVT XVII.

Quid ille reſpondit) *Ed. Lamb.* Quid ille? *omiſſo* reſpondit.

Si univerſæ prædæ particeps) MS. ſi univerſe particeps.

Hoc expoſtulare auderes) *Edd.* Hoc poſtulare auderes.

Nunc cum petierit) *P. Vict. ed.* Num quid petierit. *Edd. vett.* & *Pal. mſ.* Num quid cum abſtulit.

CAPVT XVIII.

Qui cognitor eſt datus) *Edd. nonnullæ* : qui cognitorem dat.

Qua malum ſtultitia fuit Roſcius) *Edd.* & *multi mſs.* quæ, malum, ſtultitia fuit? Roſcius.

FINIS TOMI I. ORATIONVM.

[library stamp: Biblioteca Nazionale Napoli]

Græ

Gravianæ Editionis σφαλματα *emendata*.

Pag. 24. col. 1. lin. 11. *Edit. Grevianæ Lugd. Bat.* 1699. Commodo.	*In hac Edit.* pag. 25. col. 2. lin. 12. Comœdo.
P. 29. col. 2. lin. 21. Tabula Sexta.	P. 31. c. 2. l. 30. Tabula Sextia.
P. 51. c. 2. l. 25. *κατεδους*.	P. 55. c. 1. l. 25. *κατεδουσι*.
P. 61. c. 1. l. 20. Nam ſi vitam turpem interdum vita turpis antecedet?	P. 65. c. 1. l. 15. Nam quî vitam turpem interdum vita turpis antecedet?
P. 63. c. 1. l. 32. Videtur Curator bonorum appellari in l. ult. D. de Curatore bonis dato.	P. 67. c. 1. ſub fin. Videtur *Curator bonorum* appellari in l. 3. D. de Curatore bonis dando.
P. 66. c. 1. l. 31. *θυγατριδοις*.	P. 70. c. 1. l. 36. *θυγατριδες*.
P. 98. c. 2. l. 18. *Eventus dicitur, ut ſic aliquid accidit*.	P. 106. c. 1. l. 5. *Eventus dicitur, cum ſic aliquid accidit*.
Pag. 109. c. 1. l. 17. *per*.	P. 118. c. 2. l. 1. *precor*.
Ibid. c. 1. l. 18. *tenea*.	Ibid. l. 1. *tenera*.
Pag. 133. l. 10. Poſſe diutius alienam . . . obtinere.	P. 155. l. 7. Poſſe diutius alienam pecuniam . . . obtinere.
P. 160. c. 1. l. 11. *απετλισαι εφη*.	P. 188. c. 1. l. 13. *απελπισαι εφη*.
P. 170. c. 1. l. 15. *εικκος*.	P. 200. c. 2. l. 27. *εικος*.
P. 175. c. 1. l. 13. Vt etiamſi natura tales ſint, neceſſitate eſſe coguntur.	P. 207. c. 1. l. 26. Vt etiamſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur.
P. 189. c. 1. l. 18. Vt leges pacis, bellique dicendas mittuntur.	P. 225. c. 1. l. 17. Aut leges pacis, bellique dicendas mittuntur.
P. 205. c. 2. l. 26. Contra omnium, quos quidem librorum auctoritatem repoſuit.	P. 246. c. 2. l. 25. Contra omnium, quos quidem novi, librorum auctoritatem repoſuit.
P. 209. c. 1. l. 15. Apud Valerium l. 5. D. de illo tit. *Nonne quis*.	P. 251. c. 1. l. 13. Apud Venulejum l. 5. D. de illo tit. *Ne quis*.
P. 236. c. 1. *ſub fin.* Paulo videtur in l. ſi quis 3. D. de arbitr.	P. 273. c. 1. l. 6. Paulo videtur in l. ſi quis 30. D. de Recept. qui arbitr. rec.
P. 237. c. 1. l. 1. Certi conventio.	P. 273. c. 2. l. 28. Certi condictio.

In Comment. Menardi.

P. 62. c. 1. l. 33. Exſiſtens.	P. 445. c. 1. l. 39. Exſiliens.

In Comment. Manutii.

P. 33. c. 2. l. 9. *accidere*.	P. 417. c. 2. l. *pen. accipere*.
P. 37. c. 2. l. 5. in fidem.	P. 420. c. 2. l. 43. in fide.
P. 39. c. 1. l. 30. nullo metus.	P. 422. c. 1. l. 30. nullo metu.

Addenda, & corrigenda in Notis.

P. 42. c. 1. l. 5. Offendi.	*Lege* Offendit.
P. 55. c. 2. l. *ult. poſt* Iocum *addé*.	Waſſeus ad Salluſtii Iugurth. cap. XIII. negans Galliam Narbonenſem antiquitus Provinciam κατ' ἐξοχὴν appellatam fuiſſe, hunc ſibi objicit locum, provinciamque hic

Digitized by Google

hic exiſtimat ſimpliciter opponi Romæ. De hoc ego non diſputo: unum dico, in ea parte Galliæ, quæ provincia Romanorum erat, cum Gallia omnis non eſſet, oportuiſse jus dici. Vide ad cap. 7. Neque hoc Waſſeo animadvertitur: Gallia enim, quantacumque in poteſtate Populi Romani eſſet, ad reliquæ diſcrimen, cum opus erat, provincia dicebatur. Aliud vero eſt, hoc dici κατ' ἐξοχὴν, exiſtimare, ac provinciam illam veterem explicare Italice *la Provenza*, quod Facciolatus l. c. perperam fecit: quantumvis illa regio inde ſibi nomen adſciverit: quod tamen certo ſcire non poſſumus. Garaton. Tum in nota ſeq. pro Idem repone Hottom.'

P. 74. c. 1. l. 20. *poſt* orationem *adde*.	Graevius.
P. 114. c. 1. l. 32. de Cicerone ipſe.	de Cicerone ipſo.
P. 146. c. 2. l. 24. Pabema.	Gabbema.
P. 163. c. 2. l. 41. *morrem afferre*.	*mortem offerre*.
P. 185. c. 2. l. 7. *poſt* Graev. *adde*.	Narrat hoc idem Valerius Maximus VIII. 1. 13. cujus plerique codices, Torrenio teſte, *Tarracinam* recte tuentur, & multi *Cœlium*, quo tamen in nomine varietas mira non eſt. Ego *Clœlium* non rejiciendum exiſtimo. Garaton.
P. 312. c. 2. l. *penul.* noſtra	noſtram
P. 317. c. 1. l. 13. *condictione juris*.	*conditione juris*.
P. 257. c. 1. l. 12. PERNICI.	Pernicı.
P. 385. c. *ſub fin.* Cicecero.	Cicero.
Alicubi Ferrar.	Ferrat.

Digitized by Google

592313

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google